M. TULLII CICERONIS
DE
DIVINATIONE
ET
DE FATO
LIBRI

CUM OMNIUM ERUDITORUM ANNOTATIONIBUS,

QUAS

IOANNIS DAVISII

EDITIO ULTIMA HABET.

TEXTUM DENUO AD FIDEM COMPLURIUM CODD. MSSTORUM, EDD. VETT. ALIORUMQUE ADIUMENTORUM

RECOGNOVIT,

FRIDERICI CREUZERI

ET

CAROLI PHILIPPI KAYSERI

SUASQUE ANIMADVERSIONES ADDIDIT

GEORG. HENR. MOSER,

PHIL. DR. ET GYMN. ULM. RECTOR.

FRANCOFURTI AD MŒNUM

SUMPTIBUS ET TYPIS H. L. BRŒNNERI.

MDCCCXXVIII.

Nov. 15, 1861
Gray Fund.
$2.02

CAROLO PHILIPPO KAYSER

ANTIQUAE FIDEI AMICO

SUO

ἈΝΤΙΔΩΡΟΝ

D. D.

FRID. CREUZER

ET

G. H. MOSER.

Haec inscripseramus antiquae fidei amico valenti, gaudenti florente domo, ludo — nunc inscribenda τῷ μακαρίτῃ. — Nam eheu! eum uxori, liberis, amicis, literis, urgente fato, eripuit maligna febris necdum undecim lustra emensum ipso die natali XIV Kalend. Decembr. MDCCCXXVII. — Multis ille bonis flebilis occidit, nulli flebilior, quam nobis.

G. H. MOSERI PRAEFATIO.

Accedit haec librorum de Divinatione et de Fato editio iis librorum Ciceronis philosophicorum editionibus, quas inde ab aliquot annis, Creuzero et consilio et operà adiuvante, edidi, quaeque ad earum genus editionum pertinent, quas *Editionum cum notis variorum* nomine sive laudant sive vituperant. Neque ego nunc altius inquiro in istarum sententiarum causas; illud dico: probare me non hanc unice vel aliam veterum scriptorum editionum formam, sed pro varietate rationis eam, quae consilio probe ponderato optime respondeat. Laudabiliter elaborarunt in his, quae edimus, duobus operibus Hottingerus et Bremius; habent priores nonnulli et nuperrime Schützius, quae vel maxime probes; habebit sine dubio Goerenziana Editio, si quando proditura est, eandem, quam reliquae eiusdem viri, usus Ciceroniani accurate explorati laudem, neque quisquam magis et impensius laetabitur, si post diuturna silentia literae nostrae his accessionibus auctae fuerint. Sed in tanta consilii differentia, quae inter huius viri nostrasque editiones intercedit, nihil erat, quod me cohiberet, quo minus cursum inceptum continuarem. Sat enim multos

annos iam in Cicerone explicando versor, tum scholis habendis, tum commentariis conscribendis. Multas multorum enarrationes in Ciceronem legi, ipsum Ciceronem quotidie manibus tero, eumque, ex quo cum Wyttenbachio, viro summo, versari mihi licuit, qui nunquam eum de manibus deponere solebat, in deliciis habeo. Cuius ego familiaritatis cum latini sermonis principe contractae cum aliquot edidissem specimina, factum est, ut amicos mihi conciliarem haud paucos, quamquam plerosque prius mihi ignotos, qui me humanissime excitarent, ut in hac opera Ciceronis philosophicis navari a me coepta pergerem. Ego vero, quantum per innumera infinitaque fere negotia facere mihi licuit in Cicerone edendo ita elaborare studui, ut recentissima quaeque editio, quam exhiberem, praestaret prioribus et a me et ab aliis in eodem genere editis. Et hoc quidem in hac quoque editione me esse secutum propositum, animadvertent, quicunque eam accuratius inspicere dignabuntur: utrum assequutus sim, eius rei iudicium esto penes idoneos harum rerum arbitros. Sat equidem scio, inesse in hac quoque editione, quamquam summâ a me diligentiâ curata, nonnulla, quae aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. In haec involabunt isti, qui aliis obtrectando suam doctrinam venditare consueverunt, quique, quae ipsi tacite excogitarunt, ab aliis non esse animadversa, crimini iisdem facere solent. Tales etiam, a me nunquam lacessitos, iam in me, qui tanti non sum, impetus fecisse, comperi, neque admodum aegre tuli, quippe qui scirem, idem factum esse viris me longe praestantioribus. Sed miratus tamen sum, cum nuper

apud exteros exortum vidissem virum quendam iuvenem, Madvigium, Danum, qui, editis Emendationibus in Ciceronis libros de Legibus et Academica, egregium edidit doctrinae, sed idem magnum arrogantiae specimen. Qui, postquam omnes fere, quotquot in Cicerone vel emendando vel explicando versati sunt viri docti, carpsit exagitavitque, tandem, stupentibus sine dubio Batavis et Germanis, et omnibus, opinor, hominibus elegantioribus, literatos omnes p. 100. docet, „Wyttenbachium a subtiliori Ciceronianae consuetudinis cognitione longe abfuisse." Quid mirum, quod ego quoque, quem cum viris istis summis permiscuit, sat multis locis sive corrigor sive reprehendor? Quod ubi recte factum est, gratus agnosco, nec iuvenilem fastum, quamquam admodum conspicuum, accuso. Illud velim, ut accurate inspexisset librum meum, ne tam saepe me aliquid cogitasse vel dixisse contenderet, de quo ne somniavi quidem. Ita, ut hoc utar, p. 11. narrat, in verbis Ciceronis de Legg. I. 14. 40. *aut incauti potius habendi sunt improbi*, me vocem *incauti* subiecti loco habuisse. Iam videat, cuius interest scire, quam vere censor haec iste pronunciaverit, editionis nostrae p. 101., mireturque, quantopere hallucinari potuerit is, qui quavis pagina virorum doctissimorum magistrum se exhibet, falli nescium. Nam calumniari eum voluisse non crediderim.

Sed, ut ad eam, quam his libris impendi, operam redeam, pauca huic videntur addenda praefationi. Quibus ego adiumentis usus sim, exposui in librorum adiumentorumque indice, ibidemque iis viris, qui, ut ornatior prodiret mea editio, effecerunt, iustas debitasque egi

gratias. Quod non omnibus adiumentis in ipso commentario conscribendo usus sum, ideoque iusto fere longior appendix libro accessit, id ut caverem, penes me non stetit. Traditus enim est liber operis ineunte anno MDCCCXXVI, quam ea ad me allatum iri, quae postea ad me delata sunt, ne compertum quidem haberem. Nolebam tamen retinere et neglexisse videri ea, quae et a viris benevolis et fortuna fautrice offerrentur, ut, quibus curae esset, apparatum habere quam plenissimum, haberent, quo uterentur, reliquos plagularum aliquot accessione non offensum iri sperans. Quod reliquum est honestissimo redemtori gratia est habenda, quod, ut elegantissime librum excudi curavit, ita id potissimum sibi faciendum duxit, ut quam emendatissimus prodiret. In contextu equidem nihil fere deprehendi, quod correctum vellem, nisi distinctionem, quam non semel plane aliter, quam ego vellem, correxeramque in exemplo Davisiano, exhibitam expressamque video. Id quaeso ne mihi vitio vertant, qui censorio fungentur de mea qualicunque opera munere: sciantque multis tamen nominibus accuratiorem esse eam, quam exhibemus, distinctionem, quam omnium, quotquot adhuc nobis inspicere licuit, horum librorum editionum.

De consilio editionis nostrae non est quod moneamus post ea, quae et a Creuzero ad Codd. librorum de N. D. et de Legibus et a me, in praefatione librorum de Re publica fragmentis praemissa, dicta sunt. Qui probarunt illarum editionum consilium et rationem, probabunt etiam hanc nostram operam in Cicerone emendando et explicando positam, animadvertentque, quae

laudabilia in illis inesse visa fuerint, auctiora huic inesse et cumulatiora. Qui improbarunt, iis neque haec editio probabitur, eademque, ut omnes, malevolis ansam carpendi praebebit satis amplam. Ita enim in nostris literis comparatum est, ut, ne inspecto quidem antea scriptoris cuiuscunque libro, qui vituperandi consilium ceperit, iure suo et optimo quidem praedicere possit, inventurum se centum et plura etiam loca, unde reprobandum esse eum librum liquido demonstrari possit; neque ego unquam alicuius scriptoris vidi editionem paullo ampliorem, in qua idem experiri non possit, qui id dedita opera agere velit. Quare tranquillo ego animo exspecto iudicia, qualiacunque de hoc opere ferentur, publica, gratiam habiturus iis, qui agnoscent, nos cum fide et diligentia in eo esse versatos: gratiam vero iis etiam habiturus, qui, quae sive commissa fuerint sive omissa, severe monuerint, modo id fiat humaniter, neque eorum hominum more, quorum cum reprobent facta omnes probi, nomen tacere, quam in vulgus edere, malui.

Introductionem, quam dicunt, quae ad Libros de Legibus maxime necessaria visa est, his libris non praemittendam duxi, cum, quae ibi sunt dubia, in his ad liquidum perducta esse videantur. Argumenta addidi Ernestina, quae sufficere possunt, quamquam Schützii argumenta iis praestant. De ratione horum librorum nuperrime sufficienter disputavit Kühnerus in libro de Ciceronis in philosophiam meritis; qui cum cuique facile pateat, ad eum lectores amandamus. De editionibus et nos in indice librorum monuimus et satis expositum est in libris, in quibus id dedita opera factum est, Fabri-

cii, Harlesii, Krebsii aliis. Quare nonnisi haec paucissima addere visum est, partim ex schedis Creuzeri excerpta.

Quam Cicero *Divinationem* dicit in horum librorum inscriptione, eam etiam *divinitatem* appellat, hoc ipso libro II, 38. aliique, Plinius, Lactantius, Servius. *Μαντικήν* Graeci; et laudat hoc ipso nomine hos libros Plutarch. in Paulo Aemilio p. 260 et Nicephorus in Scholiis in Synesium de Insomniis p. 359. Quid et Graeci et Romani *Μαντικῆς* et Divinationis nomine significari voluerint, fusius exponit C. Peucerus in libro de Divinationum Generibus fol. 5. 155. 203. 227 sqq. 240. 255. 389. 437.

Scripsit Cicero hos de Divinatione libros anno urbis 710, post Caesaris necem (quam memorat lib. II. cap. 9.) adeoque post reliquos libros plurimos, cum alios, tum philosophos (Hortensium, Accadd., de Finibb., Tuscull., de Natura Deorum) cf. initium libri II. de Divinat.

Quod ad consilium et indolem operis attinet, sunt hi de Divinatione libri quodammodo epimetron, vel potius continuatio librorum de Nat. Deorum. Nam quae in his institutae erant de rebus divinis disputationes, eae haud quaquam ad umbilicum adductae videri poterant, nisi hae quoque quaestiones de auguriis aruspicina, oraculis, somniis et quidquid ad divinationem praeterea pertinet; disceptatae essent.

Accedit, quod apud populos antiquos adeoque Ciceronis aequales non privati modo homines his rebus summam fidem habebant, ab iisque rerum suarum consilia suspensa faciebant. Verum ipsa etiam Romanorum res publica iisdem rebus quodammodo continebatur, et

senatus habendi, comitiorum, proeliorum, verbo dicam, rerum propemodum maximarum summa in iisdem rebus vertebatur. Artis autem eius ratio vel ab Etruscis ipsis, vel a Romanis Etruscae disciplinae alumnis procurabatur. Qua in re hoc potissimum est tenendum, ut Ciceronem philosophum inter distinguamus et eundem senatorem, magistratum, oratoremque publicum. Vid. ad haec Introd. in libros de Leg. p. XXVI. ed. nostr. Quantum in re publica constituenda administrandaque tributum voluerit μαντικῇ Tullius, loquuntur libri de Legibus et, qui nuper admodum ex parte in lucem prodierunt, de Re publica. Contra hoc opus de Divinatione argumento est, quantopere idem Cicero a praeiudicatis opinionibus emancipatam habuerit mentem, et quam liberum fortemque se praestiterit, ubi, quid revera de his rebus ipse sentiret, pronuntiandum erat. Hac in disputatione minime a Stoicorum stat partibus: ad Academicorum decreta propius accedit.

Etenim priore libro fratrem suum Quintum pro Divinatione disputantem facit, et, quidquid Stoici aliique philosophi ad eam rem firmandam excogitarunt in medium proferentem. Posteriore autem Marcus ipse divinationis genus fere omne evertit, et contra illam quidem, quae arte fit, pugnat usque ad (libri II.) cap. 47; contra somnia vero atque ἐνθουσιασμὸν in reliquis libri partibus.

Sunt egregii hi libri, nitentque non modo germanis Tullianae eloquentiae Veneribus, verum commendantur etiam singulari disputandi subtilitate, exemplorum ubertate et mirifica ingenii cum suavitate sollertia.

De libro, quem addidimus, de Fato, quos duos addiderat Cicero libris de Divinatione, ut toti huic quaestioni abunde satisfactum esset, suo loco dictum est.

Iam finem imponamus praefationi iusto fortasse longiori; rogatosque volumus lectores, ut ita accipiant librum, ut oblatus est: candide, modeste, verecunde.

Scribebam Ulmae Idibus Februariis
MDCCCXXVII.

I. DAVISIUS
LECTORI
S.

[ad ed. primam]

In manus tibi, Lector, Ciceronis libros *de Divinatione* et *de Fato*, meis observationibus illustratos et emendatos trado. Iis recensendis tres praecipue Mss. adhibuimus, *Balliolensem*, *Regium*, et *Cantabrigiensem*.

Eorum primum amico cuidam meo conferendum dedit *Ioannes Baronius*, dignissimus Collegii *Balliolensis* apud *Oxonienses* Magister; cui propterea gratias ingentes habeo atque ago. Ut autem ipse Codicem *Regium* prae oculis haberem, singularis eximii Viri *Richardi Bentleii* fecit benevolentia. Tertium vero suppeditavit publica *Cantabrigiae* nostrae Bibliotheca.

His accessit editio *Veneta* A. D. M. CCCCLXXI. quam ex ditissimo suo librorum penu comiter, ut solet, utendam dedit vir Nobilissimus *Thomas Harleius*, Illustrissimi *Comitis Oxoniensis* heres, ob morum facilitatem, pietatem et ceteras omne genus virtutes summa laude perquam dignus.

Quantum his aliisque subsidiis instructi, de Cicerone meruerimus, aliorum sit iudicium. Pro virili certe contendimus, ut usibus tuis accommodata horum opusculorum prodiret editio. Vale.

Cantabrigiae a. d. X. Kal. Mart.
MDCCXXI.

L E C T O R I
S.

[ad ed. secundam]

In manus tibi, Lector, *Ciceronis* libros *de Divinatione deque Fato,* non minus aliorum quam meis observationibus illustratos et emendatos trado. Iis recensendis, (intellego praesertim duos *de Divinatione:* ad istum enim mutilum *de Fato* tot adminiculis uti non potuimus) libris, inquam, *de Divinatione* recensendis sex in primis MSStos adhibuimus, *Parisinum*, *Mertonensem*, *Balliolensem*, *Regium*, *Meadianum* et *Cantabrigiensem.*

Parisini simul ac *Mertonensis* ἀντιβολὴν viro doctissimo *Ioanni Walkero* debemus. *Balliolensem* vero conferendum dedit *Ioannes Baronius,* dignissimus Collegii *Balliolensis* apud *Oxonienses* eo tempore Magister;

eique iam μακαρίτῃ gratias ingentes habeo atque ago. Ut autem ipse Codices *Regium* et *Meadianum* prae oculis haberem, singularis eximiorum Virorum *Richardi Bentleii* et *Richardi Meadii* fecit benevolentia. Porro *Cantabrigiensem* suppeditavit publica *Cantabrigiae* nostrae Bibliotheca.

Mertonensis Codex non ultra cap. XLVIII. primi libri *de Divinatione* pertinet: *Parisinus* in medio capite LXVI. libri secundi desinit. Hic sexcentos circiter annos prae se fert, *Mertonensis* autem quadringentos, ut et *Regius*. *Balliolensis*, *Meadianus* et *Cantabrigiensis*, ut arbitror, iis sunt aetate nonnihil inferiores.

MSStis quos memoravimus accessit editio *Veneta* A. D. MCCCCLXXI. Eam ex ditissimo suo librorum penu comiter, ut solet, utendam praebuit Illustrissimus *Eduardus Harleius, Comes Oxoniensis;* vir ob morum facilitatem, pietatem, et ceteras omne genus virtutes summa laude perquam dignus.

Quantum his reliquisque subsidiis instructi de *Cicerone* meruerimus, aliorum sit iudicium. Operam certe non mediocrem dedimus, ut usibus tuis accommodata prodiret horum opusculorum editio.

Cum volumen paene totum fuit typis excusum, *Cantabrigiam* perlatae sunt *Thomae Wopkensii Tullianae* Lectiones; in quibus cum haec, tum alia quaedam *Ciceronis* opera philosophica nonnumquam coniecturis emendat, plerumque adversus Criticos, ut ei videtur, παραδιορθοῦντας receptam propugnat lectionem. Verum licet a me non raro diversus abeat; ne tamen eius

animadversiones in hosce libros excuterem, causa iam dicta praepedivit. Interim aliorum dissensum, ita me Deus amet, haud moleste fero; nec indignor, nisi forte superbos et inhumanos mores prodat orationis asperitas. Sed in hac parte non est, cur de viro doctissimo queramur: nam nimiis fere laudibus eos, quos censet refutandos, insignit atque cohonestat. Vale.

Cantabrigiae pridie Kal. Mart.
MDCCCXXX.

INDEX

INDEX

librorum aliorumque adiumentorum, cum manu scriptorum, tum typis exscriptorum, quibus in adornanda horum Ciceronis operum editione usi sumus.

I. Ad libros de Divinatione.

I. *Cod. Cr.* — *Creuzerianus*, olim *Uffenbachianus;* de quo satis locutus sum ad Ciceronem de Natura deorum et de Legibus. Optime conservata et a temporis iniuria immunis mansit ea huius elegantissimi Codicis pars, quae libros *de Divinatione* et *de Fato* continet. Haud paucas annotationes, multas etiam lectiones variantes ad marginem habet, eadem, quae contextum exaravit, manu diligentissima scriptas. Nonnulla habet plane singularia, neque cum alio quodam libro convenientia. Ego ipse nullo verbo transmisso hunc Codicem accurate contuli.

II. *Cod. W.* — Sunt quatuor folia formae maximae, membranacea, saeculi, ut videtur, decimi quarti, elegantissime scripta, quibus continentur libri secundi capita 18—33. et 36—41. Optimas habet plurimas hic liber lectiones, ut maxime dolendum sit, superesse eius nonnisi haec fragmenta, quae inserviebant libro cuidam vetusto tegendo, ubi ea invenit depromsitque *Warnkoenigius*, Professor Leodiensis, qui, qua est humanitate et bonarum literarum promovendarum studio, liberaliter ea ad Creuzerum transmisit. Ego ipse hunc Codicem ad verbum contuli.

III. *Cod. U.* — *Ulmensis*, chartaceus, saeculi decimi quinti, f. m. Est nunc in libris bibliothecae gymnasii nostri; olim fuit Coenobii in urbe nostra Wengensis, continetque hos libros;

a) *Cic. Academicorum* L. IV. s. *Lucullus*. Ab initio nulla est inscriptio. In fine scriptum est: *Et sic est finis per me*

Johannes Figel de Bybraco, libri Ciceronis ad Hortensium in die Kiliani.

b) [Cic.] *de Inventione* libri duo. [Haec recentior manus adscripsit; a prima est: *Rhetorica vetus. liber primus;* et ad L. II: *Liber secundus veteris Rhetorice.* In fine: *Et sic est finis veteris Rhetorice M. Tullij per me Johannem Figel de bybraco proxima feria post Egidii menss. septembris.*

c) *Ciceronis Topica,* sine inscriptione; sed in fine est: *Et sic est finis Topice Tullii per me Johannes Figel de Bybraco proxima die post Juliane virginis mensis februarii.*

d) *Ciceronis de Fato* lib., sine inscriptione; in fine: *Et sic est finis M. Tulij Ciceronis de Legibus liber primus.* His vero sex verbis deletis adscriptum est: *libri de Fato in vigilia palmarum.*

e) *Marci Tul. cice. de divinatione liber primus.* Secundus liber non habet inscriptionem, quamquam totus adest. Subscriptum est nihil. Sed et hi libri et libellus de Fato sunt eadem, quâ priora, manu exarata.

f) Sequitur ab alia manu folium unum, quod inscribitur: *de numero pedum,* et in medio: *de metris.* Sed haec sunt aevi recentioris, neque aliquid memoratu dignum continent.

g) Quaedam *rhetorici* argumenti, sine inscriptione et indice in fine. Sunt aetatis recentioris, ut ex latinitate et compositione ad usum discipulorum apparet.

h) Folium unum, ejusdem manus, quae duo priora scripsit; continet excerpta aliquot ex *Quinctiliano*, quorum maximum est ex libro sexto.

i) *Marci Tullii Ciceronis ad Herennium in Rhetoricam novam praefatio foeliciter incipit.* Ad L. II: *Liber secundus M. Tul. Cicer. incipit feliciter.* Ad L. III: *Mar. Tul. Cice. liber tertius incipit.* Ad L. IV: *Mar. Tul. Ciceronis liber Quartus.* Ad L. IV. 13. 19: *Mar. Tul. Ciceronis liber Quintus foeliciter incipit.* Ad L. IV. 35. 47: *Mar. Tul. Ciceronis liber Sextus incipit.* Scripti sunt hi *sex ad Herennium libri* manu Figelii.

k) Sequuntur duae paginae ex *Quinctiliani* Inst. Orat. lib. II. c. 13. ab eadem manu, quae scripsit f. g. h.

l) *M. T. Ciceronis in libros tres de oratore praefatio incipit foeliciter.* Ad l. I. c 7: *Marci t. c. liber de oratore pri-*

mus incipit foeliciter. Ad L. II: *M. T. C.* etc. Ad L. III: *M. T. C.* etc. Est manus Figelii.

m) Sequuntur $6\frac{1}{2}$ paginae, ab alia manu, sine inscriptione, *de Epistolis scribendis.* Incipit libellus ita: *Epistolarum officium majoribus nostris praeclare visum est, quo absentes hiis de rebus, quae extrinsecus animove geruntur, certiores facimus. Earum genera tria sunt. Quorum doctrinae unum, alterum jocunditatis, tertium severitatis est.* Liber est integer; finis enim hic est: *Quas ob res ne identidem revolvamur, huic operi modus hic fiat.* Insunt exempla locutionum ex Terentio, Cicerone, Sallustio, Virgilio, Livio, Horatio.

n) *Liber differentiarum Ciceronis incipit.* Sunt tres paginae. Initium hoc est: *Reperi etiam in antiquissimo Codice de differentiis Ciceronis: quem tamen Ciceronis satis michi constat* [sic]: *et quoniam utilis: et hunc exemplandum duxi: Inter metum, timorem et pavorem hoc interest. Quia metus futura prospicit. Timor subita mentis consternatio. pavor ami metus uiuctam* [sic] *dicimus.* Desinit liber ita: *Inter infamem et famosum hoc interest: famosus tam in mala quam in bona significatione seu cogitatione accipimus. Infamis tantum in mala.*

o) *Incipit liber de proprietate sermonum. Inter polliceri et promittere hoc interest, quod promittimus roganti, pollicemur ultro. Inter nullum et neminem nullus ad universa potest referri: nemo ad hominem: idem nemo quasi nec homo* etc. Et ita ultra 14 folia procedit oratio, ita ut inde a folio quinto incipiat ordo alphabeticus, quem dicunt, a verbo *abundare* collato cum verbo *superfluere,* et desinat in distinguendis verbis *vesper* et *vespera.* *)

Hunc Codicem in libris *de Divin.* et *de Fato* saepissime cum Ed. Ascensiana prima, multo rarius cum Ascensiana se-

*) Hujus libri particula nuper edita est in Seebodii Bibl. Crit. 1822. p. 696—698. ex Cod. membr. Guelf. (Gudian. N. 150.) p. 58. 59; ubi est pagina una de Synonymis et differentiis vocum, tum *Incipiunt* differentiae sermonum Marci Tulli. De his libellis Ciceroni adscriptis, sed, Erasmo iudice, tumultuaria opera ab aliquo homine Ciceronis studioso collectis, vid. Fabricii Bibl. Lat. I. p. 139. II. p. 165. ed. V.

cunda conspirantem deprehendi; ita tamen, ut, ubicunque fere ab utraque recederet, ad editionem Venetam 1494 se applicaret. Contulit hunc Codicem *Leonardus Creuzerus*, Seminarii philologici Heidelbergensis sodalis.

IV. *Cod. P.* — Petri Pithoei; qui unius Codicis, cuius nullam exhibet notitiam, lectiones (inspectis in locis gravioribus duobus aliis libris vett.) margini editionis Lambinianae adlevit, quae servatur in bibliotheca Academiae Heidelbergensis.

V. *Cod. R.* — *Rehdigerianus*; procurante *Francisco Passowio*, Viro Clarissimo, Professore Vratislaviensi: priorem librum contulit *Car. Schoenborn*, Meseritiensis; posteriorem *Iulius Held*, Opoliensis, uterque Seminarii philologici Vratislaviensis sodalis. Quo de Codice cum in Praefatione ad suam Ciceronis de Natura Deorum editionem p. VII. sq. satis disputaverit Heindorfius, non est, quod plura de ejus laudibus dicam.

VI. *Cod. M.* — *Monacensis* N. 277: quem, Creuzero rogante, contulit *Lozbeckius*, Franco-Bavarus. Habet hic liber multa praeclara, quaedam singularia: saepe cum optimis concordat.

VII—X. Codd. L. a. b. c. — *Leidenses*. De quibus ita *Geelius*, Vir Clarissimus, Professor Leidensis, in epistola Lugduno Batavorum [d. xxv. Iul. 1825.] ad Creuzerum data:

„*Cod. a.* [Voss. Lat. fo. no. 84. Catal. p. 374.] continet: de *Natura Deorum* libros III., de *Divinatione* libros II., *Timaeum*, de *Fato*, *Topica*, *Paradoxa*, *Lucullum*, de *Legibus* libros III.“

„*Cod. b.* [Voss. Lat. fo. no. 14. Catol. p. 368.] continet: *Tuscul. Quaestiones*; *Fines Bon. et Mal.*; *Officia*; *Senectutem*; *Amicitiam*; *Somn. Scipionis*; *de Div.* Lib. II. Olim pars fuit bibliothecarum Boistellerii et Thevenotii. Est membranaceus in fo. mai. non ultra saeculum XV. ascendens. Quanquam pessimas hic liber multas habet lectiones, et ineptiores, quam quae memorari deberent, quippe ex ipsius librarii inscitia ortae, non infimae tamen notae antiquiorem librum secutus esse videtur. Ceterum ab erroribus corrigendis omnino abstinuit librarius, credo, ne nitidum librum, eleganter scriptum, et in cuiusque libri initio pigmentis rubricisque ornatum, lituris conspurcaret. Ubi Graeca vocabula scribenda fuerant, spatium relictum est: videntur igitur postea inserenda fuisse

graecis literarum formis, quae quidem in ceteris tribus codicibus non inveniuntur."

„*Cod. c.* [Voss. Catal. p. 374. num. 86.] continet: *De Natura Deorum* libros III.; *de Divinatione* libros II; *Topica; Paradoxa; Lucullum; de Legibus* libros III.; *de Fato.* [De *Fato* liber in hoc codice tum quaternionum confusione, tum librarii errore hic illic libris de *Nat. Deor.* et de *Div.* minutim immixtus est. Hinc factum est, ut Catalogi L. Bat. auctorem latuerit. Integrum tamen inveni et accurate contuli.] Codd. a. et c. sunt membranacei in fo. min., eiusdem procul dubio temporis, et communem eos originem habere dixerim. De aetate incertus sum. Non vehementer tamen me falli puto, si ad saeculum XI. retulero, quod quidem non propter orthographiam, fallax negotium, sed ob manum librarii, vetustum libri habitum et colorem ac varietatis naturam iure affirmare mihi videor. Multum in utroque correctum est scriptura non valde recenti, ita tamen, ut prima manus plerumque plane obliterata sit vel erasa."

„*Cod. d.* [Catal. p. 330. num. 119.] est idem ille liber membr., Longobardicis literis scriptus, quem ad vestram *Ciceronis de Natura Deorum* editionem adhibuistis." [vid. ed. nostrae et Cr. mai. pag. XIII.] Contulit hos quatuor Codices in nostram gratiam ipse *Geelius*, V. Cl.

XI. Cod. S. — *Salisburgensis;* nunc Monacensis, saeculi XV., plenus errorum ex ignorantia et oscitantia scribae ortorum, quamquam e Codice nequaquam pravo descriptus videtur, cum multas habeat lectiones cum optimis congruentes. Diligentissime eum contulit *I. G. Krabinger.*, Vir Doctissimus, Bibliothecae Regiae Monacensis Custos. De eo libro v. infra ad Cic. de Fato N. VIII.

XII. XIII. *Copp. Victt. a. b.* — Lectiones variantes et annotationes in Ciceronem de Divinatione ex Copiis Victorianis a. b. excerptae: quarum solae quidem *priores* (a.) ipsa *Petri Victorii* manu exaratae sunt; *posteriores* manum produnt *Iacobi Diacetii*, qui fuit amicus Victorii. Iunctâ operâ contulerunt editionem principem Varronis de Lingua Latina etc. (Romae 1471.) cum Codice vetusto Bibliothecae S. Marci Venetae, ubi utriusque manus facile potest dignosci; in cuius collationis

fine adscripta sunt haec: *Petrus Victorius ac Iacobus Diacetius contulimus cum vetusto codice ex Divi Marci Bibliotheca literis Longobardis exarato, rata diligentia, sive potius morosa observatione, ut vel, quae in eo corrupte legebantur, in hunc transtulerimus. die 14. Aprilis MDXXI.* Excerpsit Monachii idem, qui contulit Codicem S., vir humanissimus *I. G. Krabinger.*

XIII. XIV. *Codd. Guelf.* „vel potius *Gudianus* et *Augustaeus*, hic ex bibliotheca Augusta, quae Wolfenbutteli est [22. 6. 4to.]; ille ex bibliotheca Gudii. De *Gudiano* v. Heusing. in praef. ad Cic. de Off., qui eum saeculo XIII. adscribit, mihi vero saeculo XIV. esse videtur scriptus. Est in Catalogo Gudiano, Kilon. 1706. 4. edito p. 557. n. 173. Simillimus est Codici Augustaeo. Eum fuisse aliquando penes Wolfium, video ex Bremii praefatione ad Cic. de Fato libellum. Usi sunt eodem iam Ernestus et Goerenzius, itemque olim Kleinius Vratislaviensis. *Augustaeus* saeculo XV. scriptus est, circa ann. 1460 — 1470., in Italia ut videtur. Eadem manu exaratus etiam est *Cicero de N. D.* et *de Fato* (Aug. 22. 7.). Utrumque Nicolao Heinsio dono dedit *Car. Dati.* Continet Aug. 22. 6. praeter libros *de Divin.* etiam *Ciceronem de Legibus.* Scriba inde a Div. I. 22. negligentius in describendo versatus esse videtur, cum h. l. incipiat omittere literam *t* in *convalesceret*, *esset* etc.“ Haec *C. P. C. Schoenemannus*, Vir doctissimus, professor Gymnasii Guelferbytani, in epistola ad Creuzerum data d. XXII. Maii MDCCCXXVI. Hac vero collatione ab illo viro humanissimo accuratissime et summa cum cura instituta quamquam nobis in commentariis nostris conscribendis uti non licuit, quippe qui iam dudum typographo ad describendum essent traditi, noluimus tamen carere lectores his copiis, eorumque, quae bonae frugis in iis inessent. Quare librorum Guelferbytanorum lectiones ad calcem libri addere, quam omittere, maluimus.

Literis *Cr.*, *K.* et *W.* insignivimus ea, quae ex schedis *Creuzeri*, *Kayseri*, Gymnasii Heidelbergensis Directoris, ad hanc editionem accesserunt ornamenta, et quae paucula ad exemplum editionis Hottingerianae alleverat *Wyttenbachius.* Ad haud paucos etiam librorum de Divinatione locos Grae-

corum aliorumque scriptorum locos collatos nobiscum communicavit *Christ. Schuch*, Seminarii Heidelbergensis sodalis.

Adhibuimus praeter ista adiumenta:

1) *I. A. Goerenzii* Animadversiones ad Cic. L. I. *de Divinatione*, quibus ad Examen publ. d. XXII. Apr. MDCCCV. celebrandum — invitavit; Zwiccav. pp. 24. 8. Quam scriptionem, diu a nobis frustra quaesitam, humanissime nobiscum communicavit *Lindemannus*, Gymnasii Zwiccaviensis Conrector.

2) *I. F. Roosii* Symbolas exegetico-criticas ad M. T. Ciceronis de Divinatione libros ab Hottingero editos. Gissae 1799. 4. pp. 20.

3) *Iortini* annott. ad Cic. de Div. in *Miscellann. Obs.* T. III.

4) *Herelii* annott. ad Cic. de Div. in *Schlichthorstii Magaz. f. Philol.* I. Brem. 1796. p. 129 — 145. [ad Ed. Hotting.]

5) *F. A. Wolfii* annott. ad Cic. de Div. in Commentt. Soc. Philol. Lips. II. 1.

6) *Creuzeri* Progr. Nataliciis Car. Friderici 1806. celebrandis: *Philosophorum veterum loci de Providentia divina itemque de Fato emendantur et explicantur*. Heidelb. pp. 38. 4.

7) *G. Veesenmeyeri* Comm. crit. qua Arcadis cuiusdam somnium [de Div. I. 27.] expendit. Ulmae 1821. pp. 11. 4.

8) *I. Schalleri* Exercitat. in Ciceronis libros de Divinatione. Argentorat. 1664. pp. 50. 4.

9) *Wopkensii* Lectt. Tullianas. Amst. 1730. 8.

10) *Io. Nic. Lallemandi* Animadversiones in Cic. de Divin., quas ex eius Ed. Opp. Cic. excerptas nobiscum communicavit Vir de nostris literis insigniter meritus, nobis amicissimus, G. H. *Bardili.*

11) *Mureti* etiam, *Gesneri* (in Chrest. Ciceron.), *Ochsneri* (ad Oliveti Ecl. Cic.), *Rathii* et censorum aliquot animadversiones respeximus et, ubi utile videbatur, excerpsimus.

Editiones autem ad manum fuerunt a) *Ascensiana* prima, 1511., b) *Ascensiana* secunda, 1521. c) *Cratandri*, 1527. d) *Herwagiana*, 1534. e) *Roberti Stephani*, Victoriana. 1539. f) *Sturmiana*, 1541. g) *Aldina*, 1552. h) *Caroli Stephani*, 1554. i) *Boulierii*, 1560. k) *Brutina*, 1571. l) *Lambiniana*, 1581. m) *Wecheliana*, Sylburgii, 1590. n) *Gothofredi*, 1660. o) *Gruteriana*, 1618. p) *Verburgiana*, 1724. q) *Oliveti*, 1772. r) *Er-*

nesti, 1776. s) *Bipontina*, 1781. t) *Hottingeriana*, 1793. u) *Davisiana* Rathii, 1807. v) *Schützians* 1816.

II. Ad librum de Fato.

I. *Cod. Cr.* — *Creuzeri:* v. ad de Div. I.

II. *Cod. Wytt.* — *Wyttenbachianus*, de quo locutus sum ad Cic. de Legg. p. XVI. — Hos duos ego Codices ad verbum accurate contuli.

III. IV. *Codd. Leid. a. c.* — *Leidenses*, quos contulit *Geelius* V. Cl.; de quibus v. supra ad de Div. VII—X.

V. *Cod. R.* — *Vratislaviensis;* quem contulit in nostram gratiam Vir Clarissimus, *Fr. Passow.*, Prof. Academiae Vratislaviensis. Vid. Heindorfii Praefat. ad Cic. de N. D. p. VII.

VI. *Cod. Par.* — *Parisiensis* regius; membran. saec. XIV. folio maximo scriptus; quem contulit Parisiis 1825 *Fr. Osann.*, Vir Clarissimus, Prof. Academiae Giessensis. In multis convenit hic Cod. cum Cod. N.

VII. *Cod. U.* — *Ulmensis;* de quo vid. supra ad de Divin. I. d. Ego ipse hunc codicem accuratissime contuli.

VIII. *Cod. S.* — „*Monacensis*, olim *Salisburgensis*, chartaceus, saeculi XV. in 4to. min., foll. 142, in quo sunt *M. Tullii Ciceronis de Caelo* (sic) *et Mundo et eorum Terminatione* liber, ejusdem liber *Perydinaton* (sic) *id est de Fato* et *de Divinatione* libri II.“

IX. X. *Codd. M. N.* — „Lectiones variantes excerptae *a*) ex *Cod.* membr. olim *Salisburgensi*, nunc *Monacensi* *), ex quo Spengelius in libros de Legibus lectionis varietatem enotavit, [vid. nostr. et Creuzeri Ed. Cic. de Legg. p. XVII. sq.], *b*) ex Cod. chartaceo Nr. 361. ab *Hartmanno Schedelio*, celeberrimo olim Norimbergensi medico, anno 1465. die 23 Decembr. Patavii exarato, ac possesso, foll. 154. forma quarta. Insunt *L. Aretini* Cicero novus, *M. T. Ciceronis liber de Fato* (cui adscriptum est *Silii Ital.* testimonium de Cicerone), ejusdem *Ciceronis Timaeus*, Libri IV. *Invectivarum in Luc. Catilinam*, Commentarius *Petitionis Consulatus*, Oratt. *pro Cn. Pompeio* (sic), *pro*

*) „Hic liber MS. cum altero Salisburgensi Codice a Francogallis anno 1800. Salisburgo Parisios deportatus est, indeque redux 1815. in Bibliothecam reg. Monac. immigravit.“ *Krabinger.*

Archia Poeta, *pro Rege Deiotaro*, *Epistolae ad Octavianum*, et *Oratio in C. Caesarem* (i. e. Orat. pro Marcello), L. *Aretini* traductio *Xenophontis Dialogi de Tyrannorum vita*, eiusdem traductio *Basilii M. de primis adolescentium institutionibus* libelli, cum *Gasparini* Epistola in hunc Basilii librum, *Plutarchus de puerorum educatione* de Graeco in Latinum per *Guarinum* traductus etc. etc."

XI. XII. *Copp. Victt. a. b.* — *Copiae Victorianae;* de quibus v. ad de Divin. XII. XIII. — Haec omnia, quae enumeravimus inde a n. VIII. summa cum diligentia nostrum in usum excerpsit et contulit V. Cl. *Krabinger.*

XIII. XIV. XV. *Codd. Guelf.* — *Tres* Codd. bibliothecae Guelferbytanae, de quorum *duobus prioribus* diximus supra ad de Div. n. XIII. XIV.; *tertius* est *Augustaeus* 54. 9. forma quarta min., ineunte saeculo XV. scriptus, cum plurimis verborum compendiis. Accuratissime hos quoque Codices contulit Vir humanissimus, quem dixi, *Schoenemannus:* quamquam neque has copias commentario nostro inserere licuit, cum ob viri clarissimi morbum gravissimum sero ad nos delatae sint. Quare eas ad calcem libri addidimus.

Inservierunt praeterea huic nostrae in hunc libellum operae:

a) *I. N. Lallemandi* Animadversiones, a G. H. *Bardilio*, V. Cl., nobiscum communicatae. Eidem viro humanissimo debemus.

b) *Appendicul. Explanationum Achillis Statii Lusitani in libros tres M. T. Ciceronis de Optimo genere oratorum, Topica, de Fato,* atque Obss. rerum aliarum. Antwerp. impensis Martini Nutii. 1553. 8: quas ipse B. sua manu descripsit. Ipsas *Achillis Statii Explanationes*, quamquam sedulo quaesivi, neque in Germania neque in Belgio acquirere mihi contigit. Quas paucas exhibui, reperi in Ed. Verburgii.

c) *Creuzeri progr.* supra laudatum, ejusque *annotationes* aliquot vel in schedas conjectae vel margini Ed. Ern. adscriptae.

d) *Wopkensii* Lectiones Tullianae;

e) *H. Turnebi* Disputatio contra P. Ramum;

f) *P. Rami* Admonitio ad Turnebum;

g) *H. Turnebi* Responsio ad P. Rami admonitionem. De his tribus libellis diximus in praefatione ad *H. Turnebi Commentarium in librum de Fato*, quem huic operi adjunximus.

***

Editiones autem libelli de Fato praeter eas, quas supra memoravi, peculiares habui; 1) *Georgii Vallae*, cum explanationibus ejusdem. Parisiis ex aedibus Ascensianis. Impensis Ioannis Confluentini (*Jehan de Covviance*) bibliopolae parisiensis. a. 1509. Saepissime convenit, nec vero semper, cum Ed. Opp. Cic. Ascensiana 1. — 2) *Petri Rami*, cum ei. praelectionibus; ed. 2. Lutetiae apud Vascosanum 1554. 4. — 3) Eiusdem, cum comm. auctiore, in libro a *I. T. Freigio* edito, qui inscribitur: *P. Rami Praelectiones in Ciceronis orationes octo consulares* etc. Basileae. 1575. 4. — 4) *Alteri*, cum Acadd. Tuscc. et de Finn. Viennae 1786. 8. cui inest *Collatio duorum Codicum Vindobonensium*, quos insignivimus compendio *Vind. B. B.* — 5) *Bremii*, *I. H.*, cum eiusdem notis, a viro de nostris literis meritissimo iuvene scriptis (Lips. 1795. 8.), sed egregiis plerisque.

Adhibitos etiam a nobis esse ad libros de Divinatione *Iohannis Laurentii Lydi* lib. *de Ostentis* Gr. et Lat. ed. *C. B. Hase.* (Paris. 1824. 8.) et ad librum de Fato *Alexandri Aphrodisiensis de Fato* librum, quem cum aliis ejusdem argumenti nuper edidit *J. C. Orellius* (Turici, 1824. 8.) non est, quod moneam. *)

---

*) Quum iam cum maxime in describendo hoc opere versaretur typographus, nancisci nobis contigit *duas editiones antiquissimas* easque praestantissimas librorum *de Divinatione* et *de Fato*, quarum prior (*de Div.*) est *Petri Marsi*, quam optimo iure praeclaram appellavit Heindorfius in praefatione ad Cic. de Nat. D. p. IX. sed ab Editoribus neglectam. Expressa est elegantissime cum *enarratione Petri Marsi* Venetiis per Lazarum Soardum MDVIII. form. max. Altera (*de Fato*) impressa est diligentissime per Antonium de Strata Cremonensem, Venetiis anno MCCCCLXXXV. form. max. cum commentario *Georgii Vallae*. Harum ego editionum rarissimarum lectiones accurate, collata Ed. Ernestina, cum mea in manibus non esset, excerpsi, ut, sive in nostrum, sive in aliorum usum futurum collecta essent omnia, quae nobis quidem reperire contigisset, unde aliquid bonae frugis ad libros a nobis editos redundare posse speraremus.— Adjunxi item collationes horum librorum diligentissimas cum Edd. *Iuntina* et vera *Lambiniana* (1566.), itemque libelli de Fato cum *Victoriana*, quas humanissime mihi obtulit vir de Cicerone meritissimus *I. C. Orellius*, Professor Turicensis, cui viro item aliquot additamenta debent lectores, quae ejus nomine insignivimus.

ARGUMENTUM LIBRI PRIMI.

Quaestio de Natura Deorum duas tanquam appendiculas habet, alteram de Divinatione, alteram de Fato, quibus adiectis demum plene perfecteque satisfactum ei quaestioni videtur. (L. II. c. 1.) Itaque Cicero eam, quae est de Divinatione, duobus libris plene accurateque pertractavit. In primo libro inducitur Q. Frater omne divinationis genus defendens e Stoicorum disciplina, quod illi videbatur acutissime sententias suas prudentissimeque defendere. II. 72. Duo ergo facit divinandi genera, unum artificiosum, alterum naturale: artificiosum partim constare ex coniectura, partim ex observatione diuturna: naturale, quod animus arripiat, aut excipiat extrinsecus ex divinitate, unde omnes haustos animos libatosque habeamus. Artificiosae divinationis haec genera ponit, extispicum, eorumque, qui e fulguribus omnique ostentorum genere praedicant, tum augurum eorumque, qui signis et ominibus utantur, omneque genus coniecturale in hoc fere genere ponit. Illud autem naturale aut concitatione mentis edi et quasi fundi videtur, cum homines per furorem vaticinantur, aut animo per somnum sensibus et curis vacuo providetur. In singulis autem generibus non tam rationibus, quam magna exemplorum copia utitur, cum externorum, tum Romanorum: quibus hoc effici putat, ut, quamquam eorum causae afferri nullae possunt, tamen, quoniam acciderint, de ipsius rei veritate dubitari non possit. Quod si quaedam falsa sint, quaedam non ita, uti praedicta sint, eveniant; tamen non esse propterea divinationem tollendam: quod quemadmodum, ut Cratippus concludebat, oculi possint aliquando non fungi suo munere, neque tamen propterea non sit usus oculorum; sed qui vel semel ita sit usus

oculis, ut vera cerneret, is haberet sensum oculorum vera cernentium: sic ad confirmandam divinationem satis sit, semel aliquid esse divinatum, ut id non fortuito cecidisse videatur. c. 22. Esse autem divinationem, praeter exempla, confirmat tum consensu gentium et populorum, rerumque publicarum omnium, philosophorum etiam et poëtarum, c. 6. 40. 41. tum ratione hac: Si sunt dii, neque ante declarant hominibus, quae futura sunt, aut non diligunt homines; aut, quid eventurum sit, ignorant; ut existimant, nil interesse hominum, scire, quid futurum sit; aut non censent suae maiestatis, futura hominibus praesignificare; aut ea ne significare quidem possunt. At neque etc. etc. c. 38. Ducit autem divinationem omnem a tribus rebus, a fato, a deo, a natura. Fatum esse non id, quod superstitiose sed physice dicatur, colligationem quandam causarum; quam qui perspiciat animo, is possit futura omnia tenere: quod cum nemo praeter deum facere possit, relinquendum esse homini, ut signis quibusdam consequentia et futura, in causis tanquam in seminibus condita, declarantibus praesentiat. Quod ad naturam attineat, constare, quanta sit animi vis seiuncta a corporis sensibus, qua fiat, ut animi hominum cum aut somno soluti vacent corpore, aut sua sponte furore quodam correpti moveantur, cernant ea, quae corporibus permixti videre non possint. c. 55. sq. *Ern.*

M. TULLII CICERONIS

DE

DIVINATIONE

LIBER PRIMUS.

Vetus opinio est, iam usque ab heroicis ducta temporibus, p. 60. a. 1. 1.
eaque et populi Romani et omnium gentium firmata consensu, versari quandam inter homines divinationem, quam Graeci μαντικήν appellant, id est, praesensionem et scientiam rerum futurarum. Magnifica quae-

De Divinatione] Hanc disputationem a Cicerone eo consilio initam refert Augustinus de Civ. Dei V. 9. ut ne fatum esse concederet et liberam voluntatem perderet. *Goth.* — Copp. Victt. a: ap. Athen. 278. [Ed. Ald.] *φιλόχορος δ' ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς* etc. *Mr.*

eaque et populi romani] *Eaque* ponitur pro *et ea quidem*, ut de Finn. I. 9. 29. *idque:* ad quem locum v. Goerenz. p. 88. *Cr.* Verba *iam usque* non habet Cod. Ox. O. Cod. R. a prima manu *ut populi*, supra lin. *et.* *Mr.*

μαντικήν] Codd. Cr. et U. *manticen.* R. *manticem.* Statim Cod. Cr. pro *appellant* habet *vocent* (sic) et in marg. *appellent.* Quem conjunctivum cave probes: non tam, quia alibi quoque in propositione relativa post acc. c. inf. ponitur indicativus, veluti de Div. II. 6. 17. *quidquam futurum esse, quod neque causam habet ullam* etc.: quam ideo, quia verba *quam — appellant*, non sunt quasi pars opinionis illius veteris, sed additamentum Ciceronis. Pro *praesensionem* Cod. Cr. habet *praesessionem.* Cod. R. habet *id* omisso *est*, idem pergit *praescientiam rerum fut.* Sed *praescientia* est recentiorum. *Mr.*

scientiam rerum futurarum.] Hippocrates de Victus rat. lib. I. p. 345. Foesii: — *Μαντικὴ τοιόνδε τοῖσι φανεροῖσι μὲν τὰ ἀφανέα γινώσκειν, τοῖσι ἀφανέσι τὰ φανερὰ, καὶ τοῖσι ἐοῦσι τὰ μέλλοντα, τοῖσι ἀποθανοῦσι τὰ ζῶντα.* De divinationis notione adde annott. ad de Legg. II. 18 p. 259. ed. Mos. et nostr. *Cr.*

Magnifica quaedam] Fuit prius in Pal. pr. *quidem*, neque aliter Wouvoriani: non admodum displicet. *Grut.*

Magnifica quidem *res*] Vulgo *quaedam:* sed melior videtur ea lectio, quam nos fide MSStorum Pal. pr. et Wower. recepimus. *Davies.*

Magnifica quidem res] Sic MSS. plures, melius quam ceteri et Edd. quae habent *quaedam.* Alibi Cicero simpliciter dicit *magna res* etc. ut in L. III. de Nat. D. et alibi. *Ern.* — At conf. Cic. Off. III. 1. *magnifica vero vox:* infra II. 26. *magnum vero. Rath.* — *Quidem* habet regius noster. *Lallem.*

Magnifica quaedam res] Hotting. praestare existimat lectionem *quaedam*, ut sit sensus: *res vel in primis magnifica:* laudatis locis de Div. I. 51. *magna quaedam — interpretatio:* de Finn. II. 34. *ad altiora quaedam — nati sumus:* Tusc. I. 40. *magnis quibusdam bonis:* ib. II. 4.

dam res et salutaris, si modo est ulla: quaque proxime ad deorum vim natura mortalis possit accedere. Itaque

te natura excelsum quendam genuit: his adde, quae congessit Beier. ad Cic. de Off. I. 15. 47. p. 115. itemque Schütz. in Lex. Cic. III. 3: p. 18. Et similiter Graeci, veluti Plut. Alex. c. 34. extr. οὕτω τὶς εὐμενὴς ἦν (Ἀλέξανδρος) πρὸς ἅπασαν ἀρετήν. Quod vero ait Hott. pro lectione *quidem* illud posse afferri, quod, dubitationem innuens, accommodatior videatur verbis: *si modo est ulla:* id quidem commode refutat Goerenzius in Progr. 1805. Zwiccaviae edito (Animadverss. ad Cic. L. I. de Divinat.) p. 3. dicens sensum esse: *si modo est ulla divinatio, ea magnifica quaedam res est et salutaris: quid? talis, ut possit accedere* etc. Res autem, addit, est in vulgus nota, Ciceronem ad adjectiva, quae rei aliquam magnitudinem notant, ad exemplum Graecorum, μεγαλεῖόν τι, constanti more pronomen *quidam* ponere. De graeco usu vid. Hermann. ad *Vigerum* p. 731. Et habent *quaedam* Codd. nostri L. c. Cr. S. et U. et Edd. praeter Dav. Ern. Bip. Hott. et Schütz., quae ad manum sunt, omnes. L. a. et b. *quaedem.* L. d. omittit *est* post *modo.* Cod. S. habet *non modo* pro *si modo.* Videtur annotatio Glossatoris veram Ciceronis scripturam e contextis extrusisse. *Mr.*

Quaque proxime *ad deorum vim*] Sic restituit hunc locum *Adr. Turnebus* Advers. l. V. c. 20. nam vulgo legitur, *quaeque proxima ad deorum vim natura mortali* etc. Plane mendose. *Lambin.*

Quae*que* proxima *ad deorum* etc.] Turnebus lib. V. cap. 20. corrigit, *quaque proxime,* sed non accedunt codd. nostri, recepta tamen isthaec correctura ab Manutio, ab Lambino, et sic Marsus edidit ante annos centum. *Grut.*

Quaque proxime *ad deorum vim natura* mortalis *possit accedere*] Sic fere MS. Eliens. nec aliter edidit *Pet. Marsus,* antequam *Turnebus* sua publico dederat Adversaria. *Pacuvius* apud *Agellium* N. A. lib. XIV. c. 1.

Si qui, quae eventura sunt, provideant, aequiparent Iovi.

Ita legendum, ut versus sit Trochaicus, qui in editis male discerpitur. Vulgo, *quaeque proxima ad deorum vim natura mortali possit accedere;* quod commodum non parit sensum. *Dav.*

quaque proxime ad deorum] Ita recte Codd. Lallem. regius et Oxon. ψ. et ex nostris libris Edd. Asc. 1. 2. (posterior vero in marg. habet ceterorum pravam lectionem *quaeque proxima*) Lamb. Dav. Olivet. Ern. Bip. Hott. Schütz. In Edd. Crat. Herw. et Sturm. est *quaeque proxime.* Cod. R. *quippe proxima* posteriori voci superscriptum *que.* L. a. *quaeque proxima.* L. d. *quaeque proxime.* L. c. *quoque proxima.* S. *sique proxima adeorum. Mr.*

quaque proxime] Sic correxere olim viri docti: sic et in meo exemplo ed. Ven. 1494. correxit manus docta. Totidem literis sic est in Ed. Ascensii pr. *Ern.*

ad deorum vim] Recte monet Goer. ad Cic. de Finn. V. 15. 43. *vim* significare h. l. *facultatem et naturam,* ita Cic. l. c. *est enim naturâ sic generata vis hominis:* ubi, cum praecesserit ablativo casu *naturâ,* non addere poterat *natura* casu nominativo, ideoque posuit *vis.* Conf. infra II. 44. 92. *qui potest eadem vis esse nascentium.* Ern. in Clav. Cic. v. *vis* extr. nostrum locum, quamquam eum non laudat, ante oculos habuisse videtur, cum dicit: *Vis* servit etiam periphrasi, ut *vis deorum* pro *diis.* — Pro *mortalis* codd. nostri *mortali,* ut pleraeque omnes Edd. vett., exceptis Ascens. 1. 2. Lamb. et Marsi, et post Davis. recentioribus. *Mortalis* est in Cod. L. a. et a sec. m. in Cod. R. *Mr.*

possit accedere.] Diverso prorsus modo de Divinatione indicat Plato, vel quisquis ille est, in Epinomide p. 975. C. ed. Steph. *Cr.*

ut alia nos melius multa, quam Graeci, sic huic praestantissimae rei nomen nostri a divis, Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt. Gentem quidem nullam 2.
video neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem atque barbaram, quae non significari futura,

alia nos melius multa, quam Graeci,] Cic. Tusc. I. 1. 1. *sed meum semper iudicium fuit, omnia nostros aut invenisse per se sapientius, quam Graecos, aut accepta ab illis, fecisse meliora.* Sed totum legendum est caput. In hanc quoque sententiam disputat de Finn. I. 3. ibique §. 10. eo usque audaciae procedit, ut dicat: *sed ita sentio et saepe disserui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse, quam Graecam:* ad quem locum vid. Goerenz. p. 14. Cod. R. *melius quam*, sed man. sec. delevit *quam*. Mox L. b. *duxere* pro *duxerunt*. R. *praestantissime*, et sic constanter *e* pro *ae*. Idem *dixerunt* pro *duxerunt*. *Mr.*

Huic praestantissimae rei etc.] Hunc locum laudat *Servius* in *Virgilii* Aen. III, 443. ubi *μάντεις* etiam *ἀπὸ μανίας* dici testatur. *Platonis* vero *ῥῆσις*, ad quam respexit noster, exstat in *Phaedro* p. 343. G. *Τῶν*, inquit ille, *παλαιῶν οἱ τὰ ὀνόματα τιθέμενοι, οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦντο οὐδὲ ὄνειδος, MANIAN. οὐ γὰρ ἂν τῇ καλλίστῃ τέχνῃ, ᾗ τὸ μέλλον κρίνεται, αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ἐμπλέκοντες, MANIKHN ἐκάλεσαν· ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος, ὅταν θείᾳ μοίρᾳ γίγνηται, οὕτω νομίσαντες ἔθεντο· οἱ δὲ νῦν ἀπειροκάλως τὸ T ἐπεμβαλόντες, MANTIKHN ἐκάλεσαν.* Falsus igitur est Scholiastes in *Euripidis* Hecubam vs. 676. qui notat, *φησὶ Πλάτων ἐν ΓΟΡΓΙΑι, ὡς ἡ μαντικὴ μανικὴ οὖσα πρῶτον, προςτεθέντος τοῦ T, μαντικὴ γέγονεν.* Nam, memoriae vitio, *Gorgiam* pro *Phaedro* laudavit. *Caelius Aurelianus* Morb. Chron. lib. I. cap. V. p. 325. *Plato in Phaedro duplicem furorem dixit: unum fieri mentis intentione, ex corporis causa vel origine; alterum divinum sive immissum, eiusque Apollinem inspiratorem esse, atque hunc vocari* divinationem: *ab antiquis vero appellatum* furorem. *Magna Graecorum vetustas μανίαν appellabat, quae nunc μαντικὴ dicta est.* Antiquo autem more locutus est *Aristides* Hymn. in Iovem pag. 5. *Δότε μοι MANIKON γενέσθαι τὸν λόγον.* Hinc etiam *Tertullianus* de Animâ cap. XXI. *AMENTIAM* vocat *spiritalem vim, qua constat prophetia.* Vide sis et eiusdem libri cap. XLV. et *Suidam* in *μανίαι οὐ πᾶσιν ὅμοιαι.* Nimirum *τοῦτο μάντεως ἴδιον τὸ ἐξεστηκέναι*, ut ait *Ioannes Chrysostomus* Hom. XXIX. in I. Epist. ad Corinth. Tom. III. p. 430. ed. Eton. *Philo* in libro *Quis rerum Divin. heres* pag. 383. D. [Pag. 482. Ed. Mangey.] *Ἔκστηθι σαυτῆς, καθάπερ οἱ κορυβαντιῶντες καὶ κατεχόμενοι, βακχευθεῖσα καὶ θεοφορηθεῖσα κατά τινα ΠΡΟΦΟΡΗΤΙΚΟΝ ἐπιθειασμόν.* Lege *προφητικὸν ἐπιθειασμόν.* [*προφητικὸν* ex libris MSS. restituit Mangeyus. Videtur autem Philo h. l. orationem suam expressisse ad Platonicam in libro VII. de Legg. p. 790. d. e. *Cr.*] Vide sis eiusdem libri pag. 404. G. Viri tamen Ecclesiastici veras *ἐκστάσεις* a furore distinguebant, putabantque *θεοπνεύστους* prophetas e statu mentis non abripi. Adeas licet *Henr. Valesium* ad *Eusebii* H. E. V, 16, 17. *Davies.*

2. *Gentem quidem nullam* etc.] Conf. Tuscul. I. 13. de Legg. I. 8. 24. ubi vid. nostram annot. p. 64. ed. nostr. et Cr. Adhibuit nuper nostrum locum Mahnius ad Wyttenbachii Lectiones. (Gandav. 1824.) p. 124. Cod. R. omittit *neque* post *doctam*. *Mr.*

Atque *barbaram*] Sic Eliens. et Ven. 1471. Recte; siquidem *tam* humanam ATQUE *doctam* supra dixerat. Vulgo *tamque*. *Dav.*

immanem atque barbaram,] Conf.

et a quibusdam intelligi praedicique posse censeat. Principio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam, pro-

ad v. *immanem* Herzog. ad Caes. de B. G. IV. 1. p. 200. *Immanitati* opponitur *humanitas, barbariae, doctrina.* Ceterum nos cum Davisio recepimus *atque* ex Codd. nostris Cr. U. R. Lallem. regio, Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw., neque erat, quod Hott. eam lectionem sciolo cuidem deberi existimaret. Eadem lectio est in Ox. E. et U. Mox L. d. habet *in quibusdam. Mr.*

Principio Assyrii] His Prometheus Astrologiam indicavit, si fides *Servio* in *Virgilii* Eclog. vi, 42. Adi sis et *Aeschylum* Prom. Vinct. vs. 456, 488. At Babylonii (qui sub Assyriorum nomine continentur) hanc artem *ἐφευρον διὰ Ζωροάστρου, μεθ' ὃν καὶ Ὀστάνης· οἳ ἐπέστησαν τῇ οὐρανίᾳ κινήσει τὰ περὶ τοὺς τικτομένους συμβαίνειν*, (Lego, *οἳ ΗΠΙΣΤΑΝΤΟ τῇ οὐρανίᾳ κινήσει τὰ περὶ τοὺς τικτομένους συμβαίνειν ΜΕΛΛΟΝΤΑ*) *ἀφ' ὧν Αἰγύπτιοι καὶ Ἕλληνες ἐδέξαντο*, ut ait *Suidas* in *Ἀστρονομία*. Vide *Nonnum* in *Gregorii Nazianzeni* Stelit. I. p. 150. *Tatianum* Orat. ad Graec. cap. I. *Iulianum* apud *Cyrillum* lib. v. pag. 178. B. et *Cosmam* Indopleusten lib. III. pag. 159. *Dav.*

Principio Assyrii] Scribitur *Assurii* in Cod. Vat. rescripto librorum Cic. de Rep. III. 4. p. 224. Ed. A. Maj. Quod ait Dav., Babylonios sub Assyriorum nomine contineri, de eo vid. interprett. ad Herodot. I. 192. in primis Schweighaeuserum T. V. p. 191. Sed alias etiam *Syrii* a Graecis dicti, qui sunt *Assyrii*. Herodot. VII. 63. ibiq. interprr. Hinc Sardanapalus *Syriae* rex Ciceroni Tuscull. V. 35. 101. (ubi non debebat sequi Ern. Corradum in Quaestura p. 382. *Assyriae* corrigentem: v. modo Buherium ad h. l.) et de Finn. II. 32. 106. ib. Goerenz. Conf. infra I. 41. *in Syria Chaldaei* etc. *Cr.* — Ad Davisianam Suidae emendationem, *οἳ ἠπίσταντο — συμβαίνειν μέλλοντα*, Wopkensius in Lectt. Tull. p. 285. dicit: non video, quid menti auctoris obstet, si servetur lectio librorum, et locus ita reddatur: *qui diligenter notarunt, coelesti motu accidere, quae ad nascentes pertinent.* Hanc sane vim tribuere verbo *ἐφίστημι* videtur Pollux lib. IV. Segm. 8. cum illud recenset inter *γνῶναι, γνωρίσαι, θεωρῆσαι* et similia. At illam extra omnem dubitationis aleam posuisse videntur viri doctissimi Duportus ad Theophr. Charact. pag. 221. ed. Needham. et Olearius ad Philostrat. vit. Apollon. lib. I. c. 24. Cod. L. c. *planitiam* pro *planitiem. Mr.*

Ut ab ultimis auctoritatem *repetam*] Sic et nostri, at Francisci Pithoei codex *auctoritate*, quod placebat Gulielmio: *ultimi*, inquit, *auctoritate, οἱ ἀρχαιότατοι, οἱ πορρώτατοι. Gruter.*

Ut ab ultimis auctoritatem repetam] Ultimos, *antiquissimos* passim denotare, vel iis notum, *qui nondum aere lavantur;* adeo ut plus quam pueriliter lapsus sit *Aldus* nepos, qui *ultimos* interpretatur barbaros, quia *Cicero nationem barbaram ultimo loco recensuit.* Sed hunc missum facere par est, ut aliud videamus. Cum *Pithoeanus* Codex haberet, *ut ab ultimis* auctoritate *repetam,* ea lectio *Iano Gulielmio* placebat. At illa loquendi ratio ne Latina quidem est; nam qui *repetit*, retrorsum petit, adeoque *casus Accusativus* plane flagitatur. *Virgilius* Georg. iv, 286.

— *Prima repetens ab origine famam.*

Scriptor ad Herennium lib. I. c. 9. Rem *breviter narrare poterimus — si non ab ultimo initio repetere volemus.* Vide et *Iustinum* lib. II. cap. 1. *Davies.*

ab ultimis auctoritatem repetam,] Cic. de Finn. I. 20. 65. p. 98. Goerenz. *in quibus tam multis atque variis ab ultima antiquitate repetitis. Cr.* Add. Tusc. I. 48. 116. *repetunt ab Erechtheo:* Acadd. II. 5. 13. *repetunt a P. Valerio:* de N. D. I. 10. 25. *qualia vero sint, ab ultimo*

pter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque stellarum obser-

repetam, superiorum; ubi vid. ed. Cr. et nostr. mai. p. 48. ed. nostr. min. p. 20. *Mr.*

propter planitiem magnitudinemque regionum] Monet Sch. esse h. l. ἐν διὰ δυοῖν pro *magnam planitiem:* de qua figura loquitur exemplis additis Gerh. Io. Vossius Institutt. Oratt. L. V. c. 4. 2. In eadem sententia erat etiam Hottingerus. Ad v. *planitiem* v. Voss. et Doering. ad Catull. XXXVI. 12. qui nostri loci nos admonent. *Mr.*

quas incolebant] Conf. infr. l. 42. *Etenim Aegyptii et Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes* cet. *Cr.* Cod. R. *et caelum.* L. d. omittit sequens *ex. Mr.*

traiectiones] Stellae volitantes, explicat Hott., aliaque huius generis μετέωρα. Contra eum recte disputat Goer. l. c. et, qui eandem sententiam adoptavit, Sch. Ita enim ille: Vocem *traiectiones* interpretes de stellis, quae volitantes dicuntur, sensu quidem proprio, accipiunt. At vero has non observabant ex arte Chaldaei, sed potius *cursum* vagantium, *motumque* fixarum stellarum, quas nempe cum coelo moveri putabant. Inde illa, quae ex artis voce dicitur, *constellatio.* Malim igitur hoc loco vocem illam ita accipi, ut ad vaganta astra pertineat, quae fixa *traiiciunt* i. e. transcurrunt. Conf. I. 19. 36. et II. 6. ubi est *siderum cursus et motus,* ubi interpp. multa turbarunt. Ad rem v. interpr. ad Diogen. Laërt. II. 9. et Rossi Comm. Laërt. p. 80. *Mr.*

traiectiones] Io. Laur. Lydus de Ostentis cap. IV. p. 15. sq. ed. Hasii: πολλάκις δὲ καὶ διάπυρος ἀστὴρ — διατρέχει τῶν Παρθναίων ἔφοδον μαντευόμενος: et in sequentibus: καὶ εἰ μὲν ἐξ ἄρκτου διάττων ἐκτρέχει: ibid. cap. XX. p. 84. εἰ δὲ διάττῃ ἀστὴρ φθορὰν σίτου καὶ ἀνθρώπων ἀπειλεῖ, ὅταν μέντοι ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δυσμὰς ἐκτρέχοι. *Cr.* — Cod. L. d. *traiectionesque.* S. *transiectiones. Mr.*

Motusque stellarum observaverunt] Ita enim nostri duo priores. at tertius et exemplar S. Victoris, quo usus Ianus Gulielmius, *observitaverunt:* quae vox iterum occurrit infra cap. 45. *Gruter.*

Motusque stellarum observitaverunt] Vulgo *observaverunt,* at cum *verbum frequentativum* in nostris et aliorum MSStis compareret, cur id repudiarem, non erat. Vide sis infra cap. XLV. et nos ad lib. I. de Legg. cap. 4. *Dav.*

observitaverunt:] Davis. e MSS. pro *observaverunt* edidit *observitaverunt:* sic et MS. Guelf. Non ausus sum id recipere, quia id verbum nuspiam usurpatum reperi. Infra c. 45. pariter e MSS. quibusdam editum est. *Ern.* Receperunt tamen Davisii scriptionem Hott. et Schütz.; Goer. autem scripsit *observitarunt* addens: rectissime fecit Hott., quum post Davis. plerorumque librorum lectionem reponeret. Amat enim Cicero frequentativa, vel insolentiora, ut *allectare, defensitare, responsitare, coeptare* etc Sic reponendum Acadd. II. 22. 69. *negitasset,* quod etiam Cod. a nobis inspectus servat. In Ed. Academicorum Goerenzius p. 129. eam lectionem ex quatuor Codd. exhibuit. Nostro loco Codd. nostri L. c. d. Cr. U. et M. Copp. Vict. b. item faciunt cum Davisianis. Quod vero ait Gruterus, *observitaverunt* reperisse Ianum Gulielmium in exemplari S. Victoris, id ridicule de Ed. Victoriana intellexit Rathius. *Mr.*

observitaverunt] Conf. Gell. N. A. X. 15. p. 487. Gronov. Appulei. Metamorph. VIII. 168. ibiq. Oudendorp. p. 550. *Cr.* — Optima de h. l. observatio est in annotationibus F. Lindemanni ad Prisciani Opp. minora (Lugd. Bat. MDCCCXVIII.) p. 329. sq. quam, etsi longiorem, huc transscribam, cum in universum probe sit

vitaverunt: quibus notatis, quid quoque significaretur, memoriae prodiderunt. Qua in natione Chaldaei, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obser-

tenenda. Ita autem ille: Quamquam de crebra observatione intelligi debet, tamen Ern., qui aliunde etiam comprobatam cuperet vocem, neque inveniret, alteram lectionem praetulit. Ac primum non intelligitur, quomodo adductus fuerit librarius, ut scriberet formam rariorem et obscuriorem pro vulgari et notissima. Deinde eam legem criticam non agnosco, ex qua vox quaedam, casu volente, semel aut raro occurrens, si ceterum recte et ad similitudinem aliarum sit formata, bonis libris veteribus comprobata, et rem ipsam apte elocuta, damnatur propterea, quod semel aut raro occurrit. Ea lex nulla esse potest. Quis enim tantae est temeritatis, ut audeat dicere, eiusmodi voces semel non usurpari potuisse ab scriptoribus? Vereor profecto, ne haec audacia multas probae notae voces expulerit e latinis scriptoribus. Hoc si rarius acciderit in integris vocibus; in formis tamen et flexionibus vetustis ac rarioribus saepissime factum esse confido. — Quod autem ad vocem *observito* attinet, ea praeter Ciceronem apud Appuleium de deo Socratis occurrit, qui locus cf. — Est nimirum locus iste p. 114. Ed. Basil. 1597. cum comm. Beroaldi, Bip. p. 241. — Iisdem ego rationibus nixus restitui Ciceroni de Rep. II. 4. vocem *excursant*, quod vult etiam Osann. in Auctario Lexx. Graecc. p. 184. *Mr.*

quid cuique significaretur,] Hotting. corrigi vult *quoque*. Recte. Nam ex sententiae tenore, si Cic. *cuique* voluisset, scribendum ei fuisset *significatum esset:* nisi forte imperf. pro plusquamperf. positum malis, ut frequentissime Latini. Cf. Nodel. in Actis Soc. Traiect. T. III. p. 275. sqq. qui sat exemplorum collegit. *Goer.* — Mihi quidem *quoque* pro *quoque signo* duriuscule dictum videtur. Ciceronem si hoc voluisset, scripturum fuisse existimes: *quid quibusque monstris atque portentis sign.* Quod si vero hic sensus requiratur, Dativus *cuique* Graeco more positus esse possit pro *quoque*. Sed cum infra dicatur de Chaldaeis *quid cuique eventurum:* cur aliud quidquam de Assyriis dictum sit? *Kayser.* — Ioann. Cannegieter in Disq. de Notis p. 339. „*Cuique* pro *quoque* exhibitum credo. Possis, scio, interpretari, *unicuique hominum*, malim tamen *quocunque signo*.“ At tum debebat esse *quoque* sive *quolibet. Cr.*

quid quoque significaretur,] Cod. R. *signaretur*. Nos cum Sch. Hottingeri coniecturam amplexi sumus, cum infra c. 41. similiter dicatur *quid quibusque ostendatur monstris, interpretatur*. Et potest ipsum illud *cuique* correctoris esse, ea, quae hic dicuntur, cum sequentibus, *quid cuique eventurum*, in concordiam redigere volentis. *Mr.*

quibus notatis — memoriae prodiderunt.] Totum hoc videtur a grammatico quodam adiectum. Melius certe eo omisso convenirent sequentia. Ita Sch. Cui ego sententiae calculum meum non addiderim. In Cod. R. est *tradiderunt*. *Mr.*

Qua in natione Chaldaei, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati] Ita loquitur, quod omnes *Genethliacos*, quaecunque demum iis patria contigerat, *Chaldaeos* nominabant. Adi modo *Agellium* I, 9. XIV, 1. Alioqui proprie *Chaldaei* vocabantur inter Babylonios ii qui siderum scientiae se dabant. Vide nostrum infra cap. 41. *Strabonem* lib. XVI. pag. 1074. et *Diodorum* Siculum Bibl. lib. II. pagg. 98. 115. [Conf. Muret. Varr. Lectt. XV. 6.] *Dav.*

Qua in natione Chaldaei — nominati,] Memorabile appellat hoc dilogiae exemplum Hott., quo Cicero usus sit brevitatis causa: cum Chaldaeorum nomen, semel positum, bis diverso sensu sit intelligendum, quippe quod primum denotet astrologos, quatenus iungatur cum verbis *non — nominati,*

**vatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prae-
dici posset, quid cuique eventurum, et quo quisque fato
natus esset. Eandem artem etiam Aegyptii longinquitate** b.
temporum innumerabilibus paene saeculis consecuti pu-

deinde cum verbis *scientiam — effecisse* significet gentem. Cui ita obloquitur Roosius in progr. (Giessae 1799. Symbolae crit. ad Cic. d. Div. libros ab Hott. editos) p. 4. Chaldaei (a priscis Babyloniae incolis diversi, posteriore tempore cum iisdem confusi) cum in primis florerent astrologiae studio, hinc factum, ut deinceps omnes in ea elaborantes *Chaldaeorum* nomine insigniti, adeoque *non ex artis, sed ex gentis vocabulo* sint nominati. Ad verba *Qua in natione* repetendum est proxime antecedentibus *Assyriorum*, quod nomen, ut saepius, generale cum *Assyriorum* tum *Babyloniorum* haberi debet. Nihil igitur dilogiae, quam urget Hottingerus. — Conf. Censorin. de Dienatali VIII. ibiq. Havercamp. ed. ei. p. 35. *Mr.*

et quo quisque] Cod. U. *et ex quo*. Idem cum S. statim habet *autem* pro *artem*. Cod. Cr. *eandem artem Aegyptii et longinquitate*. *Mr.* De Chaldaeis adde interprett. ad Appuleii Metam. p. 118. ed. Oudendorp. et Beroaldum ad eosdem libros p. 75. itemque Pricaeum ad Appulei. Apolog. p. 480. ed. Bosch. Adde Iac. Gothofred. ad Cod. Theodos. Lib. IX. Tit. XVI. leg. 5. Tom. III. p. 129. sq. *Cr.* Plurima veterum de Chaldaeis loca congessit et de nostro quoque egit Hofmannus in Lexico Universali T. I. p. 817. ed. Lugd. 1698. f. m. Ceterum istud inter Roosium et Hott. certamen ita est dirimendum: Multi erant Ciceronis aetate, qui, cum de Chaldaeis sermo esset, non de gente aliqua, sed de astrologis, et artium quoque magicarum peritis, cogitarent. Hos igitur monet, Chaldaeos fuisse nationis Assyriorum partem, eorumque nomen non artis ipsorum, sed gentis, esse. Cod. S. pro *quid cuique* habet *quidem cuique;* et *longinquitatem* a pr. m. sed *m* a sec. m. erasum est. *Mr.*

Eandem artem Aegyptii] *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. 1. p. 361. et ex eo *Eusebius* Praep. Evang. lib. x. c. 6. *Αἰγύπτιοι γοῦν πρῶτοι Ἀστρολογίαν εἰς ἀνθρώπους ἐξήνεγκαν, ὁμοίως δὲ καὶ Χαλδαῖοι. Iamblichus* vit. Pythag. §. 158. *Τὰ γὰρ οὐράνια θεωρήματα κατὰ κοινόν τινες Αἰγυπτίοις καὶ Χαλδαίοις ἀναφέρουσιν.* Ut eos vero praeteream, qui Magos fraudis huiusce faciunt Architectos; inter se discrepant Auctores, Aegyptiine, an Chaldaei, primi *τέχνην γενεθλιακὴν* invenerint. *Theodoretus* Therap. I. p. 6. *Ἀστρολογία δὲ, καὶ γενεθλιολογία, Χαλδαίων εὕρημα λέγεται.* Auctor de rerum repertoribus apud *Cotelerium* PP. Apost. Tom. I. pag. 545. *Χαλδαῖοι* (*ἔφευρον*) *Ἀστρολογίαν καὶ Γενεθλιολογίαν.* Pro Chaldaeis etiam testimonium dicunt *Iosephus* Ant. Iud. lib. I. cap. VIII, 2. *Agellius* XIV, 1. et *Proclus* in *Platonis* Timaeum lib. IV. p. 277. At supposititicius iste *Clemens* Hom. X. c. 16. et Recogn. lib. V. c. 20. haec Aegyptiis attribuit. Vide sis et *Lactantium* Div. Inst. lib. II. cap. XIII, 10. ac *Diodorum* Siculum Bibl. lib. I. pagg. 46. 63, 73. *Arnobius* lib. II. p. 116. Ed. Herald. *Quando siderum motus aut ratio coepta est Genethliaca sciri? Non post Theutatem Aegyptium, aut post Atlantem?* qui Libycus erat. Adeatur et *Eusebius* P. E. lib. IX. c. 17. Sane secundum *Plinium* H. N. lib. VII. §. LVII. p. 416. *Astrologiam* (invenit) *Atlas, Libyae filius; ut alii, Aegyptii; ut alii, Assyrii.* At pro *Luciani* mente Tom. I. p. 848. seqq. Aethiopes primi, dein Aegyptii, tum vero Babylonii hanc artem calluerunt. *Davies.*

longinquitate temporum] Respicere etiam Tullius ad portentosam Aegyptiorum chronologiam, quo pertinent innumerabilia paene saecula, mihi videtur. Sic infra cap. 19. *Babylonio-*

tantur. Cilicum autem et Pisidarum gens, et his finitima Pamphylia, quibus nationibus praefuimus ipsi, volatibus avium cantibusque, ut certissimis signis, declarari res
3. futuras putant. Quam vero Graecia coloniam misit in Aeoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam, sine Pythio, aut Dodonaeo, aut Hammonis oraculo? aut quod bellum susceptum ab ea sine consilio deorum est?

2. Nec unum genus est divinationis publice privatimque celebratum. Nam, ut omittam ceteros populos, noster quam multa genera complexus est? Principio, huius

rum CCCCLXX millia annorum commemorantur. *Roos.* — Ego quidem exspectabam Ciceronem dicturum, Aegyptios illud iam pridem consecutos esse, neque vero eos tanto seculorum numero opus habuisse ad eam artem discendam. Existimabam igitur *longinquitate* esse id, quod *distantia temporum*, et verba *innumerabilibus paene seculis*, ut glossam, esse eiicienda. Iam vero reputo, si innumerabilia fere secula id egerint, illud certe consequi, ut mature et iam dudum coeperint. *K.* Certe in Hottingeri explicatione, dicentis, *long. temp.* esse id, quod paulo ante *diuturna observatione*, acquiescendum videtur. *Mr.*

Cilicum] Infra I. 42. sub fin. etiam de Phrygibus, Caribus, Umbris loquitur, et rei causae simul adduntur. *Cr.*

Pisidarum] Cod. P. *Sysidarum*. R. *Phisidarum*. L. b. *Pisidarum gentem*. S. *Persidarum* omisso *gens*. Mox Cod. Cr. *contermina*, sed in marg. *al. finitima*. Illud plane non est Ciceronianum. Idem *Pamphilia quibus a nationibus*. *Mr.*

Cantibusque, certissimis signis] Vulgatiores, *cantibusque*, ut *certissimis signis*. sed illa connexio non est in Pall. aut S. Victoris edd. neque admisit Marsi Victoriive editio. *Grut.*

ut certissimis signis] Quaedam Edd. omisere *ut*, quod Edd. pr. habent. restituit Davisius. *Ern.* Nimirum in Ed. priore; nam in secunda Davisiana omissum est. Neque vero omittendum fuit, cum haec verba sint pars sententiae illarum gentium. Et habent *ut* Codd. Oxx. nostri L. a. U. M. Edd. Car. Steph. Sylb. Sturm. Boul. Brut. Lamb. Goth. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. In Cod. S. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Co. Vi. a. est *et certissimis signis*. Cod. R. *volatilibus*, sed *li* punctis notatum. Cod. L. d. *et cantibus*. *Mr.*

Misit in Aeoliam] Sic emendavit *Adr. Turnebus* et hunc locum lib. v. Advers. cap. 20. nam vulgo legitur *in Aetoliam*. *Lamb.*

Coloniam misit in Aeoliam] Est, non tam a coniectura Turnebi, quam prodidit d. cap. 20. quam ab auctoritate pal. pr. atque Pithoeani cod. a Gulielmio consulti: expresseratque item Marsi editio, post publicati, *Aetoliam*. *Grut.*

Aeoliam] Ita Co. Vi. a. ex nostris Codd. M. L. a. d. Edd. Lamb. Verb. et post eam omnes. Cod. U. habet *atholiam*. Idem mox a pr. m. *ut* pro *aut*, et *libellum* pro *bellum*. Cod. P. bis scriptam habet vocem *susceptum*. Cod. R. *Yoniam* — *Sciciliam* — *Ytaliam* — *pirio* — *homonis*, et ita semper in nominibus propriis, quod nisi usus fuerit, non ultra monebimus. Vocem *est* idem repositam habet post *susceptam*. Laudatur in Copp. Vi. a. Plutarch. Mor. [(advers. Colot. c. 17.) T. v. p. 874. ed. Wytt.] In Cod. M. deest ultima capitis vox, *est*. *Mr.* — Ad v. *Asiam* v. Cic. de Rep. II. 4. *Cr.*

C. 2. *Nec unum genus*] Ita locutus est de Invent. II. 2. 4. *non unum aliquod proposuimus exemplum*. Ad v. *auspicato urbem condidisse* cf. Cic. de Rep. II. 8. *qua glo-*

urbis parens, Romulus, non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur. Deinde auguribus et reliqui reges usi: et, exactis regibus, nihil publice sine auspiciis nec domi nec militiae gerebatur. Cumque magna vis videretur esse et in impetriendis consulendisque rebus, et in monstris interpretan-

ria parta, urbem auspicato condere et firmare dicitur primum cogitavisse rem publicam. Mr. — Cic. de Rep. II. 9. *urbem condidit auspicato* (Romulus) *et omnibus publicis rebus instituendis, qui sibi essent in auspiciis, ex singulis tribubus singulos, cooptavit. Cr.* — Cod. R. *auspiciis* pro *auspicato*. Cod. S. *philosophos* pro *populos*. *Mr.*

et reliqui reges usi:] Noli ad *usi* cogitare *sunt*. nam per duplex *et* copulantur eadem verborum tempora. Cogites igitur ex iis, quae sequuntur: *usi, nihil* etc. *gerebant. Goer.* — Cod. S. *etiam reliqui.* Ad. v. *urbis parens* vid. Bentlei. ad Horat. Od. III. 3. 66. p. 163. ed. Lips. *Mr.*

Nihil publice sine auspiciis] Postquam Attius Navius cotem novacula discidisset, *auguriis sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domive postea, nisi auspicato, gereretur,* ut ait *Livius* I, 36. Idem lib. VI. c. 41. *Auspiciis bello ac pace, domi militiaeque omnia geri, quis est qui ignoret?* Vide *Valerium Maximum* lib. II. c. I, 1. et *Servium* ad *Virgilii* Aen. I, 350. *Dav.*

nec domi nec militiae] Cic. de Legg. II. 12. 31. p. 258. ed. Mos. et nostr. *nihil domi, nihil militiae per magistratus gestum sine eorum* (augurum) *auctoritate posse cuiquam probari? Cr.*

vis videretur esse] Herelius (*Magaz. f. Philol. v. Ruperti und Schlichthorst* I. p. 129.) non tam ob sonum insuavem, qui insit in verbis *vis videretur*, quam quia periodus ipsa eodem verbo *videretur* finiatur, legi vult *crederetur*, cui etiam, quod mox sequitur, *arbitrati*, melius convenire existimat. Hoc vero est Ciceronem corrigere, non librarios. Quod sequitur *et* non habet Cod. U. *Mr.*

Et in impetrandis] Pal. pr. *et impetrandis.* sec. *et in patrandis.* S. Victoris *et in impetudis*, emendatumque a veteri manu, *impetadis*. non dubium est, quin agat de *sacris impetritis*. itaque viderint Critici, qua conjugatione hoc verbum auctori nostro redonari debeat. *Grut.*

Et in inpetrandis — et in monstris interpretandis] Pal. sec. ac Eliens. habent, *et in patrandis*. Primus vero et Cantab. dant, *et impetrandis*. Totum igitur locum sic refinge: *cumque magna vis videretur esse et inpetrandis consulendisque rebus, et monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina.* Vix opus est, ut moneam in omnibus nostris esse, *sine haruspicum disciplina;* quippe ea lectio menti *Ciceronis* adversatur. At, nisi fallor, negari non potest, quin *praepositiones* illae, quas delendas censeo, Latinitatis elegantiam turbent ac destruant. *Dav.*

et in impetriendis] Ita probante Hott. et praeeunte Sch. scripsi ex coniectura Manutii ad I. 16. Probabile enim et vero etiam simile est, Ciceronem h. l. verbo augurali esse usum, de cuius sensu et vi vid. Scaliger ad Festum p. LXXI. Ed. Santandr. Conf. Gesner. in Thes. L. L. et Schütz. in Lex. Cic. v. *impetrio*. Petrus etiam Pithoeus in marg. Ed. Lamb. legendum esse ait *impetriendis*. Codd. L. c. d. *in* ante *impetr.* omittunt, R. habet *et procurandis*. Conf. etiam Corradum in Quaestura p. 383. Cod. S. exhibet *etiam impetrandis*. Ad v. *consulendisque rebus* illud damus Hottingero, insolentius hoc dictum esse: quod vero addit, ita scribi pro *consulendis de rebus diis*, in eo nos minime adsentientes habet. *Mr.* — *Consulendis rebus* dictum videtur pro *rebus in consultationem ad-*

dis ac procurandis, in haruspicum disciplina; omnem hanc ex Etruria scientiam adhibebant, ne genus esset ullum
4. divinationis, quod neglectum ab iis videretur. Et, cum duobus modis animi, sine ratione et scientia, motu ipsi

ducendis consilii capiendi causa. K. — Davisii ratio, abjectis praepositionibus *in* Dativos inducentis, tantum abest, ut elegantiorem faciat locum, ut Tulliano etiam usui parum congruere videatur. *Cr.*

in haruspicum disciplina] Non placet *in.* puto legendum *ex* e vestigiis ed. Ven. 1494. quae habet *sine*, quod ex *in* et *e* conflatum videtur. *Ern.* — Cui coniecturae adversatur Rathius dicens: loquendi usus refragari videtur; nusquam enim legimus *vim esse ex aliqua re*, sed potius *in aliqua re.* Sic Tuscul. III. 17. *magna vis est in virtutibus.* Offic. I. 33. *magna vis est in fortuna.* — Itane? Hoc nimirum est refutare. Nonne videbat vir doctissimus, Ernestum poni velle *ex*, ut iungamus *monstra esse procuranda ex haruspicum disciplina* — ? Melius Davisio obloquitur, dicens, verba *in* — *rebus* esse explicanda: *cum res erant impetriendae*, *cum consilium capiendum erat de re quadam graviori.* Herelius consultum existimabat loco, si verba *in haruspicum disciplina* cum sequentibus iungantur: infausto consilio. Sch. delevit cum Sylb. distinctionem post *procurandis:* quod si probes, melius tamen tum praepositionem *in* plane deletum iri existimes: quod nemini adhuc in mentem venisse miror. Goer. denique ad Cic. de Finn. II. 6. 17. post *procurandis* subaudiendum censet *nempe.* Ad rem conf. Creuz. ad Cic. de N. D. II. 4. p. 222. ed. Cr. et nostr. mai. — Pravum illud *sine* pro *in*, quod in omnibus suis libris esse queritur, habent etiam nostri U. L. b. et M. Sed Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Sturm. Boul. Lamb. Brut. Sylb. rell. et Cod. Cr. habent *in*, una Asc. 1. *sine.* Ego cum K. sentio, qui, in schedis, Ciceronem paulo negligentius locutum esse ait: neque vero omnia scriptorum loca, in quibus tali modo offendas, statim esse corrigenda. Cod. U. habet *auruspicum.* Cod. M. *auspicum.* Vocem *monstris* recte interpretatur Hott. de re quaque praeter naturam edita et creata, quod tales res aut eventa futura *monstrare* existimatae sint: laudato loco de N. D. II. 3. coll. infra I. 42. Vocem *rebus* omittit Cod. R., vocem *ex* L. d. In L. a. est *illum* pro *ullum.* Cod. S. *curia* pro *Etruria*, idem ordine inverso *ullum esset. Mr.*

Ne genus esset ullum divinationis, quod] Ejecto *esset* et *quod*, nihil periret venustati sententiae. *Grut.*

neglectum ab iis videretur.] Nonne legendum *a se?* Ita certe esset scribendum, si consilium veterum Romanorum indicandum fuisset. Sed loquitur ex sua persona, quasi dicat: *atque ita nullum genus erat, quod neglectum ab iis videretur*, vel: *atque ita nullum genus divinationis ab iis neglectum erat.* Nisi mavis *iis* positum pro *ipsis* ut II. 9. *ad eius corpus. K.* — Ego in priore sententia acquiesco. Dictum est, pro: *quod neglectum ab iis esse existimari posset;* nimirum, *quod alii eos neglexisse existimare possent.* Codd. R. M. habent *his. Mr.*

sine ratione et scientia,] Plotinus p. 512. supr. A. *ὥςπερ οἱ ἐνθουσιῶντες καὶ κάτοχοι γενόμενοι ἐπὶ τοσοῦτον κἂν εἰδεῖεν ὅτι ἔχουσι μεῖζον ἐν αὐτοῖς (αὑτοῖς) κἂν μὴ εἰδῶσιν ὅτι (ὅ,τι) ἐξ ὧν δὲ (δὴ) κεκίνηνται, καὶ λέγουσιν ἐκ τούτων αἴσθησίν τινα τοῦ κινήσαντος λαμβάνουσιν ἑτέρων ὄντων τοῦ κινήσαντος. Cr.* — Hott. *rationem* interpretatur artem quandam, certis regulis ac praeceptis constantem, *scientiam* vero eius artis intelligentiam. Argutius quam verius. Nihil enim aliud est alterum vocabulum, quam explicatio prioris. *K.*

motu ipsi suo soluto et libero] Cod. S. *et motu.* Cod. Cr. *ipsius.* —

suo soluto et libero incitarentur; uno, furente, altero, somniante: furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati, eorum decem interpretes delectos e civitate esse voluerunt. Ex quo genere saepe hariolorum etiam et vatum furibundas praedictiones, ut, Octaviano bello, Cornelii Culleoli, audiendas putaverunt. Nec vero somnia graviora, si quae ad rempublicam pertinere

Ipsi ponitur, ut saepe a Graecis *αὐτοί*. Conf. Hermann. ad Viger. p. 733. Goer. ad Cic. de Finn. I. 15. 49. p. 66. *Cr.* — Ad verba convenit Tusc. I. 27. *mens soluta quaedam et libera.* Quod Herelius coniecit *incitentur*, pro *incitarentur*, nimirum, ne dicat Cicero, id *eo tantum tempore*, de quo loquitur, obtinuisse: in eo adsentientem nactus est Schützium: quod nolim factum. Dicendum enim fuit, Herelium non recte intellexisse orationis obliquae rationem. Loquitur ex sententia veterum vel maiorum, vultque: *cumque duobus modis animos incitari viderent. Mr.*

uno, furente, altero, somniante:] Sch. coniecit: *furentes — somniantes;* quod totidem literis exhibet Cod. M. Quod si, utpote vel interpretis vel correctoris, recipere nolis, ad *furente* et *somniante* subaudies cum Rathio *homine*. Mox a Cod. Cr. abest *maxime* et scribitur *versus:* utrumque perperam. Cod. S. *maxime Sibillinis*, inverso ordine. *Mr.*

Furoris divinationem] Postquam locum protulerat *Servius* in Aen. III, 443. cuius supra meminimus ad cap. 1. ita pergit: *prorsus furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati.* Legendum *rursus:* furoris divinationem *etc.* primaque vox Grammatici illius, non *Ciceronis* est habenda. *Dav.*

decem interpretes] *Duumviri* libris inspiciendis creati sunt usque ad annum u. c. 388. tum numerus eorum auctus est. Tulerunt enim ad populum Trib. Pleb. C. Licinius et L. Sextius, ut pro Duumviris sacris faciundis *Decemviri* crearentur, ita ut pars eorum ex plebe, pars ex patribus fieret: id quod usque ad L. Syllae Felicis tempora est observatum. Inde *Quindecimvirorum* mentio fit, ita ut verisimile sit, L. Sullam, qui reliquorum etiam aliquot Sacerdotiorum numerum auxit, Decemviris aliis quinque additis, Quindecimviros instituisse. Post Sullam id sacerdotium mansit usque ad Theodosii tempora, quibus cum reliquis veteris religionis sacris abrogatum est. Conf. Bachii Histor. Iurispr. Rom. p. 86. Ed. 6. *Mr.*

e civitate] Codd. C. et U. et Edd. ante Grut. et Verb. omnes *ex civitate.* Verb. ex Cod. MS. pro *delectos* enotavit *dilectos*. Cod. S. *et civitate.* Idem ante *et vatum* omittit *etiam*. *Mr.*

hariolorum etiam et vatum] Codd. Cr. et S. *ariolorum.* — Similia in Herodoto I. 62. χρησμολόγος ἀνὴρ θείῃ πομπῇ χρεώμενος. 63. ἐνθεάζων χρᾷ. *Cr.*

Octaviano bello] Vide *Florum* lib. III. cap. XXI, 9. seqq. *Dav.*

Octaviano bello, Cornelii Culleoli] De hoc Cornelio Culleolo cum alibi non sit sermo, Hott. suspicatus est, esse intelligendum C. Cornelium augurem, qui Patavii, quum aves admitterent, proclamavit, rem geri et vincere Caesarem: Plut. in Caes. Dio Cass. XLI. 182. Iul. Obsequ. 125. Lucan. Phars. VII. 195: ideoque mendum haerere in verbis *Octaviano bello.* Sed recte monet Rathius, in illo bello, quod Octavio cos. contra Marium et Cinnam exarsit, portenta nunciata esse, disci ex Cic. quoque de N. D. II. 5. Ubi autem portenta, ait, ibi et interpretes atque harioli, quorum nomina non ita clara esse solent. In Cod. Cr. scribitur *Cornelli.* Cod. S. *Hec* pro *Nec*. *Mr.*

Si qua ad Remp. pertinere visa

visa sunt, a summo consilio neglecta sunt. Quin etiam p.81. a. memoria nostra templum Iunonis Sospitae L. Iulius, qui cum P. Rutilio consul fuit, de senatus sententia refecit ex Caeciliae, Balearici filiae, somnio.

sunt] Vulgo *si quae;* sed Balliolensis optime dat *si qua*, nimirum ratione; nec aliter *Lambinus* olim repraesentavit. *Dav.*

si quae] Restitui cum Hott. et Sch. lectionem librorum tantum non omnium: non quod vitiosum credam *si qua*, sed quia, ut recte monet Hott., librorum lectio aeque proba est. Co. Vi. b. Cod. L. c. *ad rem pert.* L. d. *ad tempus pert.* L. b. *ad remp. pertinent iussa. Mr.*

Visa sunt — neglecta sunt] Prius *sunt* deletum volebat Hott., quia orationem inconcinnam faciat verbum substantivum tam parvo intervallo rediens. Tum vero plurima Ciceronis loca fore mutanda recte monet Roosius, veluti I. 26. ubi, cum verbum *esse*, quinquies brevi intervallo rediens, item Hott. bis deleri voluit. Goer. in progr. p. 5. de hoc loco ita: Duplex hoc *sunt*, auribus grave, recte notavit Hott. Sed equidem maluerim non prius, sed posterius deletum. Haeserat prius adhuc in animo librarii, cum ad sententiae finem pervenisset, et sic idem iterata vice posuit, ut saepius Codices tractanti obviam fit. Frequentissime autem sic Cic. verbum subst. priori aut adiectivo aut participio adiungit. I. Fin. 10. 33. *ut et voluptates repudiandae sint et molestiae non recusandae:* coll. ibid. c. 2, 5. 10, 33. etc. — Horum vero locorum omnium, quod pace Goerenzii, v. cl., dixerim, ita diversa a nostro loco, et plane alia est ratio, ut, eum id non statim animadvertisse, valde mirer: nolo diversitatem exponere, ne lectorum iudicio diffidere videar. Ceterum non contendo, sive Hottingeri, sive Goerenzii rationem ineptam esse: illud volo, neutram esse necessariam, et exempla Goerenzii cum nostro loco non convenire. *Mr.*

a summo consilio] i. e. a Senatu. Sic γερουσίαν Lacedaemoniorum infra c. 43. 96. *consilium publicum* appellat. Pro Rabirio I. 3. *summum in consulibus imperium, summum in senatu consilium.* Pro Dom. 28, 73. *summum est populi Romani populorumque et gentium omnium ac regum consilium senatus.* Ita Goer. in progr. laud. p. 5. Adde eund. ad Cic. de Legg. II. 12. 30. p. 149. *Mr.*

Iunonis Sospitae] sive *Lanuvinae:* vid. locum classicum Cic. de Nat. Deor. I. 29. ibiq. interprr. p. 132. ed. nostr. et Mos. *Cr.*

de senatus sententia] Usum particulae *de*, ubi refertur ad auctoritatem alicuius, cui obsequimur, exemplis allatis illustravit Schütz. in Lex. Cic. T. II. 2. p. 7. quibus adde Tuscc. II. 15. 34. *de Iovis quidem sententia.* Plura dabit Tursellin. de Particull. p. 199. ed. Schwarz. *Mr.*

refecit] h. l., ait Goer. l. c. p. 5., nihil aliud est, quam *purgando et expiando in integrum restituit.* Nam qui eandem rem accuratius refert Iulius *Vopiscus* (cur ita appellet *Obsequentem* ipse non facile dixerit:) c. 115. sic: *commundatum* (erat enim piaculum commissum) supplicationibus habitis pristino splendori restituit. Et fert sane hanc vim latior apud Cic. huius verbi usus. *Mr.*

Ex Caeciliae Balearici filiae somnio] Hanc historiam tangit iterum noster huiusce libri cap. XLIV. sed eam fuse narrat *Iulius Obsequens* de Prod. cap. 115. Graviter vero lapsus est Metaphrastes Gallicus, cum locum sic reddat: *sur le rapport d'un songe, qu'avoit fait une certaine Cecilie fille d'un homme des Isles Baleares:* nam Caecilia Metella, filia fuit Metelli, qui, devictis insulis Balearibus, Balearicus vocabatur. Vide *Florum* et eius interpretes lib. III. cap. 8. Sed ex pede Herculem. *Dav.*

Balearici] Co. Vi. b. Codd. C. L. b.

Atque haec, ut ego arbitror, veteres, rerum magis 3.
eventis moniti, quam ratione docti, probaverunt. Philo- 5.
sophorum vero exquisita quaedam argumenta, cur esset
vera divinatio, collecta sunt: e quibus, ut de antiquis-

Baliarici. U. *Balianici.* Cum hoc faciunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. (in contextu) Herw. Cod. L. d. habet *somnio filiae. Mr.*

c. 3. 5. *Atque haec, ut ego arbitror*] Cod. Cr. *Atque ut haec ego arbitror:* sed lineolis indicatur verba esse transponenda. Cod. R. *atque ut ego arbitror haec veteres.* Cod. S. omittit *haec*, et habet *ergo* pro *ego. Mr.*

Ratione docti probaverunt] Vulgati amplius *docti* putaverunt *et probaverunt*, sed contra edd. Marsi atque Victorii, item. Pall. tres et S. Victoris. *Grut.*

ratione docti] i. e. λόγῳ, vulgo *theoria*, cui contrarium adiungitur saepius ἔργῳ, πράξει, docente Wyttenbachio ad Plutarch. Vol. I. p. 553. ut h. l. rerum eventis. *Cr.* — Rathius coniecit scribendum esse *edocti*, laudato Cic. Tusc. v. 26. quod fidéliter repetit Sch. Eo vero loco nihil est einsmodi, sed Tusc. III. 33. 80. est *edocuit tamen ratio.* Cui loco cur nostrum accommodemus, nulla est ratio. Mox Cod. U. *putaverunt et probaverunt.* Quod est in multis Codd. et Edd. vett.; sed non agnoscunt glossam istam Codd. nostri rell., vetus Car. Stephani, Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. (Victor.), Ald. Brut. Lamb. Sturm. Sylb. et post Grut. omnes. Ad. v. Xenophanes in Co. Vi. a. citatur Cic. de Div. I. 39. *Mr.*

cur esset vera divinatio,] *Vera* mihi suspectum est. nam de existentia divinationis sermo est: contrarium est: *divinationem funditus sustulit. Ern.* Assentit Hott. laudans II. 33. et 53. Rath. dicit, eos ideo istam vocem pro spuria habere, quia eam ad consequens referant: si ad superius referatur, ad philosophorum argumenta, *vera* esse idem, quod rationi veritatique consentanea. Meyerus in versione Germ. ait, re vera esse sermonem de divinationis existentia: si enim divinatio, ait, non est vera, sed ficta et falsa, non est divinatio. Similiter c. 5. dixit extr. *si sint ea divinandi genera vera.* Variat orationem: pro *non est, nullum est, nihil est*, dicit etiam *falsum est* (ut c. 4. *falsa res*), cui opponit *vera res est.* Schützio potius legendum videtur *vere.* Ego in librorum lectione acquiesco motus iis, quae K. et Cr. annotarunt. Pro *cur* Cod. Cr. habet *cum. Mr.* — *argumenta, cur esset vera divinatio,* est i. q. *argumenta, cur probarent v. defenderent divinationem,* quod postea dicitur *fidem tribuere, auctoritatem tribuere, confirmare divinationem,* I. 32. II. 52. Ita *tollere* est i. q. *negligere, reiicere.* Conf. II. 16. *dum haruspicinam veram esse vultis. K.* — Sicubi de existentia, quod vulgo dicitur, divinationis quaeritur, non hoc quaeritur, utrum vates sint, i. e. homines, qui futura se augurari posse profiteantur, sed an *vere* profiteantur. Hinc apud Herodotum I. 48. ubi de oraculorum veritate ambigit Croesus, idem rex memoratur μοῦνον νομίσας εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι et cap. 49. καὶ τοῦτο ἐνόμισε μαντήϊον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι. *Cr.* — Cod. S. omittit *quaedam* post *exquisita. Mr.*

e quibus, ut] Cod. U. habet *ex quibus,* omisso *ut. Mr.* — Quae sequuntur inde ab *e quibus* usque ad *sustulit,* non recte cohaerere videntur cum praecedentibus. Sed videntur tantum. Sensus est: *Xenophanes quidem, quamquam deos esse* (unde divinatio) *credit, non tamen credit esse divinationem: credunt vero reliqui omnes, esse divinationem eamque probant. K.* — De Xenophanis Colophonii vita et placitis vid. Diogen. Laërt. IX, 2. 18 – 20. Exstat etiam docta Dissertatio T. Roeschmanni de

simis loquar, Colophonius Xenophanes, unus, qui deos esse diceret, divinationem funditus sustulit. Reliqui vero omnes, praeter Epicurum, balbutientem de natura deorum, divinationem probaverunt; sed non uno modo. Nam cum Socrates, omnesque Socratici, Zenoque, et hi, qui ab eo essent profecti, manerent in antiquorum philosophorum sententia, vetere Academia et Peripateticis con-

Xenophane. 4. Altrf. 1729. Pro *deos* Cod. L. d. *deum*. S. *duxerat* pro *diceret:* tum *Et vero* pro *Reliqui vero*. *Mr.*

Colophonius Xenophanes — divinationem funditus sustulit. Reliqui vero omnes praeter Epicurum etc.] Vide infra cap. 39. Similiter *Plutarchus* de Placit. Phil. l. v. cap. 1. Ξενοφάνης καὶ Ἐπίκουρος ἀναιροῦσι τὴν μαντικήν. *Laertius* de Epicuro lib. x. §. 135. Μαντικὴν δὴ ἅπασαν ἐν ἄλλοις ἀναιρεῖ, ὡς καὶ ἐν τῇ μικρᾷ ἐπιτομῇ· καί φησι, μαντικὴ ὡς ἀνύπαρκτος. Nec hoc ulla ratione mirum potest videri; cum, si deos non sustulerit, ut multi statuunt; certe, quod omnes concedunt, Providentiam negarit. *Dav.*

balbutientem] Cod. Cr. *balbucientem*. — *Epicurus* nimirum, ut ait Balbus Stoicus apud Cic. de N. D. II. 65. *nihil tam irridebat, quam praedictionem rerum futurarum*. In Co. Vi. a. laudantur Cic. Acad. II. 45. Tusc. Qu. v. 26. Quia vero Epicurus, ut ait Cotta Academicus apud eundem I. 30. *verbis reliquit deos, re sustulit;* balbutire dicitur de natura deorum. Monet autem Goer. ad Cic. Acadd. II. 45. 137. ad verba: *sed ille noster est plane, ut supra dixi, Stoicus perpauca balbutiens:* dici *balbutire* de philosopho non recte et accurate disputante. Schützius vero in Lex. Cic. II. 1. p. 182. *balbutire*, ait, dicitur de iis, qui satis clare, quae sentiunt, dicere nolunt. Dicendum fuit: *vel non possunt vel nolunt*. Posteriorem sensum habet ea vox Tuscc. v. 26. 75. *desinant aliquando balbutire Academici, aperteque et clara voce audeant dicere*. In seqq. Cod. U. omittit *modo*. In Cod. R. est *propter Epic.* sed supra lin. *praeter*. Cod. S. omittit *non* ante *uno*. *Mr.*

et hi, qui] Cod. Cr. *ii*, idque Orellius ad Cic. Or. pro Planc. 42. p. 287. ex Ed. Iunt. rescribi vult, itemque infra c. 9. extr. ubi est, *quod pro rebus his, quas commemoravi, respondebo*. Quod si feceris, permulta Ciceronis loca erunt corrigenda, veluti Acadd. I. 4. 16. p. 25. ed. Goer. *qui ab his, qui illum audierunt, perscripti sunt:* ib. I. 12. 46. *ut cognovi ex his, qui illum audierant:* p. 72. ed. Goer. quibus locis vid. Goerenzii annott. coll. eod. ad Cic. de Finn. II. 15. 48. p. 195. Ceterum in Edd. vett. nostro loco est *ii*, inde a Gruteriana *hi*. Vid. etiam infra c. IV. 7. *in his tribus libris, quos de natura deorum scripsimus*. Cod. R. *profecti essent*. Cod. L. d. *numerentur* pro *manerent*. Cod. S. *vetere ab Achademia*. *Mr.*

Vetere Academia et Peripateticis consentientibus] Sic omnes quidem nostri et aliorum MSSti; nullus tamen dubito, quin locus sit mendosus: nam *vetus Academia* nihil aliud est quam *Socratici*, quorum supra meminit *Tullius;* et infra cap. 39. *veterem Academiam, Peripateticos, Stoicos* memorare satis habuit. Vide et lib. I. de Legg. c. 13. ac Tusc. v, 26. Repono *veteri Academiae Peripateticis consentientibus;* quae sane minima est mutatio, sensumque dat rei congruum. Ceterum Aristotelici cunctique Cynici divinationem quodammodo labefactarunt, siquidem τῶν μαντείων καταγέλασαν, uti quidem testantur *Origenes* in Celsum lib. VII. p. 332. et *Eusebius* P. E. lib. IV. capp. 2. 3. Huc adprime facit egregia Diogenis sententia, qui dixit, ὡς ὅταν μὲν ἴδῃ κυβερνήτας ἐν τῷ βίῳ καὶ ἰατροὺς

sentientibus; cumque huic rei magnam auctoritatem Pythagoras iam ante tribuisset, qui etiam ipse augur vellet esse; plurimisque locis gravis auctor Democritus praesensionem rerum futurarum comprobaret: Dicaearchus Peripateticus cetera divinationis genera sustulit, somnio-

καὶ φιλοσόφους, συνετώτατον τῶν ζώων εἶναι τὸν ἄνθρωπον· ὅταν δὲ πάλιν ὀνειροκρίτας καὶ μάντεις καὶ τοὺς προσέχοντας τούτοις οὐδὲν ματαιότερον νομίζειν ἀνθρώπου. Exstat apud *Laertium* l. VI. §. 24. *Dav.*

in antiquorum — consentientibus,] Ad. v. *sententia* subaudiendum est *de divinatione*. Davisio, *veteri Academiae Peripateticis consentientibus* coniicienti assentit Rathius. Hottingerus vero servat vulgatam, dicens velle nostrum: *vetere Academia et Peripateticis etiam in hac re consentientibus:* sed hoc si voluit noster intelligi, significandum fuit. Mihi pridem ista verba *vetere Academia et Peripateticis consentientibus* glossatoris esse visa sunt: nunc vero eam suspicionem abieci, cum infra c. 39. dicentem videam: *adiunxi veterem Academiam, Peripateticos, Stoicos: unus dissentit Epicurus:* sed illis servatis, glossematis suspicio cadit in verba antecedentia *omnesque Socratici. K.* In Cod. R. scribitur: *magnam iam ante putagoras auctoritatem tribuisset.* Mox idem *velet* pro *vellet. Mr.*

Huic rei magnam auctoritatem Pythagoras iam ante tribuisset] Praecipiebat ille μαντικὴν πᾶσαν τιμᾶν, ut tradit *Diogenes Laertius* VIII, 24. et ex eo *Suidas* Tom. III. p. 234. Excipienda tamen est, ut plerisque videtur, ἡ θυτικὴ seu haruspicina, cum animalia non esse trucidanda censuerit. Vide *Plutarchum* Plac. Phil. lib. V. cap. 1. et *Iamblichum* vit. Pythag. §. 147. *Dav.*

Qui etiam *ipse augur vellet esse*] Pal. sec. tert. Wouver. *quin etiam. Gruter.*

qui etiam ipse] Narrat Sch. post Grut. et Dav. in Codd. Pall. 2. 3. Wouv. Ball. esse *quia etiam*, additque: male. Peius certe, quam in ipsis istis libris, qui habent *quin etiam*, quod item exhibent Codd. nostri Cr. et L. b. In Cod. S. est *plerisque* pro *plurimisque. Mr.*

Qui etiam *ipse augur vellet esse*] MSS. Pall. sec. tert. Wower. Balliol. et Ven. 1471. habent *quinetiam*; sed, ut videtur, perperam. *Pythagoras* autem μαντικῇ ἐχρῆτο τῇ διὰ τῶν — οἰωνῶν, uti docent *Laertius* et *Suidas*. *Iamblichus* vit. Pythag. §. 62. Ἀετόν τε ὑπερπετάμενον Ὀλυμπιάσι, προσομιλοῦντος αὐτοῦ τοῖς γνωρίμοις ἀπὸ τύχης περί τε οἰωνῶν καὶ συμβόλων καὶ διοσημειῶν, ὅτι παρὰ θεῶν εἰσιν ἀγγελίαι τινὲς καὶ ΑΥΤΟΙ τοῖς ὡς ἀληθῶς θεοφιλέσι τῶν ἀνθρώπων, μεταγαγεῖν λέγεται καὶ καταψήσαντα πάλιν ἀφεῖναι. Haec desumta sunt ex *Porphyrio* vit. Pyth. §. 25. apud quem leguntur ἀγγελίαι τινὲς καὶ ΑΥΤΑΙ. Utrobique rescribendum videtur ΑΥΔΑΙ. Eandem vero fabulam referunt alii, eumque *cum aquila subinde colloquentem visum fuisse* tradit *Ammianus Marcellinus* lib. XXII. c. 16. *Dav.*

Democritus praesensionem rerum futurarum comprobaret] Nec mirum, cum ipse multa feratur praedixisse. Vide *Menagium* in *Laertii* IX. 39. *Dav.*

Dicaearchus] Dicaearchus, ait ad h. l. Brutus, Siculus ex urbe Messana Aristotelis auditor acerrime contra animorum immortalitatem disseruit, tribus libris de eo editis, qui Lesbiaci nominantur. Nihil enim esse omnino animum putavit, et hoc esse totum nomen inane. Cetera quidem divinationis genera, furoris et somniorum, reliquit: edidit tamen librum, cuius erat hoc argumentum: Nescire, quae nobis essent eventura, melius esse, quam scire. — De eo vide Tertull. de Anima 15. 178. ed. Pamel. Athen. Deipnos. XI. 18. Diog. Laert. in Plat.

rum et furoris reliquit. Cratippusque familiaris noster, quem ego parem summis Peripateticis iudico, iisdem rebus fidem tribuit, reliqua divinationis genera reiecit.
6. Sed cum Stoici omnia fere illa defenderent, quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam sparsisset, et ea Cleanthes paullo uberiora fecisset; accessit acerrimo vir ingenio Chrysippus, qui totam de divi-

et Thal. Gell. IV, 11. Censorin. de die nat. 4. Voss. de Historr. Grr. I. 9. p. 46—48. Loca vero Ciceroniana vid. apud Ern. in Clave Cic. v. *Dicaearchus*, et, qui eum exscripsit, Sch. in Lex. Cic. T. I. p. 168. — Sequitur in Cod. Cr. *peripatheticus*, mox in Cod. M. *somnorum*. *Mr.*

reliquit] Conf. Lucret. V. 12. 38. Auct. ad Herenn. II. 29. i. e. non negat. Ita Graeci philosophi dicuntur *ἀπολείπειν* vel *καταλείπειν*, quae non negant, non *tollunt*, sed aiunt, statuunt. Docet Wyttenb. ad Plutarch. Morall. I. p. 554. *Cr.* Cod. R. *reliquit* pro *reliqua*. L. d. *reiicit* pro *reiecit*. *Mr.*

Cratippus quoque] Vulgo *Cratippusque*. Nos autem, sensu postulante, MSStos Eliens. Reg. et Cantab. sequuti sumus. Quod autem de Dicaearcho Cratippoque refert noster, id iterum repetit lib. II. c. 48. *Plutarchus* Plac. Phil. lib. V. c. 1. *Ἀριστοτέλης καὶ Δικαίαρχος τὸ κατ' ἐνθουσιασμὸν μόνον παρεισάγουσι καὶ τοὺς ὀνείρους*. Adeo ut hi Peripatetici non abierint a magistro suo diversi. *Dav.*

Cratippusque] Davisii rationi unus Lallemandi regius accedit: sed nostri omnes et scripti et editi vulgatam servant, et recte; quod Goerenzii verbis (l. c. p. 5. sq.) probabimus. Ita autem ille: Recte Hotting. *que* tuetur, lectionem *quoque* respuens. Simillimus locus est de Nat. Deor. I. 13. 33. *Aristotelesque in tertio de philosophia*. Ubi *que*, ut plerorumque Codd. omnium lectio, pro vulgato *quoque* reducenda est. Sed idem ille, si h. l. pro *quoque* positum iudicat, falli videtur. Si enim sic statuas, centenis locis *et*, eodem modo positum, pro *etiam* dictum accipias licebit. Nat. Deor. III. 10. *Et Chrysippus*. II. 33. *Et Lucullus*. c. 4. *Et Scipio*. Utrâque enim particula, si transitionem parat, idem dicitur, quod vulgo voce *porro*. Atque ita sexcentis locis apud nostrum legitur. Quae vero loca Hott. adduxit, ea poetarum concedo, reliqua autem aeque cum hoc nostro se habent. Eadem etiam ratio est cum *ac*, *atque*, si transeundi vim habent. — Conf. Goer. ad Cic. de Legg. I. 11. 32. p. 47. Laudatur in Co. Vi. a. Cic. de Off. I. 1. De Cratippo v. Ions. de Scrr. Hist. Philos. II. 16. extr. *Mr.*

iisdem rebus fidem tribuit,] *rebus* mihi videtur esse a glossatore: intelligoque *divinationis generibus*, furori et somniis. *Ern.* Assentit Hott., vocem *rebus* h. l. inelegantem sibi videri dicens. Mihi vero minime videtur inelegans: ad *rebus* intelligo *somniis* et *furori*, quae cur dici non possint *res*, cum sexcenta eiusmodi ita dicantur, non video. *K.* — Cod. Cr. *hiisdem rebus*. *Mr.*

in suis commentariis quasi semina quaedam] Cod. U. *commemorariis* pro *commentariis*. Laudat ad h. l. Goerenzius Diog. Laërt. Zenone 149. ubi est: *μαντικὴν ὑφεστάναι πᾶσαν, ἢ καὶ πρόνοιαν εἶναι — ὥς φησι Ζήνων*. Mox Cod. Cr. *Cleantes*. Cod. M. *utiliora* pro *uberiora*. Cod. Cr. *acutissimo* in contextu, sed in marg. *al. acerrimo*. Cod. S. *etiam ea Cleantes*. *Mr.*

acerrimo vir ingenio Chrysippus,] De eius ingenio vid. disputantem Baguet. de Chrysippo (Lovan. 1822. 4.) p. 22 sq. Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 34. p. 156. ed. Cr. et nostr., cum quo loco conf. Baguet. l. c. p. 42. et

natione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraculis, uno de somniis: quem subsequens, unum librum Babylonius Diogenes edidit, eius auditor; duo Antipater; quinque noster Posidonius. Sed a Stoicis, vel princeps eius disciplinae, Posidonii doctor, discipulus Antipatri, degeneravit Panaetius: nec tamen ausus b.

ad seqq. *totam de divinatione* etc. eundem p. 224 — 228. ad v. *uno de oraculis* p. 228—232. et ad *de somniis* p. 200 sq. ibiq. quae Bag. de libri eius inscriptione et de nostri loci lectione (quo Menagius perperam legebat *de Insomniis*) monuit. Add. Suid. v. νεοττόν. *Mr.*

unum librum] Nempe, ait Sch., de divinatione (adde: *scribendo*); non proxime ei in schola succedendo, ut recte explicat van Lynden. diss. de Panaetio p. 16. — Ceterum de hoc, qui Panaetii doctor fuit, vid. van Lynden p. 81 sq. itemque de Antipatro Tarsensi §. IX. p. 38 sqq. — In seqq. Cod. U. *Babilonius Diogenes addidit.* Cod. L. b. omittit *Diogenes*. *Mr.*

Duo Antipater] Vulgo *duos*, sed alterum expressit etiam Petrus Victorius, visiturque in Pall. et S. Victoris, cui manu demum recenti adiecta illa littera. *Grut.*

duo Antipater] Codd. U. R. L. a. *duos:* et ita ante Grut. Edd. vett. nostrae omnes, praeter Rob. Stephani Victorianam et Co. Vi. b. De scriptione *duo* v. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. T. I. p. 57. ed. Stallb. *Mr.*

quinque noster Posidonius] Cod. Cr. *Possidonius* et ita multi editi. Ad rem v. I. Bakii Reliquias doctrinae Posidonii, (Leid. 1810.) c. II. §. 2. p. 44 sqq. coll. p. 236. sq. *Mr.*

Sed a Stoicis, vel principibus *eius disciplinae*] Non intelligo, quid velit auctor. clarius et verius Pal. sec. *vel* princeps *eius discipl.* ut innuat Panaetium. neque recedit ab hac scriptura Pal. pr. nisi quod littera auctior, *principes*. *Grut.*

A Stoicis vel princeps *eius disciplinae—degeneravit Panaetius*] Vulgo *principibus eius disciplinae*. Nos vero Pal. secundi lectionem sumus amplexi, quam *clariorem verioremque* merito iudicavit *Gruterus;* ego sane eam certissime veram pronuncio. Noster infra lib. II. c. 47. *Quae* PRINCEPS *Stoicorum Panaetius dixerit.* Idem Acad. lib. II. c. 33. *Cum Panaetius* PRINCEPS *prope, meo quidem iudicio, Stoicorum, ea de re dubitare se dicat, quam omnes praeter eum Stoici certissimam putant, vera esse haruspicum auspicia* (Leg. *haruspicium, auspicia,*) *oracula, somnia, vaticinationes, seque ab assensu sustineat.* Hanc autem Panaetii fuisse mentem confirmant etiam *Diogenes Laertius* lib. VII. §. 149. et *Epiphanius* Tom. I. p. 1090. *Dav.*

vel princeps eius disciplinae,] *Princeps* bene e MSS. addidit (scr. *edidit*) Davisius, sic et in exemplo ed. Ven. 1494. adscriptum est manu docta: *a. princeps*, et sic alibi a Cicerone appellatur Panaetius, et vere fuit. *Ern.* — Scriptum vulgo *vel principibus*, errore librariis familiari, quia praecessit *a Stoicis*. *Lallem.* — Receperunt probam lectionem Hott. quoque et Sch. In Codd. R. L. b. c. et U. est ut in vulgatis, in S. Cr. et M. *vel a principibus.* Probae lectionis vestigium est in Cod. P. ubi scriptum est *vel principes.* L. a. habet *vel principe*, eraso, ut videtur *s.* Recte scribitur *vel princeps* in L. d. *Mr.*

discipulus Antipatri] De Antipatro vide Van Lynden. de Panaetio, praeter loca laudata p. 70. 117. I. Bake de Posidonio p. 20. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 6. 17. p. 38. *Mr.*

degeneravit Panaetius] Conf. Creuzer. Symb. u. Mythol. I. p. 215. van Lynden. de Panaetio, Part. II. §. 1. p. 70. sq. coll. Bake de Posidonio p. 20. Ceterum de eo vid. A. Mai. ad Cic. de rep. I. 10. p. 46. ed. nostr.

est negare, vim esse divinandi, sed dubitare se dixit. /Quod illi in aliqua re, invitissimis Stoicis, Stoico facere licuit, id nos ut in reliquis rebus faciamus, a Stoicis non concedetur?/ praesertim cum id, de quo Panaetio non liquet, reliquis eiusdem disciplinae solis luce videa-

Mox Cod. R. *esse vim divinandi*. S. omittit *esse*. *Mr.*

dubitare se dixit.] Recte explicat verbum *dubitare* Hott. verbo *ambigere*, laudans Ovid. Metam. x. 26. cui loco addit Roosius l. c. p. 6. Virgil. Aen. IX. 190. sq. *percipe porro, quid dubitem et quae nunc animo sententia surgat.* Iuvenal. Sat. XIII. 200 sq. Paullo alio, sed simili tamen, sensu est apud nostrum pro S. Rosc. Amer. 31. 88. *Restat, iudices, ut hoc dubitemus, uter potius Sextum Roscium occiderit.* Similior est locus Acadd. II. 17. 52. *dubitant, haesitant, revocant se interdum.* De hac vocis significatione vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 3. 9. ad verba: *nam honestumne factu sit, an turpe, dubitant.* Goer. ad h. l. laudat Diog. Laert. Zenone 149. *Παναίτιος ἀνυπόστατον αὐτὴν* (*μαντικὴν*) *φησιν.* conf. Acadd. II. 33. 101. *Mr.*

invitissimis Stoicis, Stoico facere licuit,] Cod. R. *invictissimus*. a 2. m. *is*. Cod. S. *inviti summis Stoicis*. M. *invitis summis Stoicis*, quae scriptio, quamquam per se non absurda, falsa tamen, orta est ex antiqua superlativi scriptione *invitissumis*. Et amat hunc superlativum noster, eoque usus est ad Famm. XIII. 63. Or. pro Fontei. 17, 39. in Verr. Act. II. II. 62. 153. Codd. L. d. et P. habent *invictissimis*. Codd. U. L. b. omittunt *Stoico*, quo carere potest oratio grammatica, elegantia et gravitas non item. *Mr.*

Id nos ut in reliquis rebus] Balliol. *id nobis, in reliquis rebus faciamus, a Stoicis non concedetur?* quod mihi placet: et ita *Lambinus*, sola coniectura ductus, rescribi voluit. *Dav.*

id nos ut in reliquis rebus faciamus] Edd. vett. non habent *ut*, item MS. apud Davisium et Guelf. Videtur excidisse post *rebus*, ubi elegantius ex Ciceronis more ponetur. quamquam et *rebus* abesse malim. *Ern.* — Quod abesse volebat Ern., omiserat Davisius in Ed. priore, operarum, ut videtur, incuria: nihil enim monuerat. Sed recte reduxit eam vocem (*rebus*) in altera, et post eum omnes servarunt. Amat enim noster eiusmodi repetitiones: qua de re diximus ad Cic. de Legg. II. 4. p. 174. sq. Add. Drakenborch. ad Liv. I. 8. 9. p. 52 — 56. Ed. Soc. Würt. itemque nos ad Cic. de Legg. III. 20. p. 472. Lamb. pr. habet: *id nobis, ut in reliquis rebus faciamus, a* etc. Lambinianae in marg. habent eam, quam in Ball. reperit probavitque Dav. quamque probare non debuit. Vocem *ut* tuentur Codd. Cr. L. a. c. d. M. P. Edd. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Rob. Steph. Sylb. Lamb. Boul. Brut. Goth. Sturm. recc. Una Asc. 2. vocem *ut* habet, ubi eam Ern. positam volebat, post *rebus*. Conf. Wopk. Lectt. Tull. p. 236 sq. qui item defendit vulgatam. Sensum Hott. commode ita explicat: Nonne nobis Academicis Stoici hoc debent concedere, ut more nostro de nulla re diiudicemus, sed dubitemus, i. e. in utramque partem disseramus, cum idem de divinatione fecerit Panaetius, quamvis ipse Stoicus? Simillima dicit Cicero Acadd. II. 33. 107. Cod. S. *liqueret* pro *liquet*. *Mr.*

solis luce videatur clarius.] *Solis* alias in hac phrasi non additur: an factum est ex *sociis? Ern.* Contra eum monet Hott. esse de Finn. I. 21. *ea, quae dixi, sole ipso illustriora et clariora sunt.* Qui quidem locus, quamquam non probat, Ciceronem nostro loco, ut scriptum est in libris, scribere debuisse, probat tamen, ita scribere potuisse, et, accedente omnium librorum auctoritate, eum ita scripsisse vero facit simillimum. Cod.

tur clarius. Sed haec quidem laus Academiae praestan- 7.
tissimi philosophi iudicio et testimonio comprobata est.

Etenim nobismet ipsis quaerentibus, quid sit de di- 4.
vinatione iudicandum, quod a Carneade multa acute et copiose contra Stoicos disputata sint; verentibusque, ne temere vel falsae rei vel non satis cognitae assentiamur, faciendum videtur, ut diligenter etiam atque etiam argumenta cum argumentis comparemus, ut fecimus in his tri-

R. *clarius videatur. Si hoc.* Mox idem *ex testimonio:* tum: *Set enim. Mr.*

Sed haec quidem laus] Goer. l. c. p. 6. ad h. l. ita: Haec verba Hott. proxime ad locum de divinatione dicta accipit [addens: *neque enim capiam de dubitatione academica:*] Sed non bene video, quo modo. Nam iis, quae praecedunt, de dubitatione docta sermo est, quaeque proxime sequuntur, eodem redeunt. Accedit, ut alia taceam, quod Cicero, si haec verba de divinatione intelligi voluisset, satis intempestive praeiudicium quoddam de re tulisse videretur, de qua re in his, quae statim sequuntur, disputationem religiosissime instituendam pollicetur. Denique verba priora, *id nos ut in reliquis rebus faciamus,* plane evincunt, haec in universum esse pronunciata. Sensus igitur est: *sed hanc sane dubitationem, Academiae propriam, non reprehensione, sed laude dignam esse, suo ipsius exemplo docuit Panaetius, cum hac de re se dubitare diceret.* Conf. Acadd. II. 33. 107. qui locus simillimus hanc interpretationem nostram egregie confirmat. In eadem sententia est Roosius l. c. p. 6. Et merito. Cod. S. *qui a* pro *quod a. Mr.*

disputata sint;] Rath. coniecit *sunt.* Hoc vero est Grammaticum agere! In Cod. L. a. est *acuta et copiosae. Mr.*

faciendum videtur, ut] intell. *inquit. Ern.* — Quasi, recte ait Hott., ista ad Panaetium pertinerent, quae certe de se ipso Cicero dicit, quod ea, quae sequuntur, satis docent. In eandem sententiam disputat Goer. l. c. dicens ad *videtur* subaudiendum esse *id, facere* autem in hac constructione sensu graeco esse positum. Rarius, ait, addit Cic. *id,* veluti de Legg. II. 6. *id mihi credo esse faciendum, ut — de eius laude dicam.* Conf. de hac formula Cort. ad Cic. Epist. Famm. III. 8. *Mr.* — Cic. de Legg. I. extr. Att. *Vero: facis et merito, fuitque id, ut dicis in hoc sermone faciundum;* ubi de forma *faciundum* vid. Davis. p. 152. ed. Mos. et nostr. *Cr.* — Recte Hott. Sed subaudiendum tamen: *quod Panaetium fecisse videmus* v. *praeeunte Panaetio,* nimirum ut verba *haec laus — comprobata est* cum seqq. *Etenim* etc. cohaereant. *K.*

Cap. 4. *Ut* facimus] Sic Paris. et Med. Vulgo *fecimus. Dav.*

ut fecimus] Restitui cum Ern. Hott. et Sch. lectionem librorum tantum non omnium, *fecimus.* Favent lectioni *facimus* nonnisi Codd. Oxon. ψ. et Guelf., praeter Davisianos. Goer. ad h. l. ita: Scripti nonnulli *facimus* exhibent, sed perperam. Nam in illis libris non Cicero ipse loquitur: alias bene se haberet, et ex eius more. *Mr.*

in his tribus libris] „*Iis,* ait Rath., legitur in plerisque Edd. vett. et Davis. prima. *Tribus* autem ab aliena manu esse arbitror. Vide infr. II. 72. *quod et in iis libris dictum est, qui sunt de natura deorum.* Sic quoque corrigendum est de Fato c. 1. *quod autem in iis libris feci, qui sunt de natura deorum:* vulg. *in aliis libris,* Latinitate invita.“ De his locis infra videbimus: nostro nihil movendum. *His* habent Codd. nostri Cr. (ubi tamen scribitur *hiis*) M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph.

bus libris, quos de natura deorum scripsimus. Nam cum omnibus in rebus temeritas in assentiendo errorque turpis est, tum in eo loco maxime, in quo iudicandum est, quantum auspiciis rebusque divinis religionique tribuamus. Est enim periculum, ne aut, neglectis iis, impia fraude; aut, susceptis, anili superstitione obligemur.

Sturm. *Tribus* autem, quod tuentur libri omnes, nulla causa fuit librariis addendi, nisi profectum esset a Cicerone. Profectum autem videtur ab eo, ut *diligentia in comparandis inter se argumentis*, de qua gloriatur, magis appareat. Et non semel noster cum de suis libris loquitur, numerum addit. Ceterum de scriptione *his* et *iis* vide nos ad Cic. de Rep. I. 2. p. 11. *Mr.*

Quos de natura deorum scripsimus] S. Victoris codex [et noster S.] *praescripsimus*, quod confirmabat Gulielmius illo Virgilii: *Quam sibi quae Vari praescripsit pagina nomen.* malebat tamen, *perscripsimus. Grut.*

Quos de natura deorum scripsimus] S. Victoris Codex *praescripsimus*, unde *Gulielmius* malebat *perscripsimus;* sed ex unico exemplari, eoque non optimae monetae, reliquos omnes libros emendare, temerarium videtur; nisi id vel res ipsa, vel sermonis elegantia flagitet: quarum rationum neutra locum hic habet. *Davies.*

de natura deorum scripsimus] Plane ita, ut Gulielm. coniecit, exhibet noster Cod. M. *perscripsimus.* Sed neque huic libro, neque coniectori obtemperandum censui. *Mr.* Equidem praetulerim *perscripsimus. Cr.* — Cod. S. omittit *cum* post *Nam. Mr.*

Nam cum omnibus in rebus temeritas in assentiendo errorque turpis est etc.] Hic locus confirmat emendationem illam meam in principio libri I. de natura deorum. *Quid est enim temeritate turpius?* ubi vulgo legitur *fortius. Lambinus.*

temeritas — turpis est,] Similiter noster Acadd. I. 12. 45. *quae (temeritas) tum esset insignis, quum aut falsa, aut incognita res approbaretur: neque hoc quidquam esse turpius, quam cognitioni et perceptioni assensionem approbationemque praecurrere.* II. 20. 66. *pro veris probare falsa, turpissimum est:* conf. de N. D. I. 1. 1. — Mox *locus* ponitur pro *quaestione*, vel *materia.* De qua significatione vid. Ern. Clav. Cic. v. *locus* et Schütz. Lex. Cic. III. 1. p. 322. nr. 8. In seqq. male Sch. post *tribuamus* posuit distinctionem minorem. Tum Cod. U. omittit *ne. Mr.*

neglectis iis] *His* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Dav. Reliqui libri exhibent *neglectis iis. Mr.*

impia fraude,] „Hac, ait Hott., peccat in deos is, qui eos debito quasi honore atque cultu *defraudat.*" Melius Goer. ad Cic. de Legibus I. 14. 40. p. 61. *fraus*, ait, nostro saepius de sceleris impie commissi noxa dicitur. Sic scripsit Tusc. I. 30. 72. *re publica violanda fraudes inexpiabiles concipere. Mr.* — Item Forcellinus in Lexico intelligit vocem hanc h. l. de quocunque scelere et noxa: quod melius etiam verbo *superstitione* convenit et opponitur. *K.*

susceptis,] Goer. ad h. l. p. 7. i. e. assensu comprobatis: sic infra II. 40. 84. *Quae si suscipiamus, pedis offensio nobis, et abruptio corrigiae, et sternutamenta erunt observanda.* II. 54. 112. *valeantque ad deponendas potius, quam ad suscipiendas religiones.* Quem locum Ern. in Clave v. *suscipere* et Hott. minus recte assecuti sunt. Istum tamen Ernesti errorem laudato auctore Sch. in Lex. Cic. III. 3. p. 315. ad verbum transscripsit, dicens *suscipere* esse *omittendum censere.* Cod. R. *suspectis anilique. Mr.*

superstitione obligemur] Cum *scelere obligari* sit i. q. aut suis aut alienis sceleribus in necessitatem incidere poenae ferendae, *superstitione*

Quibus de rebus et alias saepe, et paullo accuratius 5.
nuper, cum essem cum Q. fratre in Tusculano, dispu- 8.
tatum est. Nam cum ambulandi causa in Lyceum venissemus: (id enim superiori gymnasio nomen est) Perlegi, inquit ille, tuum paullo ante tertium de natura deorum: in quo disputatio Cottae, quamquam labefactavit sententiam meam, non funditus tamen sustulit. Optime vero, inquam: etenim ipse Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quam hominum deleat
religionem. Tum Quintus, Dicitur quidem istuc, inquit, p.82. a.
a Cotta, et vero saepius: credo, ne communia iura migrare

obligari est superstitionis notam subire. Plura si velis scire de significatione verbi *obligare,* adi Barn. Brisson. de Verbb. Signific. h. v. p. 714 sq. Ed. Itter. Lexicon Iuridic. (Genev. 1615.) p. 785 sq. Iamettii Textoris Lex. Iur. Civil. ed. I. Oldendorp. (Lugd. 1546.) p. 166. Conf. de Finn. I, 14. 47. p. 65. Ed. Goer. Cod. S. habet *obligantur* pro *obligemur.* Idem *altas* pro *alias: esset* pro *essem. Mr.*

cum essem cum] Conf. Varro de R. R. III. 16. 2. *Nam cum pauper cum duobus fratribus et duabus sororibus essem relictus. Cr.* — Ad usum v. *paullo* et eius distinctionem a. v. *aliquanto* conf. Ern. ad Suet. Caes. 87. p. 110. ed. Wolf. Ern. Clav. Cic. s. v. Add. Cic. pro Quint. 12. *Si debuisset, Sexte, petisses statim, si non statim, paullo quidem post, si non paullo, aliquanto; sex quidem illis mensibus profecto.* Scribitur in Cod. R. *fratre Quinto.* Verba *cum Q. fratre* desunt in L. d. et mox in eodem *ille.* Tum R. *ut enim* pro *et enim. Mr.*

(id enim superiori gymnasio nomen est)] Duo gymnasia villa Tusculana habebat. Alterum a loco illo, quo Aristoteles Athenis docuisset, Lyceum, alterum Academia, a Platonis illa Academia dictum. Conf. Tusc. II. 3. *Hott.* — Mox Codd. S. Cr. L. b. *ille inquit,* ut Grut. Ern. Verb. inverso ordine: Cr. mox omittit *que* post *in.* — *Cottam* intelligit eum, qui in libris de N. D. Academici partes sustinet. In seqq. Co. Vi. b. Codd. L. b. Cr. M. S. et U. habent *computet* pro *confutet,* et ita etiam Ed. Asc. 1. In eadem Ed. etiam paullo superius scribitur *Lycaeum* pro *Lyceum:* de qua scriptione vid. C. L. Schneideri Gr. Lat. (Elementarlehre) I. p. 70 sq. In Cod. R. est *Stoic. arg. magis compugnet.* Hoc verbum habet Gell. N. A. XII. 5. Possit aliquis coniicere *compungat,* ut est de Or. II. 38. *ipsi se compungunt suis acuminibus. Mr.*

dicitur quidem istuc] Ita omnes et scripti et editi, exceptis Cod. Red. Edd. Car. Steph. Brut. Sylb. et Sch. qui exhibent *istud.* Mox Cod. R. *ut saepius vero credo.* Paullo superius Cod. S. *transtulit* pro *tamen sustulit. Mr.*

Ne communia iura migrare videatur] Sic habet Codex MStus et ita legendum. Sic loquitur Offic. lib. I. c. 10. *Quaeque pertinent ad veritatem et fidem, ea* migrare *interdum, et non servare sit iustum.* Et III. de Fin. c. 20. *Quoniamque ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi civile ius intercederet; qui id conservaret, eum iustum: qui* migraret, *iniustum fore. Lamb.*

Ne communia iura *migrare videatur*] *Communi iure* vulgo legitur, sed praeter Pall. tres et ms. S. Victoris; in quibus nostrum clare visitur. sicque coniecerat Turnebus lib. V. cap. 20. *Gruter.*

Ne communia iura *migrare videatur*] Sic primus emendavit *Hadr. Turnebus* Advers. lib. v. c. 20. eiusque

videatur: sed studio contra Stoicos disserendi, deos
9. mihi videtur funditus tollere. Eius orationi non sane desidero, quod respondeam; satis enim defensa religio est in secundo libro a Lucilio; cuius disputatio tibi ipsi, ut in extremo tertio scribis, ad veritatem est visa pro-

coniecturam firmant Pall. tres. S. Victoris liber, nostri septem et Ven. 1471. Passim ferebatur *communi iure*, ipsumque Victorium traxit ea contagio. De phrasi videas oportet *Paullum Manucium* ad *Ciceronis* de Finn. III, 20. de Legg. III, 4. et *Casp. Scioppium* Susp. Lect. II, 1. *Dav.*

ne communia iura migrare videatur:] Ita etiam Co. Vi. b. Codd. nostri L. b. c. d. Cr. U. M. et Oxonn. omnes: et ego in hac re libros MSS. sequendos duxi, quos secuti sunt, post Gruterum et Dav., Edd. omnes, praeter Sch., qui de h. l. ita disputat: „*communi iure migrare* defendi potest antiquo loquendi more, ubi *ius* dicitur interdum locus, de quo disceptatur inter litigantes, arbitris aut iudicibus assumptis: cf. Orat. pro Murena c. 12. Itaque *ne communi iure migrare videatur*, significat: *ne religionem, quam et ii tenent, qui divinationem esse credunt, et ii, qui negant esse divinationem, deserere aut tollere videatur.*“ Hott. explicat verba *communia iura migrare* ita, ut dicat: *religionem, sacra et cerimonias a maioribus institutas:* sed non explicat verbum *migrare*, quod hoc sensu debet esse *excedere, transgredi*. In eam sententiam disputat etiam Cr. in schedis, dicens: „Nimirum veteres, quidquid legum et iurium cum publicorum tum privatorum erat, a diis auctoribus repetebant. Qui igitur deos religionemque tollebat, is hoc ipso iurium omnium fundamenta evertebat. Vide modo Cic. de N. D. et de Legg. passim.“ Mihi vero, quo saepius ad hunc locum redeo, eo magis eum a Turnebo non correctum, sed depravatum, ab interpretibus autem non recte intellectum esse existimo. Quid multa? Restituenda mihi videtur lectio Edd. vett., praeter Lamb., omnium, quarum plures ex Codd. MSS. expressae sunt, *communi iure migrare*, cuius depravationem detexisse mihi videor in Cod. P. ubi erat *communi a iure*, addita praepositione ab interprete, qui *migrare iure* dici non posse existimaret. Semel autem iunctis duabus vocibus in unam, *communia*, necessario mutabatur *iure* in *iura*. Tantum vero abest, ut cum Schützii lectione etiam eius interpretationem amplectar, ut in alia omnia abeundum esse videatur. Ego enim hunc sensum loco inesse censeo: *ne communi Academicorum iure, contra omnia disputandi, migrare*, i. e. *decedere, videatur: quippe qui omnibus veris falsa, omnibusque falsis vera immixta esse contendant: quique rationibus aliorum confutatis, rem tamen ipsam, quam isti defendant, veram esse posse concedant.* Constructionis autem eiusdem exemplum habes Verrin. Act. II. L. II. 56. 89. ubi est *domo — migrarat*. Mox Cod. U. *disserendo* pro *disserendi*. *Mr.*

non sane desidero, quod respondeam] Ita rescripsi cum Ern. Hott. et Goer. ad Cic. Acadd. II. 25. 80. p. 148. Est enim *non desidero* i. q. *in promptu est aliquid* v. *id, quod* etc. Ceterum ut audiatur et altera pars, adi Heusingerum ad Cic. de Off. II. 2. p. 387. ibid. in Praefat. ad Ed. mai. p. LI. Bene etiam praecepit Beierus ad Cic. de Off. l. c. T. II. p. 18. Firmatur lectio nostra Codd. U. L. a. d. qui exhibent *quod*. Sch. servavit *quid*, narratque, Ernestum reposuisse *quid*, cum tamen hic primus reposuerit, quod nos recepimus. Mox Cod. R. *a Q. Lucilio Balbo — tertii*. Vocem *scribis* omittit L. b. Cod. S. in praecc. *non satis desidero*. *Mr.*

ad veritatem est visa propensior.] Goer. in Progr. laud. p. 7: Sunt haec

pensior. Sed, quod praetermissum est in illis libris, (credo, quia commodius arbitratus es, separatim id quaeri deque eo disseri, id est, de divinatione, quae est earum rerum, quae fortuitae putantur, praedictio atque praesensio;) id, si placet, videamus, quam habeat vim, et quale sit. Ego enim sic existimo: si sint ea genera divinandi vera, de quibus accepimus quaeque colimus, esse deos: vicissimque, si dii sint, esse, qui divinent.

Arcem tu quidem Stoicorum, inquam, Quinte, defen- 6. 10.

ipsa postrema verba libri III. de Nat. Deorr. *mihi Balbi* (disputatio) *ad veritatis similitudinem videretur esse propensior.* Laudatur idem locus in Co. Vi. a. Quam vero vocem, *similitudinem*, addiderat ibi Marcus, Academicus, eam h. l. Quintus, Stoicus, praetermisit. Pro *illis libris* Cod. R. *his libris:* idem *quod* pro *quia*. *Mr.*

Sed, quod praetermissum est in illis libris,] Goer. l. l.: „At minime *divinatio* praetermissa erat; Lucilius enim de Nat. Deorr. II. 3 — 5. de ea disserit, et Cotta respondet ib. L. III. c. 4. quamquam quidem huius responsio magna ex parte in lacuna latet. Sed haec, quasi aliud agendo, ut deorum existentia probetur, non de industria, illo loco disputantur.“ *Mr.*

(*credo, quia — praesensio;*)] Haec in parenthesi esse ponenda monuit Goer. ad Cic. de Legg. II. 24. 60. p. 198. Saepius Cicero *credo* in hac constructione posuit ironice; hoc loco, loco de Legg. et de rep. I. 3. circa fin. serio loquitur. Mox Codd. Cr. et L. b. *arbitratus est, seperatim.* In Co. Vi. b. *credo* lineola infra ducta notatum est. *Mr.*

fortuitae putantur,] *Putantur* monet Hott. ideo addi, quia sensu philosophico nihil eorum, quae fiunt, fortuitum est, sed omnia necessaria; fortuita illis modo, qui causas ignorant. Mox Cod. L. d. *iam, si placet.* Cod. S. *extimo* pro *existimo*. *Mr.*

Ego enim sic existimo] Singularis est Eliensis MSti lectio, qui dat, *est enim sic existimandum.* Sed vulgata nullam poscit mutationem. *Dav.*

si sint ea genera divinandi vera] Vox *vera* Herelio est suspecta, ut Ernesto supra 3, 5. et Hottingero c. 31, 67. in verbis *ut vaticinari furor vera solet;* in primis cum c. 6, 10. dicatur: *si divinatio sit, dii sint, et, si dii sint, sit divinatio.* Mihi vero eadem, quae supra c. 3., ratio, vere Ciceronis esse vocem *vera*, persuadet. Accedit, quod h. l. verba *ea genera divinandi*, quibus additum est *si sint*, non sinunt omittere *vera*. *Sunt* enim ea genera divinationis: id ne ii quidem negare possunt, qui iis nihil plane tribuunt: sed utrum *vera* sint, nec ne, id quaeritur. Ad rem conf. I. Bake de Posidonio p. 45. sq. ibiq. Wyttenbach. p. 264. — In fine cap. Cod. M. habet *quodsi* pro si. Ad v. *esse deos* Co. Vi. a. laudant Xenoph. 142. [Mem. I. 1.] καὶ μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν. *Mr.*

Arcem — Stoicorum] Quatuor enim, ait Goer. l. c. p. 8, argumentorum, unde esse deos, Cleanthe auctore, Stoici probare nitebantur, primum hoc fuit: *esse deos, cum sit divinatio.* Conf. de N. D. II. 6. Mox Cod. M. habet: *defendisset si quod ista.* In sola Ed. Asc. 1. scribitur *artem* pro *arcem*, quod habet item Cod. R. omisso *tu*. *Mr.*

Cap. 6. Arcem *tu quidem Stoicorum — defendis*] Argumentum profers, quo praecipue nituntur Stoici. Eadem metaphora usus est *Augustinus* contra Acad. lib. I. c. IX, 24. *Ubi enim arcem locaverunt Academici, quorum tueris sententiam, nisi in erroris definitione?* Idem de vita Beata n. 10. *Ipsam prorsus, mater, arcem*

Quinte, semper vaco. Hoc autem tempore, cum sit nihil
aliud, quod libenter agere possimus, multo magis aveo
b. audire, de divinatione quid sentias. Nihil, inquit, equi-
dem novi, nec quod praeter ceteros ipse sentiam.
Nam cum antiquissimam sententiam, tum omnium popu-
lorum et gentium consensu comprobatam sequor. Duo
sunt enim divinandi genera; quorum alterum artis est,

1722. 8.) illud animadvertendum: *Philosophiae* est dandi quidem casus, quem regit verbum *vaco*, sed isto sensu, *philosophiae causa* [i. e. in gratiam philosophiae] *semper vacuus sum*, quem sensum verba, quae proxime supra posita sunt, postulant. Quare errant, qui *vaco* interpretantur *operam navo*. Apud Tullium nusquam *vacare doctrinae*, *literis* pro *studere literis doctrinaeque se dedere* reperias, nusquam *officio*, *muneribus vacare*, pro *fungi* et *applicare eo mentem ac se totum impendere*. Conf. Beier. ad Cic. de Off. III. 6. 28. T. II. p. 229. itemque de sententia verbi *vacare* F. Th. Kohlii Comm. critt. in difficiliora scriptt. class. loca (Hamb. 1727. 8.) p. 160. *Mr.*

quod — agere possimus,] Cod. M. *possum*, vulgo *possim*, Codd. Cr. et U. *possimus*. Et hoc placet. Prioris vocis clausula, *mus*, absorpta est a sequente *multo*, et loci sententia pertinere videtur ad oppressam rem publicam; quae res ad Quintum non minus, quam ad Marcum referenda est. *Cr.* — Firmant lectionem *possimus* Edd. Ven. 1494. Asc. 1. Lamb. Car. Steph. Sturm. Gothofr. Ald. Boul. Sylb. Brut. et Cod. P. In Asc. 2. pro *nihil* male scribitur *mihi*. Cod. S. habet *posset*. *Mr.*

Multo magis . aveo *audire*] Pall. tres et S. Victoris *habeo*; veteri ratione scribendi. *Gruter.* — *Habeo* Co. Vi. b. Codd., praeter L. a. d., nostri omnes itemque Ed. Asc. 1. Ex pronuntiatione orta, uti quidem arbitror, varietate. *Mr.* Conf. A. Mai. ad Cic. de Rep. I. 1. p. 5. Ed. Mos. ibique a me laudd. Ruhnken ad Rutil. Lup. II. 7. p. 111. Scholiast. Iuvenal. Sat. I. 155. ibiq. Cramer. p. 68. *Cr.*

Nihil — equidem novi] Pro *equidem* est *quidem* in Edd. Car. Steph. Lamb. Boul. Goth. Ne cui in mentem veniat, genitivum *novi* in verbum mutare, deleto *nec*, quod fieri posse (quamquam se fieri nolle aiebat) existimabat Meyerus in versione vernacula: parum enim eleganter diceret noster, *se nihil nosse, quae praeter ceteros sentiat*, i. e. aliter quam ceteri. Nostro loco similis est de Finn. I. 8. 28. *nunc dicam de voluptate, nihil scilicet novi, ea tamen, quae te ipsum probaturum esse confidam.* Male Davisius in Ed. pr. verba *ipse sentiam* spuria existimaverat, tum quia abesse possint salvo sensu, tum quia scribendum fuisset *ipse sentio.* Eo nomine satis reprehensus et refutatus est a Wopkensio, Lectt. Tull. p. 236. sq. neque est, quod nos sive eius argumenta excerpamus, sive nova addamus, cum nemo facile non videat, quid verum sit. Mox Cod. noster Cr. *nam tum* pro *nam cum:* tum R. et U. male *philosophorum* pro *populorum. Mr.* — Conf. modo proxima *gens* — *civitas.* Similiter Aristoteles Polit. I. 2. *Διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύοντο αἱ πόλεις καὶ νῦν ἔτι τὰ ἔθνη. Cr.* — Cod. S. omittit *antiquissimam*. Idem mox habet *sequar*. *duo enim sunt. Mr.*

Duo sunt divinandi genera] Vulgo *duo sunt enim* etc. Sed illam vocem nescit Paris. *Dav.*

Duo sunt enim divinandi genera;] Restitui *enim* cum Ern. Hott. et Sch., quod habent omnes libri nostri et scripti et editi, neque unius codicis auctoritate a Davisio eiiciendum fuit. Est breviloquentia pro: *Contendo enim cum ceteris, duo esse divinandi genera.* Ceterum bene Hott. defendit

alterum naturae. Quae est autem gens, aut quae civi- 12
tas, quae non aut extispicum, aut monstra, aut fulgura interpretantium, aut augurum, aut astrologorum, aut

vocem illam, dicens eam positam esse pro *scilicet:* sed quem affert locum ex L. II. 10. *nunc — experiamur — si possimus cornua commovere disputationis tuae. Duo enim genera divinandi esse dicebas* etc. in eo quidem *enim* permutari potest cum voce *scilicet:* neque vero vidit vir doctissimus, similitudinem horum locorum externam tantum esse, eorumque rationem esse admodum diversam. Ceterum ad rem confer Creuzeri Symb. u. Mythol. I. p. 186. ibiq. laudd. not. 333. Epitom. nostr. p. 61. not. 123. Cod. L. d. habet *genera divinandi. Mr.*

Quae est autem gens] Cod. Cr. *quid* pro *quae.* Ceterum graviorem inesse negationem quaestioni, si verba hoc ordine ponantur, quam si scribas: *quae autem est,* monet Goer. ad Cic. de Finn. II. 34. 115. p. 292. Cod. L. d. *quae est aut gens:* pergit Cod. R. *etiam civitas:* idem pro *artis* habet *artificiorum* (sic). *Mr.*

Quae non aut extis pecudum] Sic mss. nam Iosias Mercerus coniicit valde verisimiliter, aut *extispicum. Gruter.*

Quae non aut extis pecudum, *aut monstra aut fulgura interpretantium*] Vir. Cl. *Ios. Mercerus* ad *Nonium* in *Extispices* acutissime legendum coniecit *extispicum.* Eius coniecturam firmare videatur noster lib. II. cap. XI. *Artificiosae,* inquit, *divinationis illa fere genera ponebas,* EXTISPICUM, *eorumque, qui ex fulguribus ostentisque praedicerent.* Malim tamen *quae non aut* exta *pecudum, aut monstra, aut* etc. Similiter *exta interpretari* dixit noster infra II, 12. *Dav.*

quae non aut extispicum,] Recepi, rationibus omnibus probe ponderatis, Merceri coniecturam, Davisio, Hottingero, Lallemanno probatam (Rathius enim fluctuat), ab Ernesto silentio pressam: quod ut facerem, movit me potissimum Goerenzii, non auctoritas, sed accurata de hoc loco disputatio. „Nescio, ait ille l. c. p. 9., qui factum sit, quod Ernestus nihil his in verbis offenderit. Quis enim, qui haud alienus est ab accuratiore nostri lectione, haec tali in textu genuina putet (*extis pecudum*), cum omnia ad verbum *praedictione* referenda sint? Nihil enim exta per se habent, unde quis moveatur; in monstris, certe in fulguribus paullo secus foret. Viderunt id quidem Mercerus et Davisius. Sed Davisii coniectura [*exta pecudum:* in ed. pr. coniecerat Dav. *extispicum et m.*] duplici de causa nihil est, cum nunquam *exta interpretari,* sed perpetuo usu *inspicere, consulere* dicatur. Deinde quid sibi vult addita vox *pecudum,* quae ita constanter ab omnibus auctoribus omittitur, ut valde dubitem, an unquam sic adiecta reperiatur, nisi forte culpa librariorum. Neque eam adiectam quis putet, ut oratio paribus membris procedat: eiusmodi nimirum elegantia vix in rhetoricis tironi exciderit. Relinquitur igitur Merceri emendatio, quae etiam loco plane simili II. 11. 26. [vid. annot. Dav.] sustentatur." — Ad rem v. Frandsen. Haruspices (Berol. 1823. 8.) p. 45. *Mr.* — Duriusculam esse librorum lectionem concedo, neque tamen aliquid novandum censeo. Sermonis familiaris color talem permittit negligentiam, qua aliter pergit scriptor, quam ex initio exspectes: imo non licet tantum paullo inconcinnius loqui in tali sermone, sed inest in ipsa inconcinnitate aliquid venustatis et leporis. Locum, quem laudant ex l. II. c. 11. accuratius scriptum esse concedo: sed nostrum tamen ad eius normam esse corrigendum nego. *K.* — Sch. correxit: *quae non aut haruspicum, exta pecudum, aut* etc. Quod admodum placet, sed audacius factum est. Bip. *extispicum, monstra aut* etc. *Mr.*

aut sortium] Laudat Hotting. Ant. van Dale de oraculis vett. Ethnico-

sortium, (ea enim fere artis sunt) aut somniorum, aut vaticinationum (haec enim duo naturalia putantur) praedictione moveatur? Quarum quidem rerum eventa magis arbitror, quam causas, quaeri oportere. Est enim vis et natura quaedam, quae cum observatis longo tempore significationibus, tum aliquo instinctu inflatuque divino futura praenuntiat.

7. Quare omittat urgere Carneades; quod faciebat etiam Panaetius, requirens, Iuppiterne cornicem a laeva, corvum a dextra canere iussisset. Observata sunt haec

rum c. XIV. [p. 341—378. Ed. Amst. 1688.] Virg. Aen. III. 443 sqq. Debebat lectores admonere loci, qui legitur infra II. 41. conf. etiam Interprr. ad Appulei. Metamorph. IX. p. 606. Oudend.; Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 1051. ibiq. laudd. et Ph. C. Hess. ad Taciti German. c. 10. p. 46. ibiq. laudd. *Cr.* — Adde D. Clasen de Oraculis Gentilium (Helmst. 1673. 4.) p. 9—17. C. Peucer. de variis divinationum generibus (Servestae 1591. 8.) fol. 240—255. — Mox oculo scriptoris aberrante omissa sunt in Cod. Cr. verba *fere artis* — *haec enim*. Idem habet inverso ordine *naturalia duo*, Cod. autem U. omittit *duo*, unde quis spuriam esse vocem *duo* suspicetur. Tum Codicis Cr. scriptor, dormitare pergens, quod alibi non solet, scripsit *preditione monoatur*. Codd. L. c. d. habent *eae* pro *ea* et *artes* pro *artis*. *Mr.*

eventa] Cod. P. *eventum*. Cod. S. *eventu*. Bene monet Hott., Quintum hoc velle: harum rerum veritatem, si factis sit comprobata, satis demonstratam nobis videri debere, etsi causas ignoremus: cf. c. 9 et 10. Cod. S. *annis* pro *causas*. Cod. L. b. omittit *causas*. R. habet *quam queri causas oportere*. Idem *quantum* pro *quae cum*. *Mr.*

Est enim vis] Goer. ad h. l. l. c. p. 9 sq. haec: „*Vis et natura*, ut aliis in locis, iisque plurimis, est *vis naturalis*. Infra 7, 13. *quorum vim et naturam*. Sic malim locum accipi, quam ut cum Hottingero, quod minus aptum est, naturam proxime de deo intelligam. Nam saepissime apud Ciceronem *vis et natura* sic velut ἓν διὰ δὺς dicitur. Hottingerum haud dubie verbum *praenuntiat* ad hanc explicationem perduxit. Sed aeque sic dicuntur *stellae magnarum calamitatum praenuntiae*, et pro Murena 18, 4. *inquisitio candidati praenuntiae repulsae*. Si de deo intellexisset, Cic., ni fallor, in seqq. *divino* omisisset.“ Cod. L. d. omittit *quaedam* et pergit: *quae neque cum*. *Mr.*

cum observatis] Ita Codd. P. L. a. d. Oxonn. et Davisiani, marg. Lamb. et Goth. Verb. Grut. et recc. Reliqui *tum observatis*. *Mr.*

inflatuque divino] „Possit aliquis, ait Goer. l. c., *afflatu* scribendum censere [et censebat ita Herelius, l. c. p. 130. *inflari* nonnisi de prava animi affectione dici existimans, ideoque I. 50. *inflatae mentes* corrigens *afflatae m.*] idque voce in hac re propria. Sed Or/ pro Arch. poët. 8, 18. eodem modo *inflari* dicitur. Statim Cod. L. d. *omittit* pro *omittat*. *Mr.*

urgere] Huius significationis exempla complura congessit Schütz. Lex. Cic. III. 3. p. 480 sq. De scriptione *Iuppiter* v. Cellar. Orthogr. Lat. T. I. p. 266. ed. Harles. Grotefend. Orthogr. Lat. (Gramm. II.) §. 142. Nolten. Lex. Antibarb. p. 88. Mox. Cod. P. habet *ab dextra* pro *a dextra*. Cod. L. b. *ab dextera*. R. *cornicem a dextra, a laeva corvum*. *Mr.*

Cap. 7. *Cornicem a laeva, corvum a dextra canere iussisset*] Hoc modo

tempore immenso, et significationis eventu animadversa et notata. Nihil est autem, quod non longinquitas tem-

rata fiebant auguria. *Plautus* Asin. Act. II. Sc. I, 11.

Impetritum, inauguratum est; quovis admittunt aves.

Picus et cornix est ab laeva; corvus *porro* ab dextera.

Noster infra cap. 39. *Quid* (habet) *augur, cur* a dextra corvus, a sinistra cornix *faciat ratum.* Plura suppeditabit *I. C. Bulengerus* de Augur. et Ausp. lib. III. cap. 2. *Dav.*

Et in significatione eventus animadversa et notata] Legendum videtur, *Exin significationes eventis animadversae et notatae;* quod amico partim deberi lubens equidem fateor. *Dav.*

et significationis eventu animadversa] Magnus est emendationum huius loci numerus: et fatendum est, pluribus lectionem modis probabiliter posse constitui, fortasse etiam vulgatam explicatione posse defendi, quamquam contorta est et a Ciceronis perspicuitate aliena. Post Dav. Ernestus et Sch. nihil tentarunt. Hottingerus vero coniecit: *et significatio eventu animadversa:* adhibito loco c. 33. *Quae vero aut coniectura explicantur, aut eventis animadversa ac notata sunt, ea genera divinandi, ut supra dixi, non naturalia sed artificiosa dicuntur.* Bene: sed ita si corrigas, malis tamen *eorumque* scriptum pro simplici *et.* Rathius ad h. l. ita: „Fidenter rescripsi *et significatio est eventis animadversa,* vestigia librorum secutus. Vulgata sine sensu est. Secundam voculam *in* praetermittunt Sturm. Lamb. pr. reliquae Lamb. et Ald. [Cod. R. Edd. Car. Steph. Brut. Boul. Sylb.] Pro *significatione,* seu ut in libris vett. est, *significatio ē,* scribo *significatio est,* i. e. compendium illud aliter interpretor: denique pro *eventus* dedi *eventis,* i. e. corrigo librarii pronuntiationem. Vide me, si lubet, ad Cic. Acad. IV. 15. 41. et conf. infra I. 33. init.“ Goer. l. c. p. 10. ait: „Legendum suadeo *in significationis eventu.* Saepe sic librarii substantivorum casus permutaverunt.“ Meyerus in vers. vernac. p. 11. coniicit *et significatio eventis,* vel *et significationes eventis* etc. Censor Ienensis editionis Hotting. 1794. 272. p. 460. unice probat Hottingeri rationem. Io. Cannegieter. in disqu. de notis p. 340. mavult *in significatione eventu sunt animadversa.* — Ego vero Goerenzianam rationem, ut facillimam, amplectendam duxi, ita tamen, ut voculam *in,* quae a tam multis libris abest, abiicerem. *Significationis eventu* est: *eventu eius, quod significatum est. Mr.* — *In significatione eventus animadversa* est i. q. *eventis animadversa.* Malim vero abesse *in:* sed neque Davisii neque Hottingeri ratio placet. *K. Adventus* est in Cod. R. *Mr.*

Nihil est autem] Cod. U. *Nihil est autem* (duo posteriora vocabula in rasura) *enim aut quod* etc. Cuius scriptionis causam facile est intelligere: iunxit scriptor duas lectiones: *nihil est autem* et *nihil est enim,* vel *nihil est* et *nihil enim:* sed inepte. *Mr.*

quod non longinquitas — assequi possit] Ern. ad h. l.: „scripsi: *quod long. — assequi non possit:* auctoribus MSS., quod vulgo est supra post *quod:* est enim usitatius et elegantius.“ Idem sentit Hott. addens, ideo maxime se infra positam malle negandi particulam, ne nimio intervallo disiungatur a verbo *possit,* ad quod pertinet. Secutus est Ernestum Schützius. Cum Ern. facit Cod. noster M. et Ed. Bip. Sed ut nihil dicam de eo, quod reliqui libri omnes in ordine vulgato conspirant, quem, cum reliquisset Dav. in ed. pr., in altera restituit: ipse Ciceronis usus docet, saepissime *non* post pronomen relativum, et longo post intervallo verbum sequi: veluti c. 6. *quae est autem gens, quae non aut — aut — aut — aut — prae-*

porum, excipiente memoria, prodendisque monumentis,
13. efficere atque assequi possit. Mirari licet, quae sint animadversa a medicis herbarum genera, quae radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera, quorum vim atque naturam ratio numquam explicavit: utilitate et ars est et inventor probatus. Age, ea, quae, quamquam ex alio genere sunt, tamen divinationi sunt similiora, videamus.

Atque etiam ventos praemonstrat saepe futuros
Inflatum mare, cum subito penitusque tumescit,
Saxaque cana, salis niveo spumata liquore,
Tristificas certant Neptuno reddere voces:

dictione moveatur? Cui loco addit Wopk. Lectt. Tull. p. 237. de Div. I. 55. II. 2. de Amic. 7. Vocem *non* plane omittunt Codd. U. S. L. b. et c. *Mr.*

Prodendisque *monumentis*] Forsan *prodentibusque monumentis. Dav.*

prodendisque monumentis] Nihil est, quod quemquam movere possit, ut cum Dav. malit *prodentibusque. Prodendis monumentis* nihil aliud est, quam: *cum monumenta produntur.* Nihil monuit infra II. 72. *nec vero superstitione tollenda religio tollitur:* et de Legg. II. 5. *in ipso nomine legis interpretando inesse vim* etc. ubi v. p. 183 sq. ed. nostr. et Cr. Vid. Heusinger ad Cic. de Off. I. 2. 4. p. 16. et, quem laudat, Perizon. ad Sanct. Minerv. I, 15. 8. Beier. ad Cic. l. c. T. I. p. 11. ibiq. laud. — Mox Cod. U. vocem *a* ante *medicis* nonnisi a correctoris manu habet. Neglexit enim librarius aliquis literam praecedentis vocis ultimam maiore typo exaratam ideoque bis legendam. *Mr.* — *Prodentibusque* coniecerat etiam vir doctus in Obss. Miscellann. Amstelaed. 1733. T. III. p. 5. Sed alius vir doctus contra laudat de Legg. II. 19. *de sacris haec una sit sententia, ut conserventur semper et deinceps familiis prodantur, et ut in lege posui, perpetua sint sacra;* addens: „prodenda igitur sunt monumenta, ut perpetua sint.“ *Cr.* Cod. R. *efficere et consequi possit.* Idem mox *et inventione probatum. Mr.*

ad vulnera, quorum — explicavit:] Sequor Goerenzium, qui ita ad h. l. scripsit: „Sic distinguitur haud dubie rectius, et ad loci intellectum facilius, quam vulgo, ubi puncta praecedunt, et virgula sequitur. *Quorum* enim est *cum eorum*, et apodosis hoc valet: *scito artem et eius inventorem commendatum ex utilitate, quae inde enascitur.* Nam omnis loci sonus in *utilitate* ponendus est.“ — Eadem distinctio est in Edd. Car. Steph. et Brut. *Mr.*

quamquam ex alio genere sunt,] Cod. P. *quamquam explicata sunt ex alio genere sunt.* Cod. R. *sint* pro *sunt*, et mox *similiora sunt. Mr.*

Atque etiam ventos etc.] Confert praeter Aratum ad h. l. Hottingerus Virg. Georg. I. 356. sqq. Plin. H. N. XVIII. 35. Adde Homer. Il. XIV. 16. Lucan. V. 552. sq. Theophrast. lib. de Signis tempestatis p. 420. *θάλασσα οἰδοῦσα καὶ ἀκταὶ βοῶσαι, καὶ αἰγιαλὸς ἠχῶν, ἀνεμώδης.* — Ad v. *saxaque cana* conf. Claudian. IL. 58. *despumat niveum fistula cana salem.* Pro *spumata* Cod. U. habet *spumante.* Ad v. *reddere voces* laudat Hott. Virg. Aen. III. 555. Versu 1. Cod. L. d. *monstrat*, omisso *prae.* Pergit R. *atque futuros.* S. habet *tristificant* et *flava* pro *cana. Mr.*

Aut densus stridor cum celso e vertice montis
Ortus, adaugescit scopulorum saepe repulsus.

Atque his rerum praesensionibus Prognostica tua 8. referta sunt. Quis igitur elicere causas praesensionum potest? etsi video Boëthum Stoicum esse conatum; qui

Adaugescit scopulorum saepe repulsus] Vulgata *repulsu*, sed alterum restat in Pall. et Pithoeano, item S. Victoris; denique expressit editio Victorii. *Gruter.*

scopulorum saepe repulsus.] Sic MSS. et Edd. vett. [Est tamen *repulsu* in Edd. Lamb. Car. Steph. Brut. Ald. Sylb. Boul. Sturm. in Goth. *repulsis*, et Verb. ex MS. enotavit *repulsa:*] Davisius correxit *repulsu* sola coniectura: quod reprehendit Oudendorpius ad Sueton. Aug. c. 91. accipiens *saepe* substantive, ut sit *saepes scopulorum*, ut *saepes superciliorum* dicitur munire oculos. Sane *saepe* in illa correctione durum ac frigidum est. *Ern.* — Recte cum Ern. faciunt Bip. Hott. et Sch., ex quibus commode advocat Hott. Ovid. Trist. IV. 1. 81. *portarum sepem:* Lucret. [I. 490. VI. 227. 859.] *septa domorum:* eund. IV. 703. *saxea septa.* De scriptione vero vocis *saepes* vid. praeter Cellar. Orth. Lat. s. v. et Orthogr. Noris. c. 6. etiam Grotefend. l. c. §. 130. Nolten. Lex. Antibarb. p. 159. *Mr.* — [*Saepem* pro *sepem* habent etiam aliquot libri Columellae de R. R. II. 21. Vid. var. lect. p. 128. ed. Schneideri. *Cr.* — Co. Vi. a. *sede repulsus. Mr.*

Adaugescit scopulorum saepe repulsu] Vulgo *repulsus*, quo modo *Victorius* ac *Gruterus* in suis, et nos in nostris reperimus MSStis. Sed, praeterquam quod oratio parum sit Latina, sensui cedant oportet Codices; quapropter veterum editt. lectionem revocavimus. Noster autem hos *Arati* versus in linguam Latinam transtulit:

Σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδαίνουσα θάλασσα
Γιγνέσθω, καὶ μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοὶ βοόωντες·
Ἄκται τ' εἰνάλιοι ὁπότ' εὔδιοι ἠχήεσσαι
Γίγνονται, κορυφαί τε βοώμεναι οὔρεος ἄκραι.

Exstant *Διοσημείων* [De qua voce vid. C. B. *Hasium* ad I. Laur. Lydum de Ostentis p. 291. ab eoque laudatum I. Fr. *Boissonadium* ad Marinum p. 141. et p. 149. et ad Eunap. p. 498. *Cr.*] vs. 177. Pariter *Virgilius* Georg. I, 356.

Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, et aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longe
Littora misceri, et nemorum increbescere murmur.

Theophrastus de signis ventorum p. 420. *Θάλασσα οἰδοῦσα, καὶ ἄκται βοῶσαι, καὶ αἰγίαλος ἠχῶν, ἀνεμώδης.* Vide *Plinium* H. N. lib. XVIII. §. 85. 86. *Archilochum* apud *Heraclidem* Ponticum Alleg. Hom. p. 412. *Senecam* Agam. vs. 466, seqq. et *Cassiani Bassi* Geop. lib. I. cap. XI. *Davies.*

Prognostica tua] Laudantur in Co. Vi. a. Cic. Epp. 528. [ad Att. XV. 9. *Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt.*] *Mr.* Ita *prognostica* versibus a Cicerone scripta perierunt. Fragmenta cum in his capitibus I. 7. 8. 9. tum apud Priscianum Vol. I. p. 219. 480. 646. Vol. II. p. 183. Krehlii. *Cr.* — Coniuncta sunt et in aliis Edd. et in Ed. Schütz. T. XVI. 2. p. 166 sq. Cod. R. *his rebus et earum assensionibus.* Cod. L. d. *edicere* pro *elicere.* In Cod. R. est: *quis est quero, qui causas presensionum reddere possit? Mr.*

Cap. 8. Video Boëthum] Pall. *videbo oethum.* S. Vict. *videbo eo*

hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum expli-
14. caret, quae in mari caelove fierent. Illa vero cur eveniant, quis probabiliter dixerit?

Rava fulix itidem fugiens e gurgite ponti,

cum, editi a Victorio, *vide Boëthum*, *Gruter*.

etsi video Boëthum] Cod. P. *etsi videbo eo thum*, Cr. *etsi video Eutum*. U. *etsi video locum*. Cod. R. *botum*. L. b. *eotum*. L. c. *euthum*. S. *videbo eochum Stoicum*. Ed. Vict. *etsi vides Boethum*. Asc. 1. *etsi video eo tum*. Asc. 2. Crat. (in marg. *Boeothum*) Herw. *etsi video Eothum*. Rob. Steph. *etsi vide Boethum*. Sturm. *etsi video Booethum*. Reliqui ut nos edidimus. *Mr*. — De Boëtho Stoico vid. Diogen. Laërt. VII. 148. ibiq. Menagii Observv. p. 316. cf. Philon. Ind. de aetern. mundi Tom. II. p. 497. ed. Mangey. Stobaei Eclogg. p. 60. p. 566. p. 580. Heeren. In decreto de aternitate mundi fecit cum Panaetio et Posidonio. Vid. Philon. l. c. et adhibe van Lynden. de Panaetio p. 58 sq. et Bakium de Posidonio p. 58 sq. *Cr*.

hactenus aliquid egit,] De hoc usu v. *hactenus* vid. Tursellin. de Particull. p. 408. [p. 305. ed. Schwarz.] Cannegieter. de Notis p. 340. coniicit *tale quid*, explicans: „Eatenus laboravit, id operam dedit, ut rationem exponeret rerum, non omnium, sed quae fierent in coelo terrave." *Cr*. — Hoc loco non felicius, quam saepenumero ad Cic. de Legg., emendandi periculum cessit viro doctissimo. Recte Hottingerus: Hoc assecutus est, ut signa futurae tempestatis illa explicaret, quae in caelo aut in mari deprehenduntur: ea nimirum, quae paullo ante commemorati versus habent. Mox Codd. Cr. et R. *rerum rationem*. *Mr*. — Ad v. *dixerit* v. Lindemann. ad Plauti Captiv. p. 16. ad Mil. Glor. p. 103. *Cr*. Cod. R. *dixit*. *Mr*.

RANA *fluxit idem*] Cum non dubium esset, quin falso hoc legeretur, nos coniectura aliquando emendavimus, *Rava fulix itidem*. Sed in Venetis *cana* scribitur. *Virgilius* autem *fulicas* fecit a recto *fulica*, Georg. I, 362.

— — *Marinae*
In sicco ludunt fulicae —

Camerarius.

Rava fulix etc.] Sic nunc edidimus, Codices MSStos secuti. Quid sit *ravum* docuimus in Commentariis *Horatianis* ad lib. III. Od. 27. Et supra in Academicis *Cicero* dixit *ravum mare*. *Lambinus*.

Cana *fulix*] Lambinus edidit *Rava*, secutus Cdd. mss. ipse ut inquit; ut ego puto, coniecturam Camerarii, certe Pall. et Pitt. et S. Vict. et Wouv. cdd. *Cana* praeferunt, quamvis nonnulli corrupte. *Gruter*.

Rava fulix itidem] Cod. Cr. *Fluxit cano idem*. L. b. c. *cano luxit idem*. L. d. *cana luxit idem*. U. M. S. P. R. *Cano fluxit idem*. Edd. Asc. 1. 2. Herw. Crat. (sed haec in marg. *cana fulix itidem*) et vetus cod. ap. Car. Steph. *rana fluxit idem*. Edd. Car. Steph. Rob. Steph. Ald. Sturm. Boul. Brut. Sylb. Verb. Ern. Bip. Grut. ut marg. Crat. Cum Lamb. vero recte Davis. Olivet. et Hott. Co. Vi. b. „*Canoidem*. *Cana fulix itidem*. In ora inferiori: *Cana εὔδιος*. Laudantur ibi sequentes versus Arat. [Dios. 915 — 918]:

καί ποτε καὶ κέπφοι, ὁπότ' εὔδιοι ποτέονται
ἀντία μελλόντων ἀνέμων εἰληδὰ φέρονται·
πολλάκι δ' ἀγριάδες νῆσσαι ἢ εἰναλίδιναι
αἴθυιαι χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσι.

Ad h. l. Goer. in progr. p. 10. haec: „recte dedere interpretes *rava fulix itidem*. Sed quod Hott. vertit *das heisere Huhn*, cum eius avis voce clarissima pugnat. *Rava* h. l. rectius et ad hanc avem accommodatius de colore accipitur: cui colori respondet

Nuntiat horribilis clamans instare procellas,
Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.

canus color, inter quem ille et fuscum medius esse videtur. Atque inde etiam factum est, ut *cana* in nonnullos Codd. ex glossa irreperet, quod male Ernestus servavit.“ Conf. eundem Goer. ad Cic. Acadd. II. 33. 105. p. 192. — Simillimus huic loco est locus Lucretii V. 1077. sqq. Conf. Doering. ad Catull. T. I. p. 79. *Mr.* — De *fulice* sive *fulica* vid. Gerh. Vossium in Etymolog. L. L. Hesych. in κώϋξ (T. II. p. 1098. Alberti, ibiq. laudatum Salmasium in Solinum p. 65. b. adde Schneider. ad Aristotel. Hist. Animall. ix. 18. (17.) annott. p. 117. sq. Sed in Graecis Arati est *ἐρωδιός* (ὁ), de quo vid. Aristot. H. A. ix. 2. ibiq. Schneideri Annot. p. 15 sqq. est *ardea. Cr.*

Rava *fulix*] Non est nobis omittenda hoc loco docta I. M. Bruti annotatio, qui haec ad h. l. scripsit: *Rava fulix* legit Camerar. ut in Acadd. *ravum mare.* Ita apud Horat. *rava lupa:* λύκος πολιὸς Theocrito dicitur, canus. Ex corrupto autem exemplari, in quo male *rana fluxit* legebatur, coniecturà *rava fulix* emendavit. *Ravi* coloris, inquit Festus, appellantur, qui sunt inter flavos et caesios, quos Plautus vocat *ravistellos. Quis,* inquit, *haec mulier, et ille ravistellus, qui venit?* locus hic in Epidico aliter in vulgatis legitur: *sed quis est haec muliercula, et ille ravistellus, qui venit?* quo in loco tamen notanda est Festi inconstantia. Nam in dictione *gravastellus* eodem Plauti exemplo utitur, atque adeo rationem etymi addit. Ut puto, inquit, *gravastellus* a gravitate dictus, nempe senior. Dixere Latini, Camerarius inquit, et *ravum,* sublustrem colorem flavedine quadam veluti canescentem. Nonius unum modo ait *Ravum* fulvum; idque declarat Ciceronis loco, ut diximus ex Academicis. — Vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 33. 105. p. 191. cf. Rosa ad Cic. Acadd. p. 74. b. *Mr.*

Rava *fulix*] Vulgo *cana;* sed hariolationem *Camerarianam* sequor a *Lambinianis* MSStis nostroque Eliensi firmatam. *Aratus Διοσημ.* vs. 181.

Καί δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον
Ἐξ ἁλὸς ἔρχηται, φωνῇ περὶ πολλὰ λεληκώς,
Κινυμένου κε θάλασσαν ὑπερφορέοιτ' ἀνέμοιο.

Theophrastus de sign. Vent. p. 420. Ἐρωδιὸς ἀπὸ θαλάσσης πετώμενος καὶ βοῶν, πνεύματός σημεῖόν ἐστι· καὶ ὅλως βοῶν μέγα, ἀνεμώδης. Vide et pag. 418. At secundum *Aelianum* πετόμενος ἐρωδιὸς τῆς θαλάσσης εὐθὺ, ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ ῥαγήσεσθαι αἰνίττεται. Hist. An. lib. vii. cap. 7. *Davies.*

Clamans nuntiat horribilis] Vulgo *Nuntiat horribiles clamans;* qui quidem ordo versum reddit suaviorem, sed sensui non bene convenit, nec MSStorum fide nititur. Omnes certe nostri, cum Ven. 1471. quam recepimus, verborum structuram servant. *Dav.*

Nuntiat horribilis clamans] Codd. Oxonn. E. O. et U. habent *clamans horribiles nuntiat.* Codd. Guelf. Cr. M. P. L. d. R. Edd. Ven. 1494. Asc. 1. Dav. et Hott. *Clamans nuntiat horribilis:* ubi Hott. „praetulit, ait, fortasse hunc ordinem Cicero, ipsa asperitate, rei, quae hic significatur, convenientiorem. Praeterea neque lenius fluit infra II. 39. versus sequentis initium: *Prospera Iupiter his dextris fulgoribus edit.*“ Sed non vidit H., huius versus aliam esse rationem, quam nostri. Hic enim, etsi non suaviter fluit, caesuram tamen iustam habet: noster vero non asperior tantum est, sed plane vitiosus, si praeposueris *clamans.* Restitui igitur eam lectionem, quam praestant Edd. nostrae reliquae omnes inde ab Asc. 2. et habent Codd. L. a. b. c. In Cod. Ulm. est *Nominat nunciat horribiles instare procellas. Mr.*

Haud modicos etc.] Cod. Cr. *Aut modicos tremullo.* Tibull. I. 3. 60. *Dulce sonant tenui gutture car-*

Saepe etiam pertriste ciet de pectore carmen,
Et matutinis acredula vocibus instat,
Vocibus instat, et assiduas iacit ore querelas,

men aves. Cod. quoque R. habet *aut,* et *vertice* pro *gutture.* S. *fundes e gurgite. Mr.*

Saepe etiam pertriste ciet de pectore carmen,] Ita mihi ex Cod. nostro egregio Cr. Ciceronis manum diu obliteratam restituisse videor, cum reliquos libros omnes occupet glossa verbi *ciet,* nimirum *canit,* quod est etiam in marg. Cod. Cr. addito *al.* Est autem *ciendi* verbum hoc sensu poetis usitatum et fere proprium: vide modo Virg. Georg. III. 517. *extremosque ciet gemitus.* Virg. Aen. XII. 104. *mugitus — horribiles ciet.* Catull. 63, 131. *singultus ore cientem.* Val. Flacc. III. 156. *ultima verba ciens.* Imo ipse Cicero Tusc. I. 10. 20. dixit *in cantu sonos ciere,* (in comparatione cum *motibus corporis*). Cod. R. *pecore* pro *pectore, Mr.*

Et matutinis acredula vocibus instat] *Isidorus* Orig. lib. XII. c. 7. *acredulam* cum luscinia confundit, et hunc versum ita laudat:

Et matutinos exercet *acredula* cantus.

Mihi quidem utrobique lapsus videtur, et *Isidorianae* lectioni *G. I. Vossium* favisse miror; a scriptis enim *Tullii* Codicibus tantum recedit, ut soli memoriae vitio, non discrepantibus exemplaribus, tribui possit. Adi sis eius Etymologicon in *acredula.* *Aratus Διοσημ.* vs. 216.

Ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών.

Theophrastus p. 488. Ὀλολυγὼν ᾄδουσα μόνη ἐπ' ἀκρωρείας, χειμέριον. *Cassianus Bassus* Geop. lib. I. cap. 3. Ὀλολυγὼν τρύζουσα ἑώθινον, χειμῶνα δηλοῖ. Ὀλολυγὼν *Avieno* est *ulula,* quam sententiam probat *Cl. Salmasius* Exerc. Plin. pag. 1318. Ed. Paris. p. 942. Ed. Trai. Vide sis *Theocriti* Scholiasten ad Eidyll. VII, 139. *Davies.* Add. ibid. Kieslingii annot. p. 284. *Cr.*

acredula] Cod. R. *et credulis.* Codd. L. c. M. S. et P. *acredulis,* sed M. separatis vocibus *a credulis:* P. et L. c. d. in fine versus *instant.* Ad h. l. Goer. l. c. p. 10. haec: „Vox ista, haud dubie ex *acri gula* composita, varii generis bestiolas designabat. Conf. Isidor. XII. c. 6. Grot. ad Arati locum, et Cic. version. p. 21. et 82. Apud Cic. h. l. vix *ulula* esse potest. Nam hanc Cicero propria haud dubie voce nominasset, cum haec a verbo ὀλολῶ ipsa derivata esse videatur. Equidem non alienus sum ab Isid. II. 7. qui *lusciniam* h. l. designari putat. Nam Cic. in Arateis vertendis haud pauca novavit, et versio eius melius ad hanc avem quadrat, quae ipsa poetis *querula* dicitur.“ Sch. in Lex. Cic. s. v. *ululam* esse mavult; Meyerus vertit *Steinkauz,* Hotting. *Eule.* Conf. etiam G. I. Vossii Etymol. L. L. p. 6. qui legendum censet, ut Arateo versui melius conveniat noster: *Aut matutinis* etc. Martini Lex. Philolog. v. *acredula* et *ololygon.* *Mr.* — De ὀλολυγόνι tanquam *rana* vid. Schneider ad Aristotel. H. A. IV. 9. p. 248. *Cr.*

matutinis — vocibus instat, Vocibus instat] Conf. Sophocl. Electr. 18.

— — — λαμπρὸν ἡλίου σέλας
ἑῷα κινεῖ φθέγματ' ὀρνίθων σαφῆ.

Similium iterationum exempla collegit Santenius in Bibl. Crit. I. 3. p. 73: plura dabit Vossius Institutt. Oratt. II. p. 290 sq. Ed. Marb. 1681. 4. Quibus et alia addi possunt multa et illud apud Homerum ἀναδιπλώσεως exemplum elegantissimum Il. χ. 127 sq.

τῷ ὀαριζέμεναι, ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε.
παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιϊν:

Nonn. Dionys. XIII. 480 sq. habet:

ἀρηγὴρ ἀσίδηρος ἐμάρνατο κέντορι μυθῷ,
μυθῷ ἀκοντιστῆρι, καὶ οὐ τμητῆρι σιδήρῳ. *Mr.*

Vocibus instat et assiduas iacit ore querelas.] Cod. S. *instant.* Cod. U. habet: *instat et assiduas*

Cum primum gelidos rores aurora remittit.
Fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix
Demersit caput, et fluctus cervice recepit.

9. Videmus haec signa numquam fere ementientia; nec tamen, cur ita fiat, videmus. 15.

vocibus iacet ore querellas. Codd. Cr. et R. *iacet,* sed prior supra scripto *i.* In seqq. idem *Frustraque* pro *Fuscaque,* tum U. *nonnunquam,* sed *non* in rasura. Ad verba conf. Lucan. V. 557. *instabili gressu metitur littora cornix.* Claudian. xv. 493. *Si revolant mergi, graditur si littore cornix.* Horat. Od. III. 17. 12. *aquae—augur cornix:* ibiq. interprr. *Mr.*

Demersit *caput et fluctum cervice* recepit] Nihil variant nostri. Gulielmius tamen malebat, *Demersat caput et fl. cerv. receptat. Gruter.*

Demersit caput, et fluctus cervice recepit.] *Demersit* est *demergere solet,* plane ut Arateum *ἐβάψατο. K.* Ita mox c. 9. *duxere ex aëre succum.* Igitur non est, quod Gulielmius corrigat *demersat* — et — *receptat.* Fusius nostram lectionem defendit Wopkens. Lectt. Tull. p. 287 — 289. Recepi autem *fluctus* pro *fluctum* cum Hott. et Sch., ut rei accommodatius. Claudian. xxxvi. 391. *et plenos excepit lampade fluctus.* Goerenz. ad h. l. haec: „Haec vertit Hott. *und empfängt die Fluten mit offenem Schlunde:* sed aberravit a loci sensu. Hoc enim non erat signum imminentis tempestatis: imo potius, si undis se cornix spargebat et irrorabat. Idem hoc Lucan. V. 556. imitatus sic expressit:

Quodque caput spargens undis velut occupet imbrem,
Instabili gressu metitur littora cornix.

Eodem modo Avienus vers. 1703.

Improba si cornix caput altis inserit undis,
Flumine terga rigans. —

Arati verba (vid. not. Davisii) Virgil. Georg. I. 385. ad cycnos transferens, *largos humeris infundere rores* dixit.“ Scribitur in Cod. R. *fluctu* omisso *et.* Idem mox *ista* pro *haec,* et tum *fore mentientia.* Cod. L. b. habet *non unquam. Mr.*

Demersit *caput et fluctum cervice* recepit] Sic MSSti: *Ianus* tamen *Gulielmius* malebat, demersat *caput, et fluctum cervice* receptat. Causa fuit, ut opinor, quod noster *verba praesentis temporis* superius adhibuerit. Sed *Aratum* suum *Διοσημ.* vs. 217. imitatus est *Cicero:*

Ἤπου καὶ λακέρυζα παρ' ἠϊόνι
προυχούσῃ.
Χείματος 'ΑΡΧΟΜΕΝΟΥ χερσῷ 'ΥΠΕΚΥΨΕ κορώνη·
Ἤπου καὶ ποταμοῖο 'ΕΒΑΨΑΤΟ
μέχρι παρ' ἄκρους
Ὤμους ἐκ κεφαλῆς —

In secundo versu forsan legendum *χείματος 'ΕΡΧΟΜΕΝΟΥ,* haec enim sunt prognostica. *Aelianus* H. A. lib. vii. cap. 7. *Ἀπειλοῦσι δὲ καὶ κνῦμα λουόμεναί τε ὄρνιθες, καὶ ἀνέμων τινὰς ἐμβολὰς ὑποφαίνουσι.* Vide sis et Geop. lib. I. c. 3. ac *Claudianum* Bell. Gildon. vs. 493. *Dav.*

Numquam *fere ementientia*] Balliol. Vict. et Ven. habent *nonnunquam.* Debuerunt *non unquam,* quod eodem redit ac vulgata lectio, quam servant Reg. Cantab. aliique MSSti. *Dav.*

nunquam fere ementientia] Ita scripsi, librorum tantum non omnium auctoritatem secutus et usum Ciceronis. Cum enim Hotting., ex prava aliquot Codd. scriptura *nonnunquam,* correxisset *non unquam,* recte reprehensus est a Goerenzio, dicente, Ciceronem semper *nec unquam* scribere solere *et nunquam:* coll. de Fato c. 15. ibiq. Bremi. „Si enim, pergit Goer., ab uno alteroque loco, quae in vitio sunt, discedas, reliqua omnia eius generis reperiuntur, ut *non* haud ad *unquam,* sed ad

Vos quoque signa videtis, aquai dulcis alumnae,
Cum clamore paratis inanis fundere voces,
Absurdoque sono fontis et stagna cietis.

Quis est, qui videre ranunculos hoc suspicari possit?

verbum referatur." Quod vero idem G. Hottingero adsentit, corrigenti *mentientia*, quod item volebat Rath., et dudum coniecerat Gesnerus in Thesauro L. L. v. *ementiens:* quia *ementiri* sit falsi quid comminiscendo effingere: in eo me adsentientem non habet; neque etiam Sch. in Ed. et F. A. Wolfius (in Commentt. Soc. Philolog. Lips. II. 1. p. 40.) ei obsecuti sunt. Nam et praeter vet. Cod. Caroli Steph. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. (sed haec in marg. ut rell.) Herw. in quibus est *eminentia*, omnes servant vulgatam et scripti et editi; et ipse noster usus est verbo *ementiri* simplici fallendi sensu Tusc. III. 24. 58., et intransitive, quod dicunt, Oratt. Partitt. 14. 50. ubi item Lamb. correxerat *mentiti*, neque vero reliquos editores obsequentes habuit. — Mox Cod. U. omittit *nec tamen*. Cod. S. omittit *nunquam* ante *fere*. *Mr.*

cur ita fiat, videmus.] MS. Guelf. *curva videmus:* unde coniicio *cur fiat, videmus*. *Ern.* — Ad haec Wolfius l. c.: „Quod adeo non assentimur Viro D., ut, si id verbum vulgo defuisset, aliquid ad perfectam orationis formam requireremus. Nam quum Latini dicunt *ita fit*, subaudiri solet *res;* non item, quum nude dicunt *fit*. Hoc autem loco posterior modus eo est minus aptus, quod plurale nomen antecedit." Addit Hotting.: „nempe, cum haud magis de *signis*, quam de eorum cum *eventis* congruentia, sermo sit, hunc sensum clarius exprimens particula *ita* haud facile desiderari [voluit: abesse] potest." Ceterum Cod. L. b. habet plane ut volebat Ern. *cur fiat*. Cod. R. *cur ita fiant*. *Mr.*

Aquaï dulcis alumnae] Ranas intelligit. *Aratus* Διοσημ. vs. 215.

Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων.

Inter tempestatis signa *ranae ultra solitum vocales* ponuntur a *Plinio* H. N. lib. XVIII. §. 87. Praeivit *Theophrastus* pag. 418. *Βάτραχοι μᾶλλον ᾄδοντες σημαίνουσιν ὕδωρ*. Vide *Virgilium* Georg. I, 378. *Dav.*

videtis, aquai dulcis alumnae] Cod. P. *videntis*. U. *aquarum*. Cod. R. *signa dulcis aquarum videtis alumpne cum clamore voces paratis fundere inanes — flurtus et stagna cietis*. Statim est post *quis* omittit L. b. Male vertit Hott. *ihr frohen Bewohner der Sümpfe:* reprehensus eo nomine a Roosio l. c. p. 6. verente, ne quis conspecta ea versione vocem *dulcis* pro *dulces* scriptam existimat, quod metro repugnaret. Ad verba conf. Hom. Batrachom. 10 sq. et 55. In seqq. Cod. U. *scietis* pro *cietis*. *Mr.*

qui videre ranunculos hoc] Cod. R. *ramunculos*. Cod. U. *videre ranunculos hoc*, neque, ut est in reliquis, *ranunculos hoc videre*. Illud recepi, motus iisdem rationibus, quibus ductus Goer. l. c. p. 11. ita scribendum esse censuit. „In altero, ait, meorum Codd. sic verbis transpositis legitur *videre ranunculos hoc*, quod vehementer probo. Nam in *videre* est vis sententiae, et in tota structura melior sonus." — Pro *hoc* Cod. M. habet *hic*. Cod. R. *videre et suspicari*. *Mr.*

Quis est qui ranunculos hoc videre suspicari possit? sed inest mire et ranunculis natura quaedam etc.] Antiquiora exemplaria discrepant ab hac lectione; sunt tamen et ipsa non parum inquinata. Nam in pervulgatis quoque vereor, ne sit mendum; praeter enim quam quod valde diversam habent lectionem ab antiqua, quod semper mihi suspectum est, quia sine causa hoc accidere non arbitror; eam etiam, quam habent, per se parum sinceram iudico. Quid enim *mire* ibi faciat, et quam vim habeat hoc loco

Sed inest mira vis in ranunculis et natura quaedam signifi-

id adverbium, non video: omnino neque plana, neque elegans mihi structura videtur. Cum quid dubitem potius, quam quid sentiam exposuerim, volo nunc veterem scripturam notam facere; quae est haec, *sed inest* in rivis *et ranunculis;* ut possint eruditiores, an merito suspectum hunc locum habeam, videre, et, unde tanta orta sit de hoc loco inter antiquos et novos Codices dissensio, cogitare. Diligentius igitur considerandum, an et ex antiquis vestigiis, et ex Graeco versu *Arati* recte possit *in gyrinis* emendari; nam *gyrinos* et Graeci et Latini appellant ranarum partus. *Plinius* H. N. lib. IX. c. 51. *Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum et cauda insignes: mox pedes figurantur, cauda findente se in posteriores.* Et *Aratus* in Phaenomenis: [immo in Diosemeiis vs. 214, seq.]

Ἢ μᾶλλον δειλαὶ γενεαί, ὕδροισιν ὄνειαρ,
Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων.

Cuius etiam interpres de illis sic loquitur: *Γύρινοι δὲ λέγονται οἱ ἀδιάπλαστοι βάτραχοι, τουτέστι τὰ γεννήματα τῶν βατράχων· ἀδιάπλαστα γὰρ τίκτονται καὶ ἄποδα ὡς ἐπὶ τῆς ἄρκτου.* Receptam lectionem conservavi: ortam autem mihi suspicionem quamvis levem, et fortasse inanem, aperire non malum duxi; causas etiam, quae me ad hoc impulerint, supra exposui. *Victorius.*

Sed inest mire et ranunculis] *Turnebus* legendum censet, *sed inest* in *re vis, et ranunculis* etc. a quo dissentio, neque quicquam mutandum censeo [probante Sylburgio], nisi forte, ut coniecit *Victorius, sed inest in gyrinis et ranunculis.* De gyrinis *Plinius* lib. IX. c. 51. *Lambinus.*

Ibid. Cum in veteri libro scriptum sit *in rivis*, facile adducor, ut credam vocem *mire* ab aliquo repositam fuisse, cui suspectum esset verbum *in rivis*, quod Librariorum imperitia factum erat ex *gyrinis*. Hanc autem veram esse huius loci lectionem admonuit etiam *Victorius*, adducto *Arateo* versu *ἐκ τῶν φαινομένων*·

Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων. *Ursinus.*

Sed inest in rivis *et ranunculis*] Ita mss. Victorii et putat vere Gulielmius, neque quid mutandum ut volebat idem Victorius. Pall. proxime accedunt ad hanc scripturam, primus enim et sec. habebant in *renis:* nam tertius, *sed inest* mire *et ranunculis,* ut passim publicatur. *Gruter.*

Sed inest in rivis et ranunculis] Is. Vossius in notis ad Melam citat: *Sed inest gerinis et ran.* additque: sic fere meliores Codd. At ipse appinxit in Ed. Gothofredi, qua in conferendo usus est, *sed inest in ranis et ranunculis natura quaedam* etc. Deinde quum ranunculi praecedant et sequantur, qui conveniunt huc *gyrini*, quos Graeci dicunt esse *μικροὺς βατράχους?* Me quod attinet, non puto posse subtrahi Tullio locutionem *inesse in aliquo*, praesertim quum eam scripti omnes subministrent, et utique quum ranae ut plurimum sint in rivis, simul rivis et ranis attribuit talem causam. *Gronov.* — In Edd. vett. atque etiam MSS. ut Guelf. est *inest mire et ranunculis:* quod varie tentarunt corrigere viri docti. Ego putem fuisse a Cicerone: *sed inest nimirum et ranunculis*, vel, deleto *et, inest nimirum ranunculis.* Similiter de Orat. I. 5. *sed nimirum maius hoc est quiddam.* pro Mur. 15. *quae non modo summa bona, sed nimirum vel sola audeo dicere. Ern.* — Quam hic variant editores! Alii pro *in rivis* dant *mire*, alii *in re vis*, alii in *gyrinis.* Davis. vero delere voluit verba *rivis et* [nimirum in Ed. pr. dixerat: Lego *inest et ranunculis* deleta voce, quae ex margine, ut arbitror, Tullii verbis adhaesit. Quin et reponi possit *inest in istis etiam ranunculis.*] Equidem mihi satisfacio legendo, *sed inest in ravis etiam ranunculis* etc. Istud *etiam* pro *et* ex MS. Eliensi mutuor [ubi est *inest mire etiam ran.*]. *Ravae* vero sunt raucae et

cans aliquid, per se ipsa satis certa, cognitioni autem hominum obscurior.

parum liquidas voces habentes, ideoque dicuntur ranunculae esse *ravae,* quia, ut paullo ante dicitur, *absurdo sono fontes cient.* Similiter hic in cap. 8. occurrit *rava fulix,* et in Acadd. IV. 33. olim legebatur (testante Nonio) *ravum mare.* Vide etiam Horat. Carm. III. 27. 3. *Pearcius.* — Videtur admittenda Pearcii coniectura. *Lallemand.* — Vulgatae lectionis quae una parata est defensio, ut, quia ranunculi in *rivis* plurimum degant, propterea vis divinandi etiam *loco,* non modo *bestiolis* tribui dicatur; ea defensio nemini, qui pedestris orationis, praesertim Ciceronianae, naturam norit, placere ullo modo poterit. — Ernesti ratio *inest nimirum* melior sane ceteris, et Ciceronis mori aptior, si modo *et* servari posset. Verum exquisitius quiddam in ista varietate librorum latere apparet; ac nobis ne dubitandum quidem videtur, quin vera Ciceronis manus haec sit *inest in gyrinis et ranunculis.* Nimirum ad hoc vocabulum, librariis minus tritum, quo *partus ranae adhuc imperfectus* significatur, Cicero deductus videri debet ab Arato Diosem. v. 215. [vid. annot. Victorii], quippe cuius poetae versus, isto ipso priores, hucusque latine expresserat. Neque haec lectio tautologiae vitium habet. Nam et ranulae non magis a ranis differunt, quam a ranulis gyrini, quos Plinius quoque appellat H. N. IX. 51. Iam simul particula, quae sequitur, servari propria significatione sua potest, quam non temere migrans Cicero rarissime *et* pro *etiam* ponit: quod, quamvis iam a Valla notatum, Ciceroniani, qui nunc videri volunt, nondum scire videntur. *F. A. Wolf.* — E variis virorum doctorum coniecturis nulla probari potest, si Ursinum excipias et Ernestum. Quod vero Urs. cum Victorio legendum existimat *in gyrinis* vel *gerinis,* in eo nimirum frustra est. Etsi enim *gyrinos* a *ranis* differre nullum dubium sit, tamen minime intelligitur, cur necesse fuerit utrosque commemorari. Quod autem Ciceronem putant respexisse illum Arati versum, ille nimirum ab hoc loco prorsus est alienus. Neque enim ibi Aratus gyrinos per se commemorat, sed horum tantum mentionem facit, periphrasi poetica *ranas* significans. *Hotting.* — Vulgata, *in rivis,* lectio plane abiicienda est. Nam quid h. l. *rivi,* cum paucis verbis ante fontium et stagnorum mentio iniecta sit? Cum Ursino reliqui intt. fere omnes coniecturam *nimirum* complexi sunt [neque Ursinum ita coniecisse, neque Ernesti coniecturam *nimirum* a quopiam esse receptam, apparet:] quam ipse etiam sequerer, nisi in tam depravato in Codd. verbo insolentiorem vocem latitare probabile esset. Corrigendum igitur potius cum Pearcio *ravis etiam ranunculis* videtur. Nam vox *ravus* ubique fere in Codd. depravata legitur. Sic supra c. 8. 14. cf. Burmann. ad Ovid. Amor. I. 12. 19. *Goerenz.* — Vulgata sensu caret. An legendum *ravis?* vel si cui hoc nimis poeticum videatur, legat cum aliquo meorum, qui pridem fuerunt, discipulorum, *van Galen: sed inest in ranunculis vis et natura quaedam* etc. et ita cogitet ortam lectionem: fuisse in contextis *inest in ranunculis natura,* cum vero supra c. 16. 12. in simili re scriptum sit: *est enim vis et natura quaedam,* adscripsisse aliquem in margine ad v. *natura* glossam *vis et,* significaturum, hic quoque ita legi posse: ea deinde vocabula a librario inepto inter *in* et *ranunculis* fuisse recepta, ut fuerit *in vis et ranunculis;* quod cum sensu careret, scripsisse vel eundem vel alium *rivis* pro *vis.* Potuit etiam *in rivis* ex glossa ortum et temere in contexta receptum esse. Quae omnia magis placent, quam vel *mire* vel, quod Ernestus excogitavit, *nimirum.* *K.* — Ego pridem etiam conieceram *in ravis etiam ranunculis.* Riglerus: *Sed inest mira vis ranunculis et natura quaedam* etc. quam coniecturam adoptavit, certissimam dicens,

Mollipedesque boves, spectantes lumina caeli,
Naribus humiferum duxere ex aëre sucum.

Goeller. de T. Livii libr. XXXIII. p. 127. *Cr.* — Co. Vi. b. *in rivis — quaedam natura.* Co. Vi. a. *Sed inest in gyrinis et ranunculis.* γυρῖνοι οἱ μικροὶ βάτραχοι. Arist. [pro Arat.]: οἷον πατέρες βοόωσι γυρίνων. *Mr.*

Sed inest in rivis *et ranunculis*] Sic edidit *Gruterus. Is.* autem *Vossius* ad *Melae* lib. I. cap. IX. p. 68. quasi novum quid et inauditum eruisset, ex melioribus, ut ait, Codicibus legit, *inest* gerinis *et ranunculis;* sed cum γέρινοι sint ranunculi, purae putae ταυτολογίας reus esset noster; quare γερίνους huc non convenire recte statuit *Iac. Gronovius.* Quod autem vulgatam lectionem tuetur vir ille doctus, in eo quidem vehementer errat; nihil enim huc omnino faciunt *rivi,* planeque ridiculus fuisset *Cicero,* si naturam significantem aliquid *rivis* inesse dixerat, quod eam ranis, aquas ut plurimum colentibus, competere statueret. Pall. pr. sec. *inest in renis.* Reg. vero *est inest mire et ranunculis.* Denique Paris. Med. et Merton. *inest mire et ranunculis.* Cum Cl. *Clerico* legerim. *Sed inest* RENE *et ranunculis.* Quomodocunque vero se res habeat, perplacet iudicium, quod de huiusmodi σημείοις tulit Epicurus. *Αἱ ἐπισημασίαι,* inquit, *αἱ γινόμεναι ἐπί τισι ζώοις· κατὰ συγκύρημα γίνονται τοῦ καιροῦ· οὐ γὰρ τὰ ζῶα ἀνάγκην τινὰ προσφέρεται τοῦ ἀποτελεσθῆναι χειμῶνα, οὐδὲ κάθηταί τις θεία φύσις παρατηροῦσα τὰς τῶν ζώων τούτων ἐξόδους, κἄπειτα τὰς ἐπισημασίας ταύτας ἀποτελεῖ.* Vide *Diogenem Laertium* lib. X. §. 115. *Davies.*

Sed inest mira vis in ranunculis et natura] Ita correxi, addita coniecturae palmariae a Goellero probatae praepositione *in,* qua non commode caret in hac constructione stylus Ciceronianus. Neque est, quod eum usum exemplis allatis comprobem. Unum restat, nimirum ut librorum nostrorum lectiones adscribam, nam in superioribus annotationibus de loci et lectione et sensu ad satietatem usque disputatum est. Habet igitur Cod. Cr. *in rivis et ramiculis naturaqu.* U. *mure et ranunculis quaedam natura.* M. *mire et ranunc. nat. qu.* S. et R. *mire et ramiculis.* L. d. *in revis* (a 2. m. *mire*) *et ran.* L. b. *in ranis mire et.* L. a. et c. *in rivis et ranunculis.* P. *in retiis et ran. nat. q.* Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Crat. Herw. Ald. Sylb. Boul. Lamb. Goth. Boul. Sturm. *sed inest mire et ranunculis quaedam natura.* Ita etiam Rob. Steph. sed inverso ordine *natura quaedam.* Edd. Verb. Dav. Ern. Bip. Hott. Sch. Oliv. Grut. *inest in rivis et ranunculis nat. qu.* Ego pridem ex lectionibus Codd. et coniectura Ernesti hanc excogitaveram emendationem: *Sed inest nimirum etiam in ranunculis natura quaedam* etc. nunc in ea, quam exhibui, acquiesco, eamque verissimam existimo. *Ravis* autem ideo non recepi, quia hoc in contextu et in soluta oratione plane otiosum est: nihil enim id facit ad ranarum naturam divinatricem (sit venia verbo Tertulliano), utrum *ravae* sint, nec ne. — In Cod. P. verbo *satis,* ut spurio, puncta subscripta sunt. Neque vero aliquid litis movendum isti vocabulo, non enim significat in ore Quinti *ziemlich,* sed *hinlänglich. Mr.*

obscurior.] Cod. M. *obscuriora. Mr.* Comparativus per imminutionem (s. deminutivus) ut *senior, iuvenior, pauperior.* Vid. Varronem ap. Servium in Virgil. Aeneid. V. 409. p. 651. ed. Burmann. T. II. *Cr.*

Mollipedesque boves] *Aratus Διοσημ.* vs. 222.

Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος εὐδίοιο
Οὐρανὸν εἰσανιδόντες, ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο.

Theophrastus pag. 418. *Βοῦς — — ἐὰν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνακύπτων ὀσφραίνηται, ὕδωρ σημαίνει.* Similiter *Virgilius* Georg. I, 375. (in quem

Non quaero, cur; quoniam, quid eveniat, intelligo.
Iam vero semper viridis, semperque gravata
Lentiscus triplici solita grandescere fetu,
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

16. b. Nec hoc quidem quaero, cur haec arbor una ter floreat,

locum *Servius* etiam verba *Varronis* huc facientia suppeditat) et *Plinius* H. N. lib. XVIII. §. 88. *Dav.*

Mollipedesque] Iam in marg. Ed. Lamb. confertur Homericum illud εἰλίποδες et recte: veluti Iliad. *Z.* 424.

βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι καὶ ἀργεννῇς ὀΐεσσιν.

Versu seq. Cod. U. habet *ducere* pro *duxere*. Mox Cod. R. *quin* pro *quoniam*. L. b. *granata* pro *gravata*. S. *humetum* pro *humiferum*, et *generata* pro *gravata*. Verba *duxere ex aëre succum* explicat Bentlei. ad Horat. Od. III. 3. 34. *Mr.*

Iam vero semper viridis] *Aratus* Διοσημ. vs. 319.

Τριπλόα δὲ σχῖνος κυέει, τρισσαὶ δέ γε αὖξαι
Γίγνονται καρποῖο· φέρει δέ τε σήμαθ' ἑκάστη
Ἑξείης ἀρότῳ· καὶ γάρ τ' ἀροτήσιον ὥρην
Τριπλόα μείρονται, μέσσην καὶ ἐπ' ἀμφότερ' ἄκρα.

Pari modo *Cassianus Bassus* Geop. lib. XI. cap. 12. et *Theophrastus* de signis Seren. p. 129. ed. Hanov. Hosce vero *Tullii* versus laudat *Plinius* H. N. lib. XVIII. §. 61. *Dav.*

Lentiscus] Theophrast. Hist. plant. IX. 1. 2. Idem Fr. VI. 4. 6. ὁ τῆς σχίνου καρπὸς σημαίνει τοὺς ἀρότους. „Est pistacia lentiscus Linn.“ *Schneider*. Ind. in Theophrast. Tom. V. p. 520. et *Kurt Sprengel Geschichte der Botanik* I. p. 87. *Cr.* Cod. R. *Leuticus — glandescere*. *Mr.*

solita grandescere fetu,] „Hos tres, ait Goer. l. c. p. 12., Ciceronis itidem ex Arato versus laudat Plin. H. N. XVIII. 25. sine omni lectionis diversitate, praeterquam quod post *solita* additur *est,* quod probo. Ad quem Plinii locum recte laudat Dalecamp. Constant. in Geopon. lib. II. p. 103.“ Quam in annot. seq. improbat Harduini emendationem, eam nos tamen integram ex comm. in Plinii locum a Goer. laudatum p. 152. Ed. Hard. exhibebimus, ut lectores ipsi iudicare possint: „*Fruges* libri omnes etiam MSS. ipseque Tullius, apud quem carmen illud occurrit lib. I. de Divin. n. 15. An vero nihilo minus, *ter flores*, sincerius videri possit, considerandum. Nam post eos versiculos subiicit Cic. statim: *Ne* [ita scribit H.] *hoc quidem quaero, cur haec arbor una ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet*. Tamen Geopon. auctor XI. 12. ἡ δὲ σχῖνος τρεῖς καρποὺς φέρει, post Aratum, quem Cicero transtulit, ubi est: τρισσαὶ δέ γε αὖξαι γίγνονται καρποῖο.“ — In Codd. M. et S. est *tres* pro *ter*; quam vocem plane omittit R. *Mr.*

Ter fruges fundens] Inanis est *Ioan. Harduini* suspicio, pro qua rescribit, *ter flores fundens;* nam recepta lectio a cunctis *Ciceronis* et *Plinii* praestatur exemplaribus; quin et *Theophrastus, Aratus* ac Geoponicorum scriptor hac in re καρπὸν et καρποὺς adhibent. *Dav.*

Nec hoc] Malim *ne hoc quidem quaero*. *Dav.*

Nec hoc quidem quaero,] Hott. Rath. et Gernh. ad Cic. de Sen. IX. 27. malunt *ne — quidem*, et Gernhardus quidem hanc rationem addit: de arbore quaerere excusationem videtur habere faciliorem, quam de bobus (in praecedd.), liberioris naturae impetum sequentibus. Ego vero cum Goer. ad Cic. Acadd. II. 26. 82. p. 152. Roosio l. c. p. 6. Ern. et Sch. servandum censui *nec*. Praecedit enim *Non quaero, cur;* iam addit, se etiam alterum hoc non quaerere: ergo dicendum necessario fuit: *neque* (nec) *hoc quidem quaero*. Et tuentur *nec*

aut cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet. Hoc sum contentus, quod, etiam si, quo modo quidque fiat, ignorem, quid fiat intelligo. Pro omni

Codd. Davisii, Oxonn. Guelph. Cr. U. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Bip. Sch. Conf. de hac re Gernh. ad Cic. de Sen. X. p. 60. Krit. Bibl. ed. Seebode 1819. 3. p. 303 sq. Ien. Lt. Ztg. 1821. Ergbl. 78. p. 240. *Mr.* — Adde Ramshorn. Gramm. Lat. §. 191. Not. 3. b. p. 598. Goerenz. ad Acadd. II. 44. 136. ad de Finibb. I, 7. 23. p. 30. II. 22. 71. et Beier. ad Officc. I. 45. 159. p. 312. Hoc autem loco *nec* referendum est ad praecedens: *non quaero, cur. Cr.* — Cod. R. omittit *cur. Mr.*

Cur arandi maturitatem ad signum floris adcommodet] Ab hac lectione non abeunt aut editi Codices aut MSSti. Mihi tamen, *praepositione* transposita, rescribendum videtur, *cur ad arandi maturitatem signum floris adcommodet;* fruges enim fundens Lentiscus, arandi tempus monstrare censebatur. *Dav.*

cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet.] Graviter reprehendit Davisium Cortius ad Cic. Epp. ad Famm. I. 6. quod vel facillimam hypallagen non intellexerit. Wopkensius vero Lectt. Tullianu. p. 289. exempla huius hypallages ex aliis scriptoribus affert. Hotting. duriorem esse hanc hypallagen existimat, probatque Davisii sententiam, nisi quod mavult *cur arandi ad maturitatem.* Davisium aeque ac Hottingerum sine iusta causa mutatum locum velle contendit Goer. in progr. laud. p. 12. (conf. eund. ad Cic. de Legg. II. 8. 20.) *Nam,* dicens, *Quintus sic loquitur, quasi lentiscus in causa sit, ut aretur, cum rustici arationem ad eius florem accommodare* solerent.* Vix puto iusta ratione hanc, hoc in contextu, hypallagen vituperari posse. Vide, quae Cicero ipse de hac dicendi forma sentiat Orat. 27. — In quo mireris, Goerenzium, postquam recte explicavit loci sensum, de hypallage loqui, quae plane nulla est. Vid. nos ad Cic. de Legg. II. 8. 20. p. 206. Rathius ad h. l. ita: „Equidem vereor, ut locum parum intelligam [itane?], cum, antequam eruditorum virorum animadversiones legissem, nihil talis hypallages in mentem mihi veniret. Mihi enim *accommodet* non ad *lentiscum* referendum videbatur, sed in eo extrinsecus assumendum *arator,* vel, ut innumeris locis, *aliquis.* Malim tamen, ut ambiguitas tollatur, scribi *accommodent,* seu *accommodetur* [semper simplici *m* scribit h. v. vir doctissimus.] Dicit ergo Cicero: *cur homines opportunum arandi tempus illo metiantur signo, quod habent ex flore lentisci.*—In qua notula nescis, an magis admireris Rathii Latinitatem, an eam, quam Ciceroni tribuit, cum nos subaudire iubet *arator* vel *aliquis. Mr.* — Non opus esse videtur emendatione. Sensus est: cur arbor iustum arandi tempus ad sui floris signum accommodet i. e. cur flore suo signum det, iam esse arandum. *K.*

Quo *quidque fiat*] Publicata, *quomodo quidque fiat,* sed contra omnes libros meliores, editionemque Victorii; quorum auctoritate expunxi etiam sequenti linea dictionem *omnibus,* male inculcatam a librariis. *Gruter.*

Ibid. Quomodo *quidque fiat*] Vulgo *quo quidque fiat,* et ita plerique Codices. Nec mirum, nam *quo* pro *quomodo* scribere solebant Librarii; proinde facilis erat error. Lectionis, quam recepimus, auctores sunt Reg. pr. et veteres editi *Davies.*

quomodo quidque fiat] In Copp. Vi. b. vox *modo* lineola subscripta notatur. Sed *quomodo* recte optimi libri: nam quod Gruterus legit *quo,* plerumque scriptum est *quō,* ut in Ed. Ven., quod ipsum est compendium vocis *quomodo.* Quae item est sententia Ern. et Hott. Et habent *quomodo* Codd. Oxonn. E. O. U. nostri L. a. M. P. (a pr. m.) Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sylb. Boul. Sturm. Brut. Lamb. Goth. Bip. Dav.

igitur divinatione idem, quod pro rebus his, quas commemoravi, respondebo.

10. Quid scammoneae radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum possit, (quae nomen ex

Oliv. Ern. Hott. Sch. — In seqq. Cod. M. *idemque* pro *idem*. Cod. R. pro *quomodo* habet *questio*, et *vero* pro *igitur*. *Mr.*

pro rebus iis] Ita scripsi ex Codd. L. a. M. et P. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. eamque scriptionem praefert Orell. ad Cic. pro Plancio 42. p. 287. In Codd. Cr. R. et U. Edd. Dav. Hott. est *pro rebus his*, in Edd. Car. Steph. Lamb. Goth. Ald. Sylb. Brut. Boul. *pro omnibus iis rebus:* in Ed. Sturm. *pro omnibus his rebus:* in Edd. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Sch. *pro iis rebus*. Cod. S. habet *pro omnibus his*. *Mr.*

Cap. 10. *Quid scammoneae radix*] *Σκαμμωνία*, Convolvulum Scammoniam esse omnes consentiunt. Theophrast. h. pl. IV. 5. 1. IX. 1. 3. et 4. *ἡ ῥίζα καὶ ὁ ὀπός* in usu medico IX. 9. 1. IX. 20. 5. Adde de eius purgatorio usu Hippocrat. de morbb. muliebrr. I. p. 597. infr. ed. Foesii. Dioscorid. IV. 171. et consule Schneideri Ind. in Theophr. T. V. p. 503. Sprengel Gesch. d. Bot. I. p. 63. et p. 140. *Cr.* Adde Castelli Lex. Med. s. h. v. In Cod. Cr. scribitur *scammonae*. Idem mox *aristochia*, ut Ed. Asc. 1. in qua cum Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Rob. Steph. Ald. Sylb. Sturm. Brut. scribitur *scamoneae*, simplici *m*. Post haec Cod. U. *serpentem* pro *serpentum*. In Ed. pr. Davisius coniecerat: *Qui scamonea radix — qui aristolochia ad morsus serpentum possit? — Posse video, quod satis est.* Ad v. *serpentum* in Co. Vi. a. citatur noster de Div. II. 66; et ad *nomen — reperit* de Div. I. 17. *Mr.*

Quid aristolochia *ad morsus serpentum possit*] *Lambino* placet *aristolochiae*, nimirum *radix*. Et vere quidem; nam omnia eius genera *radice tantum valere* monet *Plinius* H. N. lib. xxv. cap. 8. Nisi forsan potius legendum sit, *quid* scammonea *radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum possit.* Sic enim loquitur noster infra lib. II. cap. 20. *Prognostica nostra pronuntiabas, et genera herbarum,* scammoneam aristolochiamque *radicem*. Sed ibi quoque *scammoneae aristolochiaeque radicem* scribit idem vir doctissimus. Aristolochiam vero serpentum morsibus curandis utilem esse docent *Theophrastus* Hist. Plant. lib. ix. cap. 22. et *Plinius* xxv, 8. xxvi, 8. Vide *Gul. Canterum* Nov. Lect. lib. I. c. 14. et *Ioan. Brodaeum* Misc. lib. II. c. 2. *Dav.*

quid aristolochia] Immerito probat Dav. coniecturam *aristolochiae*. Cur enim, etiamsi nonnisi radice valebat aristolochia, ipsa planta appellari non debuit? *K.* Cod. L. b. *aristochia*. R. *aristochilia*. *Mr.*

aristolochia] *Ἀριστολοχία*. Theophrast. h. pl. ix. 13. 3. et ix. 20. 4. et Schneideri nott. p. 787 sq. cf. etiam K. Sprengel. Gesch. d. Bot. I. p. 84. et p. 60. qui insuper Nicandri Theriaca v. 510. et scholia in eum locum laudat. Potius 509. sqq. unde, quae potissimum huc faciunt, exscribam. Atque poeta ita v. 517.

τὴν ἤτοι ἔχιός τε καὶ αἰνοπλῆγος ἐχίδνης
ἀγρεύσεις ὄφελος περιώσιον· ἔνθεν ἀποῤῥὼξ
δραχμαίη μίσγοιτο ποτῷ ἔνι κιῤῥάδος οἴνης.

Scholiasta autem et alia et haec: *βοτάνη ἐστὶ καὶ ἀριστολόχεια ὠνόμασται· ταύτην δὲ Ἀριστολόχην γυναῖκα εὑρηκέναι.* *Cr.*

Quae nomen ex inventa re *reperit*] Sic restitui, certissima coniectura ductus. Nam nullo modo lectio vulgata, *ex inventore*, ferri poterat, ut rectissime iudicat *Petr. Victorius*, et immerito reprehenditur hic a quibusdam. Nunc et sententia aperta est, et verba sententiae congruunt, neque discrepant ab iis, quae ceteri scriptores de Aristolochia tradide-

inventore reperit, rem ipsam inventor ex somnio) video;

runt: hoc enim dicit *Cicero*, Aristolochiam, nomen quod ad partus sit utilissima atque optima; inventorem rem ipsam, id est, herbam et eius vim atque usum reperisse ex somnio. Dicta autem est Aristolochia ex eo, quod sit ἀρίστη λοχείαις, id est, optima partubus. Sed de hoc loco plura in Commentariis ad *Cornelium Nepotem*. *Lambinus*.

Ibid. *Nomen ex* inventore *reperit*] Explicat Gulielmius Canterus lib. I. Nov. Lect. c. 14. videatur et Victorius lib. VI. Var. Lect. cap. 8. Lambinus intulit libris coniecturam suam, *nomen ex* inventa re *reperit*. Gulielmius malebat prius scripturam vulgatam, *ex invento reperit*, *τὸ ἄριστον λοχείαις*, inventum est. *Gruter*.

quae nomen ex inventore reperit,] Pearcius, assentiente Lallemanno, mutato verborum ordine, ita rescribi vult: *Quid aristolochia, quae nomen ex inventore reperit, rem ipsam inventor ex somnio, ad morsus serpentium possit, video*. Quod item placet Ernesto, et est in MS. reg. Paris. Non male. Lambini rationem probat Hott., cui tamen etiam Guilielmi ratio in mentem venerat, eaque verior ei videtur: Pearcii idem verborum transpositionem probat. Praeter alios Lambinianam rationem iam oppugnatam esse a Marsilio Cagnato Veronensi Variar. l. I. c. 26. monet Sylb. ad h. l. Quod vero Hott. ait, de inventore plantae huius nusquam exstare vestigia, id recte reprehendit Roosius l. c. p. 7. cum iam Canterus Novv. Lectt. I. 14. rem ita expediverit, ut plantam ab Aristolochia quadam, cui secundum quietem fuerit declarata, nomen accepisse statuat: nam Nicandri Scholiasten referre, Aristotelem scripsisse, aristolochiam a muliere fuisse inventam. Fore tamen nonnullos existimat idem Roosius, qui, si de muliere sermo sit, *inventricem* hanc, non *inventorem*, nominandam fuisse putent. Suspicatur igitur, totam interiectiónem *quae nomen — somnio* ex glossemate ortam esse. — Goer. ad h. l. p. 18. Hottingerianam loci consarcinationem, quamquam per se valde arrideat, tamen audaciorem videri ait, inprimis cum alia eius expediendi ratio detur. „Quid enim, pergit, si nomen huius radicis ipsum in causa fuerit, ut ea ad puerperia adhiberetur, et deinde ex hac eius vi, ut solet, nomen enatum esse seriores putarint? Mirum certe videatur, cur Cic. hanc alteram eius efficaciam sic tecte et quasi aliud agendo expresserit, idque eo maxime loco, ubi proprie de herbarum ad medendum viribus agit. Huc accedit, quod auctores veteres, cum de rerum inventoribus tradunt, ubique fere variant, ut vel hac ex causa audacius factum videatur, si hunc Cic. locum ad seriorum scriptorum auctoritatem mutaveris. Quod ex scholiasta Nicandri alia difficultas subnascitur, id cum nostro loco ita fortasse conciliare liceat, si vocem *inventor* ad utrumque sexum accommodatam dixeris. [Veluti *auctor*, *victor*, *institor*, *successor*; vid. K. L. Schneider. Lat. Gram. II. Formenl. I. p. 2. 3.] Restat Victorii sententia, qui ante illam parenthesin aliud herbae nomen excidisse putabat: sed ea nihili est, cum infra II. 21. 47. ubi locus hicce diiudicatur, ne suspicio quidem relinquatur, eum ex lacuna laborare, nec esse integrum.“ *Mr*.

Ibid. *Quae nomen* ex inventore *reperit, rem ipsam inventor ex somnio*] Locum mendi suspectum habuit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. VI. cap. 8. At suam coniecturam usque adeo certam putavit *D. Lambinus*, ut, si fides ei sit habenda, *hanc esse veram et germanam scripturam nemo nisi vel improbissimus vel tardissimus sit negaturus*. Verba sunt hominis ad *Corn. Nepotem* pag. 253. Ita pro lana caprina, quasi pro aris et focis, contenditur! Sed hoc misso, num scopum tetigerit vir eruditus, videamus. Emendationis fundus est, quod aristolochiam, quasi ταῖς λοχείαις ἀρίστην, dictam tradant non modo *Plinius* lib. XXV. §. 54. sed et *Dioscorides* lib. III. cap. 4. De veriverbiis

quod satis est: cur possit, nescio. Sic ventorum et imbrium signa, quae dixi, rationem quam habeant, non satis perspicio: vim et eventum agnosco, scio, approbo. Similiter, quid fissum in extis, quid fibra valeat, acci-

autem inter omnes raro convenit, aliamque procul dubio famam sequitur *Tullius;* nam manifeste statuit, quod vidit etiam *Turnebus* Advers. v, 20. aristolochiam ab Aristolocho quodam nominatam, qui hanc herbam ad serpentum posse morsus ex somnio didicit. Eius sane, tanquam ταῖς λοχείαις ἄριστα βοηθούσης, mentio, supervacua prorsus hic esset et importuna. Historiae, fateor, ad quam respexit *Cicero,* nulla iam supersunt vestigia; nec mirum, cum tam multos Auctores nobis inviderit edax vetustas. At vero *Aristolochus* nomen est Graecum; sic enim e. g. vocabatur σταδιονίκης quidam Olymp. CIX. Inventae quidem Aristolochiae gloriam feminae tribuit *Nicandri* Scholiastes ad Theriac. vs. 511. illam tamen *Aristolochiam* vocatam fuisse non tradit. Eius opinionem verisimilem reddit herbae virtus insita, si modo vulgatam, quod arbitror, Etymologiam in animo habuit; sed tum demum nihil ad *Ciceronem* facit. *Dav.*

Ex somnio, video etc.] Ita quidem Aldus senior, sed Victorius interserta voce; *ex somnio:* posse *video* etc. quae item reperta mihi in Pall. Gulielmio in Pithoeano. *Gruter.*

Video; quod satis est] Apertus est sensus, si modo Codices addicerent. Sed cum *Victoriani, Gruteriani* nostrique MSSti summo consensu dent, *posse video quod satis est,* nisi quod Paris. *possit video;* forsan ita rescribi possit locus: *Quid scammonea radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum (quae nomen — somnio) possit, video; quod satis est: cur possit, nescio. Davies.* [Cod. S. *cognosco* pro *agnosco.*]

video; quod satis est:] Quid ex librorum vestigiis in ed. pr. coniecerit Dav., paullo superius diximus. Libri nimirum fere omnes MSS. et ex Edd. vett. Ven. 1494. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Rob. Steph. habent *posse* ante *video.* Unde coniecit Wopk.... *video. Posse video, quod satis est: cur possit, nescio.* Lectt. Tull. p. 240. Nostri Codd. excepto L. a. item habent illud *posse,* itemque Vossianus Gronovii et Oxonn.; unus Parisiensis habet *possit video.* L. d. *videbo.* Si illud *posse* servaveris, quod servari posse censet Rathius, ἀνακόλουθον habebis, a quo Cicero non plane alienus est. Idem tamen Rathius etiam coniicit: *Quid possit, video, quod satis est* etc. admodum eleganter, cum ante parenthesin item dicatur *quid — possit.* Pro *serpentum* est *serpentium* in Edd. Crat. Herw. Rob, Steph. et Dav. in ed. pr. De qua forma Ciceroni non temere abiudicanda vid. C. L. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 248. Mox in Cod. Cr. scribitur *perspitio.* Cod. R. *posint* pro *possit, habebant* pro *habeant, — prospicio — scio, agnosco et — approbo. Mr.*

Quid fissum in extis, quid fibra valeat] De fisso iecoris, fibraque, vide *Barn. Brissonium* Form. lib. I. pagg. 20. 21. *Dav.*

quid fissum in extis, quid fibra valeat,] Cod. M. *qui fixum* pro *quid fissum. — Fissum,* ait H., est linea quaedam, quam sibi fingebant in duas partes exta discernentem, quarum una ad sacrificantem, altera ad hostem pertinebat. *Fibrae* sunt extorum extremitates, quas *lobos* medici vocant. *Mr.* — Conf. Wyttenb. ad Cic. de N. D. III. 6. p. 779. Ed. nostr. et Mos. Adde Appuleium de Deo Socratis p. 674 sq. p. 134. ed. Bosscha: — *vel somniis conformandis, vel extis fissiculandis, vel praepetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus iaculandis, vel nubibus coruscandis, ceterisque adeo, per quae futura dinoscimus:* ubi Colvius: *fissiculare, quod Graecis καρδιουλκεῖν.*

pio: quae causa sit, nescio. Atque horum quidem plena vita est: extis enim omnes fere utimur. Quid? de fulgurum vi dubitare num possumus? Nonne cum multa alia mirabilia, tum illud in primis: cum Summa-

Floridus: *Glossae Isidori: fissiculator: augur naturas in extis animantium quaerens.* Oudendorpius: *Fissiculandis non est rimandis, quod erat haruspicum, sed formandis extis et disponendis in illa fissa, qualibus ad auspicia opus est:* Tacitus Ann. XIV. 30. *nam cruore captivo adolere aras, et hominum fibris consulere deos, fas habebant:* ubi explicant *extis*. Historiar. II. 3. *Certissima fides haedorum fibris.* Appuleius ibid. p. 160. ed. Bosseh.: *per fibrarum notas — explorandae:* ubi vid. Elmenh. *Cr.* — Mox Cod. Cr. *At horum quidem.* Est etiam *fixum* in Codd. S. R. pro *fissum:* idem omittit *extis:* mox habet *fere omnes.* S. *quam* pro *quidem. Mr.*

Extis enim omnes fere utuntur] Nescio quomodo magis placet, ut est in MSto, *utimur. Ursinus.*

Extis enim omnes fere utimur] Vulgo *utuntur.* At nos MSStorum Ursin. et Balliol. fidem secuti sumus: Q. enim *Cicero, Stoicus* erat, adeoque non mirum est, si semet inter eos numeret, qui extis utuntur. *Dav.*

Extis enim omnes fere utimur.] Haec suspecta sunt Hottingero, quia superiora: *atque horum quidem plena vita est,* latius ei patere videntur, non de *extis* modo dicta, verum de omni genere rerum earum, quarum causas ignoramus. Ceterum etiam, ait, Cicero idem plane bis diceret. Defendit Roosius p. 8. ita ut dicat: „Forte (voluit *fortasse*) tamen ideo posita haec verba, quod *extorum* quotidianus ad *cibum* usus.“ Qua defensione nihil est ineptius. Melius Goerenzius l. c. p. 13. sq. „Ab Hott. sententia, ait, de his verbis in glossa ponendis, ut, quae praecedunt, ad universum contextum applicentur, totus dissentio. Nam his verbis non idem prorsus bis dicitur, sed explicant, quae subiiciuntur, quod in prioribus obscurius notatum fuerat. Sensus enim est: extorum vim saepissime in vita experimur, quippe qui omnes fere extispices consulamus. Nullum etiam signum in iisdem deprehenditur, unde alias glossae facile se produnt: imo sunt potius exquisitae latinitatis. Denique, quod maximum puto, turbabitur sic membrorum concinna ratio. Nam, ut accurate ex antecedente exemplo verba *non satis perspicio* cum iis nostri *quae causa sit, nescio,* conspirant, sic ad illa: *vim et eventum agnosco, scio, approbo,* haec, *accipio — Atque horum* etc. aptata esse videntur. Quod autem idem Davisio duce *utimur* exscribi iussit, id recte fecit, commune librariorum vitium corrigens. cf. Acadd. II. 12. 39. et alibi saepius.“ Sch. quoque Hottingerum ista verba sine causa idonea in suspicionem adduxisse existimat. Contra vero Censor, quem diximus Ienensis 1794. 272. p. 460. ita probat Hottingeri suspicionem, ut verba ista uncinis certe coercenda fuisse contendat. Herelius denique recte ait, eiectis illis turbari orationis tenorem: sed corrigendum esse *istis* pro *extis.* — Quod post *horum* male inferretur: quare merito ei non obsecutus est Sch. Quod autem Hott. cum Dav. dedit *utimur,* recte fecisse eum cum Goer. iudicamus. — Quae sequuntur *Quid — nonne* omissa sunt in Cod. U. incuria scribae. In Cod. Cr. scribitur: *Quid de fulgurum vi? dubitare num possumus?* Codd. M. S. *non* pro *num* ut vetus Car. Steph. Cod. P. *possum* pro *possumus.* Cod. R. item *non* pro *num,* mox *numne* pro *nonne* et *tamen* pro *tum. Mr.*

tum illud in primis: cum Summanus] Malim, ait Hott., cum superioribus haec ita coniungi: *quod, cum Summanus* etc. Ad quae respondet Roos. p. 8: „minime necessarium hoc;

nus in fastigio Iovis optimi maximi, qui tum erat fictilis, e caelo ictus esset, nec usquam eius simulacri caput in-

nam ab istis, posteriore loco repetitis, novam exorditur enunciationem Cicero; ad priora autem *mirabilia* vel *illud inprimis*, cogitandum esse *contigit* vel *contigerant*, quis est, quin videat?" — Goer. autem: „Recte quidem Hott. ad regulam. Sed excidit Cicero, ut haud ita raro solet, ex structura interrogationis, imitatus fortasse eorum, qui non praemeditati loquuntur, morem, apud quos tale quid saepius animadvertere licet. Rectius etiam fuerit, si post *in primis* rogationis signum tollatur." — Ceterum Codd. nostri, ut reliqui fere omnes, plerique habent pravum illud *summa manus* pro *Summanus*, itemque Ed. Asc. 1. In Ed. Sturm. est *Sumanus*. Sed *Summanus* est in Codd. L. a. c. d. Mox abest *maximi* a Cod. L. d. et *e* ante *caelo* a L. b. et R. In Cod. S. scriptum est *tum summa manus*. In Co. Vi. b. *submanus*. *Mr.*

Cum Summanus in fastigio] De Summano Deo, quia satis multa dicturi sumus in Commentariis *Plautinis*, cum praesertim non sit nostri instituti, voces aut locos difficiles explicare, nihil hic dicemus. *Lamb.* [vid. Ed. Plaut. Lambinian. p. 236.]

Ibid. *Cum Summanus in fastigio Iovis optumi maxumi*] In MSStis fere cunctis *summa manus* pro *Summano* perperam legitur. Hanc autem historiam nonnihil immutatam, et ad alienum tempus relatam narrat vetus Scholiastes ad *Ciceronis* Catil. III. cap. VIII. pag. 706. *Iovis*, inquit, *statua sic turbine depulsa est, ut caput perderet, et mergeretur in medio Tiberi. Tunc haruspex quidam, cum sacerdotes sequerentur vestigia fulminis et caput deiectum quaererent, nec invenirent, hasta pulsum locum* (forsan *hasta pulso loco*, vel *pulsans locum*) *invenit et dixit:* Ecce caput; *et levavit de hasta*. Quis vero fuerit *Summanus*, *Ovidio* Fast. VI, 731. non satis constitit. Constat tantum, huic nocturna, Iovi vero diurna fulmina tribui. Vide *Plinium* H. N. lib. II. §. 53. [unde partem rerum suarum desumpsit Io. Laur. Lydus de Ostentis cap. 43 sqq. p. 119. docente principe Editore Car. B. Hasio p. 319. *Cr.*] et *Augustinum* C. D. lib. IV. c. 23. At cum aliis, tum *Arnobio* lib. V. pag. 230. et lib. VI. p. 240. ac *Martiano Capellae* lib. II. p. 40. idem cum Plutone numen censetur. Adi *Gyraldum* Hist. Deor. Syntagm. VI. col. 196. *Davies.*

Summanus] Adde Plin. H. N. II. 53. *nocturna* (*fulmina attribuentes*) *Summano*. Sunt, qui *Summanum* de stella, quae polus dicitur, accipiant. Cf. Niebuhr. Röm. Gesch. I. p. 94. et licet Ovidius Fast. VI. 732. tanquam ignotum deum tangat, in Plauti Bacch. IV. 8. 54. libri aliquot *Submanus* offerant, Marcianus tamen Capella II. p. 40. [p. 50. ed. Lugd. 1539.] *Summum Manium* esse vult. Quem sequitur *Marini in Atti de' Fratelli Arvali* p. 55: quem confer de hoc deo disputantem p. 687. *Cr.* — Vid. Creuzer. Symb. u. Myth. II. p. 965. et Epitom. eius operis nostr. p. 529. Mr.

Qui tum erat fictilis] Haud dubie Etruscum opus. Constat enim, et plurimos alios populos Graecos et maxime Etruscos antiquissima signa figlina excudisse. Conf. Winckelmanni Hist. Art. (III. Opp.) Vol. I. p. 22. et annott. p. 280 sqq. ed. noviss. Dresdens. et *Franc. Inghirami Monumenti Etruschi*. Constat id in primis post ea, quae hac de re doctissime exposuit Paciaudius in Monumentis Peloponnesiacis part. II. p. 39 sqq. Etruriae autem terra argillacea non minus veteribus celebrata, quam recentioribus figulis. Cf. *Boettigeri Andeutungen zu Vorlesungen über die Archaeologie* XII. p. 28. et *D'Agincourt Fragmens de sculpture en terre cuite*. Paris. 1814. *Cr.*

E caelo ictus esset] Infra c. 43. *Ictus Centaurus e caelo est*. Primam tamen voculam non agnoscunt nostri Codices: sed eam postulat Latinitas. *Dav.*

veniretur; haruspices in Tiberim id depulsum esse dixerunt: idque inventum est eo loco, qui est ab haruspicibus demonstratus.

Sed quo potius utar aut auctore, aut teste, quam 11.
te? cuius edidici etiam versus, et libenter quidem, quos 17.
in secundo de Consulatu Urania musa pronuntiat:

e caelo ictus esset,] Lamb. *de caelo ictus esset,* ut certe alibi Cic. saepius. Praepositionem plane omittunt Codd. U. L. b. S. R. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Boul. Sturm. Brut. Sed *e caelo* habent Co. Vi. b. Codd. Cr. M. Edd. Rob. Steph. Ald. Sylb. Grut. Verb. Dav. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. — Rathius praeferebat *de*, addens: „quotiescunque enim aut bifariam aut trifariam eloqui licet, toties fere in libris oratio variat. Haec observatio late patet.“ — Goer. l. c. p. 14.: „Frequentius quidem dicitur *de caelo* et *caelo ictus*. Sed tamen nihil corrigendum est, cum et *de caelo* et *caelo* et *e caelo oriri* Latinis dicatur. Nat. Deorr. I. 42. 93.“ — Eo quidem nihil probaretur, nam in verbo *oriri* nemo dubitare potest, utrum recte dicatur *e caelo*, an secus. Illud quaeritur, utrum bene dicatur *ictus e caelo*. Sed salva res est. *Ictus e caelo* est: *fulmine ex caelo delapso percussus:* et dicitur *Minervae simulacrum e caelo postea tactum* a Plinio H. N. 36. 4. p. 724. Hard. Dixit autem noster *delabi ex* etc. de Orat. III. 46. 180. *Mr.* — Iul. Obsequens c. 55. p. 39. ed. Oudendorp.: *in finitimis pleraque de caelo icta;* ubi tamen Scheffer. Nic. Heins. et Oudendorp. *de caelo tacta* malunt. Ibid. cap. 70. p. 56: *Romae aliquot loca sacra profanaque caelo tacta:* ubi idem Oudendorp.: „F. *de caelo tacta*, ut Livius et Obsequens semper loquuntur. Nusquam *caelo* vel *e caelo*, quod placuit Cl. Scheffero, inveni.“ *Ictus e caelo Centaurus in Capitolio* est apud Ciceronem de Divin. I. 43. 98. *Cr.* Ibique nihil variant libri. Cod. R. pergit nec *cum usquam*. Cod. S. habet *invenietur:* mox *dixerunt esse*. *Mr.*

qui est ab haruspicibus demonstratus.] *Est* verum esse non potest per latinitatem: factumque sine dubio ex *esset*, ut pluribus locis factum reperimus: nec dubitavimus sic corrigere. *Ern.* — Nec dubitavit hanc emendationem recipere Sch. — Rathius vero ad Ernesti verba addit: „quae mira mihi videntur.“ Et merito: iure hanc emendationem silentio pressit Hott. et ab ea recipienda manum abstinuit. Ceterum *esset* exhibent Codd. L. b. d. In Cod. S. omittitur et ante *libenter*. Co. Vi. b. *huius* pro *cuius:* et *ut libenter*. *Mr.*

In secundo consulatu] Puto corrigendum, *in secundo* de *consulatu*, ut subaudiatur *libro*. *P. Manucius.*

in secundo de Consulatu] sc. libro. Sequendum autem duxi Manutium, tum quia particula *de* facillime potuit absorberi praecedente syllaba *do*, tum quia ita tantum recte et latine ex Ciceronis more dictum videtur. Quae enim ad lectionem *consulatus* commendandam laudat Davisius scriptorum loca, ea non sunt Ciceronis. Ernestus tamen, Bip. Hott. et Sch. secuti sunt Guilielmi istam sententiam. Ernestus *consulatus* in Cod. Guelf. reperit, nos in Codd. M. L. a. d. Neque Goer. eam lectionem respuit; quamquam addit, vulgatam quoque defendi posse, si eam dictam accipias, ut *in secunda Iliade, Aeneide* etc. et carmen hoc sic inscriptum statuas. Sed neque hoc: *in secunda Iliade* Ciceronianum esset, neque, si forte Cicero istos de Consulatu suo libros iunctim *Consulatum* suum dixit, ideo etiam *primum, secundum, tertium Consulatum* dicturus fuisset. Probavit etiam Wytt. in schedis inscriptionem *de Consulatu*, et Rathius, qui tamen genitivum *Consulatus* defendi posse ait eo, quod Cic. de Nat.

Principio aetherio flammatus Iuppiter igni
Vertitur, et totum collustrat lumine mundum,
Menteque divina caelum terrasque petissit,
Quae penitus sensus hominum vitasque retentat,
Aetheris aeterni septa atque inclusa cavernis.
Et, si stellarum motus cursusque vagantis

Deorr. I. 12. scripserit *in legum libris*. Ceterum de istis libris, qui tres fuerunt, vid. Corradi Quaesturam p. 259 sq. et Franc. Fabric. Marcoduran. in Vita Cic. p. 71 sq. Ed. Ern. min. *Mr.*

In secundo consulatu] Adr. Turnebus, et P. Manutius emendant *in secundo* de *Consulatu*, subintellige *libro*. Gulielmius, *in secundo* Consulatus; ut error natus fuerit e compendio scripturae. *Gruter.*

In secundo consulatu] *Paullum Manucium*, reponentem *in secundo* de *consulatu*, sequitur etiam *D. Lambinus;* nec aliter coniecit *Hadr. Turnebus* Advers. V. 20. At mihi cum *Gulielmio* placet *in secundo consulatus;* haec enim lectio vulgatae propius accedit. *Hieronymus* adv. Iovin. lib. I. p. 345. *Anaxilides in secundo libro philosophiae*. Sic *Agrippam in secundo vitae suae* laudat *Philargyrius* ad *Virgilii* Georg. II, 162. *Lactantius* Div. Inst. lib. III. cap. XVII, 14. *Cicero* in libris consulatus sui *eadem dixit, quae Lucretius*. Denique *Tullium* consulatus sui libro II. profert *Nonius* in *eventus*. Hinc patet non fuisse cur *Henr. Valesius* reponeret *ἐν δευτέρῳ ΠΕΡΙ ἐπαγγελιῶν* apud *Eusebium* H. E. III, 28. cum minime necessaria sit ista praepositio. *Davies.*

Iuppiter] Recte Hott. *caelum* intelligit sive *aethera*, ex Stoicorum opinione: laudatque Virg. Georg. IV. 219. Aen. VI. 724 sqq. Add. Ochsner. ad Cic. Eclog. ed. Olivet. p. 246 sq. Pro *igni* Cod. P. habet *igne*. Vid. K. L. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 229. Ad v. *collustrat*, pro quo Dav., ut solet, scripsit *conlustrat*, hac oblata occasione semel laudasse sufficiat, quae de assimilatione consonantium in verbis cum praepositionibus iunctis utilissime praecepit F. Lindemannus in Praefatione ad Selecta e poetis Latinis Carmina (II. T. Lips. 1823.) p. V—X. *Mr.*

petissit] Ita scripsi cum Oliveto ex Cod. nostro P., cum Codd. R. L. b. c. Cr. U. et M. habeant *petisset* ut Asc. 1. 2. et marg. Lambb. In reliquis est *petessit*, quod non reprobo: sed rariorem formam praetuli: eamque praeferebat etiam G. I. Vossius de Analogia III. 44. p. 175. (Aristarch. Libro V.) q. v. Cod. S. *perisset*. *Mr.*

Vitasque retentat] Marsi editio *retentant*, ut et Pall. et Pith. nam S. Vict. liber *recentant*. *Gruter.*

vitasque retentat] Codd. L. b. c. d. R. Cr. M. P. *retentant*. Editi nostri nihil variant. Mox Cod. U. pro *inclusa* habet *conclusa*. Ad seqq. *motus cursusque vagantes* Hott. in his hypallagen inesse ait pro: *stellarum vagantium cursus*. Cod. R. habet *scepta* pro *septa*, et *nosce* pro *nosse*. *Mr.*

Et si — notata.] Goer. ad h. l.: „Huius loci, ut fere omnium, quae in his libris ad astrologiam referuntur, sensum interiorem interpretes plane neglexerunt. Pertinent autem hi versus ad eum, qui proxime antecesserat: *Quae penitus sensus* (i. e. fata) *hominumque vitas retentat*, et necessario conferenda sunt cum alio loco, qui infra est II. 42. 89. Quo diligenter collato hic nostri loci sensus prodit: Iupiter numine suo fata vitasque hominum complectitur: nam si astrologiam edidiceris, videbis, omnia eorum fata omnemque vitae sortem in zodiaco accurate notatam esse et descriptam. Quod vero Hottingerus cum aliis *quae sunt* pro *quae sint* reponi iubet, hoc necesse non puto, si versus *quae verbo — feruntur* parenthesi includantur [ut nos fecimus:] quod rectius iudicem. Malim tamen

Nosse velis, quae sint signorum in sede locatae,
(Quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant, p.84.a.
Re vera certo lapsu spatioque feruntur;)
Omnia iam cernes divina mente notata.
Nam primum astrorum volucris, te consule, motus, 18.
Concursusque gravis stellarum ardore micantis
Tu quoque, cum tumulos Albano in monte nivalis
Lustrasti et laeto mactasti lacte Latinas,

qua sint scribi, quae coniectura [Davisii] ex loco laudato haud vulgarem commendationem habet.“—Ad versus in parenthesi positos v. nostrum de N. D. II. 20. 51. de rep. I. 14. p. 64. sq. ibiq. nostr. annot. Pro *in sede locatae* Cod. Cr. habet *in sede beatae:* somniabat nimirum monachus scribens de paradiso vel beatorum sedibus. Cod. S. *seruntur* pro *feruntur*. *Mr.*

Quae *sint signorum in sede locatae*] Puto *qua sint signorum in sede locatae*, hoc est, in qua Zodiaci parte. *Davies.*

Gravis *stellarum ardore*] Rescribi debere *gravi stellarum ardore* coniecit *Hadr. Turnebus* Adv. lib. v. cap. 20. Passim certe fit, ut literae perperam repetantur; ea tamen emendatio mihi non videtur necessaria. *Dav.*

gravis] Sch. ad h. l. Herelius, ait, coniecit *gravi*, ut *ardore* non careat epitheto [nimirum ut mox est *claro tremulos ardore cometas*, deinde *flammato ardore:* in primis cum litera prima vocis praecedentis ad hanc perperam adhaerere et ita duplicari potuerit]. Idem in mentem venit Wakefieldo ad Lucret. I. 1088. qui praeterea legit *stellarum albore*. Fortasse tamen praestat *micantes* in *micantum* mutare. *Gravi* est iam in marg. Lambb., ut Lambini lectio. *Micanti* est in Cod. L. b. *micamus* in Cod. R., idem habet versu seq. *dum tremulos*. In praecc. Cod. S. *vocata* pro *notata*. *Mr.*

Concursus — stellarum — micantis] „Versus proximi decem, ait Goer. l. c. p. 15., qui sequuntur, ita parum interpretibus debent, ut sensus eorum paene neglectus videatur. Nam qui sint *stellarum concursus*, qui *cometae*, quae *nocturna strages*, quae *Phoebi fax*, explicare aut plane omiserunt, aut perperam conati sunt. Nos quidem, quantum poterimus: sed quaeque suo loco. Ex concursu autem stellarum veteres statuebant, maxime Stoici, moveri vehementer ardores, atque ita oriri cometas. Vid. Senec. Quaest. Nat. lib. VII. c. 12. coll. c. 17. Intelligebant autem plerique veterum omnes cometarum nomine quaecunque fere in caelo phaenomena ignea, etiam auroram, quam vulgo dicimus, borealem. De qua re vide, quae paullo inferius adnotabimus.“ *Mr.*

Cum tumulos Albano in monte nivalis] Cum Coss. ceterique Magistratus Romani ferias Latinas celebrarent, in Albano monte fiebant sacrificia. Vide *Varronem* lib. V. L. L. §. 3. et *Dionysium* Halicarnasseum lib. IV. c. 49. *Dav.*

nivalis] Goer.: „Inde probabile redditur, Ciceronem brevi post initum consulatum ferias Latinas habuisse, quas, ut conceptivas, quovis anni tempore habere fas fuit. Nam nisi ad hiemale tempus hanc vocem accommodaveris, languebit.“ In Co. Vi. a. laudatur ad Att. 304. [i. e. I. 2. *Et simul quod verita sit, ne Latinae in officio non manerent et in montem Albanum hostias non adducerent.*] *Mr.*

Laeto *mactasti lacte*] Sic omnes nostri. Gulielmius tamen videtur inclinare in *lecto*, quomodo constat legisse Marsum. Sic Virgilius, inquit, *lectos bidentes*. inepte. *Gruter.*

laeto mactasti lacte Latinas,] Cod. Cr. *leto*. R. *lecto*. — „Scilicet in

Vidisti, et claro tremulos ardore cometas,
Multaque misceri nocturna strage putasti:
Quod ferme dirum in tempus cecidere Latinae,

latinis feriis etiam *lac* oblatum est. V. Dionys. Halic. A. Rom. IV. 154.“ *Ern.* — In his tam antiqui ritus feriis haud dubie libatio ante sacrificium lacte fiebat, cuius in locum serius vina subierunt. *Mactasti Latinas* autem eodem fere exemplo Cicero dixit, quo in Vatin. c. 6. *extis puerorum deos manes mactasti:* i. e. solemniore sacrificio coluisti, non simpliciter, ut Ernestus vult, placasti. Semper enim hoc in verbo prima eius origo spectanda est. Sensus igitur hic videtur: *celebrasti ferias Latinas lacte libans*. Libationis autem ceremonia in his publicis sacris consulis erat, ut sacrificium offerentis: hic enim iste ubique, non sacerdos, libationem faciebat. *Goer.* — De feriis Latinis vid. Rosini Antt. Romm. p. 296 sq. Alex. ab Alexandro Dierr. Geniall. p. 258 sq. ed. Wechel. p. 684 sq. ed. Tiraquell. q. v. *Mr.*

claro tremulos ardore cometas,] „His quidem verbis, ait Goer. l. c. p. 16., nil nisi aurora illa, quam supra diximus, septemtrionalis notari videtur, quam veteres cum veris cometis commiscuerunt. Epigenes enim, Socraticus, primus duo cometarum genera statuit, quorum alteri ardorem suum undequaque funderent, alteri in unam partem ignem suum in comae modum porrigerent. Sen. N. Q. VII. 6. coll. 8. Aristoteles omnia adeo caeli phaenomena, quorum ignis continuus esset, cometarum nomine complexus est: ibid. et c. V. coll. Aristot. Meteor. I. 8. Zeno cometas fieri dicebat, si stellae concurrentes radios inter se commisissent: ita exsistere ex hac societate luminis imaginem stellae longioris, ibid. c. 19. Idem sic Panaetius c. 30. [v. van Lynden de Panaetio p. 72.] De his cometis omnes in eo conveniunt, ortu eorum tempestates ventorumque intemperiem portendi: id. c. 28. et alibi, eosque maxime a septentrionali parte conspici; id. c. 10. Quis igitur dubitabit, etiam nostro loco nequaquam verorum cometarum mentionem fieri, sed potius de ista aurora boreali sermonem esse, in quam reliqua omnia, hiemale quoque tempus, quod diximus, consentiunt? Atque ita quoque adiectae voces *claro tremulos ardore* concordant. Seneca primus veros cometas accuratius distinxisse et in stellarum numero recte posuisse putandus est: ibid. c. 22. sqq. Ceterum videntur hi cometae ex eo genere fuisse, quos *acontias* vocat Plin. H. N. II. 25. qui omnino conferendus est.“ — Poetarum de cometis loca congessit Hofmannus in Lex. Univers. T. II. p. 286. sq. *Mr.*

Multaque — putasti] „Haec, ait Goer. l. c., etiam de cometis, quos diximus, intelligenda esse [nimirum non de veris], nemo facile infitias ibit, qui naturam eorum consideret, qua radios suos sic vel emittunt vel committunt, ut superstitio etiam nostrorum temporum in iis hostiles quasi exercitus infestis signis concurrentes viderit. Si tamen cui hoc novum fuerit, eum ad superioris aevi chronicorum scriptores ablegamus. Quare mirificus nobis Hott. videtur, qui haec *de clandestinis consiliis et turbis Catilinae* intellexerit.“ Eandem, quam Goerenzii, Meyeri quoque sententiam esse video in versione Germanica. Et recte. Idem merito vocem *putasti* interpretatur: *videre tibi visus es*. *Mr.*

Cecidere *Latinae*] Vulgo *cecinere;* quae quidem lectio, si commodus inde proveniret sensus, loco movenda mihi non videretur. Cum vero ex ea sani nihil exsculpere queam, Codicis Eliensis fidem sum secutus. Sed et *Aldus* Nepos eodem modo iampridem edidit. *Dav.*

Quod ferme — cecidere Latinae] Sic Aldi edidere, sic et MS. Eliensis, pro vulgato *cecinere*, quod hic sensum habere nullum potest. *Ern.* — Eum secuti sunt Oliv. Bip. Hott. Sch. Eandem vero lectionem iam habet Crat. in marg. et Herw. in varr. lectt.

Cum claram speciem concreto lumine luna
Abdidit, et subito stellanti nocte perempta est.
Quid vero Phoebi fax, tristis nuntia belli,
Quae magnum ad columen flammato ardore volabat,
Praecipitis caeli partis obitusque petissens?

Meyerus vero in vers. vernac. praefert *cecinere*, et *in dirum tempus* scriptum existimat pro *de diro tempore* vel *quo cecinere dirum tempus:* laudatque Cic. in Catil. III. 8. *ut haec, quae nunc fiunt, canere dii immortales viderentur*, quae proprie huc pertinent: praecedunt enim: *Nam, ut illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque caeli, ut fulminum iactus, ut terrae motus, ceteraque, quae tam multa, nobis consulibus, facta sunt, ut haec* etc. Et infra II. 47. *nec eius fata canere dubitabat.* Ego, ut dicam, quod sentio admodum probarem *cecinere*, ut tempus, quo apparuere prodigia, canere futura poetice diceretur: sed movet me, quod omnes libri et scripti et editi mordicus tenent illud *in*, quod nonnisi contorta admodum structura servari posset. Quod si alicubi abesset, coniicerem: *Quo ferme dirum tempus cecinere Latinae.* In Cod. R. scribitur *quod fere dire interpres cecinere latine* — *Cecidere* est in Cod. L. a. *Mr.*

Concreto lumine] Explicat Turnebus ad Cic. de Legg. III. 8. Ed. nostr. et Cr. p. 720. *foedato, contaminato, inquinato.* Hottingerus: i. e. *cum iunctis cornubus, pleno orbe luceret.* Meyerus vertit: *mit geronnenem Scheine.* Ernestus: *crasso.* Possis explicare: *obnubilato lumine;* ita est de N. D. II. 39. *aër — concretus in nubes cogitur:* coll. Tusc. I. 42. noster infra I. 57. 130. *caelum pingue et concretum.* Gesnerus in Thesauro h. v. *concreto* explicat *contracto.* Ego quidem certe de *obscurato* lumine intelligere malo, quam cum Hott. de plenilunio. Mox Cod. U. *de nocte* pro *nocte:* pro *luna* Cod. M. habet *lunam.* R. et L. b. *stellanti subito de nocte.* Cod. S. *concrete — subdito. Mr.*

Quid *vero Phoebi fax*] *Lambinus* ex coniectura recepit, *quum vero.* Melius, ut opinor, repónes, *quin vero;* easque voces pro transitionis formula capies. *Dav.*

Quid vero etc.] Verissimam existimabat Brutus Lambini correctionem *quam:* sed recte se habet *quid;* subaudiendum enim est *portendit,* ut recte vidit Rathius. Ad v. *Phoebi fax* Goer. haec: „Videtur illa intelligenda esse, quam Plin. H. N. II. 26. *bolida* dicit, quae *perpetuo ardens longiorem trahit limitem.* Sic verba sequentis versus *magnum ad columen* quadrant, quae recte Hott. pro *magnae instar columnae* [Ern. *forma magnae trabis:*] dicta accipit. Notat itidem Plin. *emicare* etiam *trabes* simili modo. Hinc fortasse Iulius Obsequens c. 122. qui *trabem ardentem* memorat, cum hoc nostro coibit, si haec presse ad ista intelligenda sunt. Sed Dio L. XXXVII. c. 8. narrat *faces in sublime ab occasu ad caelum recurrisse.*" — Noster Catil. III. 8. *ut omittam visas nocturno tempore ab occidente faces ardoresque caeli.* De N. D. II. 5. *facibus visis caelestibus. Mr.*

Magnum ad columen] Instar columnae, seu ad columnae magnitudinem, prout explicat *Turnebus* Adv. v, 20. *Dav.*

Quae — volabat,] Rath. coniecit *quum — volavit,* praeter necessitatem, quamquam in seqq. bis scripsit *cum* et perfectis usus est Cicero, poetica usus variandi sermonis licentia. *K.* Ad rem conf. Oudendorp. ad Iul. Obsequ. p. 180. sq. Cod. R. habet *quo magno — oblitusque. Mr.*

Praecipitis caeli partis obitusque petessit] Contra λαμπάδες ἀνεκὰς ἐς

Aut, cum, terribili percussus fulmine civis
Luce serenanti, vitalia lumina liquit?
Aut, cum se gravido tremefecit corpore tellus?
Iam vero variae nocturno tempore visae
Terribiles formae, bellum motusque monebant:
Multaque per terras vates oracla furenti
Pectore fundebant tristis minitantia casus

τὸν οὐρανὸν ἀπὸ τῶν δυσμῶν ἀνέδραμον, ut tradit *Dion Cassius* lib. XXXVII. pag. 41. B. *Iulius Obsequens* de Prodig. cap. 122. *Trabs ardens ab occasu ad caelum extenta.* At *visas nocturno tempore* ab occidente *faces* memorat ipse *Cicero* Catil. III. c. 8. *Dav.*

petissens?] Libri omnes *petisset*, nisi quod Dav. et post eum Oliv. et Bip. dederunt *petessit*. Sed nos optimam Hottingeri emendationem recepimus, quam recepit Sch. probaveruntque Rath. et Goer., quorum hic: „Loci restituti huius Hottingerum laus manet haud sane vulgaris, interrogationis signis eum distinguendo et *petisset* in *petissens* levi manu mutando. Neque mira eiusmodi participii in verbum rectum mutatio videri debet: saepissime enim ultimam eius syllabam libri scripti in *ēs* contrahunt. Lineola igitur aut oblitterata, aut neglecta, facile *s* in *t* mutatum est, ut orationis contextui succurreretur.“ Interrogandi signa iam habet Ed. Ald. In Asc. 2. et Crat. est interrogandi signum post *volabat*: in Asc. 1. *Phoebo* pro *Phoebi*. Cod. S. *percipitis* corr. in *praecipitis*. *Mr.*

percussus fulmine] Ita legi voluit Ern. eumque merito secutus est Hott. auctoritate Cod. Oxon. E. accedente, cum in reliquis libris sit *perculsus*. Illo autem modo loquitur Cicero semper, hoc nunquam. Conf. de N. D. III. 35. 84. *Hunc — Iuppiter fulmine non percussit.* ib. III. 22. 57. *is fulmine percussus dicitur humatus esse.* in Catil. III. 8. 19. *complures in Capitolio res de caelo esse percussas.* In fine versus est *curis* pro *civis* in Cod. Cr., *cinis* in R. *Mr.*

Luce serenanti,] Hotting., ait Goer., haec verba cum v. *civis* iunxit, commate, quod post *civis* erat, transposito. Verissime. Nam Dio lib. 37. c. 8. refert, multa fulmina per serenum delapsa esse. Iul. Obseq. 122: *Sereno Vargunteius Pompeius* (leg. ex Plin. h. n. 2. 51. *Pompeianus*, virgula interposita :) *de caelo exanimatus est*... Quae autem de terrae motu sequuntur, Dio l. l. egregie illustrat. Cod. R. *luce serenata — linquit.* S. *in te* pro *luce*. *Mr.*

Vitai *lumina liquit*] Sic legendum; non, ut habent libri vulgati et nonnulli MSSti *vitalia*. Et ita edendum curavi apud *Lucretium* lib. v, 224.

— — *Indigus omni*
Vitai *auxilio* — —

ubi libri vulgati et plerique scripti habent *vitali*. *Lambinus.*

Ibid. Vitalia *lumina liquit*] Haec est omnium nostrorum, credo et reliquorum, Codicum lectio; nec erat, cur eam sollicitarent *D. Lambinus* et *Ob. Gifanius* in conlect. Lucretianis ad vocem *lumen*; nam pari modo dixit *Ovidius* Metam. XIV, 175.

— *Ut* lumen *iam nunc* vitale *relinquam.*

Similiter *vitales auras* passim dicunt Poëtae. Vide *Lucretium* III. 406. 576. *Virgilium* Aen. I, 391. et *Dracontium* II, 69. *Dav.*

Iam vero variae] Codd. Cr. et R. *varię*. Versu seq. Codd. R. S. M. *movebant* pro *monebant*. Eodem versu Herelius pro *terribiles* legi volebat *horribiles*, cum quarto ante hunc versu iam dixerit *terribili fulmine:* nisi forte, ait, in hoc poemate admodum mediocri talis negligentia ipsi Ciceroni est tribuenda. — Et merito quidem haec addidit, supervacaneam esse

Atque ea, quae lapsu tandem cecidere vetusto, 19.
Haec fore, perpetuis signis clarisque frequentans
Ipse deûm genitor caelo terrisque canebat.
Nunc ea, Torquato, quae quondam, et consule Cotta, 12.
Lydius ediderat Tyrrhenae gentis haruspex,

coniecturam suam ipse suspicans. — Pro *furenti* Cod. U. habet *ferebant* cum L. b. — Ad v. *terribiles formae* Goer. haec: Dio l. c. *multis locis hominum simulacra* (haud dubie *larvas* innuit,) *apparuisse* scribit. De his vero larvis, quae diris terroribus homines agitent, et impendentia mala canant, praeter alios cf. Amm. Marc. XXXI. 1. Cod. S. *findebant ristis* (sic). *Mr.*

Quae lapsu tandem cecidere vetusto] Non intelligo, qui *lapsus* dici possit *vetustus*, quam duobus circiter annis Tullii consulatum praecesserit. Forsan igitur reponendum *vetusta;* qua ratione noster ad eorum, quae ceciderunt, aetatem respiciet. *Davies.*

lapsu — cecidere vetusto,] *Lapsus vetustus*, ait Ern., est poëtice lapsus rerum vetustarum. — Mihi, Hott., verba ista nullo modo de signis deiectis, sed de clandestinis Catilinae consiliis intelligenda videntur. Haec igitur *lapsu cecidere vetusto:* i. e. illa malarum Catilinae machinationum, ut sic dicam, strues collapsa est, ruina diu ante velut praestituta; dum scilicet Catilina, quam aliis meditatus esset, perniciem, eam sibi ipse machinaretur. Goer. ad h. l. Rectius, ait, Davisio Ernestoque Hottingerus vidisse dicendus est. Sed ubi hic idem verba *lapsu vetusto* de ruina diu ante velut praestituta explicat, eo quidem sensu, ut, quam Catilina aliis meditatus esset perniciem, eam sibi ipse machinaretur; plus inferre loco videtur, quam verba patiuntur. Equidem certe putem, his nihil dici, nisi *diu labantia tandem ruinam dederunt* i. e. eruptionem dudum minitantia, tandem eruperunt. Rathius ita: „Tullius, ut opinor, dicit: multa vates oracula fudisse, tristes casus minitantia, atque ea (sc. minitantia), quae lapsu tandem ceciderint vetusto, i. e. quae satis longo intervallo evenerint. *Vetustum* relativi aliquid esse ex se intelligitur. Quae si ita se habent, facile intelligis, quomodo distinguenda sint haec omnia, post *vetusto* in primis plene: alioquin aut *ea* aut *haec* redundat.“ Ista quidem distinctio non est necessaria: vide modo quae de demonstrativo redundante vel pleonastico dicunt Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 370. ibiq. laud. Cortius ad Sall. Catil. 37. 4. p. 226. Meyerus in versione Germ. ab Hottingeri sententia se alienum declarat, Ernestoque adstipulatur, et hanc loci constructionem exhibet: *atque ipse deum genitor caelo terrisque canebat haec fore, frequentans perpetuis clarisque signis ea, quae tandem lapsu cecidere vetusto* i. e. quae, postquam consenuerunt, tandem fulmine tacta conciderunt. — *Haec fore canebat*, ait, est i. q. futura canebat. Possis etiam *Haec fore* ad *oracula* referre, ut sit: Iupiter ipse fulminibus suis vaticinatus est oraculorum eorum eventum certum. Fieri etiam potest, ut de aliis aedificiis et artis operibus, fulmine percussis Cicerone consule, sermo sit: cf. Catil. III. 8. — Ego in Goerenzii sententia acquiesco. — In Codd. L. a. P. est *lapsus* pro *lapsu*, in P. R. L. b. c. et M. *frequentas* pro *frequentans*. Cod. R. versu antecedente omittit *tristis* et habet *immutantia* pro *minitantia*. Cod. S. habet *Her* pro *Haec:* mox *dicju* pro *deum*. *Mr.*

Nunc ea, etc.] Cod. U. *Hac ea.* L. Aurelius Cotta et L. Manlius Torquatus Coss. fuere a. u. c. 688. Ciceronis 42. Conf. Franc. Fabric. Marcodur. Vit. Cicer. p. 53 sq. Cic. Or. in Catil. III. 8. — *Lydius* dicit *haruspex*, quia Tyrrheno duce Tusci ex Lydia profecti in Etruriam dicebantur. Qua de re vid., quae diligentissime congesta sunt in T. III. ope-

Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.
Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
Ipse suos quondam tumulos ac templa petivit,
Et Capitolinis iniecit sedibus ignis.
b. *Tum species ex aere vetus generosaque Nattae*

ris, quod inscriptum est: *Zusätze und Erläuterungsschriften zur allgem. Welthistorie* p. 48. sqq. 78. sqq. Cod. R. *Indius* pro *Lydius*. *Mr.*

Omnia fixa etc.] Gesnerus in Thes. L. L. v. *determino*, hunc versum ita explicat: *eventus, qui tuo anno contigit, quo unum quodque pertinuerit, ostendit, et partem unamquamque praedictionis definit.* Idem *glomerans* s. h. v. interpretatur *volvens, revolutus*. Nescio, ait Hott., annon potius de eventorum, denso velut agmine ac globo se excipientium, multitudine sit intelligendum. Recte. In Cod. R. scribitur *tuis — annis*. In Cod. S. est *Titus — annis*. *Mr.*

Ipse suos quondam tumulos ac templa petivit] *Lactantius* Div. Inst. lib. III. c. 17. habet:

Ipse suas arces atque inclута *templa petivit.*

Hae vero diversitates ex alia causa non sunt natae, quam quod memoriae suae nimium tribuerit scriptor elegantissimus: hunc enim versum noster eodem modo repetit lib. II. c. 20. nec in hoc vel in illo loco variant MSSti. De re ipsa vide *Isidorum Pelusiotam* lib. I. Ep. 73. *Dav.*

Et — ignis.] Male Sch. post *ignis* distinctionem minorem posuit. In Cod. Cr. est *ignis* superscripto *e*. Ad rem conf. Creuz. ad Cic. de N. D. II. 1. p. 207. ed. Cr. et nostr. mai. Quid sit *sedes* vid. apud Cuperum in Harpocrate p. 146. Pro *iniecit* Cod. L. d. habet *invectit*. Cod. S. *capitolini*. Mox idem *utero munimine* pro *vetusto numine*. *Mr.*

Generataque *Nattae*] *Generosaque* legit *Muretus*; et paullo infra,

Omnes civili generosa *stirpe profectam*. P. *Manucius*.

Generosaque *Nattae*] Sic legendum; non, ut vulgo, *generataque Nattae*. Neque me movet *Adr. Turnebus*, qui lectionem hanc tutans, sic eam interpretatur, speciem Nattae effictam, et simulatam, non veram. Nam primum non loquuntur ita Latini. Deinde satis hoc a *Cicerone* dictum est, cum dixit *ex aere*. Dicitur autem *generosa*, quia *Pinarii Nattae erant nobiles: a nobilitate igitur periculum. Lamb.*

Generataque *Nattae*] Sic quidem Pithoeanus et Pal. tert.; sed sec. *generatoque*, pr. *generaque:* S. Victor. a prima manu *generataque Natae*. Lambinus oggerit *generosaque*. Gulielmius coniiciebat *venerataque*, aut etiam *gener Attaque Nattae*. *Gruter.*

Generataque *Nattae*] Satis mirari nequeo, cur *Ianus Gulielmius* coniecerit, *venerataque Nattae*, vel *gener Attaque Nattae*; quasi vel cultu divino Nattae statuam prosecuti sint Romani; vel species, quam memorat *Cicero*, non Nattae, sed Attae, fuerit; quod falsi convincitur ex lib. II. cap. 20. Felicior est *Lambini*, vel *Mureti* potius, hariolatio, cui placet *generosaque*. *Davies.*

generosaque Nattae] Recepi verissimam hanc Mureti emendationem, quamquam Ern. servavit *generataque* et explicat: *quae facta erat in memoriam Nattae;* Pearcius autem: hoc poetice locutus voluit Cicero: *Concidit Nattae species vetus et generata ex aere.* Wopkensius Lectt. Tull. p. 241. coniecit *sacrataque*, quia saepius iungantur voces *vetus* et *sacratus*, veluti apud Val. Max. V. 4. *ignoscite vetustissimi foci, — si a vestro sacratissimo templo — — progressus fuerit.* Cic. de Legg. II. 7. *ut in veteribus duodecim sacratisque legibus.* Melius hic certe, quam ii, qui pravam librariorum scriptionem contortis rationibus defendunt. Quamquam in his est etiam Goer., cuius etiamsi probare non possum

Concidit, elapsaeque vetusto numine leges,
Et divôm simulacra peremit fulminis ardor.

sententiam, tamen ea adscribenda visa est ex libello rarissimo, ut, quid sentiat ille vir, legant ii, apud quos eius auctoritas tanta est, ut rationes certe, quibus ductus istam elegerit, scire cupiant: „*Generosaque*, ait, Hott. cum Lamb. dedit, vulgatam ideo respuens, quod *generata* non pro *formata*, ut Pearc. et Ern. accipiunt, dicatur. Equidem vero vix de hac vocis vi iure dubitari posse existimem. Ut enim Cic. alias *mundum* Tim. c. 2. *initia* i. e. *elementa*, Tusc. V. 24. 69. saepissime vero *homines* a deo, tanquam artifice, *generatos* dicit, sic nihil offendor, si poeta statuam, ut hominis effigiem, arte flatam, *generatam* dixit: idque in primis, cum hac voce Cicero valde delectetur. Simili ratione usurpatur etiam verbum *gignere*. N. D. II. 22. [Videtur noluisse apponere Ciceronis verba vir doctissimus, quamquam id alibi facere solet: quod si h. l. fecisset, statim, opinor, ipse vidisset, nihil plane et hunc et duo superiora loca pro sua facere sententia: dicitur enim: *ii dii, qui utilitates quasque gignebant. Mr.*] Construas autem: *Tum species Nattae vetus et ex aere generata:* quae structura, paullo confusior, in melioribus etiam poetis haud ita raro deprehenditur." Nimirum non illud quaeritur, utrum dici possit *species ex aere generata:* quamquam et hoc admodum dubium est: sed id ipsum, an vel ferri possit *statua generata* absolute posita, vel ita traiectum esse *que* dicendum sit, ut intelligi tamen possit *statua ex aere generata*. Vide modo quae traiectionis illius (qualis est ista notissima Tibull. I. 3. 56. *Messalam terra dum sequiturque mari:*) congesserunt exempla Zumptius Gr. Lat. p. 290. sq. ed. 4. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. I. p. 323. not. 9. Ed. Stallbaum. ibiq. laudd. Recte receperunt *generosaque* Hott. et Sch., probarunt iam Sylb., et nuper Rathius et Meyerus. In Cod. Cr. pro *Nattae* scribitur *nate*. in Cod. R. *vate*. *Mr.*

Elapsaeque vetusto numine *leges*] Gulielmius reponi volebat *aerumine:* quod constat ex lib. II. infra c. 21. *aera legum de caelo* tacta, hocque loco de eis agere Tullium. Palatini nostri propugnant vulgatum. Wouverii unus habebat *nomine*. *Gruter.*

Elapsaeque vetusto numine *leges*] *Ianus Gulielmius* reponebat *vetusto aerumine,* quod infra lib. II. cap. 21. *Aera legum de caelo tacta* memoret *Cicero*. Sed, ut puto, *aeramen*, non *aerumen*, Latine dicitur. Ipsam vero rem multi firmant scriptores. *Iulius Obsequens* de Prodig. cap. 122. *Tabulae legum* aeneae *litteris liquefactis;* quem locum frustra sollicitant. *Dion Cassius* lib. XXXVII. c. 9. pag. 38. p. 117. Reimar. ibiq. interprr. *Τάτε γράμματα τῶν στηλῶν, ἐς ἃς οἱ νόμοι ἐσεγράφοντο, συνεχύθη καὶ ἀμυδρὰ ἐγένετο.* Vide et Catil. III. cap. 8. *Dav.*

elapsaeque vetusto numine leges:] Non possum aliter intelligere, quam *leges vetusto numine*, quae antiquissimis temporibus sancitae essent numine regum et auctoritatem habuissent a primis urbis temporibus. *Ern.* — Oudendorp. ad Iul. Obseq. p. 183: „Corrupta etiam sunt verba Ciceronis: *Tum species — leges.* Num? *elapsoque vetustae nomine leges:* i. e. conciderunt vetustae leges, nominibus et literis elapsis." Sed Cicero Catil. III. 8. dicit: *et legum aera liquefacta*, quo etiam ducere videtur illud Dionis *συνεχύθη καὶ ἀμυδρὰ ἐγένετο*, pro quo alii usurpant etiam *ἐξίτηλα ἐγένετο*. Qua de locutione monui ad Plotin. de Pulcr. p. 201. et p. 551. *Cr.* — Meyerus l. c. ipsum illud *elapsae* intelligit ita, ut sit i. q. liquefactae. Codd. R. M. habent *elapsae*, omisso *que*. Cod. P. Co. Vi. b. *vetustae* pro *vetusto:* idem vero P. in marg. *elapsaeque e Vestae limine leges.* — Goerenz. l. c. p. 19. „Omnes, ait, fere viri docti, qui hunc locum tetigere, in coniecturas abiere. Offendit eos maxime vox *numine*. Alii

Hic silvestris erat Romani nominis altrix,
Martia, quae parvos Mavortis semine natos
Uberibus gravidis vitali rore rigabat:
Quae tum cum pueris flammato fulminis ictu
Concidit, atque avulsa, pedum vestigia liquit.
Tum quis non, artis scripta ac monumenta volutans,
Voces tristificas chartis promebat Etruscis?
Omnes civili generosa ab stirpe profectum

aerumine, alii *limine*, alii aliter. Hott., erudite sane, *carmine*. Idem hic vir etiam vocem *elapsae* non satis castam indicat, aliam eius loco desiderans, quae *liquefacta* legis aera exprimat, quorum meminit eadem de re Cic. Catil. III. 8. Sed locus nulla ex parte sollicitandus erat. *Numine* optime se habet, legumque religionem et sanctitatem notat. Alibi de senatu dicitur, Liv. VII. 34. *annuite, Patres Conscripti, nutum numenque vestrum invictum Campanis*. Atque sic etiam restituendum est Ciceroni Philipp. III. 13. *magna vis est, magnum numen unum et idem sentientis senatus:* vulgata enim lectio *nomen* ab omni parte languet. *Elapsae* autem potest facillime ad ipsa legum incisarum verba applicari, quae, aere fulminis ictu liquefacto, evanuerunt: quamquam etiam infra II. 21. 47. simpliciter *aera legum de caelo tacta*. Sed optimus huius vocis interpres est Dio, cuius locum exscripsit Dav." In Cod. L. d. est *delapsaeque vetuste*. Mox R. *et simulacra divum. Mr.*

Martia, quae parvos] Cod. Cr. *Marciaque quae per vos.* — Quam lupam eandem esse, quae hodieque inter signa antiqua in Capitolio asservatur, additis a recentiore manu duobus pueris lactentibus, probaverat Winckelmannus in *Gesch. d. Kunst* I. p. 220. ed. noviss. Dresd. Contra Fea aliam esse contendit a. u. 457. effictam (Liv. X. 16.). At vero huic sententiae refragari et priscum operis characterem et ictus fulminei manifesta vestigia docent Winckelmanni editores ibid. pag. 420 sq. *Cr.* — Lupam Capitolinam aeri incisam vide in Begeri Floro p. 13: melius apud Rycquium de Capitolio p. 248. cuius totum cap. XXIV. de nostro loco legendum. *Mr.*

Martia] Lupa, quae Romulum Remumque nutriisse fertur. *Manilius* IV, 26.

Aut Lupa proiectos nutrisset Martia fratres.

Livius lib. X. cap. 27. *Hinc victor Martius Lupus, integer et intactus.* Ratio nominis est, quod ea fera sit Marti sacra. Auctor de Orig. gentis Romanae, quem *Aurelium Victorem* vocant, c. XX. *Inde videlicet lupum picumque Martiae tutelae esse.* Idem tradunt *Plutarchus* in Romulo cap. 4. pag. 19. et *Servius* ad Aen. II, 355. IX. 556. *Iul. Obsequens* de Prodig. c. 122. *Relatum —— Lupam Remi et Romuli fulmine ictam.* ubi vid. Scheffer. p. 182. Adi sis et *Dionem* lib. XXXVII. pag. 33. cap. 9. p. 117. Reimar. ubi vid. interprr. et *Ciceronem* Catil. III. cap. 8. *Dav.*

Uberibus etc.] Conf. Apollon. Rhod. IV. 1135. sq. Cic. de Rep. II. 2. *Romulus — cum esset silvestris beluae sustentatus uberibus:* ubi A. Maius laudat Propert. III. 9. 51. ad quem locum vid. Passeratii Praelectt. p. 460. Ed. Paris. 1608. f. m. Versu sq. Cod. P. habet *flammatos* pro *flammato*. Cod. R. *vulsa* pro *avulsa*, mox *voluntas* et v. sq. *premebat*. S. *quae tum tum. Mr.*

artis scripta] Artis auguralis et de haruspicina. *Ern.* — Pro *ac* Cod. P. *et*. Ad v. *chartis — Etruscis* cf. Frandsen. Haruspices p. 6. Cod. S. in praecedd. *flammante — voluuctas — curtis. Mr.*

Omnes civili generosa stirpe profecto.] Ita scriptus est hic versus in

Vitare ingentem cladem pestemque monebant:

antiquo, cum in vulgatis sit, *omnes civili generosam stirpe profectam*. *Ursinus.*

Omnes civili generosam *stirpe* profectam] Haec est recepta vulgo lectio, proximeque accedens ad mss. quorum tamen nonnulli *generosa*. Aldus senior ediderat, *omnes civili generosa stirpe profectos*, quod et in antiquo Ursini. Lambinus arbitratu suo fecit, *omnes civili* et *generosa stirpe profectam*. *Gruter.*

Omnes civili generosa *stirpe profectam*] Vulgo *generosam*, quod absurdum est: qui enim, quaeso, *clades* dici possit *generosa*, quae a nefaria parricidarum manu fuit perpetranda? Aldin. Ursin. Reg. et Cantab. habent, *civili generosa stirpe profectos*. Perperam; responsum enim est, *res saevas tristissimasque portendi* — — *maxime ab* DOMESTICIS *hostibus*, ut ait *Arnobius* lib. VII. pag. 307. et Catilinam eiusque socios nobiles fuisse, nemini latet. Veram igitur esse lectionem, quam recepimus, et quae *Mureto* placet, abunde liquet; eamque stabiliunt Mel. et Balliol. praeterquam quod hic *prophetam*, non *profectam*, manifesto Librarii lapsu repraesentet. *Davies.*

Omnes civili generosa ab stirpe profectam] Ortam vel oriundam ab civibus et nobili genere natis. *Ern.* — Cod. P. *civile*. U. et Cr. *generosam* absque *ab*. Ita etiam Edd. Asc. 1. 2. Crat. (in marg. *profectos* pro *profectam*) Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Sylb. Verb. Lambb. Goth. Grut. Sturm. (quae item habet *profectos*). Olivetus edidit: *omnes civili et generosa stirpe profectam*. Ita etiam Lambinus ipse, Ern. et Bip. In marg. vero Edd. Lambb. est *omnes civili et generosa a stirpe profectam*. Cod. L. d. *civilem*. L. b. c. d. *generosam*. S. *generosum*. Ego cum Sch. Hottingerum secutus sum, *ab* scribens pro *a*, probante Goerenzio ad Cic. de Legg. III. 16. 35. p. 264. Scripsit autem Hott. *ab* pro *a* partim quod ament Latini, excipiente littera *s*, potius *ab* quam *a* ponere: partim quod sic appareat, quomodo lectio sit depravata: videri enim lectionem *generosam* ortam esse peccato male audientis verba *generos' ab*, ob soni affinitatem. Ad quam Hottingeri annotationem Goer. „Scripsit, ait, Hott. *ab*, existimans, soni vicinitate factum esse ut in plerisque libris *generosam* legeretur. Nos quidem, etsi non rationem, rem tamen vehementer probamus. Nam ut nihil de *ab*, cum *s* sequens habet, moneam, solet duplex *a* si ex pronuntiatione confluit, a poëtis et a Cicerone ita molliri. Cf. Phaenom. Arat. v. 22. *Quem summa ab regione Aquilonis flamina pulsant*. Idem etiam fit, si aliae syllabae per *a* eliduntur. Infra I. 22. 45. *coepit cursum ab laeva*. Orat. I. 39. 176. *cum Marcelli ab liberti filio stirpe*. Quod cum non ex regula protrita esset, saepe per scribas in *a* mutatum reperitur. In reliquo versu libri vehementer turbant: sic quidem, ut sedem vitii non in variatis vocibus quaeram, sed in quibus isti omnes consentiunt. Intellexisse enim nobis videmur, hanc eiusmodi in locis ad veram lectionem viam haud raro esse optimam. Legerim igitur: *Omnes civilem, generosa ab stirpe profectam, Vitare* etc. Sic enim non solum placida procedit oratio, sed etiam vitii origo ex ratione apud poëtas saepissime observata docebitur, qua scribae, duobus adiectivis se excipientibus, prioris, quod fere ad remotius substantivum pertinet, casum cum illo sequentis permutare solent. Vid. Statius et Broukh. ad Tibull. I. 7. 14. quamquam illi quidem ad locum ipsum minus recte praecipiunt. Sic sane haec lectionis variatio, orta demum, cum vitium sedem iam fixisset, facile explicabitur. Ceterum versus lectio proxime sequentis tam varians ex sola transpositione illa orta videtur." — Coniecturam Goerenzii occupavit iam Sylburgius in Ed. Wechel. 1590. p. 308. Opp. Cic. T. VIII. Et favet quodammodo Cod. P. lectio *civile*. Ego vero, ut facile fero iuncta *civili generosa ab stirpe* absque interposita praepositione *et*,

Vel legum exitium constanti voce ferebant,
Templa deûmque adeo flammis urbemque iubebant
Eripere, et stragem horribilem caedemque vereri:
Atque haec fixa gravi fato ac fundata teneri;
Ni post, excelsum ad columen formata decore,

ut sit i. q. *civili ab stirpe eaque generosa:* ita admodum offendor, iussus iungere *civilem — profectam — ingentem cladem* in una eademque propositione. *Mr.*

Vitare ingentem] Mss. nostri ad unum omnes versum hunc habent post sequentem *Vel legum;* neque aliter posuit in editione sua Victorius. Ceterum Pal. pr. ac sec. loco *vitare* repraesentat *viri,* tert. vero et S. Vict. *vel diram.* Praeterea ἀντὶ τοῦ *Vel legum,* erat in pr. et Pith. *Vultu legum,* in sec. *voltum legum. Gruter.*

Vitare — Vel legum —] Eandem, de qua loquuntur Grut. et Dav., versuum horum traiectionem deprehendimus etiam in nostris Codd. excepto L. a. ex quibus Codd. M. S. habent *vel diram gentem* pro *vitare ingentem,* U. *vitare in gentem.* P. *vultu ingentem* et in marg. *vultum ingentem,* et versu seq. *exilium* pro *exitium.* Transpositos item versus hos habent Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. In rell. iustus ordo restitutus est. Cod. L. a. *viri ingentem.* L. c. d. *voltum ingentem.* R. *vel diram ingentem;* et v. sq. *denique adimi* pro *deumque adeo.* S. *adimi flammis urbesque videbant.* Co. Vi. b. *voltum legum. Mr.*

Vitare ingentem cladem] In *Victorianis Gruterianis*que libris huius et sequentis versus immutatur ordo. Quin et omnes nostri dant

Vel legum exitium constanti voce ferebant
Vel diram ingentem cladem pestemque monebant.

Quamvis hoc perperam factum videatur, tamen in tanto MSStorum consensu rem Lectori celatam noluimus. *Davies.*

Urbesque *iubebant*] Optime, quemadmodum puto, Balliol. exhibet, *urbemque iubebant,* ut de Roma κατ' ἐξοχὴν intelligatur. *Dav.*

Urbemque iubebant,] Recepi cum Sch. lectionem Balliol. e Cod. reg. Lallemanni, quam probavit etiam Hottingerus. Pro *adeo* est *adimi* in Codd. nostris Cr. U. S. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (duae posteriores in varr. lectt. habent *adeo*): et pro *iubebant* est *videbant* in Codd. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.; sed item posteriores in varr. lectt. habent *iubebant.* Eadem est horum sex librorum ratio in voce seq. ubi habent *Eruere* pro *eripere,* Cod. tamen U. *fruere.* Mox Cod. Cr. *facto* pro *fato* et cum Cod. P. *tenere* pro *teneri.* Cod. R. *facto fundata,* omisso *ac.* L. a. et S. item habent *tenere.* Cod. S. habet *etiam stragem; atqui* pro *atque; generi* pro *gravi:* et *non* pro *ni. Mr.*

Ni post excisum *ad columen*] Sic fere Pall. nisi quod sec. *Nepos excesum,* at S. Vict. codex, *Nepus excesum.* Pith. *Nec pus excisum,* unde formabat Gulielmius, *Ni prius exce. Gruter.*

Ni post excelsum *ad columen*] Vulgo *excisum.* Quod vero nonnulli Codices darent, *nepus excisum* vel *excesum, Gulielmius* legendum coniecit, *ni prius.* At frustra fuit vir eruditus. Multi MSS. *excessum.* Merton. *excelsum,* prout olim dedit *Lambinus;* et in eam lectionem quadrat historia: nam, quod paullo post ait noster,

Iuppiter excelsa *clarabat sceptra columna.*

Arnobius lib. VII. 37. pag. 307. p. 258. ed. Orell. *Responsum — aliter publicari scelerata non posse consilia, nisi Iuppiter rursus* ALTIORE *in culmine figeretur, orientalem conversus ad cardinem, radiisque oppositus solis. Cicero* Catil. III. c. 8. Haruspices *iusserunt, simulacrum Iovis facere* MAIUS, *et in* EXCELSO *collocare, et,*

Sancta Iovis species claros spectaret in ortus.
Tum fore, ut occultos populus sanctusque senatus
Cernere conatus posset, si solis ad ortum
Conversa, inde patrum sedis populique videret.
Haec tardata diu species multumque morata, 21.
Consule te, tandem celsa est in sede locata;
Atque una fixi ac signati temporis hora

contra atque ante fuerat, ad orientem convertere. Non dispar est, quod de Horatii Coclitis statua de caelo tacta memorat *Agellius* N. A. lib. IV. cap. 5. *Davies.*

Ni post, excelsum ad columen formata decore,] Dedi *excelsum* pro *excisum*, quod sensum nullum hic habet, e MS. Oxon. ut iam edidit Lambinus. Vestigium huius lectionis est in MSS., qui habent *excessum*, ut et Guelf. et Edd. vett. quaedam, ut Ven. 1494. Intelligenda statua iconica vel colossea. Mox est *excelsa columna*. cf. Catil. III. 8. *Ern.* — Est enim illo Cic. in Catil. loco: *haruspices iussisse simulacrum Iovis facere maius, et in excelso collocare, et contra, atque ante fuerat, ad orientem convertere.* „Vulgatam tamen, ait ad h. l. Hott., asserere conatur A. Boettigerus, ipse *excisum columen* de *columna* interpretans, cum qua signum Iovis disiectum refert Iul. Obsequens 122. Vid. *Magazin f. öffentl. Schulen u. Schullehrer* Vol. II. p. 421. Qui sensus, ut hoc unum dicam, mihi certe videtur nimium sapere orationis pedestris tenuitatem.“ *Excelsum ad columen formata* intellige, ut supra c. XI. *magnum ad columen*, dictum pro *instar magnae columnae*. Lectionem *excelsum* exhibet etiam Lallem. ex Cod. regio. *Excessum* habent nostri Codd. U. M. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed *excelsum* dederunt cum Lallemanno Dav. Ern. Bip. Hott. Sch. Pro *Ni* est *Ne* in Cod. P. *Nec* in Ed. Asc. 1. et Cod. U. itemque P. in marg. Cod. L. a. *nepos excesum ad culumen*. L. b. *nec post excessum a columen*. L. c. d. *ne post excessum a columen*. R. *ne — excessum — culmen — decorum*. L. b. *decorem*. S. *Non potest accessum — decorem*. Co. Vi. b. *Ne post excisum*. *Mr.* — Conf. Oudendorp. ad Iul. Obseq. cap. 122. p. 182. Interprr. ad Dion. Cass. XXXVII. 9. p. 117. Elmenhorst. et Orellium ad Arnob. l. l. a Davisio p. 446. *Cr.*

Sancta Iovis species] i. e. simulacrum, signum. Forcellini in Lex. sub voc. Conf. infra ad I. 36. *Cr.* — Codd. U. L. b. *spectabat* pro *spectaret*. Cod. L. d. *alacros* pro *claros*. R. *spectarit*. Ad v. seq. conf. orationis in Cat. laudatae c. 8. verba: *ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis ortum et forum curiamque conspiceret, fore, ut ea consilia, quae clam essent inita contra salutem urbis atque imperii, illustrarentur, ut a S. P. Q. R. perspici possent.* — In Cod. P. est *fere ut occ.* in Codd. R. U. L. b. S. M. *foret occultus* et plane ita Edd. Asc. 1. et 2. Sed Cod. Cr. *Tum fore ut occultus*. Quarum lectionum originem facile est intelligere. Cod. R. v. sq. *si posset solis*. *Mr.*

Conversa, inde — videret.] Cod. M. *Versa vide — vident*. Cod. Cr. *conversa*. Cod. R. v. sq. *nec tam data*. S. *fixa* pro *fixi*: *putata* pro *parata*. Mox Cod. P. *Consulte* pro *consule te*: ab eodem abest versus sequens *atque — hora*, in quo Cod. M. pro *signati* habet *signata*: idem Cod. M. omittit versus tres sequentes *Iuppiter — patebat*. Codd. L. b. P. exhibent *patrata* pro *parata*, quod ex aliis etiam enotavit Verb. Verbum *clarabat*, i. e. ostendebat, adhibuit noster etiam in Arati Phaenomenis ab adolescente latine factis v. 89. et 166; priore loco respondet verbo σημαίνειν, posteriore verbis εἰπεῖν et δεῖξαι. Cod. R. *cla-*

Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna,
Et clades patriae, flamma ferroque parata,
Vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.
13. *Rite igitur veteres, quorum monumenta tenetis,*
Qui populos urbisque modo ac virtute regebant,
Rite etiam vestri, quorum pietasque fidesque
Praestitit, et longe vicit sapientia cunctos,
p. 85. *Praecipue coluere vigenti numine divos.*
a. *Haec adeo penitus cura videre sagaci*
Otia qui studiis laeti tenuere decoris,

rebat septra colona: et v. sq. *putata. Mr.*

Iuppiter excelsa clarabat] Liber S. Victoris, *clarabit*, quod esset *claravit*, sed alterum constanter haeret in nostris. *Gruter.*

At *clades*] Sic Pall. omnes et editio Victorii, aliae *Ac clades*, mox pro *parata* Pal. pr. ac Pithoeanus prae se ferunt *patrata*, membranae vero S. Vict. ac Pal. tert. *putata. Gruter.*

Et clades] Pro vulgato *ac*, quod stare non posse vidit Hott. propter antecedentia: *una fixi ac signati temporis hora*, recepi cum eo et Sch. *et*, cum *ac*, quod habent Edd. Vict. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Sylb. Lamb. Goth. Sturm. Ern. (hic in Fragmm. p. 1228, ubi item noster locus expressus est.) Sch. (item in Fragmm. p. 170. nam in contextis his secutus est Hottingerum, ut Ernestus vulgatam:) cum *ac*, inquam, ante *clades* κακόφωνον sit, quamquam ab ipso Cicerone ante *con* saepius poni scio, ab aliis etiam ante *ca*. Conf. Tursellin. de Particull. p. 18. Zumptii Gr. Lat. p. 273. Ed. 4. *Et* scribitur etiam in Cod. Oxon. E. et *ac* in Cod. nostro U. Ad rem laudat Hott. locum in Or. Catil. saepius laudatum, et quod infra II. 21. dicitur: *at eodem tempore signum Iovis collocabatur, quo coniuratio indicabatur.* Ad v. seq. item conferenda Or. Catilinaria III. 2, 4. 3, 8. 4, 9. 5, 10. Sallust. Cat. 40. sqq. — Male in Ed. Ern. versus duo seqq. *Rite igitur* etc. *Qui populos* etc. capiti XII. adiunguntur. Nostri capitis versu ultimo Codd. R. P. habent *populisque* pro *populoque*, S. *principibus* pro *patribus:* tum *populisque* pro *populoque. Mr.*

Rite igitur — regebant,] Omittuntur hi versus in Cod. M.; omittuntur ibidem versus, *Praecipue — sagaci* et *Tu — relaxas.* Pro *populos* Codd. L. a. P. S. habent *populus.* Vocem *modo* bene explicat Hott. *sapientia;* salutari legum ceterarumque rerum ad reip. administrationem pertinentium temperamento. Cod. *Cr. longo* habet pro *longe.* R. *rite quos et vestri.* Verba *quorum — vestri* omittit Cod. L. d. *Mr.*

Praecipue coluere vigenti *numine*] Est a Pall. nostris, nisi quod ii *viginti.* Victorius edidit, *vigenti nomine.* Ante cusi, *praecipue ingenti coluerunt numine,* quae positura in nullis est mss. a Gulielmio et Wouverio excussis. *Gruter.*

Praecipue — divos.] Cod. P. *coluere vigente,* in marg. *coluere ingenti:* posteriorem lectionem habet etiam Cod. Cr. In Cod. U. est *ingenti coluere nomine.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Goth. Car. Steph. Ald. Lamb. Sylb. Boul. Sturm. *ingenti coluerunt numine.* Cod. Cr. Co. Vi. b. *nomine* ut U. Probam lectionem habent Edd. Rob. Steph. Ern. Grut. Oliv. Dav. Bip. Hott. Sch. In Ed. Verb. operarum vitio est *viginti.* Sensum horum verborum bene explicat Hott.: deos, minime otiosos illos, aut inertes, sed rebus humanis intentos. — Pro *Haec* Cod. P. habet *Nec:* pro *adeo* in Ed. Asc. 1. editum est *a deo.* Cod. Cr.

Inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo 22.
Fuderunt claras fecundi pectoris artis.
E quibus ereptum, primo iam a flore iuventae,
Te patria in media virtutum mole locavit.
Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas,
Quod patriae vocis studiis nobisque sacrasti.

pro *laeti* habet *leti*. Codd. R. S. *viginti nomine*. L. d. *ingenti numine*. R. omittit *otia* et habet *que*. *Mr*.

Academia — nitidoque Lyceo] De Academia vid. quae congessit Hofmannus in Lex. Univ. h. v. add. interprr. ad Horat. Epp. II. 2. 45. De Lyceo Meursium Athen. Attic. II. 3. Epitheton *nitido*, quod neque in Ern. Clavi, neque in Schützii Lex. Cic. explicatur, recte intellexit Hott. de laboribus gymnicis, quia luctatores oleo corpus ungebant, cui rei proprium est verbum *nitere*. Ovid. Fast. v. 667. Ov. Heroid. xvi. 149. Add. Martial. iv. 8. 5. *Mr*.

Inque Academia umbrifera] Hermannus, ad Aristoph. Nub. v. 1003. p. 171 sq. de prosodia quartae verbi *Academia* syllabae, apud Graecos plerumque longae, disputans, h. l. quartam brevem esse dicit, non elisa ultima. Conf. de Graeca prosodia interprr. ad Athenaeum II. 59. d. in animadvv. p. 397. Schweigh. Ceterum epitheton *umbrifera* neminem non admonebit Horatii Epist. II. 2. 45. *Atque inter silvas Academi quaerere verum*. quae comparanda cum Aristophaneis l. l. *Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξει*: ubi consule scholia et adhibe Menagium ad Diog. Laërt. III. 7. ubi et alia et haec ex Eupolide laudantur: *ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ*. *Cr*. — Conf. de hiatu apud Latinos legitimo Hermann. Elem. Doctr. metr. p. 691. Ego quidem nunc in Hermanni de nostro loco sententia acquiesco: sed dudum ad hiatum tollendum conieceram transponendis verbis legendum esse, quo et iustae restituerentur caesurae:

umbrifera inque Academīā nitidoque Lyceo.

Ea vocis *academia* quantitate usus est Laurea Tullius, nostri libertus apud Plin. H. N. xxxi. 2. *Atque Academiae celebratam nomine villam*. Penultimam corripuit Claudian. xvi. 94. *In Latium spretis Academĭa migrat Athenis*. — Versu sequ. male Sch. cum multis scripsit *foecundis* pro *fecundis*. Vid. Grotefend. Orthogr. Lat. §. 132. Ald. Manut. Orthogr. p. 42. Cellar. Orthogr. p. 234. Nolten. Lex. Antibarb. h. v. et Vossii Etymol. L. L. s. v. *fetus*. In Cod. L. d. ridicule scribitur *imbrifera*. Co. Vi. b. *facundi*. *Mr*.

Ereptum, primo] Nimirum, ut monet Hott., e Graecia Romam rediit noster anno aetatis xxx. — Ad v. *virtutum mole* Ern. haec: „propter virtutum tuarum multitudinem et magnitudinem.“ Multo melius Hott.: i. e. inquit, ni fallor te vocavit ad res gerendas, atque amplissimam tibi dedit materiam, in qua vires tuae exerceri virtusque tua spectari posset. Pro *iuventae* Cod. Cr. *inventae*. Mox Cod. U. omittit *tamen*. Cod. P. habet *antiferas* pro *anxiferas*. Eodem vocabulo usus est noster etiam in versu senario iamb. Tusc. II. 9. 21. *Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices*. Alii scriptores eo non usi sunt. Pro *ereptum* in Cod. R. scribitur *exemptum*; v. sq. *molle* pro *mole*. Cod. S. *tu tum hausiferas*. *Mr*.

Quod patriae vocis studiis] Ita longe melius Pith. S. Vict. editioque Victorii, quam vulgata, in qua *voces*, quid quod pro altera stent etiam Pall. nisi quod in pr. ac tert. *votis*, in sec. *vota hiis*. *Grut*.

Ibid. *Quod patriae vocis studiis nobisque sacrasti*] Huiusce versiculi mentem non capio, quapropter mihi mendae suspectus est. Nonnulli MSS.

Tu igitur animum poteris inducere contra ea, quae a me disputantur de divinatione, dicere, qui et gesseris ea, quae gessisti, et ea, quae pronuntiavi, accuratissime
11. scripseris? Quid? Quaeris, Carneades, cur haec ita fiant,

voces; alii *votis;* Pal. sec. *vota his.* Forsan reponendum,

Quod patria vacat, his *studiis nobisque sacrasti.*

Vide lib. II. de Divin. cap. 2. *Davies.*

Quod patriae vocis studiis nobisque sacrasti] Ern. „i. e. linguae et eloquentiae Latinae perficiendae studiis. *Quod* referam ad *otium,* quod per *σύνεσιν* latet in verbo requiete. Aliam rationem horum verborum explicandorum nec reperi nec excogitare potui.“ Huic sententiae accedit quoque Hotting. Sch. vero coniicit *quam* (pro *quod*) sc. *requietem;* quod amplecterer, nisi omnes libri servarent *quod.* Nunc cum Ern. facio. Meyerus vertens: *Weil du der vaterländischen Red' und den Neunen geopfert:* existimare videtur, verbum *sacrare* sine accusativo obiecti poni posse pro *sacrificare. Mr.* — Mihi durius videtur referre *quod* ad *otium* in *requiete* latens: rem igitur ita expedio: Tu relaxas requiete curas, eo nimirum, quod eas (curas) nobis (Musis, literis v. c. philosophiae) et sermoni patrio rhetoricisque studiis sacrasti i. e. sacrare soles, ut c. 8. extr. *demersit, recepit* et alia. *K.* — Est *votis* in Cod. P., *voces* in Edd. Car. Steph. Lamb. Brut. Boul. Goth. Sylb. Ald. Grut. Oliv. In Ed. Asc. 1. et Cod. S. scribitur *sacrastis.* Vocem *nobis* refer ad Uraniam musam, quae loquitur. Cod. R. *votis vobisque.* L. c. Co. Vi. b. *vocatis.* L. d. *vaatis.* R. *pateris ind. an.* Cod. S. *Tum* pro *Tu. Mr.*

Contra ea, quae a me disputantur de divinatione, dicere] Vulgo *quae a me disputantur,* et *de divinatione dicere,* nec aliter omnes nostri. Coniectura tamen, quam loci sensus veram probat, illis Codicibus praeferenda videbatur. *Aldus* etiam *Manucius* et *D. Lambinus* particulam copulantem praetermittunt; at distinctionem prorsus alieno ponunt in loco. *Davies.*

disputantur de divinatione] Delevi *et* cum Davisio, quod in vulgatis additur ante *de* [male in Ed. Ern. scribitur: ante *et de*] nam manifeste cohaeret *dicere* cum *animum inducere contra ea, de divinatione* autem cum *disputantur.* Abest *et* etiam ab ed. Aldi. *Ern.* Abest item copula a Codd. Oxonn. E. O. et U. neque agnoscitur a nostris L. a. M. et U. Edd. Car. Steph. Brut. Boul. Sylb. Ald. Sturm. Lamb. Goth. Oliv. Bip. Dav. Ern. Hott. Sch. Mox Cod. R. omittit *quae* et exhibet *dixeris* pro *scripseris. Mr.*

Quid? Quaeris, Carneades, cur haec ita fiant,] Delevit Hott. interrogandi signum post *quid* et distinctionem minorem post *quaeris:* motus Tusc. qu. II. 12. ubi est: *Quid me decipis Zeno?* Neque vero vidit, huius loci aliam, quam nostri, esse rationem. Eo enim loco *Quid* non posset seorsim poni: nostro commodissime suam ad Carneadem *ἀποστροφήν* incipit Quintus praemisso *quid?* quasi dicat: *Quid est, quod quemquam audio obiicientem? Tune, Carneades, quaeris* etc. Neque ei obtemperavit Sch. Pari modo dixit Tusc. V. 12. *Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas?* Conf. Cic. de Finn. I. 2. 6. Acadd. II. 22. 69. *Quid? eum Mnesarchi poenitebat?* ubi vid. Goerenz. p. 130. coll. p. 157. Illud vero Hottingero concedo, frustra coniecisse Iortinum Miscell. Observv. III. 1. p. 6. *Quid? quaeris, ut Carneades,* et Dorvillium ib. *Quaeris quis Carneades* vel *quaeris quasi quis Carneades:* quia his mutationibus infringitur orationis vis. Scribitur autem *Carneade* pro *Carneades* (ut Tuscc. V. 21. *Damocle* casu vocativo) in Edd. Car. Steph. Boul. Lamb. Brut. Sylb. Qua de re vid. K. L. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 44. 42. Beier. ad Cic. de Off. I. 40. 144. p. 289. Quod

aut qua arte perspici possint? Nescire me fateor: evenire autem, te ipsum dico videre. Casu, inquis. Itane vero? Quicquam potest casu esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? Quatuor tali iacti, casu Venerium efficiunt. Num etiam centum Venerios, si cccc talos ieceris, casu futuros putas? Aspersa temere

autem Sch. ait, Hottingerum cum Lambino scripsisse *Quid quaeris*, id ita verum est, ut dicendum fuerit, Edd. veteres omnes, ante Grut. Verb. Ern. Bip., immo etiam Olivetum interrogandi signum omisisse post *quid*. Cod. S. habet *Quod quaeris*. *Mr.*

aut qua arte perspici possint?] *Perfici* habet Ed. Ven. 1494. recte. vulgatum *perspici* alienum est. nam sequentia sunt omnia de facto et eventu, non de perspicientia. *Ern.* — „Ego autem, respondet Hott., non intelligo, quomodo vel *signa illa* rerum futurarum, vel *eventus* perfici, multo minus, quomodo *arte perfici* dici possint. Deinde de *perspicientia* quamvis non statim in hoc capite, tamen in proximo sermo est. Frustra etiam *perfici* reductum esse ab Ernesto iudicant Rath. et Sch. quorum ille Editionem Venetam totum locum mendose scriptum ait exhibere: *aut qua parte perfici possint*. In Codd. U. L. a. et Ed. Asc. 1. est *qua parte perfici possunt*. Reliqui omnes recte, ut nos edidimus. *Mr.*

Itane vero?] Conf. Schütz. Doctrina Particull. Lat. Ling. §. 822. *Cr.* — Pro *quicquam* scripsit Sch. cum Ern. Hott. et plerisque *quidquam*, minus bene. Vid. Grotefend. l. c. §. 146. Pergit Cod. U. *potest esse casu factum*: pro *habet* Cod. M. habet *habeat*. De locutione *omnes habere in se numeros* v. Ernestum in Clav. Cic. v. *numerus* et ex eo Sch. in Lex. Cic. T. III. 2. p. 55. sq. Cod. L. b. *casu esse*. R. *omnes in se habet*: idem *ictu* pro *iacti*. Ad v. *omnes — numeros veritatis* in Copp. Victt. a. haec annotata sunt: „[Aristot.] περὶ γενέσεως τῶν ζώων 225. β. [Ed. Florent. ann. 1527. in 4. p. 225. p. avers. infr.: „διὸ τὴν αὐτὴν ἔχουσι φύσιν καὶ τότε, ὅταν ἐκεῖνα ἔχῃ ἤδη τὸν ἀριθμὸν τὸν αὐτόν."] Cic. de N. D. II. 13. fin." Ad seqq. ib.: Aristot. περὶ οὐρανοῦ 227. [fol. 114. p. ant. ed. Ald.] οἷον πολλοὺς [in m. μυρίους] ἀστραγάλους χώους [in m. ἢ χιλίους] βαλεῖν ἀμήχανον, ἀλλ' ἕνα ἢ δύο, ῥᾷον· καὶ πάλιν ὅταν τοδὶ μὲν δέῃ τοῦδε ἕνεκα ποιῆσαι, τοῦτο δὲ ἄλλου, καὶ τοῦτο ἑτέρου, ἐν [V. in m. ἓν] μὲν ἑνὶ [V. corr. ἐνὶ] καὶ δυσὶ [in m. δύο] ῥᾷον ἐπιτυχεῖν etc. de Div. II. 21. *Mr.*

Casu Venerium efficiunt] De iactu Venerio vide *Ioan. Meursium* de ludis Graec. pagg. 7, 36. aut *Dan. Souterii* Palameden lib. I. capp. 26. 27. *Dav.*

casu Venerium efficiunt] De iactu Venerio vid. Casaubon. ad Sueton. Aug. 71. p. 401. sqq. ed. Wolf. ubi est. ita vocabant iactum, qui talos omnes diversa figura ostendebat. Pro *casu* est *casum* in Co. Vi. b. Codd. Cr. P. U. L. c. In Ed. Asc. 1. est *eiecti casu*. Ed. Crat. in marg. item habet *casum*. L. c. *efficiant*. R. *non* pro *num*. Cod. S. in praecedd. habet *necessitatis* pro *veritatis*: et *Nam* pro *Num*. *Mr.*

Si cccc. talos eieceris] Sic Pall. item Pith. nec non S. Victoris, denique editio Aldi senioris, exinde vulgati *ieceris*. *Gruter.*

Si cccc talos ieceris] Vulgo *eieceris*. Nos vero Reg. Cantab. et veteres editos sequimur; cum *talos iacere*, non *eiicere*, dicant Latini. *Davies.*

talos ieceris,] *Ieceris* habet MS. Guelf. et Edd. vett. et pr. Vulgo male *eieceris*. et illud est proprium de ea re verbum, non *eiicere*. *Eieceris* est ab Aldo. *Ern.* — Probam lectionem *ieceris* tuentur Codd. Oxonn. E. O. U. nostri L. a. b. M. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Rob. Steph. Brut. Boul. Ald. Sylb.

pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt. Num etiam Veneris Coae pulchritudinem effingi posse aspersione fortuita putas? Sus rostro si humi A literam

Lamb. Goth. Bip. Oliv. Hott. Sch. Pergit Cod. Cr. *casus futuros*. *Aspersa* pro *adspersa* scripsi ex Codd. nostris et Edd. vett. omnibus, ut mox *aspersione*. V. Grotefend. l. c. §. 149. In Cod. R. est *casum futuros:* mox idem cum L. c. d. Co. Vi. b. *efficere* pro *effingere:* et *non* pro *num*. Cod. S. *si quadraginta talos eiieceris* — *aspera temere*. Est etiam *eieceris* in Copp. Victt. b. et *casus* pro *casu*. *Mr.*

Num etiam Veneris Gnidiae *Coaeque*] Sic quidem Aldus senior et recentes quique. verum Victorius, *Veneris Coae*, omisso illo *Gnidiae*, quod nec reperitur in Pall. aut Pith. aut S. Victoriano; quorum hic habet, *aeque*, quod et in Pal. pr. ille *coque*, quod placuit Gulielmio, pro *Aurorae*, Pal. sec. exhibet, *Veneris coeque*, tert. *Veneris coeque pulcritudinem coeque effingi*, iidem mss. nostri etiam scriptum habent, non *effingere*, et *effingi;* sed *efficere* et *effici*, quomodo et publicati a Victorio. *Gruter.*

Veneris, Coaeque] Omiserunt Victorius et alii coniunctivam *que* contra libros antiquos. Dicit Cicero *num etiam Veneris*, scilicet qualiscunque, at semper formosae, *Coaeque*, hoc est, et praesertim Apelleae, in insula Co, *pulcritudinem efficies?* — *Cnidiae* eiiciendum fuit, cuius fuit statua marmorea. *Gronov.* — Io. Cannegieter. de Notis p. 340. Lego: *Veneris Coae aeque*. *Cr.* Cod. S. *Veneris neque*. *Mr.*

Veneris Coae] Vulgo *Veneris Gnidiae Coaeque*. Mediam vero vocem praetermittunt MSSti. Et recte quidem; hic enim de pictura agitur, cum Cnidia Venus statua fuerit a Praxitele facta. Vide *Plinium* H. N. lib. XXXVI. §. IV, 5. Quin et importunam istam *copulationem* reiecimus, Reg. et Victor. fidem secuti; nam σοφὸν φάρμακον, quod attulit *Iac. Gronovius*, haud equidem moror; is enim scriptori politissimo nimis quam duras loquendi formulas affingere nullus dubitat. Acumen porro *Iani Gulielmii* prorsus est mirandum; qui, cum Pal. primus dederit *Veneris coque*, codicis illius lectionem veram esse pronuntiavit. Quasi *Eo*, τῆς Ἠοῦς, *Aurorae*, competeret potestas. Sic se ridendos propinant, qui patrocinandis suorum librorum lectionibus intemperanter sunt addicti! *Davies.*

Veneris Coae] Sic et res poscit et MSS. et Edd. pr. nisi quod aliquot addunt *que*, per inscitiam librariorum, qui *Coam* nomen alterius feminae putarent. Aldus dedit *V. Cnidiae Coaeque*, nescio unde, quod recentiores secuti sunt. Victorius tamen vetus retinuit. Cnidia locum non habet, quia ea lapidea fuit. *Ern.* — Cod. Cr. *Veneris Coae quae*. L. a. *V. quoque*. U. L. b. *Veneris Coaeque*. M. *Veneris eiusque*. P. *Veneris aeque*. In L. c. d. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Bip. Oliv. Ern. Hott. Dav. Sch. est *Veneris Coae*. Sed Brut. Sturm. Lambb. Goth. Ald. Sylb. Grut. et Verb. habent *Gnidiae* v. *Cnidiae Coaeque*. Ad rem v. quos de *Venere Coa* laudat Beier. ad Cic. de Off. III. 2. 10. p. 199. *Mr.* — Cum Cod. meus exhibeat *Coae quae*, conieci ad Plotin. de Pulchr. p. XXII. n. 10.: *Num etiam Veneris Coae quam pulchritudinem effingi adspersione fortuita putas?* Videlicet Graecos sectabatur Cicero, cum ea scriberet; qui quidem uno in membro duplicem interrogationem includere solent. Plato Sympos. c. 21. τῶν τίνα τρόπον διωκόντων αὐτὸ καὶ ἐν τίνι πράξει ἡ σπουδὴ καὶ ἡ ξύντασις ἔρως ἂν καλοῖτο; Phaedon. p. 78. Wyttenb. ᾧ ἂν τί σώματι ἐγγένηται, θερμὸν ἔσται; Quanam re in corpus incidente, id corpus calidum erit? ubi vid. Wyttenb. p. 227. cf. etiam Cic. Acadd. II. 22. *Cr.* [ad Cic. de N. D. I. 27. p. 119.] In Cod. P. omissa est vox *fortuita*. Codd. L. c. d. *effici* pro *effingi*. *Mr.*

impresserit, num propterea suspicari poteris, Andromacham Ennii ab ea posse describi? Fingebat Carneades, in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput exstitisse Panisci. Credo, aliquam non dissimilem figuram, sed certe non talem, ut eam factam a Scopa diceres. Sic enim profecto se res habet, ut numquam perfecte veritatem casus imitetur.

si humi A literam impresserit,] „Nemo dubitat, ait Rathius, quin sus, si hoc faciat, *humi* id facturа sit; sed non quaeritur de loco, *ubi* sit, sed de loco, *cui* literam imprimat. unde scribendum videtur *humo.*" — Corrigat igitur etiam Columellam de R. R. VIII. 14. p. 350. Bip. ubi est: *Ineunt autem non, ut priores aves, de quibus diximus, insistentes humi:* nam non quaeritur de loco, *ubi* sint aves, sed *cui* insistant. Nihil addo: sed illud moneo, Sch. nobis narrare, peius etiam factum esse a Rathio, quippe qui coniecerit *homo.* — Pro *lapicidinis* scribitur *lapidicinis* in Codd. R. Cr. U. P. Ed. Asc. 1. sed haec in marg. habet: al. *lapidinis:* voluit sine dubio *lapicidinis.* In Cod. Cr. sequitur *faxo* pro *saxo.* Tum est in Cod. M. *diffixo* pro *diffisso.* Ad rem conf. Th. Canteri Varr. Lectt. I. 15. p. 87. *Mr.*

Panisci.] Longi Pastoral. II. p. 56. ed. Schaefer. τὸ τοῦ Πανὸς ἄγαλμα — τραγοσκελὲς, κερασφόρον, τῇ μὲν σύριγγα, τῇ δὲ τράγον πηδῶντα κατέχον. Caput Paniscorum referebat hominis hircique mixtam indolem, adiuncta quadam hilaritate. Cf. Winckelmanni Opera IV. p. 294. ed. noviss. Dresd. et VII. p. 135. sq. *Lanzi de' vasi dipinti antichi* p. 110. sqq. Hunc etiam adhibendum esse dixi ad de Nat. Deorr. III. 17. p. 558. *Cr.* — Pro *talem* Cod. Cr. habet *tale. Mr.*

a Scopa] Conf. Lucian. Lexiphan. Tom. II. p. 335. ed. Reitz. cf. Boettigeri *Andeutt.* p. 157. sq. 161. Ad Scopae praestantiam indicandam hunc Tullii locum vel maxime facere recte monet Iunius in Catalogo Artificum p. 196. Scopaene an alius artificis fuerit Pan, qui Romae eruditorum oculos advertebat, teste Plinio H. N. XXXVI. 5. non constat. In Bacchicis autem comitibus egregie Scopam elaborasse nemo nescit, qui Callistrati Statuas p. 892. Olear. [p. 146. Ed. Iakobs. et Welcker.] legerit. Cf. Heynii Opuscull. Academm. V. p. 200. sqq. Animadvv. ad Winckelmanni opera VI. 2. p. 85. sq. adde infr. ad cap. 20. ubi de Satyrisco. Horat. Carmm. IV. 8. 4. sqq.

— — *neque tu pessima munerum*
Ferres, divite me scilicet artium,
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.

ubi quae laudavit Mitscherlich. h. l. non repetam: illud addam, singularem praestantiam huius artificis intelligi multis locis veterum scriptorum, qui toties Σκόπα ἔργον frequentant. Rarius illud Σκοπάδειον ἔργον Luciani in Lexiphan. §. 12. p. 335. Amstel. p. 191. Bip. Quod ipsum cum in Strabonem XIV. 20. p. 582. Tzsch. haud invenuste inferre vellet Uhden. V. C. in Wolfii et Buttmanni *Mus. d. Alterth. Wiss.* II. p. 367. sqq. pro σκολιὰ ἔργα coniectans Σκοπάδεια ἔργα: Iakobsius tamen in Boettigeri *Amalthea* II. p. 236 — 246. palmariae Tyrwhitti emendationi Σκόπα ἔργα palmam merito restituit. Solam autem Scopae praestantiam cogitasse h. l. putandus est Tullius, quamquam hic artifex in Bacchicis etiam figuris elaboravit, uti discimus a Callistrato in statuis II. p. 891. Olear. p. 146. sqq. ed. Iakobs. et Welcker. *Cr.*

profecto se] Ita scripsi cum Dav. et Sch. et ita exhibent nostri Codd. L. d. et Cr. In reliquis libris est *se profecto.* R. *prof. res se. Mr.*

ut numquam perfecte veritatem casus imitetur.] „*Veritas*, ait Hott.,

14. At nonnumquam ea, quae praedicta sunt, minus eve-
21. b. niunt. Quae tandem id ars non habet? earum dico artium, quae coniectura continentur et sunt opinabiles. An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt. Quid? Gubernatores nonne falluntur? An Achivorum exercitus et tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio,

Ut profectione laeti piscium lasciviam
Intuerentur, ut ait Pacuvius, *nec tuendi satias capere*
possiet?

h. l. est ordo ac ratio, s. causarum, quibus quid efficitur, certa series atque connexio." Contra quem recte Roosius l. c. p. 8. ita: Nescio an *veritas* h. l. sit vera rerum species s. figura; quod proxime praecedentia, *aliquam non dissimilem figuram*, satis videntur declarare. Cod. S. habet *nunquam perfectam*. Incipit cap. seq. in Cod. eod. *Attamen nunquam*. *Mr.*

opinabiles.] Eodem sensu, quo nostro loco, ut sit i. q. *non ad certitudinem usque exploratus*, hac voce utitur noster etiam Acadd. I. 8. 31. *Sensus — omnes hebetes et tardos esse arbitrabantur* (Academici) — — *itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant.* Explicatur ea vox in marg. Edd. Lambb. graeca voce *δοξαστοί*. Recte: nam Platonis illa in Timaeo p. 28. Steph. p. 22. Bekk. *τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν·* ita Cicero reddidit in libro de Universo c. 2. *alterum, quod affert opinionem per sensus, rationis expers; quod totum opinabile est, id gignitur, et interit, nec unquam esse vere potest.* Victor. in marg. Ed. suae v. *opinabiles* explicat *στοχαστικαί εἰσι*. *Mr.*

An medicina — An Achivorum] Reisig. ad Sophocl. Oedip. Colon. v. 818. p. 309. *an* h. l. urgere ait, ut saepius. Ceterum ad argumentum sequentium verborum confer Appuleii de Deo Socratis p. 692. sq. p. 158. ed. Bossch. haec: *Multa sunt enim, multa, de quibus etiam sapientes viri ad ariolos et oracula cursitent. An non apud Homerum — clarius cernis haec duo distributa, seorsus divinationis, seorsus sapientiae officia? Cr.* — Male Dav. post *medicina* habet distinctionem minorem, post *fallunt* interrogandi signum. Codd. S. L. b. habent *at medicina*. Pergit R. *ars putanda non est?* non male. Idem *tam* pro *tamen* et *numne* pro *nonne*, *Archivorum* pro *Argivorum*, *perfectione* pro *profectione*. Cod. S. *ab illo — laxiviam — i am prope iam — nimborum*. *Mr.*

Pacuvius,] Cod. P. pro hoc nomine habet *pquoius*. R. *Paucunius*. L. d. *aut* pro *ait*. Plane ita, ut h. l. verba *ut ait Pacuvius* versui interposuit, scripsit noster de Finn. II. 8. 23.

· — — — — *quibu' vinum*
Defusum e pleno siet, hir siphone,
ut ait Lucilius, *cui nil*
Demsit, vis aut sacculus abstulerit — — — *Mr.*

Nec tuendi satietas capere posset] Iussi haec ita scribi, ut versus iidem, una cum sequentibus pedibus eorum consuletur, si fingamus, *satias capere possiet.* mirum, neminem hactenus deprehendisse tam apertos numeros. *Gruter.*

Satietas capere posset] Haec scriptura metrum prorsus vitiat. *Gruterus* legendum coniecit *satias capere possiet. Satias* sane pro *satietate* passim veteribus usurpatur. Vide modo *Nonium* cap. 2. Malim vero, transpositis vocibus, rescribere *capere posset satietas:* quae vox ut *satyetas* pronun-

Interea, prope iam occidente sole, inhorrescit mare,
Tenebrae conduplicantur, noctisque et nimbûm occaecat nigror.

tiabatur. Vide Cl. *Bentleium* de Metris Terentianis pag. 14. *Davies.*

Intuerentur,—nec tuendi satias capere possiet?] Habes, recepta Gruteri emendatione simplicissima, octonarium trochaicum catalecticum integrum, quem receperat in Ed. pr. Davisius, in altera obliteravit, novam emendationem proponens, a librorum scriptione magis recedentem, ceterum non improbandam cum temporum consecutio ita magis sibi constet. Ita Terentius usus est verbo *satietas*, quasi scriptum sit *satjetas* Eunuch. III. 1. 13.

Consília. mirum. tûm sicubi cum sdtietas —

Vocem *satias* posuit Terentius, ut nostro loco Pacuvius, Hecyra IV. 2. 18.

Dum aetdtis tempus tùlit, perfuncta sdtis sum: satias iam tenet —

Lectioni *possiet* favet scriptio *possit*, quam habent Codd. Oxonn. E. et O. nostri R. M. L. c. d. Schützius scripsit *capere posset satias*, metro adversante. Peius autem in metrum peccat Meiori coniectura: *satietas capi posset*, cui nimirum sustentandae laudat Plaut. Amphitr. I. 2. 10. *satietatem dum capiet pater.* Editi reliqui omnes, excepta Bip. Ed. (ubi item Gruteri emendatio recepta est) vulgatam scriptionem servarunt *satietas capere posset*, quae stare non potest. Vocem *mare* omittit Cod. L. b. Quod hic est *inhorrescit* de rep. I. 40. dixit: *subito mare coepit horrescere. Mr.*

Inhorrescit mare] Hos et qui sequebantur apud *Pacuvium* versus adducit noster lib III. de Or. c. 39. *Dav.*

nimbum occaecat nigror.] De Orat. III. 39. 157. ubi duo posteriores versus item laudantur, hi adduntur tres:

Flamma inter nubes coruscat, caelum tonitru contremit,
Grando mista imbri largifluo subita praecipitans cadit:
Undique omnes venti erumpunt, saevi existunt turbines:
Fervit aestu pelagus. — —

Nostro loco male Sch. post *mare* plene distinxit, neque vero in libris de Oratore. Pro *nimbûm* in Cod. U. est glossa *nimborum.* Meierus ait, sibi videri *et* pro *etiam* positum, et *nimbum* esse accusativum verbi *occaecat:* vertitque: *und Schwärze löscht den Schimmer selbst der Nacht.* In quo illud facile ei largimur, alibi verbum *occaecandi* accusativo iungi: sed multo difficilius hoc, versus verba nostri ita esse construenda: *et noctis etiam nimbum nigror occaecat.* Ego ad *occaecat* subaudio *oculorum aciem. Mr.* —Naeckius in Indice Praelectt. hibernn. Acad. Bonnens. 1822. p. VII: „Sic magnificam proficiscentium ab Ilio Achivorum et exorientis tempestatis descriptionem, ex dispersis apud Ciceronem de Divinat. I. 14. et de Orat. III. 39. versibus componendam, haud inepte in Duloresten inferas cum Broukhusio ad Propert. IV. 1. 115, quamquam ex eo versu, quem e Pacuvii Duloreste Priscianus V. p. 668. [p. 208. ed. Krehlii: locus in Cod. pervetusto Goerresii, quem librum non debebat Heidelbergensem dicere Krehlius: *Pacubius in doloreste:*

Neptunus cum periclitantis redirent Troia
Pater achivos in caphercis saxis multos
pleros perdidit: librum MS. ipse denuo contuli. *Cr.*] affert, quo quidem versu breviter commemoratur Achivorum exercitus naufragium, non sequitur necessario, ut in eodem Duloreste ipsam illam naufragii huius et tempestatis descriptionem fuisse censeamus. Ceterum huic descriptioni sine dubitatione praemittendi sunt versus ii, quos Cicero habet de Divinat. I. 16. Illi autem versus, in quibus est de Orestis naufragio: *Fortunam insanam esse et caecam* etc.

Num igitur tot clarissimorum ducum regumque naufragium sustulit artem gubernandi? aut num imperatorum scientia nihil est, quia summus imperator nuper fugit, amisso exercitu? aut num propterea nulla est rei publicae gerendae ratio atque prudentia, quia multa Gn. Pompeium, quaedam M. Catonem, nonnulla etiam te ipsum

Choro inscripti fuerunt, simile et re, et oratione et metro ἐκεισόδιον illi, quod ex Ennii Iphigenia in Aulide est apud Gellium XIX. 10. de quo aliquid Scaliger in Varr. Coniect. p. 229." *Cr.* — Pergit Cod. R. *non* pro *num:* idem mox bis *at non* habet pro *aut num*. L. d. *rerumque* pro *regumque*. R. omittit praenomina *Gn.* et *M.* et habet *similisque* pro *similis*. Cod. S. *fefellunt* pro *fefellerunt*. Ad v. *Interea prope* in Copp. Victt. a. laudatur: Non. 1885. [Nonius Marcellus de Propriet. Serm. ad calcem Perotti Cornucop. ed. Ald. ann. 1513. p. 1385. l. 41. *Interea prope ad occidentem solem horrescit mare.*] Ed. Paris. 1583. p. 205. a. Conf. nos ad Cic. de Rep. IV. 6. p. 425. *Mr.*

imperatorum scientia nihil *est*] Forte *nulla est. Lambinus.*

imperatorum scientia nihil *est*] Sic *Lactantius* Div. Inst. lib. VI. cap. IX, 20. *Si virtus,* inquit, *dissoluto corpore,* nihil *futura est.* Ut frustra sit *Lambinus*, cui, *scientia nulla est,* placuit. *Prudentius* περὶ Στεφ. II, 356.

Tunc, si libebit, disputa
Nil esse Vulcanum meum.

Et III, 76.

Isis, Apollo, Venus NIHIL *est;*
Maximianus et ipse NIHIL.
Illa NIHIL, *quia facta manu,*
Hic, manuum quia facta colit:
Frivola utraque et utraque NIHIL.

Vide sis et lib. II. advs. Symmachum vs. 485. *Davies.*

imperatorum scientia nihil est,] Locis a Davisio allatis addit Roosius l. l. Terent. Eun. II. 3. 60. *at nihil ad nostram hanc.* Hott. vero Cic. de Or. II. 6. *Laelium — volo — virum — non illiteratum, sed nihil ad Persium.* Sed recte monet Rathius in his omnibus locis de *personis* sermonem esse, non de *rebus*, ut nostro loco: de hoc vero Lambinum dubitasse videri, utrum de *rebus* recte ita dicatur: quae dubitatio si iusta sit, se conIicere: *num in imperatorum scientia nihil est,* ut scribitur infra I. 47. *malunt enim disserere, nihil esse in auspiciis, quam, quid sit, ediscere.* Similiter Cic. Divin. in Caecil. 14. 47. sunt qui legant: *in hac prolusione nihil fuerit* i. e. haec prolusio nulla sit v. nihil valeat. Plerique tamen legunt *nihil fueris;* quod si verum est, ut est, hic locus in sequentibus referendus. Et est, quod nos advertat haec Rathii animadversio. Poterat nimirum Dav. etiam laudare similis constructionis loca (quae enim attulerunt Roos. et Hott. plane huc nihil faciunt:) ex ipso Cicerone, veluti ad Famm. VII. 27. ubi vid. Cortius p. 367. cf. eund. ad VI. 19. 5. et V. 12. 21. item VII. 33. Divinat. in Caecil. XIV. 47. XV. 47. sed his omnibus locis de *personis* loquitur, veluti postremo: *Esto: ipse nihil est.* Nostro vero loco (*scientia nihil est,* pro *nulla*) simile videtur illud Caesaris apud Suetonium Caes. 77. *nihil esse rempublicam,* quamquam et hic locus non plane cum nostro convenit. Ad v. *imperatorum scientia* Vict. in m. Ed. suae adscripsit στρατηγική. *Mr.*

aut num imp. — exercitu?] Haec omnia desunt in Cod. Oxon. O. In nostro Cr. scribitur praenomen Pompeii *Gn.* pro *Cn.*, idque nos ex K. L. Schneideri sententia restituimus. Laudat enim ille in Gramm. Lat. (Elementarl. I.) I. p. 288. Marium Victor. p. 2454. ubi est: *Gneius Pompeius Magnus et scribebant et dicebant.*

fefellerunt? Similis est haruspicum responsio, omnisque opinabilis divinatio: coniectura enim nititur, ultra quam progredi non potest. Ea fallit fortasse nonnumquam; 25.
sed tamen ad veritatem saepissime dirigit. Est enim ab omni aeternitate repetita; in qua cum paene innumerabiliter res eodem modo evenirent iisdem signis antegressis, ars est effecta, eadem saepe animadvertendo ac notando.

Similis est haruspicum responsio, omnisque opinabilis *divinatio*] Vox penultima sensui videtur officere; cum enim medicorum, gubernatorum et imperatorum scientiam opinabilem esse comprobasset, addit similem esse haruspicinam, omnemque divinationem: adeo ut vix dubitem, quin vox *opinabilis* a mala manu provenerit et pro Glossemate sit habenda. *Dav.*

omnisque opinabilis divinatio:] Ernesto probatur Davisii sententia: reliquis post hunc editoribus non item. Merito. Artificiosum enim divinandi genus intelligit, oppositum naturali, idque, ut reliquas artes opinabiles, nonnunquam fallere dicit, neque tamen ideo non esse artes. Vide modo cap. 6. et cap. 14. init. ubi dixit: *At nonnunquam ea, quae praedicta sunt, minus eveniunt. Quae tandem id ars non habet? earum dico artium, quae coniectura continentur et sunt opinabiles:* et infra c. 55. prc. *equidem sic arbitror, etiamsi multa fallant eos, qui aut arte aut coniectura divinare videantur, esse tamen divinationem.* Talia fere responderunt Davisio Hott. Rath. et pluribus Wopkens. Lectt. Tull. p. 242. In Cod. nostro M. est *omnis quia opinabilis divinatio:* quod videtur esse correctoris similiter, ac Davisius, sententis: certe si in suis libris hanc lectionem reperisset Davisius, ea, opinor, arrepta a delendo adiectivo abstinuisset. Cod. R. *metitur* pro *nititur.* L. d. omittit *fortasse.* R. *super quam aggredi. Mr.*

sed tamen ad veritatem saepissime dirigit.] Vel *gressum* subaudi, vel melius fortasse *iaculum*, ait Hott., laudans Virg. XII. 488. Pers. Sat. III. 60. addensque: ergo a correctoribus sunt, quae habent Oxonn. E. et ψ. *a veritate saepissime dirigitur* [Codd. L. b. *a veritatem saep. dirigitur.* R. *a veritate saep. dirigitur.* U. *veritate saepissime dirigitur.*] et Ed. Crat. *ad veritatem saepissime dirigitur* [ita etiam Asc. 1. 2. Herw. imo vel Sch., neque vero in horum librorum editione, quae comparuit a. 1816, sed in Lex. Cic. T. II. P. 2. p. 114. sq., quod edidit duobus annis post; ut passivum iam praeoptare videatur.] Ad quae Hottingeri Roosius l. c. p. 8. sq. *neutrum,* ait, *opus; simpliciter intellige* nos *vel* rem. — Wyttenbachius in schedis: nil opus Hottingeri crisi: *dirigit* est i. q. *ducit.* — Verissime uterque. Mox in Cod. Cr. scriptum est *aeternitate ab omni. Mr.*

Paene innumerabiles *res*] Páll. omnino volunt, restituamus *innumerabiliter res. Gruter.*

Paene innumerabiliter *res*] Vulgo *paene innumerabiles res,* at reponuntur MSSti. nec ulla est causa sat idonea, cur eorum fidem hoc in loco deferamus: quippe mirum non est, si, infinito tempore, prout arbitrati sunt, antegresso, res eodem modo *paene innumerabiliter* evenerint. *Davies.*

innumerabiliter] MSS. plures habent *innumerabiliter*, unde recepit Dav. Est sane facilior haec lectio atque melior: unde et nos cum Alemanno [qui eam in Cod. reg. reperit] recepimus. *Ern.* — Receperunt item Bip. Hott. et Sch. Et ita est in Co. [illegible] Codd. Oxonn. E. et O. nostris [illegible] L. a. c. d. P. Secutus sum eos [illegible]go quoque, quamquam nunc, nescio quomodo, ad vocem *res* adiectivum desidero. In fine cap: Cod. U.

15. Auspicia vero vestra quam constant! quae quidem
nunc a Romanis auguribus ignorantur: (bona hoc tua
venia dixerim;) a Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis, Lyciis
26. tenentur. Nam quid ego hospitem nostrum, clarissimum
atque optimum virum, Deiotarum regem commemorem?
qui nihil umquam nisi auspicato gerit. Qui cum ex
p.86.a. itinere quodam proposito et constituto revertisset, aqui-
lae admonitus volatu: conclave illud, ubi erat mansurus,
27. si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Itaque, ut ex
ipso audiebam, persaepe revertit ex itinere, cum iam
progressus esset multorum dierum viam. Cuius quidem
hoc praeclarissimum est, quod, posteaquam a Caesare

pro *ac* exhibet *atque*. Et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Sylb. Boul Brut. Lambb. (neque vero Lamb.) Goth. Cod. S. *evenerint:* mox *eademque saepe. Mr.*

Auspicia vero vestra quam constant!] Pro interrogandi signo cum Hott. exclamandi signum posui: non enim quaerit, neque responderi sibi vult a fratre Marco, quem augurem fuisse scimus. Pro *vestra* male est *nostra* in Codd. Oxonn. O. E. S. In L. d. omittitur *vero*. R. habet *hec* pro *hoc*, *ac* pro *a*, et omittit *Lyciis* pergens *tenerentur*. *Mr.*

a Cilicibus,] Taciti Hist. II. 3. cum interprr. Bulenger. de sortibus cap. 5. et cap. 7. et Mytholog. nostr. I. p. 342. [Epitom. nostr. p. 114. *Mr.*] Ceterum *τὴν οἰωνιστικὴν* a Phrygibus inventam prodit Gregor. Nazianz. Orat. I. in Iulianum p. 400. *Cr.* — Scribitur in Cod. Cr. *Pamphiliis*, *Phisidiis;* in Codd. P. et U. *Fisidiis;* in U. *Lycibus:* ut solent titubare monachi in scribendis nominibus propriis. S. hosp. *vestrum*. *Mr.*

Nam *quid ego hospitem*] Ita ad unum libri nostri; etiam editi a Marso et Victorio, reliqui maluerunt Aldinum illud *iam*. *Gruter.*

Nam quid ego] Habent *Iam* pro *Nam* Manut. Lamb. Goth. Crat. Herw. (sed utraque in varr. *nam*) Asc. 1. 2. Car. St. Brut. Sylb. Sturm. Boul. et Cod. noster U. — Pro *mansurus* in Codd. S. M. est *remansurus:* male. *Manere* enim proprie dicitur in stationibus et hospitiis, v. c. ad Att. IX. 15. extr, Inde *mansio*. Suet. in Tit. Vesp. 10. *deinde ad primam statim mansionem febrim nactus* etc. Plin. H. N. XII. 14. in primis vero Salmas. ad Solin. p. 351. sq. Ed. Traiect. Scribitur *et iam constituto* in Cod. P. Edd. Car. Steph. Lambb. Goth. Ald. Sylb. Sturm. Boul. Brut. *Mr.*

Qui cum ex itinere] Paullo neglligentius, utpote in dialogo, haec prioribus adiunxit. Pergere enim debebat: *Cuius rei utilitatem cum alias saepe expertus est, tum cum ex itinere* etc. vel: *Utilitatem vero rei non semel expertus est: nam cum ex* etc. *K.* — Cod. R. in marg. *aquile volatu monitus*. Mox *permansurus iure perrexisset*. *Mr.*

Aquilae admonitus volatu] Hoc memorat *Valerius Maximus* lib. I. cap. IV, 2. extern. et noster infra lib. II. cap. 8. *Davies.*

Itaque,] Cod. U. *ita*. Et melius certe est *ita* legere, quam cum Meiero ita intelligere, quasi *itaque* sit i. q. *igitur, ergo:* est i. q. *et ita*. In seqq. Codd. S. M. habent *quo eius*, pro *cuius:* orto errore ex antiqua scriptione *quoius*, quam in codice antiquiore repertam scriba non intelligebat. Cod. R. *reversus* pro *revertit*, et a sec. m. additum *est*. Idem mox *eius* pro *cuius*. *Mr.*

tetrarchia et regno pecuniaque multatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quae sibi ad Pompeium proficiscenti secunda evenerint, poenitere: senatus enim auctoritatem, et populi Romani libertatem, atque imperii dignitatem suis armis esse defensam: sibique eas aves, quibus auctoribus officium et fidem secutus esset, bene consuluisse: antiquiorem enim sibi fuisse possessionibus suis gloriam. Ille mihi videtur igitur vere augurari. Nam nostri quidem magistratus auspiciis utuntur coactis. Necesse enim est, offa obiecta, cadere frustum ex pulli

Tetrarchiae *regno*] Rescribendum videtur, *Tetrarchia et regno:* Deïotarus enim Trocmanorum *tetrarchiam*, Armeniae vero minoris amisit *regnum*. Noster infra lib. II. cap. 37. *Caesar cum* Deïotaro *Trogmorum tetrarchiam eripuisset — — eidemque detraxisset Armeniam a Senatu datam.* Auctor de Bell. Alex. c. LXVII. *Deiotarus Tetrarches Gallograeciae — — Rex Armeniae minoris.* Vide et cap. XXXIV. ac *Rufum* in Brev. cap. XI. Frequentes sunt in veterum monumentis huiusmodi mendae. Sic apud *Lactantium* Div. Inst. lib. III. cap. XII, 18. *Immortalitas — non potest cuiquam sine* scientiae virtute (Leg. *scientia et virtute*) *id est, sine Dei cognitione et iustitia provenire.* Vide §. 28, 29. Idem Epit. cap. IV. de Trismegisto. *Qui et* doctrinae *vetustate philosophos antecessit.* Reponendum, *qui et* doctrina et *vetustate*, prout olim monuimus. Adde *Iustinum* M. Cohort. ad Graec. cap. XLII. et *Cyrillum* in Iulian. lib. I. pag. 30. *Dav.*

tetrarchia et regno pecuniaque] Ita scripsi cum Dav. Lallemando et Sch. Hic vero errat dicens, Ernestum eodem modo edidisse: is enim, et post eum Bip. et Hott., omisit *et*, mutato verbo *tetrarchiae*, ut fieri debere satis probavit Dav., in *tetrarchia*, ut est in Codd. L. a. d. Ego autem, cum eiusdem audaciae sit, literam *e* delere, quam inde *et* effingere, malui posterius facere, ut sensus sit: a Caesare *tetrarchia* exutus est *et regno*, eique poenae satis magnae *adiuncta est multa* (mulcta). Vocem *eorum* omittit Cod. L. d. *Mr.*

secunda evenerint,] Codd. P. et L. c. *secunde evenerint:* adverbium vero illud, quamquam non plane est nihili (ait enim Cato apud Gellium N. A. VIII. 3. p. 379. Gron. *quod haec res tam secunde processit:*) tamen a nostri loci sensu plane est alienum. Tum in Codd. R. et M. est *venerint*, quod, si item in eo esset *secunde*, absorptione (sit venia verbo admodum dubio) solenni factum esse diceres. Cod. L. b. *evenerunt poenitentem.* Copp. Victt. b. *secunde venerint. Mr.*

gloriam.] Gloriam recte intelligit Hott. de vera gloria, quae est laus viri probi et honesti. — In seqq. notanda rarior vocis *igitur* positio post verbum tertium. Ita noster infra II. 3. 8. *Dicendum est mihi igitur:* II. 64. 136. *non potueras hoc igitur.* de Finn. V. 30. 91. *ne seges quidem igitur:* quinto loco ponitur: Tuscc. I. 34. 82. *Ne in animo quidem igitur.* Conf. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 18. 61. p. 86. Pergit Cod. L. d. *ille nichil videtur. Mr.*

Nam nostri quidem magistratus] Ad rem et ad verba conf. infra II. 35. prc. *Ergo hoc auspicium divini quicquam habere potest, quod tam sit coactum et expressum.* Sed totum ad rem praesentem facit caput. *Mr.*

Necesse enim est] Codd. S. M. et R. *necesse est enim.* — *Offa*, ait Gesn. in Thes., est frustum carnulentum, esculentum certe: neque materiam significat, sed tantum formam globi,

28. ore, cum pascitur. Quod autem scriptum habetis, tripudium fieri, si ex ea quid in solum ceciderit; hoc quoque, quod dixi coactum, tripudium sollistimum dici-

glomeris, turundae, notat. — Est ex Aeolico *ὄππα* pro *ὄμπη*. Hesych. *ὄμπαι, θύματα πυρῷ καὶ μέλιτι δεδευμένα.* Indeque *ὄμπνια* eidem *παντοδαπὰ τρωγάλια*. Haec Vossius in Etym. L. L. h. v. Conf. Heyn. ad Virg. Aen. VI. 421. — Pro *frustum* habent Codd. M. et P. *fructum*. Ad v. *pascitur* pro *pascit se* v. *escam capit* Vorstius de Latinitate Selecta p. 303. haec: pulli cavea emissi a pullario et obiecta ab eodem offa, vel pascebantur, vel non pascebantur, i. e. vel escam capiebant, vel non capiebant. Ex quo apparet, *pasci* hic quoque dici pro *pascere se*, ut Virg. Ecl. I. 60. *ante leves ergo pascentur in aethere cervi:* et Cic. de N. D. II. 3. *cum cavea liberati pulli non pascerentur.* Est haec operatio quaedam ipsorum pullorum naturalis, si cibum capiant, atque ita se ipsi pascant. Atque ea ipsorum pullorum operatio verbo passivo *pasci* effertur. In Cod. R. est *officia abiecta* pro *offa obiecta:* in L. c. d. *cum ore* pro *ore cum*. Cod. R. *habetis scriptum hinc*, omissa voce *tripudium* in lacuna. *Mr.*

Aut *tripudium fieri*] Turnebus lib. V. Advers. cap. 20. coniicit, *avi tripud.* quod illico editioni suae inseruit Lambinus. *Gruter.*

Hinc *tripudium fieri*] Vulgo *aut tripudium*, unde *Turnebus* Advers. lib. V. cap. 20. et *Lambinus* rescribendum putarunt *avi tripudium*. At nos auctoritati MSStorum Paris. Reg. et Cantab. paruimus, cum voculam sensui convenientem suppeditarint. Abit nonnihil Balliol., qui *haec* repraesentat. *Dav.*

tripudium fieri,] Dav. correxit *hinc* pro *aut*. Ego malim deleri. *Ern.* Lallemannus secutus est Davisium, cum in Cod. quoque regio reperisset *hinc*. Nos cum Hott. et Sch. voculam plane supervacaneam eiicere maluimus: eiectam eam enim volebat Hott., quamquam servavit in contextu. *Tripudium* quid sit, vide infra II. 34. Cod. S. habet *hunc tripudium*. *Mr.*

Si quid ex ea in solidum *ceciderit*] Haud divertunt Pall. nostri. Marsus tamen et Manutius, et Lambinus amplexi sunt *in solum;* quos refellit gemma illa Iurisconsultorum Brissonius libro I. de formulis. *Gruter.*

In solum *ceciderit*] Sic edidere *Manucius* et *Lambinus*, cum quibus facit Eliens. noster. Vulgo *in solidum;* quam quidem lectionem defendit *Barn.* *Brissonius* Form. I. pagg. 124, 125. eo quod *sollum* pro solido dixerint Osci, quemadmodum testatur *Festus* in *solitaurilia:* quapropter non *solistimum*, sed *sollistimum*, tripudium dici vult eruditissimus ille ICtus. At omnino fallitur; nam *solistimi* veriverbium a *solo*, quod terram significat, est deducendum. Vide *nostrum* infra lib. II. cap. 13. Alioqui *solidum* pro terra dixit *Florus* lib. II. cap. II. 9. *Dav.*

si ex ea quid in solum ceciderit;] *Solum* ex libris nostris habent Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Lamb. Ern. Bip. Hott. Sch. firmaturque ea scriptio Codd. Oxonn. E. O. U. et nostris U. L. a. b. et recepit eam Lallemannus. *Mr.*

tripudium sollistimum dicitis.] Ad huius loci sententiam intelligendam nihil magnopere desiderabis, si conferas nostrum infra II. 34. sq. et Festum in *puls:* p. 395. Dacerii, et in *sollistimum* p. 516. ubi ita: „Sollistimum Ap. Pulcher in Auguralis disciplinae libro primo ait esse tripudium, quod avi excidit ex eo, quod illa fert, *saxumve solidum, aut arbos viviradix ruit,* quae nec prae vitio humanive caedanturve (quae nec prae vitio humanave vi caedanturve. Dacer.), iacianturve, pellanturve:" quae verba postquam laudavit Brissonius de Formull. I. 211. p. 114. ed. Conradi, ita pergit: „Unde apparet falli eos, qui ap. Ciceronem de Divin. I. 15. in *sollistimi tripudii* explicatione *solum* pro *solido* substituerunt: nec

tis. Itaque multa auguria, multa auspicia, quod Cato ille sapiens queritur, negligentia collegî amissa plane et deserta sunt.

Nihil fere quondam maioris rei, nisi auspicato, ne 16. privatim quidem, gerebatur: quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui, re omissa, nomen tantum

eorum opinioni suffragatur *sollistimi* vox, cuius sonus eos in fraudem illexit. *Sollum* namque Oscorum lingua *solidum* significare, idem Festus Pomp. auctor est." Tu vide Festum in *Solitaurilia* p. 514. Sed tamen Dacerius ad Festum p. 516. a *solum* ducere mavult et *solistimum* scribi eadem ratione usi etiam alii iubent. cf. Forcellin. Lex. in voc. Caeterum Appii Claudii, Ciceronis in auguratu collegae, (I. 6. II. 35.) libri Augurales memorantur Tullio nostro in literis ad ipsum scriptis (Famil. III. 4. III. 9. et 10. ubi consule Corradum et Manutium) quos tamen non diu servatos esse inde colligas, quod nec apud Galenum memorantur loco classico de morbis acutis I. p. 41. ed. Basil. ubi tamen Graecus homo οἰωνιστῶν ἐνδόξων βίβλους laudat, nec magis apud Ioannem Laurentium Lydum, qui alius Claudii Tusci Sideralia legit (vid. de Ostentis p. 202. 256. et Hasium ad eum p. 326.). Ad argumentum loci nostri qui plura velit, is adeat laudatos Pitisco in Lex. Antiqq. Romm. III. p. 647. et Fabricio in Bibliograph. Antiquar. p. 595. sq. Adde Zoëgam in *Bassirilievi antichi di Roma*, ad tab. XVI. p. 65. p. 155. sqq. ed. vernac. Welckeri, qui novissime ediderunt illustraruntque saepiuscule per varios libros exhibitum marmor sepulcrale *Atimeti pullarii*, in quo et cavea exsculpta conspicitur et pulli indidem emissi ac pascentes. Consule denique Inghirami Monumenti Etruschi in explicatione tabulae XXXVI. urnam Etruscam exhibentis p. 310. sq. *Cr.* — Ad rem conf. etiam Rosini Antt. Romm. p. 203—205. ibiq. ipsam pullorum caveam aeri incisam. De scriptione vocis *sollistimus* v. Grotefend. Orthogr. Lat. §. 141. Ald. Manut. Orthogr. p. 85. Cellar. Orthogr. L. p. 359. Nolten. Lex. antibarb. p. 168. — Ad v. *Cato ille sapiens* conf. Cic. de Sen. 2. de Amic. 2. — In fine capitis Cod. M. pro *plane* habet *plurima*. Cod. Cr. *diserta* pro *deserta*. Mox R. *maiores nostri nisi* — *privatum* — *gerebant*. S. *multa auspicia*, *multa auguria*: — idem *plura* pro *plane*. *Mr.*

nisi auspicato] Conf. Schwarz. ad Plin. Panegyr. LXIII. p. 302. *Cr.* — Cod. S. *auspiciis*. Pro sequ. *ne* est *nec* in Cod. P. In seqq. Codd. U. L. d. omittunt *nunc*, absorpta voce per compendium scripta a simili proximi vocabuli syllaba initiali. Ad rem conf. Schoepflin. de Auspiciis Romm. p. 165. *Mr.*

Nuptiarum auspices] Tullium ante oculos habuit Valerius Maximus II. 1. 1. ubi vid. interprr. Servius ad Aeneid. IV. 45: Dii, qui sunt auspices matrimonii, Aeneam huc venire fecerunt. Nuptiae enim captatis fiebant auguriis, ut Lucanus II. 371: *Iunguntur taciti contentique auspice Bruto* [Varro de pudicitia ait: auspices in nuptiis appellatos ab auspiciis, quae ab marito et nova nupta per hos auspices captabantur in nuptiis]. Lucani loco Weberus, vir doctus, recte adhibuit Bentleium ad Horatii Carm. I. 7. 27. qui, ibidem de voce *auspex* agens, his in locis proprie eam accipiendam esse monet. Cf. I. A. Ernestum in Cl. Cic. sub eadem voce. Quod vero *rem omissam* addit Cicero, intelligitur ex his Suetonii in Claudio cap. 26: *Quam* (Messallinam) *quum comperisset super cetera flagitia atque dedecora C. Silio etiam nupsisse, dote inter auspices consignata, supplicio affecit.* Ad quem Torrentius apposuit haec Iuvenalis Sat. X. 333. sqq.

tenent. Nam ut nunc extis, (quamquam id ipsum aliquanto minus, quam olim) sic tunc avibus magnae res

— — — *dudum sedet illa parato*
Flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis
Sternitur et ritu decies centena dabuntur
Antiquo; veniet cum signatoribus auspex:

ubi adhibe Scholia p. 419. Crameri et Rupertii Commentar. Valer. Maxim. l. l.: „*quo ex more nuptiis etiamnunc auspices interponuntur. Qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpant.*“ Caeterum quod in Masvicii exemplo Servii ad Aeneid. IV. 374. adiicitur: „*confarreationes autem tonitru dirimit;*“ illud ambigendi materiam exhibuit Grupenio de Uxore Romana IV. 12. p. 138 sq. qui ita: „Quae nescio an quadam similitudine nos possint iuvare, ut matrimonium, quod sine auspiciis rite ductis non fiebat (Serv. in Aen. IV. Cic. de Divin. I. 16. vid. Alex. ab Alexandro Geniall. Dierr. II. 5. ibiq. Mercer. et Tiraquell. Brissonius de rit. nupt.) confarreare Iove tonante et fulgurante nefas haberetur et sic tonitru dirimat confarreationes.“ Ominis nuptiarum causa capti exemplum ipse suppeditat Tullius I. 46, ubi de Caecilia Metelli; unde fortasse colligas, haec auspicia a sponso et sponsa non iunctim, sed seorsum, esse petita. Quod vero ex Valerii Maximi loco de auspiciis, quae nuptiis interponebantur, Dionysius Gothofredus XII. tabularum legem effinxit Tit. 17. Frag. I., hoc nomine recte nuper notatus est a doctissimo Dirksenio in libro: *Uebersicht der — XII. Tafel-Fragmente.* p. 232. sq. *Cr.* — Ad rem conf. etiam Tacit. Ann. XI. 27. Scribitur autem *auspiciis* pro *auspices* in Codd. L. d. R. Cr. M. P. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. In marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb. scribitur, alios pro *re omissa* habere *re amissa:* nimirum ut concordet scriptio cum fine cap. praeced. Sed quinam sint illi *alii*, nescio. Nostri libri omnes servant *omissa. Mr.*

Quod etiam nunc nuptiarum auspices] *Adrian. Turnebus* lib. V. Advers. c. 20. scribit hic ita esse legendum, ut habent omnes editiones, quae prodierunt ante annos quadraginta, et ut ego edidi, *quod etiam nunc nuptiarum* auspices *declarant* etc. Scilicet usus est ille libris mendosissimis, et regnante Saturno impressis, in quibus impressum est *nuptiarum auspiciis* etc. Hinc factum est, ut homo ille multis se locis mederi existimaret, quae non egerent medicina. *Lambin.*

Nuptiarum auspices] Lambinus stulte heic invehitur in Turnebum. nam *auspiciis* non solum visitur in Victoriana, sed in Pall. in Pithoeano, in S. Victoris Mss. *Gruter.*

Nuptiarum auspices] Hunc locum in animo habuit *Valerius Maximus* lib. II. c. 1. *Apud antiquos,* inquit, *non solum publice, sed etiam privatim, nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumto; quo ex more nuptiis etiamnum auspices interponuntur. Qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpant.* Vide *Servium* ad *Virgilii* Aen. I, 350. IV, 45. et *I. C. Bulengerum* de Aug. et Ausp. lib. III. c. 13. *Davies.*

ut nunc extis,] *Exta,* ait Frandsen. Arusp. p. 43., igitur pro pullis antiquatis in usum venerunt, vel pulli ob exta sensim despicatui ducti sunt. Atque sero sic extispicium apud Romanos demum floruisse videtur, etiamsi non admodum ignotum fuerit tum, quum avibus nondum derogata fides esset. Liv. V. 38. II. 43. *Mr.*

ut nunc extis — sic tunc avibus] Ita scripsi cum Davisio, cum, qui post eum ediderunt hos libros, *tum* dederint. Opponitur enim consuetudo prioris temporis consuetudini recentioris. Vid. de discrimine utriusque vocis Ramshorn. Gr. Lat. p. 510. Lindemann. in Prolus. de Adverbio Latino Spec. 1. Zittav. 1824. Goerenz. ad Cic. de

impetriri solebant. Itaque, sinistra dum non exquirimus, in dira et in vitiosa incurrimus. Ut P. Claudius Appii 29 Caeci filius, eiusque collega L. Iunius, classes maximas perdiderunt, cum vitio navigassent. Quod eodem modo evenit Agamemnoni: qui, cum Achivi coepissent

Inter se strepere aperteque artem obterere extispicum;

Finn. I. 8. 28. p. 87. Tursellin. de Particul. p. 1032. sq. ed. Schwarz. Zumpt. Gr. Lat. p. 289. ed. 4. Et habent *tunc* Cod. Cr. Edd. Ald. et Rob. Steph. Cod. S. *tamen*. *Mr.*

Sic tum avibus magnae res impetriri solebant] Ita sine dubio legendum est, non ut antea, *impertiri*. Est autem *impetriri* vetus augurale verbum, quod idem *Cicero* usurpat lib. II. de Divin. cap. 15. *Qui evenit*, inquit, *ut is, qui impetrire velit, convenientem hostiam rebus suis immolet?* Et *Plautus* in Asin. Act. II. Sc. I, 11.

Impetritum, *inauguratum est: quovis admittunt aves.*

Restituendus est etiam locus ille apud *Valerium* lib. I. cap. 1. *Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est, precatione: cum exposcendum, voto: — cum inquirendum vel extis vel sortibus, impetrito:* non, ut vulgo legitur *impertito*. Quod autem hoc ipso in libro legitur *impetrandis consulendisque rebus;* malim legere, *impetriendis* quam *impetrandis*. Diversa enim sunt *impetrire* et *impetrare:* non enim *Festus*, sed opinor *Paullus* illud scripsit, *Impetritum, impetratum*. *P. Manucius.*

Ibid. Omnes quidem libri habent *impertiri;* sed legendum censeo *impetriri*. *Impetriri* autem antiquum verbum, quo veteres utebantur in auspiciis, valet impetrari. Lambinus. Vide doctissimum ICtum *Fr. Hotomannum* Observ. lib. IV. c. 3. et lib. VI. cap. 11. *Dav.*

magnae res impetriri] Quem laudat Dav. Hotomannum Obs. IV. 3., non eo loco de hac re loquentem nostrumque locum tangentem reperio, sed L. III. c. 26. Ed. Basil. 1574. 8. Conf. etiam Turneb. Adversarr. V. 20. Et habent *impetriri* Codd. nostri L. a. d. M. Edd. Grut. Lamb. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Dav. Sed *impartiri* est in Edd. Asc. 2. Rob. Steph. Crat. Herw., in rell. *impertiri*, nisi quod in Ed. Brut. scribitur *imperiri*. Conf. Festus v. *impetritum* ibiq. Scalig. p. LXXI. G. I. Voss. Etymol. L. L. v. *patrare* p. 376. Ed. Elzev. *Mr.*

sinistra dum non exquirimus,] i. e. dum non attendimus ad sinistra auspicia, in cantu, volatu avium etc. incidimus in mala dira et gravia; a quibus caveri nobis poterat, si illa signa sinistra observassemus, et ab agendo deterreri nos passi essemus. *Ern.* — Alio sensu de *sinistris auspiciis* loquitur infra II. 39. Ad voces augurales *dira* et *vitiosa* commode adhibet Hott. Cic. de Legg. II. 8. *Quae augur iniusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita infectaque sunto:* ubi vid. annott. Ed. nostr. et Cr. p. 214. — In Cod. Cr. mox *Apii Ceci* et pro *L. Iunius* est *Livius;* et tum *prodiderunt* et *navigavissent*. In L. b. item *Livius* et *prodiderunt:* in R. est *Lutius* omisso *Iunius:* in Cod. S. *Linius — maximus prodiderunt*. *Mr.*

P. Claudius — L. Iunius] Bello Punico primo. Rem memorant scriptores bene multi. Praeter Historicos vide nostrum N. D. lib. II. cap. 3. *Valerium Maximum* lib. I. c. IV, 3. et *Minucium Felicem* capp. 7, 26. *Davies.*

cum vitio navigavissent] De hac vocis *vitium* significatione, allatis pluribus Ciceronis locis, nostro quoque, disputat Vorstius de Latinitate Selecta p. 78. sq. Comparatur in Copp. Victt. a. noster infr. I. 17. 33. *Mr.*

inter se strepere — extispicum,] Coepere fremere et tumultuari, quod

Solvere imperat secundo rumore, adversaque avi. Sed quid vetera? M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. In quo Appius, collega tuus, bonus augur, ut ex te audire soleo, non satis scienter virum bonum et civem egregium censor C. Ateium nota-

propter adversa auspicia nollet navigare; tum ille iussit solvere naves approbantibus Achivis, quamquam auspicia adversarentur. *Ern.* — In Cod. P. scribitur in fine prioris versus *optinere extispicium.* Pro *extispicum* Cod. U. habet *extis piscium,* quam ridiculam scriptionem exhibent etiam Edd. Asc. 1. 2. Voce *strepere* item de militibus imperatori obstrepentibus utitur Tacitus Ann. I. 25. *illi — vocibus truculentis strepere.* — *Obterendi* verbo in simili re usus est noster in Verr. Act. II. L. V. 1. 2. *neve obteri laudem imperatoriam — velitis.* In Cod. R. est *arcem* pro *artem,* et item *extispicium:* in Cod. S. *obterrere extis pistri. Mr.*

Inter se strepere] Leg. *inter* SESE *strepere;* quod ni fiat, metri Trochaici violabuntur Leges. *Dav.*

aperteque, artem] Davisius cum coniiceret legendum esse *sese,* hiatum, ut opinor, in medio versu tollere studebat. Eiusdem, ut existimabam, vitii causa, equidem iam dudum antequam eius editionem videram, conieceram legendum esse

Inter se strepitare aperteque artem obterere extispicum:

eamque emendationem collatis poetarum locis egregie scilicet commendaveram in adversariis, veluti ex Pedonis Albinovani, quam dicunt, Consolatione ad Liviam v. 183.

Incerti clauduntque domos strepitantque per urbem.

Sed nihil plane mutandum. Hiatus post quartum trochaeum in his versibus Plauto certe valde est frequens, quidni etiam Pacuvio? Vid. de ea re disputantem Hermannum in Element. Doctr. Metr. p. 87. sq. ubi ait: Magis memorabile est, quod hic versus apud Plautum nonnunquam videtur asynartetus esse: quod ex *hiatu* in fine quarti pedis cognoscitur etc. laudatque Bentleium ad Terent. Andr. I. 5. 4. Eiusmodi versus est v. c. Amphitr. IV. 3. 16.

Seu patrem sive avom videbo, obtruncabo in aedibus. Mr.

Secundo rumore, aversaque avi] Legendum puto *adversaque avi.* LAMBINUS. Ibid. Recte *Lambinus:* sed praeiverat *Pet. Victorius,* qui sic edidit; nec aliter exhibent Paris. Med. Balliol. aliique nostri MSSti. *Davies.*

secundo rumore adversaque avi] Codd. P. S. *secundorum ore.* Quod vitium est ex eorum genere, de quibus Scioppius in Arte Critica (Ed. Amstelod. 1682. 8.) p. 83. sq. loquitur, perperam coniunctis et disiunctis syllabis, quale illud est ex Plauti Amphitruone: *absumam et usus censionis* pro *absum a metu succensionis.* — Probam lectionem *adversaque avi* habent Codd. nostri Cr. et M. Oxonn. E. O. ψ. Edd. Asc. 2. Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Ad sensum laudat Hott. Heynium ad Virg. Aen. VIII. 90. meritoque reprobat explicationem Gesneri in Thes. L. L. v. *rumor,* qui haec accipit de *murmure aquae navim propellentis:* cum naves nondum vehantur, sed eas solvere modo rex iubeat, et aperta sit oppositio inter auspiciorum et militum voluntatem. *Mr.*

M. Crasso quid acciderit] Crassus, ut notum, a Parthis est interfectus, eiusque copiae miserabili clade deletae. *Dav.*

C. Ateium] Ita sine dubio legendum est, non, ut antea, *Atheium;* cum de *Ateio Plutarchus* in Crasso mentionem faciat, et *Dio* lib. XXXIX. *C. Ateium Capitonem* nominet. Facile autem crediderim eum esse, quem *Cicero* appellat lib. XIII. Fam. Epist. 29. his verbis: *C. Ateio Capitone familiarissime utor.* Aetheiorum gen-

vit, quod ementitum auspicia subscripsit. Esto: fuerit

tem inter Romanas nondum inveni. *P. Manucius.*

Caium Ateium] Ita aliis vocatur, Mss. tamen nostri favent vulgato *Aetheium*; tam heic quam infra. *Grut.*

C. Ateium] Cod. R. *G. a. etenim.* Cod. Cr. *censorem C. Aetheium.* U. *censor Cetheium.* P. *censor G. Etheium.* Probam scriptionem habent noster Cod. M. et Edd. post Grut. omnes. Sed etiam Asc. 1. proxime ad veritatem *censor C. Atheium.* Asc. 2. *censor C. Etheium.* Co. Vi. b. *censōr. G. Aeteiū.* Conf. ad rem Plutarch. in Crasso c. XVI. Vocem *scienter* adhibuit noster etiam infra I. 41. *Etruria autem de caelo tacta scientissime animadvertit*, et de Rep. I. 14. p. 62. ed. nostr. *coepit rationem — scientissime — exponere*, ubi vid. nostr. annot. *Mr.*

ementitum auspicia] Cod. M. *dementitum.* Grut. *ementita.* Ad cuius lectionem Gronovius haec: „Quid hoc rei aut voluntatis est, ut Gruterus ediderit *ementita*, quantum intelligo, contra omnes veteres libros simul scriptos, simul typis editos? praesertim cum nihil illustret sententiam, imo sequentia antiquum confirment. Miror de eo nullum verbum factum. Hinc edidi ut oportebat." — Habet *ementita* etiam Ed. Milleri Berolinensis, quam ad exemplar Londinense expressam esse, in titulo dicitur. In Codd. S. U. est *ementium.* *Mr.*

C. Ateium notavit, quod ementitum auspicia subscripserit] *Dion Cassius* de Crasso lib. XXXIX. pag. 109. *Τοῦτο μὲν, ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ τὰς νομιζομένας ἐπὶ τῇ στρατείᾳ ποιουμένου, καὶ διοσημείας τινὰς καὶ τέρατα διεθρόουν, τοῦτο δὲ, ἐξορμωμένῳ οἱ πολλὰ καὶ δεινὰ ἐπηράσαντο.* At, ut auctor est *Appianus* Bell. Parth. pag. 221. Ateius *τοῦ Κράσσου γενομένου κατ' αὐτὴν (ἐσχαρίδα) ἐπιθυμιῶν καὶ κατασπένδων ἀρὰς ἐπήρατο δεινὰς μὲν αὐτῷ καὶ φρικώδεις, δεινοὺς δέ τινας θεοὺς καὶ ἀλλοκότους ἐπ' αὐταῖς καλῶν καὶ ὀνομάζων. Ταύτας φασὶ Ῥωμαῖοι τὰς ἀρὰς, ἀποθέτους οὔσας καὶ παλαιὰς, τοιαύτην ἔχειν δύναμιν, ὡς περιφεύγειν μηδένα τῶν ἐνσχεθέντων αὐταῖς — Τότε οὖν ἐμέμφοντο τὸν Ἀτήϊον, εἰ δι' ἣν ἐχαλέπαινε τῷ Κράσσῳ πόλιν, εἰς αὐτὴν ἀρὰς ἀφῆκε καὶ δεισιδαιμονίαν τοσαύτην.* Haec mutuo sumsit iste scriptor ex *Plutarchi* Crasso pag. 553. eaque si vera sunt, sequentis apud *Tullium* ratiocinii cadit omnino vis et potestas; nam tum demum *dirae causas adferunt, cur quid eveniat.* Porro qui *Floro* lib. III. cap. XI. *Metellus* est, eum alii nominant *Ateium.* Sed hic, ut et alibi non raro, memoria lapsus est ille. *Davies.*

Subscriberet] Sic Paris. Reg. et Merton. non *subscripserit*, ut vulgo. *Dav.*

subscripsit] *Subscripserit* omnes Edd. vett., ait Rathius, praeter Venet. 1494, quae habet *subscriberet:* [ridiculum est dicere, omnes Edd. vett. habere aliquam lectionem, si duas tantum ad manum habeas, ut Rathius. Habent *subscriberet* Edd. Asc. 1. 2. Rob. Steph. *Mr.*] quod recepit Dav. in Ed. 2. et nuper Hott. Neutrum placet. Nam cum Appius subscripserit, non Ateius, latinitas postulare videtur, ut legatur *subscripsit.* — Utrum melius sit, *subscripserit* an *subscriberet*, vix decernam, ait Hott.: rectius, ni fallor, utroque *subscripsisset.* Unde vides, non recte intellexisse Hottingerum hunc locum, cum credidisse videatur, Ateium subscripsisse ementitum auspicia, cum Appius subscripserit. In quo cum etiam scribae errarent, ex perfecto indicativi *subscripsit* fecerunt perfectum coniunctivi: alii, consecutioni scilicet temporum melius etiam consulturi, imperfectum reposuerunt. *Mr.* — *Subscriberet* si verum est, *quod* positum est pro *cum*, cuius constructionem habet: fortasse tamen cum Rathio legendum *subscripsit*, quo ducit lectio *subscripserit. K.* — Ego Rathium secutus sum, motus his, quas dixi, rationibus. Davisium nemo secutus est, nisi Hott. Cod. S. habet *scriberet* pro *subscripsit.* Mox omittit *si.* *Mr.*

hoc censoris, si iudicabat ementitum. At illud minime auguris, quod ascripsit, ob eam causam populum Romanum calamitatem maximam cepisse. Si enim ea causa calamitatis fuit; non in eo est culpa, qui obnuntiavit, sed in eo, qui non paruit. Veram enim fuisse obnuntiationem, ut ait idem augur et censor, exitus approbavit: quae si falsa fuissent, nullam afferre potuissent causam calamitatis. Etenim dirae, sicut cetera auspicia, ut

Esto:] Cod. U. *Ergo:* et ita etiam Ed. Asc. 1., quam saepius cum illo Cod. convenire animadvertimus. In seqq. Cod. M. post *auguris* habet *qui* pro *quod*, tum in Codd. Cr. et U. Edd. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Car. Steph. Crat. Herw. Ald. Sturm. Brut. Sylb. Boul. est *ascripsit*, ut nos edidimus pro *adscripsit*, ex praecepto a F. Lindemanno exposito in praefatione ad Selecta ex poetis Latt. carmm. p. V—X. Mox in Cod. U. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *Romanum populum*, inverso ordine: in Cod. L. b. *maxime* pro *maximam*. *Mr.*

Calamitatem — cepisse.] Lamb. solus edidit *accepisse*, cum Cicero alibi constanter ita loquatur: v. c. de Off. III. 26. 99. *quam calamitatem accepisset in bello:* et sic saepissime. Et poterat absorberi syllaba *ac* ab ultima praecedentis verbi, si scriptum erat *maximā*, quod monuit Rathius. Sed nolui tamen invitis libris omnibus lectionem mutare, cui tam simile est tritissimum illud *detrimentum capere,* praesertim cum dixerit noster etiam *Angorem capere:* de Amicit. 13, 48. *Dolorem capere:* Brut. 1, 1. *Incommodum capere:* in Verr. III. 46. 109. Scribitur in Cod. R. *maximam calamitatem.* In L. b. c. *coepisse. Mr.*

non in eo est culpa] Ita libri plerique omnes. Solus Dav. scripsit *non est in eo culpa,* ut est in Cod. R. In proximis verba *sed in — paruit* absunt a Cod. U. In Cod. P. scribitur *sed non in eo.* Tum Cod. U. omittit *ut* ante *ait. Mr.*

Quae si falsa fuisset, *nullam adferre* potuisset *causam calamitatis*] Vulgo *fuissent* et *potuissent*, quo modo soloeca fit oratio: ad *obnuntiationem* enim illa referuntur verba. Quod igitur vel invitis Codicibus fecissem, id, volentibus Med. Reg. et Cantab. iam nunc facio, *Ciceronem*que foedis illis libero maculis. *Dav.*

fuissent — potuissent] Vulgati habent *fuissent — potuissent;* male: — manus docta etiam correxit vulgatum in exemplo meo ed. Ven. 1494. *Ern.* — Quam Davisius, ut suam, profert emendationem, Olivetus et Lallemannus Lambino adscribunt. In Lambinianis certe ea non comparet. Ea recepta est ab Ern. Hott. Sch. Sed bene defendit vulgatam, quatuor etiam Codicum suorum auctoritate Goerenzius ad Cic. Acadd. II. 40. 126. et de Legg. III. 8. 19. dicens, „poni haud raro neutra pronominum plurali numero, cum substantivum certo genere, singularique numero praecesserit: ita hoc loco recte cogites: *quae dirarum obnuntiata.*“ Sed vide plura apud ipsum exempla. Adde nostram annot. ad Cic. de rep. I. 11. p. 53. Et tuentur pluralem libri nostri omnes, exceptis L. a. d. et M. *Mr.*

nullam — causam] Cod. M. *non illam — sed causam* Cod. S. *fuissent non illam afferre potuissent — Etiam enim dira. Mr.*

Dira, *sicut cetera auspicia, ut omina*] Est ab Victoriana, et respondent nostri scripti. vulgata, *dirae, sicut cetera auspicia, ut omina. Grut.*

Etenim dirae] Ἀραί. Vulgo *dira:* nos autem, iubente re ipsa, coniecturam recepimus *Turnebianam.* Vide lib. v. Advers. c. 20. Paullo post Eliens. et Balliol. habent *monita,* non *omina;* Ven. autem 1471. *ut* in

omina, ut signa, non causas afferunt, cur quid eveniat, sed nuntiant eventura, nisi provideris. Non igitur obnun- 30
tiatio Ateii causam finxit calamitatis, sed signo obiecto monuit Crassum, quid eventurum esset, nisi cavisset. Ita aut illa obnuntiatio nihil valuit: aut si, ut Appius iudicat, valuit, id valuit, ut peccatum haereat non in eo, qui monuerit; sed in eo, qui non obtemperarit.

omina, ut in signa. Sed quae bene se habent, loco non sunt movenda. *Dav.*

Etenim dirae] Probavit hanc lectionem Ern. monuitque, ita iam edidisse Aldum: receperunt eandem cum illa Oliv. Bip. Hott. et Sch. Praebent eam Codd. L. a. M. et Edd. Lambb. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sylb. Sturm. Sequitur in Co. Vi. b. et in Codd. L. c. d. S. P. *sicut et cetera*. Tum in Codd. C. P. et L. b. *ut in omina ut signa:* in Cod. U. Ed. Asc. 1. *ut in omina, ut in signa*. In Co. Vi. b. L. b. c. est *omnia* pro *omina:* in R. *efferunt* pro *afferunt*. Schützius in Lex. Cic. v. *Dirae* ex Ern. Clav. Cic. haec: „Davis. *dirae*. ibid. *dirarum obnunciatio:* int. imprecationem. Appianus diras interpretatus est ἀρὰς δεινὰς καὶ φρικώδεις. Sed diligenter de hoc verbo agitur in Lexico Fabri. Quod autem Davisius in altero loco pro *dira* reponit *dirae*, non adeo necessarium puto. *Dira* sunt, quae quis alicui obnunciat. In dirarum obnunciatione quoque commodius intelligi puto *rerum*, quam *imprecationum;* res enim, auspicia etc. obnunciantur, non preces. Tacitus tamen A. xv. 30. *diras preces* dixit. Intelligi etiam in *dira* potest *omina* s. *auspicia;* sunt enim, ut diserte Cicero tradit, in auspiciis *dirae*. Tibull. I. 3. 17. inter impedimenta itineris habet *omina dira*.“ Frenzelius, in Seebodii Arch. f. Philol. u. Paedag. I. 1. p. 140. *diras* ab *auspiciis* differre dicens, coniecit: *Etenim dirae, sicut cetera, ut auspicia, ut omina* etc. *Mr.*

nuntiant eventura] *Ventura* MS. Guelf. et Edd. pr. in exemplo meo correxit manus docta, cum haberet neutra. *Ern.* — Lectionem *ventura* ab Ernesto receptam, receperunt Bip. et Sch. Sed Co. Vi. b. Codd. (praeter L. a. b.) et Oxon. et ex Edd. vett. Sturm. Car. Steph. Rob. Steph. Crat. Sylb. Herw. Brut. Boul. Ald. (ubi est etiam *enuntiant* ut ap. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Sylb.) tuentur *eventura*. Sequitur in Cod. M. *non provident* pro *nisi provideris*. Mox R. *enunciatio ea causam*. Post haec L. c. *illo* pro *illa*. Tum L. d. *nihil valuit obnuntiatio:* idem omittit *ut* ante *Appius*. *Mr.*

obnuntiatio Ateii] Cod. P. *abrenuntio Etheii*. Pro *Ateii* est in Codd. Cr. L. b. et U. *ei*, et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Reliqui variant ut supra. Mox Cod. U. omittit *id* inter utrumque *valuit*. Pro *aut illa* Cod. Cr. habet *illa ut:* sed lineolis additis error significatur. *Mr.*

Ut peccatum haereat] Lego *haereret*. *Dav.*

ut peccatum haereat] Legendum est *haereret*. *Ern.* Vides Ernestum gravius etiam praecipere, quam Davisium: quare obsecutus est Sch. post Bip.; ex reliquis nemo, quod sciam. Et recte. Rathius ait: *valuit* ἀορίστως accipiendum est, unde *haereat*. Hott.: „ego *haereat* non damnare ausim. Nam Cicero de suo suaeque aetatis hominum iudicio loquens uti sane potuit tempore praesenti.“ Et recte posuit praesens: nam significatur effectus non praeteritus, sed durans: *haeret etiamnum*, ait, in eo, qui non obtemperavit. Pro *haereat* in Codd. S. M. est *hoc erat*. Verbum *monuerit* Cod. U. in rasura habet, ut aliud quid ibi antea scriptum fuisse appareat. Cod. Cr. habet in fine capitis *obtemperaverit*, ut Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ceterum *haereret* est

17. **Quid? Lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit, tum cum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus [id est incurvum et leviter a**

in Cod. L. a. Cod. S. omittit *non* post *qui*. *Mr.*

Lituus iste vester] Cod. R. *Lituus iste videtur*. Hott. praeter necessitatem et contra omnium librorum auctoritatem scripsit *ille* pro *iste*. Pro *vester* est *noster* in Cod. M. Idem mox *nobis* habet pro *vobis;* quod posterius habent etiam Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. marg. Lamb. et Goth. Mox Cod. M. *nempe et* pro *nempe eo*. Verbum augurale, *dirigere* pro *determinare*, quamquam semel tantum a nostro positum videtur, neque alibi, quod sciam, hoc sensu legitur, non tamen videtur esse sollicitandum. Livius de eadem re loquens I. 18. *Dextra manu*, ait, *baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. Inde ubi, prospectu in urbem agrumque capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinavit; dextras ad meridiem partes, laevas ad septentrionem esse dixit*. Cod. L. c. *dixerit* pro *direxit*. *Mr.*

Nempe eo — condidit.] Ciceronem ante oculos non habuisse videtur I. L. Lydus, qui ita de Mens. in April. 6. p. 98.: αὐτός τε (Ῥωμύλος) ἱερατικὴν σάλπιγγα ἀναλαβὼν (λιτοῦον δ' αὐτὴν πατρίως Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν ἀπὸ τῆς λιτῆς) ἐξεφώνησε τὸ τῆς πόλεως ὄνομα, πάσης τῆς ἱερατικῆς τελετῆς ἡγησάμενος. Atque Plutarchus habuit in Romulo cap. 21. et in Camillo cap. 32. ubi λίτυον scribit. Etymon aliud profert Festus p. 206. et Servius ad Aeneid. VII. 187. ubi cf. Cerdam et Heynium. Dacer. ad Fest. l. l. repetit a λιτὸς tenuis, acutus, ob acutum litui sonum. Tu vid. Gell. N. A. V. 8. *Liticines*, quos memorat Festus, novit etiam Cicero de Re publica II. 22. — Quae sequuntur verba: *id est — nomen invenit* etiam Forcellino interpolata videntur. Et videntur ex Gellii et Servii locis conflata esse. A tuba militari nomen invenisse lituum auguralem minime constat, et in alia omnia nos traducunt vetera aliorum populorum monumenta, quae similia bacilla exhibent, ex parte avium capitibus insignia. Romani litui formam spectandam praebent numi, quos enumerat Rasche in Lex. rei numariae II. 2. p. 1777. sq. Dionysii locum classicum e Fragmentis nuper repertis ad proxima adscribam. — De lituo tanquam *insigni auguratus* disputat Thiersch. eamque notitiam ad artis opera explicanda adhibet in libello *über die Epochen der bildenden Kunst* III. p. 99. sq. *Cr.* — In Cod. Cr. scriptum est *quidem qui* pro *qui quidem*, sed signis adpictis ordinem invertendum esse significatur. Pro *quidem* est *quod* in Cod. M. ex male intellecto scribendi compendio ortum. Ad rem conf. Plutarch. Romulo XXII. et Camill. XXXII. ubi similis litui explicatio. *Mr.*

Qui quidem Romuli lituus, cum situs esset etc.] Sic se habent omnes libri vulgati atque adeo MSSti: *Qui quidem Romuli lituus*, id est, incurvum et leviter a summo inflexum bacillum, quod ab eius litui quo canitur similitudine nomen invenit, *cum situs esset* etc. Ego vero haec verba *id est, incurvum — invenit*, iam olim cum primam editionem molirer, *Ioan. Aurato* dixeram, mihi videri esse aliena, non *Ciceronis:* quod ille mihi assensus erat, ob eamque causam iusseram deleri. Sed quia pluribus cogitationibus districtus, non satis id plane ostenderam, sed obscurius indicaram. Operae non satis id, quod notaram, animadvertentes, et sententiam meam parum intelligentes, vulgatam lectionem, me insciente et invito, secuti sunt. Nunc igitur aliquando tandem deleta sunt. *Lambinus.*

Ibid. *Id est incurvum et leviter a*

summo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen invenit] cum situs esset in curia

summo inflexum bacillum, quod ab eius litui quo canitur similitudine nomen invenit] Lipsius lib. I. Var. c. 20. isthaec omnia habet pro glossemate: restant tamen constanter in omnibus Mss. delevitque Lambinus. *Gruter.*

[*id est — nomen invenit*]] Haec omnia non puto esse quenquam, modo habeat nasum, qui Lambino non assentiatur, glossema esse, longe hinc ad infima litteratorum subsellia furca expulsum relegandum. *Sylburg.* — Hanc parenthesin esse ipsius Ciceronis nihil equidem dubito. *Gesner.* in Chrestom. Ciceron. p. 490.— Lipsius haec pro glossemate habet, quod valde vero simile est. Quare enim hoc Quintus fratri dicat auguri? quasi id nesciret. *Ern.* — Inclusa videntur esse glossema. *Gothofredus.* — Haec omnino νοθείας speciem prae se ferunt, eamque vel istud *id est* arguit. Vide me, si placet, ad Cic. Fin. II. 1. 2. 7. 11. Tusc. I. 17. *Rath.*

[*id est—nomen invenit*]] Quod haesitat Davisius, dicens inter alia, Livium quoque I. 18. lituum descripsisse, non cogitavit, aliud esse munus scriptoris historici. Sperabat Tullius lectores omnino doctiores, quibus talia explicare ridiculum foret. Quod addit Dav. latinitatem elegantiorem esse, quam ferre soleat librariorum captus, non necesse est, ut haec putemus a librario esse profecta. Potest enim hoc esse glossema grammatici cuiusdam aut antiquarii: potuerunt item haec verba huc transferri e bono scriptore. Mihi quidem, aliorum notis nondum inspectis, statim suborta fuit suspicio de glossemate, eoque minus muto sententiam, quod hac labe saepius, etiam in his libris infectum esse Ciceronem deprehendi. Vid. inf. 23. et II. 57. *Hott.* — Mihi haec non magis sunt suspiciosa, quam omnes eiusmodi rerum minutarum expositiones, quas Quintus fratri probe scienti enarrare non dubitat. Volebat enim Cicero dialogum hunc philosophicum sermonis vere habiti induere speciem: et cum hi libri scripti sint lectoribus varii generis, invenibus potissimum, ad philosophiae studium se conferentibus (II. 2.) neque vero doctioribus, ut Hott. existimat: plura debebant inesse, quae illis essent ignota, quamvis dialogi interlocutores ea probe tenerent. Quam ob causam neque ea suspiciosa esse debent, quae scripta sunt I. 34. *qua in pugna — positae,* neque quae sunt I. 23. 46. 40. 41. 43. 45. *K.* — Ea verba pro glossemate habet etiam Meierus, iisdem, quibus Ern. et Hott., motus rationibus: item Iakobsius in Boettigeri Amalthea II. p. 242 sq., qui conferendus est ad h. l. Eadem Sch. praeeunte Lambino plane e contextis eiecit. Goerenzius vero ad Cic. de Finn. II. 11. 33. se hunc locum aliquando certis rationibus Ciceroni vindicaturum promisit. Utinam promissis stetisset vir doctissimus, cuius iam per duodecim annos frustra exspectamus Tusculanarum disputationum reliquorumque Ciceronis librorum ad philosophiam pertinentium editionem. Nunc, quae adhuc allatae sunt ad defendendum hoc glossema *rationes*, tam parum eae *certae* videntur, ut parum abfuerim, quin Schützii exemplum sequerer. Aliter enim plane exponit Quintus fratri res huic iam notas, nimirum quasi eas in memoriam ei revocans: hoc loco magistelli instar docere videretur augurem, quae ne pueris quidem illius certe temporis ignota esse poterant. Quare ut uncinis haec liberarem, a me impetrare non potui. In Codd. R. S. est *regiones duxerit — Romuli id incurvum,* omissis verbis *lituus* et *est.* In Copp. Victt. b. est *religiones dixerit* c. *discrevit.* *Mr.*

Ibid. *Id est incurvum — nomen invenit*] Haec verba primus Glossematis damnavit *Iust. Lipsius* Var. Lect. lib. I. cap. 20. quoniam non modo *Cicero*, sed vulgus, et paene pueri, quid esset lituus, tum temporis probe noverant. Mihi tamen haud ita firma

Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagravisset, in-
31. ventus est integer. Quid? Multis annis post Romulum,

claraque videtur haec ratio, ut rem in aperta luce collocet. Nam, ne memorem de solo Romuli lituo hic agi, licet M. *Ciceronem*, augurem lituo frequenter usum, Q. frater adloquatur; ea miscere, quae *Tullium* non fugerunt, haud erat importunum: siquidem liber in Lectorum gratiam fuit editus. Nec forte litui forma cunctis innotuit: eum enim *Livius* etiam describendum putavit. *Augur*, inquit ille lib. I. cap. 18. — baculum sine nodo aduncum *tenens*, *quem* lituum *appellaverunt*. Praeterea Latinitas est elegantior, quam ferre solet librariorum captus; quapropter ab ipsius *Ciceronis* manu fuisse praefracte non negarim. Utcunque se res habeat, huc facit *Macrobii* locus Saturn. lib. VI. c. 8. *Posse quaeri animadvertimus, utrum a tuba lituus auguralis appelletur, an tuba a lituo augurum lituus dicta sit; utrumque enim pari forma et pariter in capite incurvum est. Sed si, ut quidam putant, tuba a sonitu lituus appellata est — necesse est, ut virga auguralis a tubae similitudine lituus vocetur.* Id quod aperte statuit sive noster, sive Glossographus. *Davies.*

leviter a summo inflexum] Cod. P. *leniter* pro *leviter*. In eodem Codd. paullo superius est *nempe et Romulus religiones*. Pro *quo canitur* scribitur *in quo canitur* in Cod. U. et Ed. Asc. 1. *Mr.*

Cum situs esset in curia Saliorum] *Valerius Maximus* lib. I. c. VIII, 11. *Deusto sacrario Saliorum, nihil in eo praeter lituum Romuli integrum repertum est.* Rem fuse narrat *Plutarchus* in Camillo p. 145. *Dav.*

in curia Saliorum] Saliorum *curia*, sive, ut ait Valer. Max. I. 8. 11. eandem rem narrans, *sacrarium*, deflagravit Gallico tumultu a. 390. a. C. n. 364. a. u. c. De Saliis eorumque curia vide Gutberleth. de Saliis Martis Sacerdotibus (Franekerae 1704. 8.), in primis p. 100. sq. *Mr.* — Recte Ernestus in Cl. Cic.: „*Curia Saliorum* profecto nihil est aliud, nisi aedes, in qua convenirent Salii, cum sacra facturi, tum aliis de rebus suis.“ Egregie illustrat locus Dionysii in fragmentis nuper repertis XIV. 5. p. 45. ed. Mediol. *ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ καλιά τις* (igitur casa lignea) *Ἄρεος ἱερὰ, περὶ τὴν κορυφὴν ἱδρυμένη τοῦ Παλατίου, συγκαταφλεγεῖσα ταῖς πέριξ οἰκίαις ἕως ἐδάφους, ἀνακαθαιρομένων τῶν οἰκοπέδων ἕνεκα τῆς ἐπισκευῆς, ἐν μέσῃ τῇ περικαύστῳ σποδῷ τὸ σύμβολον τοῦ συνοικισμοῦ τῆς πόλεως διέσωσεν ἀπαθὲς, ῥόπαλον ἐκ θατέρου τῶν ἀκρῶν ἐπικαμπτόν* (*ἐπικαμπὲς* mavult A. Mai. Lenius *ἐπικάμπιον*. Addendus autem erat hic locus Stephano Londinensi.), *οἷα φέρουσι βουκόλοι καὶ νομεῖς καλαύροπας, οἱ δὲ λαγωβόλα καλοῦντες, ᾧ Ῥωμύλος ὀρνιθευόμενος διέγραψε τῶν οἰωνῶν τὰς χώρας, ὅτε τὴν πόλιν οἰκίζειν ἔμελλεν.* Aedicula autem illa Martis Palatina, unde ex Numae instituto Salii quotannis ancilia movebant, sive *Sacrarium Saliorum Palatinorum* (hoc ap. Onuphr. Panvin. in Regionibus Urbis designatum) probe distinguenda a *mansionibus* esse, in inscriptione apud Gruter. p. 188.

Mansiones. Saliorum. Palatinorum. A. Veteribus.
Ob. Armorum. Annalium. Custodiam. Constitutas. etc.

memoratis, docent Cuper. in Observatt. IV. 2. p. 365. sqq. et Dacerius ad Festum p. 474, quibus tamen hactenus refragatur Marini in *Atti dei fratelli Arvali* p. 243, quod *mansiones* illas non tam de stationibus nocturnis accipit, quam de sedibus incertis, et quae differrent a fixis domiciliis. *Καλαῦροψ* accurate describitur a Scholiasta Veneto B. ad Iliad. XXIII. 845. ubi confer Heynii Observv. Ex Dionysii autem loco supra laudato fortasse coniiciat quispiam, nondum persanatum esse Hesychium in *κορύνη* (II. 324. Alberti). *κορύνη· στεροβαρὲς* (*στερρόβαρες* Verw. Unde non

Prisco regnante Tarquinio, quis veterum scriptorum non loquitur, quae sit ab Attio Navio per lituum regionum p. 87. a. **facta descriptio? qui cum propter paupertatem sues puer pasceret, una ex his amissa, vovisse dicitur, si recuperavisset, uvam se deo daturum, quae maxima esset in vinea: itaque sue inventa, ad meridiem spectans in vinea media dicitur constitisse; cumque in quatuor partes vineam divisisset, tresque partes aves abdixissent, quarta parte, quae erat reliqua in regione distributa,**

video, cur Grimm. in Synopsi Dionys. Halicarn. Archaeolog. V. 2. sub voc. *κορώνη* coniiciat *χειροβαρῆ*) *ξύλον. οἱ δὲ ῥόπαλον, οἱ δὲ κολόροβον.* (*καλαύροπον* Soping.) *ξύλον ἐπικαμπές.* nimirum ut in extremis corrigas *ἤτοι ξύλον ἐπικαμπὲς,* nisi forte *καλαύροπον* et *καλαύροπα* distinguendum censeas, quod facit Hesych. in utroque vocabulo: (Vid. in *καλαύροπα* et in *καλαύροπον* II. p. 120.) cui tamen rationi non favet Dionysii locus, quem adiecimus de Excerptis (Vid. supra.). *Κορύναι* autem probe distinguendae sunt. Nam aliae sunt *clavae capitatae* hominum armatorum: aliae *peda pastoralia* sive *bacula rustica.* De qua differentia iam monuit Ruhnkenius ad Tim. Lex. Platon. p. 213. sq. In altero Dionysii loco V. 72. de lictoribus Consulum Romanorum: *τοῦ δ' ἑτέρου (ἡγεῖσθαι) δώδεκα ὑπηρέτας ῥάβδους ἔχοντας μόνον. ὡς δέ τινες ἱστοροῦσι, καὶ κορώνας* (hoc male tuetur Reiskius contra Hudsonum, qui ex libro Vaticano maluerat *κορύνας.* Tu vide Ruhnken. l. l.). Casaubonus *lituos* interpretatur: et commode poterant hoc insigni summa consulum auspicia declarari. *Cr.* — In Cod. Cr. pro *Saliorum* scribitur *Soliorum,* in Cod. R. *Salliorum. Mr.*

deflagravisset] Ita nonnisi Cod. M. Edd. Rob. Steph. et recc. post Grut. Reliqui libri omnes *deflagrasset.* Qua de re vid. Ramshorn. Gramm. Lat. §. 62. p. 111. *Mr.*

Prisco regnante Tarquinio] Ad rem conf. Davis. et nos ad Cic. de N. D. II. 3. p. 210. ed. Cr. et nostr. mai. Nomen *Attii* in Codd. Cr. L. c. scribitur *Atio* et paullo inferius *Actio,* varietate in hoc nomine ubivis obvia Liv. I. 36. ib. Drak. *Mr.* — Conf. Dionys. A. R. III. 70. Cic. de Rep. II. 20. et Niebuhr. R. G. I. p. 239. sq. *Cr.* Mox Cod. R. *pauper qui pascebat sues.* Ad v. *Attio* in Co. Vi. a. laudatur: Terentian. [Maur.] 29. [de syllabis v. 604. v. Corpus omnium vett. poett. Latt. Lond. T. II. p. 1258. a.] *Mr.*

una ex his amissa] Cod. C. *hiis* pro *his,* ut voluisse videatur *iis,* haud incommode. Pro *recuperavisset* omnes libri et scripti et editi habent *recuperasset,* praeter Codd. nostros R. Cr. et U. et Ed. Dav. Post hanc vocem Codd. U. S. et Ed. Asc. 1. habent *unam* pro *uvam.* In eodem Cod., oculo scriptoris aberrante, omissa sunt verba: *itaque — in vinea,* sed in marg. ab al. m. addita. De lectione loci vid. etiam Corradi Quaesturam. p. 329. *Mr.*

aves abdixissent] Codd. L. b. Cr. *obduxissent.* U. *addidissent.* R. *eius obduxisset.* P. *abduxissent.* Ed. Asc. 1. *abdidissent.* Nimirum non intelligebant scribae vocem auguralem, cui opponitur *aves addicunt.* Liv. XXVII. 16. ubi plura loca affert Drakenborch. p. 579. ed. Stuttg. T. VIII. Ad rem conf. etiam Cic. de N. D. II. 3. *Mr.*

In regiones distributa] Vulgo *regione.* Sed veterem *Lambini* Codicem sequimur, id quod postulat res ipsa: nam *regiones* erant caeli spatia, quae lituo designabat augur. Vide *Servium* ad *Virgilii* Eclog. IX, 15. et

**mirabili magnitudine uvam, ut scriptum videmus, inve-
nit. Qua re celebrata, cum vicini omnes ad eum de re-
33. bus suis referrent, erat in magno nomine et gloria. Ex
quo factum est, ut eum ad se rex Priscus arcesseret.
Cuius cum tentaret scientiam auguratus, dixit ei, cogi-**

ad Aen. VII, 187. De ipsa historia diximus ad lib. II. N. D. c. 3. *Dav.*

in regione distributa] Dav. edidit *regiones*. male. nam quarta pars non erat in regiones distributa, sed erat pars vineae in regiones distributae, sive regionis distributae ac divisae. *Ern.* — In eandem sententiam disputant etiam Hott. et Rath.; Gesnerus vero in Chrest. Cic. p. 489. scripsit *regiones*. Cum vero distinctionem post *reliqua* omiserit, invito, an volente eo expressum sit *regiones* discerni nequit. Schützius autem, „Immo vero, ait, Attium *Naevium* (sic), quo facilius uvam inveniret, quart*um* illam vineae partem iterum in suas regiones divisisse credibile est; ut quum iterum aves tres regiones abdixissent in quarta *uvam* reperiretur. Si legitur *in regione distributa superflumam* esset *additamentum*.“ Videmus eum a Davisii partibus stare, quamquam sensum notulae non plane percipimus, operarum negligentia misere corruptae. Ego vero, si id voluisset Cic., quod vult Sch., eum dicturum fuisse existimo: *quarta parte, quae erat reliqua, denuo distributa*: nunc vero hoc vult: *quarta parte quae erat reliqua in regione distributa* i. e. *regionis distributae* vel *ex regione distributa* i. e. ex vinea tota in quatuor partes distributa. *Mr.*

uvam, ut scriptum videmus] Ed. Asc. iterum *unam* pro *uvam*. Et sic utroque loco Cod. R. *Mr.*

Omnes ad unum] Pall. et S. Victoris exemplar, *omnes ad eum*, quomodo et edidit Victorius. *Gruter.*

Ibid. *Omnes* ad eum] Vulgo *omnes ad unum*. Verum non erat cur illa scriptura, renitentibus MSStis, locum suum diutius teneret. *Davies.*

omnes ad eum] MSS. ut et Guelf. habent *ad eum*, quod recepit Dav. Sed bene monuit Wopkensius Lectt. Tull. p. 248. *unum* melius respondere τῷ *omnes*. Intelligendum est *eum* aut addendum non pro *unum* reponendum. *Ern.* — Scripsit nimirum Ern. *unum*, quod item fecit Sch. Ego vero, cum ad auctoritatem Codicum Dav. accedat etiam lectio Codd. Oxonn. Co. Vi. b. et nostrorum R. L. b. c. d. Cr. et M. Edd. Sturm. Rob. et Car. Steph., restitui cum Hott. *eum*; quamquam non repugno, si quis ex Ernesti sententia coniunctim scribi velit *omnes ad eum unum*. Lallemannus cum Davisio et Codd. MSS. facit. *Mr.* — Ad verba *ad meridiem spectans* cf. Plutarch. Quaestt. Romm. LXXVIII. p. 282. D — F. et in eum Wyttenbachii Animadvv. p. 45. ibiq. Varro apud Festum p. 511. Dion. Halic. A. R. II. 5. Liv. I. 18. Porphyr. de Antro Nymph. §. 21. Stob. Eclogg. I. p. 990. Atque hi duo loci, qui in fine laudantur, docent, nonnullis veterum *Meridiem universi caput* et *immortalium sedem* esse habitum. Pertinet autem locus Plutarchi laudatus etiam ad II. 39. *ita nobis sinistra videntur, Graiis et barbaris dextra, meliora* etc. Eundem locum Ovidio adhibuit Meziriac. ad Epist. Heroid. T. I. p. 178. *Cr.*

Arcesseret] Sic quidem Pal. sec. tert. S. Vict. item. editi a Victorio: sed tamen pr. *accessiret*. Vulgg. *accerseret*. *Gruter.*

arcesseret.] Fluctuant, ut plerumque in h. v., libri inter *arcesseret* et *accerseret*. Illam scriptionem praestare monent Grotefend. l. c. §. 149. Nolten. Lex. Antibarb. p. 23. Cellar. Orthogr. Lat. p. 177. sq. ed. Harles. ibiq. laudd. Cod. P. habet *accersiret*. S. *accesserit*. *Mr.*

Cuius cum tentaret etc.] Oratio paullo durior est. pro *cum* melius videatur *ut*. Sed tentaret potest in-

tare se quiddam, id possetne fieri, consuluit. Ille, augurio acto, posse, respondit. Tarquinius autem dixit, se cogitasse, cotem novacula posse praecidi. Tum Attium iussisse experiri. Ita cotem, in comitium allatam, inspectante et rege et populo, novacula esse discissam. Ex

telligi *tentare vellet*. *Consuluit* malim deleri, quia duriorem facit orationem, et glossam sapit. MS. Guelf. pro *auguratus* habet *accuratius*. *Ern.* — Hott. ut durities tollatur, scribi vult *idque* pro *id*, quod mihi quoque, antequam Hottingerum id coniecisse scirem, in mentem venerat. Rath. pro *in* legi volebat *et*. Ego illud malim. Nihil autem minus loco subveniret, quam si *consuluit* eiiceres. *Mr.* Non necesse est, *tentaret* cum Ern. explicare *tentare vellet*: nam in ipso *tentandi* verbo continetur, quod addit, *velle* i. e. quaerere. Mihi vero si, ut Ern. vult, glossam redolet *consuluit*, durities non videtur tolli, si scribitur *idque K.* Cod. L. b. habet *accuratius* pro *auguratus*. In seqq. R. omittit *autem*, mox habet *praeseidi*. Pro *iussisse* est *posse* in Cod. L. d. Mox R. *allatum*. L. d. *illatam*. L. b. et c. *expediri* pro *experiri*. *Mr.*

Ex quo factum est, ut eum ad se rex Priscus arcesseret] Revera cum Tarquinius equitum centuriis, quas Romulus scripserat, alias adiicere vellet, et id Attius Navius, augur, nisi aves addixissent, fieri prohiberet; ira regi mota est, eludensque artem interrogavit, *possetne fieri, quod ipse mente conceperat?* Hinc *Ciceronem* memoria lapsum patet. Vide *Livium* I, 36. *Dionysium Halicarnassensem* III. 71. *Valerium Maximum* I, 4. et *Lactantium* Div. Inst. II. 7. *Davies.*—Conf. Davis. ad Cic. de N. D. II. 3. p. 219. ed. nostr. et Mos. Adde Cic. de Rep. II. 20. *quod auctor ei summa augur gloria Attus* (ubi Codex *Tatus*. Vid. A. Mai. varr. lectt.) *Navius non erat. Cr.*

Ille augurio acto] Lambinus *capto* praeter Pall. nostros, sugillatque Gifanius in observationibus Latinae linguae, p. 24. nam et sic lib. III. de Offic. *cum in arce augurium augures acturi essent*. *Gruter.*

Augurio acto] Sic MSSti, nisi quod Med. *facto*; frustraque fuit *D. Lambinus*, qui dedit *augurio capto*: nam loquendi ratio, quam prae se ferunt Codices, idoneorum scriptorum fide nititur. Vide sis *Ob. Gifanii* Observ. L. L. pag. 24. *Davies.*

Augurio acto.] Nostri quoque libri tuentur *acto*, nisi quod in R. et Cr. est *facto*. Ipse Cicero de Off. III. 16. 66. dixit *cum in arce augurium augures acturi essent*. *Mr.*— Graviter impingitur ab Steph. Pighio, qui scribere sustinet ad Valerii Maximi libr. I. cap. 4., mendose in vulgatis Ciceronianis legi *augurio acto*, atque ita Lambinum pro Cicerone habens. *Gron.* — Vorstius quoque ad Valerii Maximi l. c. legi volebat *augurio capto*: praeter necessitatem; quamquam hoc admodum familiare est scriptoribus. Verba *novacula* usque ad *Ita cotem* omiserat scriptor Codicis Cr. sed errore animadverso in marg. addidit. Pro *experiri* habet *expediri* ut Co. Vi. b. Cod. U. *expedire*. Cum eo facit Ed. Asc. 1. Vocem *allatam* omittit Cod. S.: mox habet *et populo et rege*. Pro *allatam* est *illatam* in Edd. Car. Steph. Lamb. Goth. Brut. Boul. Ald. Sylb. Sturm. *Mr.*

novacula esse discissam] Scripsit Hott. *discisam*, sensu, ut ait, postulante: a *discido*, cum *discissam* sit a *discindo*: laudatque Duker. ad Flor. II. 2. 2. Sed cur *discindendi* verbum non eodem sensu dici possit, quo *discido?* quod an uspiam scriptum reperiatur, valde dubium est. Eo quoque, quem laudat Rath., loco, Lucret. III. 659, est *discindere* neque vero *discidere ferro*. Est quidem in Cod. R. *discisam*, ut vult Hott. Sed in illo Codice constanter, ubi duplex litera ponenda est, simplex

eo evenit, ut et Tarquinius augure Attio Navio utere-
33. tur, et populus de suis rebus ad eum referret. Cotem
autem illam et novaculam defossam in comitio, supraque impositum puteal accepimus. Negemus omnia: comburamus annales: ficta haec esse dicamus: quidvis denique potius, quam deos res humanas curare, fateamur. Quid? quod scriptum apud te est de Ti. Graccho, nonne et augurum et haruspicum comprobat disciplinam? qui cum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicato pomoerium transgressus esset, comitia consulibus rogandis habuit. Nota res est, et a te ipso

ponitur. In eodem deest *et* ante *rege*, et scribitur *venit* pro *evenit*. *Mr.* — *Freret Reflexions sur les prodiges rapportés dans les anciens* in Memoirr. de l'Acad. des Inscriptions Tom. VI. p. 77. sqq. ed. min. Hagan. ann. 1724. *Cr.*

ut et Tarquinius] *Et,* quod tacite omiserat Dav., nos reperimus in Codd. nostris Cr. S. M. P. R. L. a. b. c. d. Oxonn. omnibus, Edd. Car. et Rob. Steph. Ald. Sturm. Brut. Boul. Sylb. Lamb. Goth. Verb. Grut. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Pro *supraque* in Cod. M. est *supra;* in quo item pro *esse discissam* scribitur *est discissa.* Mox Codd. Cr. et R. habent *humanas res* pro *res humanas.* Vocem *augure* omittit Cod. R. idem habet *omina* pro *omnia.* L. d. omittit *haec* post *ficta.* *Mr.*

De suis rebus ad eum referret] Pal. pr. et Pithoeanus, *adferret. Gruter.* *Adferret* habet etiam Cod. P. *Mr.*

Supraque impositum puteal accepimus] Adi *Cl. Salmasium* Exercit. Plin. p. 1188. ed. Paris. [p. 800—802. ed. Traiect. 1689.] *Davies.*

Scriptum apud te est de Tiberio Graccho] Lib. II. N. D. cap. 4. Vulgo *apud te scriptum.* Nos ordinem verborum, iubentibus MSStis, mutavimus. *Dav.*

scriptum apud te est] Davisianum verborum ordinem habent etiam Codd. nostri Cr. U. M. receperunt Hott. et Sch. Ad rem laudat Ern. Buhcrium ad Cic. de N. D. II. 4. cuius annotationes additae sunt editioni Oliveti, ubi vid. T. II. p. 529. Codd. R. L. c. et d. *scriptum est apud te.* Cod. R. *numne* pro *nonne.* *Mr.*

tabernaculum vitio cepisset] De hac formula vid. Gruch. de Comitiis Romm. I. 4. p. 92 sq. Bulenger. de Augur. cap. 9. et 12. et I. Davis. ad Cic. de N. D. II. 4. a quo loco corrigendo etiam nunc manum abstineo, planeque cum Mosero facio. Qui ibi horti Scipionis, etiam in fragmm. de Republ. I. 9. a Tullio memorantur p. 41. ed. Mos. ubi vid. nos et A. Mai. *Cr.* — Pro *inauspicato* Cod. P. habet *inauspicatu.* *Mr.*

inauspicato pom. transgr. esset] Sc. cum exiret ad auspicium capiendum. *Ern.* — Ad v. tabernaculum v. Plut. in Marcello. *Mr.*

Consulibus rogandis] Attendant Antiquarii. nam S. Vict. liber, item Pal. sec. tert. habent *rogatis.* Pith. et pr. *rogantis. Gruter.*

consulibus rogandis] Cod. S. *rogantis.* Scribitur etiam *rogatis* in Codd. nostris R. Cr. U. Edd. Asc. 1. Ven. 1494. et Sturm. Error inde ortus est, quod, cum scriptum fuisset *rogādis,* omissa ab uno scriba lineola transversa literae *a* imponenda, alter, vitiosum *rogadis* correcturus, *rogatis* scripsit: solebant enim librarii, semel corrupto cuidam loco subventuri, in alia potius omnia abire, quam ad veritatem redire. Rem Hott. in annot. ad h. l. ita explicat: „Tiberius, tabernaculo in hortis Scipionis capto,

mandata monumentis. Sed et ipse augur Ti. Gracchus b.
auspiciorum auctoritatem confessione errati sui comprobavit; et haruspicum disciplinae magna accessit auctoritas, qui, recentibus comitiis in senatum introducti, negaverunt, iustum comitiorum rogatorem fuisse.

Iis igitur assentior, qui duo genera divinationum esse 18.
dixerunt: unum, quod particeps esset artis; alterum, 34.

interea senatus habendi causa intrabat pomoerium (de N. D. l. c.), atque, inde ad capienda auspicia rediens, vitio idem tabernaculum occupabat. Oportebat enim eum, auspiciis interpellatis, prius tabernaculum relinquere, atque aliud petere. Vid. Plutarch. in Marcello." Est ille locus cap. V., et ita se habet: *ὅταν ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος, ἔξω πόλεως ἔχων οἶκον ἢ σκηνὴν μεμισθωμένην, ὑπ' αἰτίας τινὸς ἀναγκασθῇ, μήπω γεγονότων σημείων βεβαίων, ἐπανελθεῖν εἰς πόλιν, ἀφεῖναι ἐχρῆν τὸ προμεμισθώμενον οἴκημα, καὶ λαβεῖν ἕτερον, ἐξ οὗ ποιήσεται τὴν θέαν αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς. Τοῦτ' ἔλαθεν, ὡς ἔοικε, τὸν Τιβέριον, καὶ δὶς τῷ αὐτῷ χρησάμενος ἀπέδειξε τοὺς εἰρημένους ἄνδρας ὑπάτους. Ὕστερον δὲ γνοὺς τὴν ἁμαρτίαν ἀνήνεγκε πρὸς τὴν σύγκλητον. Ἡ δ' οὐ κατεφρόνησε, καίτοι μικροῦ ὄντος τοῦ ἐλλείμματος, ἀλλ' ἔγραψε τοῖς ἀνδράσι· καὶ ἐκεῖνοι τὰς ἐπαρχίας ἀπολιπόντες, ἐπανῆλθον εἰς Ῥώμην ταχὺ, καὶ κατέθεντο τὴν ἀρχήν.* — Ad lectionem loci vid. Livius 38. 42. *Comitia consulibus rogandis fuerunt.* 3, 19. *comitia consuli surrogando.* conf. 23, 31. et 22, 35. In Cod. L. d. scriptum est *consulimus rogantis*. *Mr.*

recentibus comitiis] De veritate lectionis dubitari potest. *K.* — Certe non satisfacit Hottingeri explicatio: *nuperrime habitis*: nam id ipsum dubium est, utrum ista verba significare possint: *paullo post illa comitia*. Malit certe aliquis: *qui, in senatum introducti rogatique de comitiis, negaverunt* etc. Et cum de N. D. II. 4. 10. scriptum sit: *senatus, quos ad soleret, referendum censuit, haruspices introducti responderunt, non fuisse iustum comitiorum rogatorem*: suspicari possis, in verbo *recentibus* latere vestigia veteris lectionis, et excidisse aliquid, ut locus ad illius normam vel sic vel simili modo refingi possit: *qui, cum ad eos senatus referendum censuisset de comitiis, in senatum introducti negaverunt* etc. *Mr.*

negaverunt] An *negaverant?* sc. ante, quam Gracchus ista nunciasset, ut patet e loco cit. *Ern.* — „Sed haec ad Gracchum prius nunciantem relatio si placuisset scriptori, eam profecto parum perspicue hoc uno huius temporis usu significasse putandus esset. Neque vero hac relatione hoc in loco erat opus. At simpliciter narranti melius convenit aoristus, *negaverunt*." *Wolf.* in Commentt. Soc. Philol. Lips. II. 1. p. 40. *Mr.* — Male hoc in contextu tempus ad loci de N. D. rationem mutaretur. *K.*

comitiorum rogatorem] Erat magistratus is, qui comitiis praeesset, sive illa *rogaret*: cf. inf. II. 35. V. Schütz. Lex. Cic. h. v. et v. *rogare*. *Mr.*

Iis igitur assentior,] Ita Codd. L. a. b. c. d. U. P. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sylb. Lamb. Goth. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Reliqui *his*. Pro *dixerunt* Cod. M. *dicerent*. Cod. P. *ferunt*. Mox Cod. Cr. *hiis*: nos cum iisdem, quos supra nominavimus, libris rescripsimus *iis*, cum Dav. utroque loco dederit *his*. Ita paullo inferius iidem libri *ii*, Cod. Cr. *hii*, Dav. *hi*. Ad. v. *particeps artis* in Copp. Victt. a. adscriptum est *ἔντεχνον*, et ad v. *quod arte careret: ἄτεχνον*. *Mr.*

quod arte careret. Est enim ars in iis, qui novas res coniectura persequuntur, veteres observatione didicerunt. Carent autem arte ii, qui non ratione aut coniectura, observatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberoque motu futura praesentiunt: (quod et somniantibus saepe contingit, et nonnumquam vaticinantibus per furorem) ut Bacis Boeotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythraea. Cuius generis ora-

qui novas — didicerunt.] Hottingero, dicenti, respicere Quintum ad sua tempora, quibus iam exculta esset et perfecta ars divinandi, Roosius l. c. p. 9. obloquitur dicens: Minus placent haec: non ad sua solum, sed ad omnia omnino tempora, respicit Quintus, quippe qui eam divinationis artificiosae rationem dicit esse, ut novae res coniectura, veteres observatione saepissime antea instituta explicentur. Ad v. *somniantibus* Co. Vi. a. citant: Aristot. Problem. 108. [fol. 108. a. infr. et b: Ed. Ald. in fol. — Sect. XXX. ed. ult. Du-Vall. T. IV. p. 230. A. B. Sylb. p. 215. l. 9. sqq.] *Mr.*

qui non ratione etc.] „Nisi quid me fallit, ait Rath., excidit *non* ante *observatis:* et paullo ante coniecturam et observationem distinxerat." Salva res est: neque quidquam addendum. Supra distinxit divinationem ita, ut alteram *artis participem* esse dicat, alteram *arte carere.* Priorem vero denuo ita distinxit, ut dicat *artem esse* in iis, qui novas res coniectura persequantur, et veteres observatione didicerint. Iam transit ad eos, qui *arte carent,* quos futura praesentire ait, non ratione aut coniectura, dum vel quum observentur ac notentur signa, sed quadam animi concitatione. *Mr.*

Ut Bacis Boeotius] *Clemens Alexandrinus* in I. *Στρωμ.* p. 398. *Χρησμολόγοι παρ' Ἕλλησι συχνοὶ γεγονέναι φέρονται, ὡς οἱ Βάκιδες, ὁ μὲν Βοιωτιός, ὁ δὲ Ἀρκάς, πολλὰ πολλοῖς προαγορεύσαντες. Τῇ δὲ τοῦ Ἀθηναίου Ἀμφιλύτου συμβουλῇ καὶ Πεισίστρατος ἐκράτυνε τὴν τυραννίδα, τὸν καιρὸν τῆς ἐπιθέσεως δηλώσαντος. Σιγάσθω γὰρ Κομήτης ὁ Κρής, Κινύρας ὁ Κύπριος, Ἄδμητος ὁ Θετταλὸς, Ἀριστaῖος ὁ Κυρηναῖος, Ἀμφιάραος ὁ Ἀθηναῖος* etc. URSINUS. Ibid. Revera tres fuere Bacides. Vide Scholiasten ad *Aristophanis* Pacem vs. 1071. et Interpretes ad *Aeliani* V. H. XII, 35. *Davies.*

Bacis Boeotius] Qui de Persica expeditione cecinerat. Pausan. X. 14. Eius vaticinii partem servavit Herodotus VIII. 20. ubi vid. Wessel. etiam de Bacide Arcade et de B. Atheniense monentem. Si Eudociae fides, Theopompus in Philippicorum nono multa de Bacide exposuerat. Vid. Violar. p. 92. et p. 374. sq. *Cr.* Fluctuant libri in horum nominum scriptione. Cod. Cr. habet *Bacchis Boetius.* U. *Bacchus Boecius.* P. *Bacchis Boeotus.* Cr. *Epim. Chres* cum U. In M. abest *Cres.* P. habet *Epimedines Cres.* Cr. *Sibilla Erytrea.* U. *Sibyla Erythre a.* Cod. L. c. *contigit* pro *contingit.* Idem cum L. b. d. *Bacchis.* R. *Bachius Boetius* — *Et hos* (pro *Cres*) *Sibilla erictea.* L. d. *Sibylla Syrythraea.* Copp. Victt. b.: Suidas: *Βάκις ἦν χρησμολόγος* etc. etc. Talia subinde notamus, ut, qualis fuerit scribarum doctrina, appareat, eorumque in talibus rebus auctoritas cognoscatur. *Mr. Bacis* scribendum esse ex Aristophane, apud quem Bacidis vatis nec rara mentio, ostendit Canterus. *Sylb.* Nimirum Novar. Lectt. IV. 14. *Mr.*

Epimenides Cres] Plato Legg. I. 642. d. p. 244. Bekkeri: *ὡς Ἐπιμενίδης γεγονεν ἀνὴρ θεῖος.* Diog. Laërt. I. 114. *φασὶ καὶ γνωστικώτατον αὐτὸν γεγονέναι,* „id est divinandi peritissimum." Menag., qui nostri loci non

cula etiam habenda sunt, non ea, quae aequatis sortibus ducuntur, sed illa, quae instinctu divino afflatuque funduntur: etsi ipsa sors contemnenda non est, si et au-

est oblitus. Appuleius Florid. II. 15. p. 59. ed. Bossch.: *nec non et Cretensem Epimenidem, inclytum fatiloquum et poëtam.* Huc referunt etiam Apostoli illud Tit. I. 12. *Κρητῶν προφήτης.* Vid. tamen Schleusneri Lex. in *προφήτης*, et adhibe omnino Heinrichium in Epimenide p. 62. *Cr.* — Scriptores de eo multos laudat Fabric. B. G. I. 6. Qui dicitur apud Plinium H. N. VII. 52. *Epimenides Gnosius*, idem est, qui a nostro *Cres* dicitur. *Mr.*

Sibylla Erythraea] De Sibyllis non repetamus, quae adposuimus ad de N. D. II. 3. p. 221. Erythraeae Sibyllae res expedire studuit Salmasius in Solin. cap. 8. p. 55. Adde Fabric. B. G. I. p. 227 sq. Harles. — Lexicon Coisl. p. 347. et Scholia in Platon. Phaedr. p. 61. Ruhnk. p. 315. Bekkeri ita: *πέμπτη ἡ Ἐρυθραία, ἥτις καὶ τὰ κατὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον συναχθέντα* (*συνενεχθέντα* Schol. Plat.) *προηγόρευσε· περὶ ἧς Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐρυθραῖος διεξέρχεται.* Eudocia in Violeto p. 374. et 383. Suidae locos, uti assolet, partim descripsit, partim contraxit. Haec non moramur. Adscribamus autem locum Aristidis, qui cum Ciceroniano vel maxime congruit. Ita enim ille in Orat. Platon. I. p. 22. Iebb. *ὅσοι δ' αὖ καὶ καθάπαξ ὑποδύντες θεῷ, καὶ τέχνης οὐδὲ μικρὸν μεταςχόντες οὐ μόνον τοῖς ἐφ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὕστερον πολλὰ δὴ καὶ θαυμάσια προεῖπον, οἷον εἰ βούλει Βάκις, Σίβυλλα, ἕτεροι μετὰ τούτων (εἰ δὲ μὴ πολλοί, καὶ τοῦτ' ἔστιν ὑπὲρ τοῦ λόγου· τὰ δὲ μέγιστα ἐκπέφευγε τοὺς πολλοὺς) τίς οὕτω τεχνίτης τοῦ κακῶς λέγειν ἐστὶν, ὅστις καὶ τούτους κακίσειεν ἄν; Cr.*

quae aequatis sortibus ducuntur,] Ista enim sunt artis; vid. supra c. 6. fin. *Roos.* l. c. — Ern. in Cl. v. *sors*: „Pronum est intelligere, pares facere, ut nihil intersit, nec fraus fieri possit in educendo: sed Patricius ad Cornelianae fragm. putat esse, movenda urna confundere ac miscere. Id quomodo fieri potuerit, ubi urna plena esset aquae, ut in sortitione Plautina, et quare id dicatur *aequare sortes*, non satis video. Nam Stalino iubet sortes aequare iam deiectas in urnam cum aqua. Non satis puto intelligi, ut nunc est, quid sit sortes aequare.“ „Sine dubio, ait Hott., nihil est aliud, quam discrimen inter illas tollere, ita ut nulla ratio appareat, cur hae potius quam illae prodeant.“ Et hoc quidem potest sufficere. Sed fusius de ea re et accuratius egit Sch. in Lex. Cic. v. *Sors*. Conf. nos ad Cic. de. rep. I. 34. p. 135. Infra II. 33. de eadem re scripsit noster: *sortes eae, quae ducuntur, non illae, quas vaticinatione funduntur, quae oracula verius dicuntur.* Mox Cod. R. *quae afflatu divino instinctuque funditur. Mr.*

si et auctoritatem habet vetustatis] Hott. offensus vocula *et*, contra Ciceronis morem pro *etiam* posita, nisi velis *et* positum credi pro *in primis*, sequens *ut* mutari volebat in *et*: in seqq. vero *βραχυλογίαν* esse ait, ut dictum sit pro *et si tales sunt sortes, quales eae sunt, quas e* etc. Rathius scriptum desiderabat *praesertim si* vel *siquidem auct.* Posterius non displiceret, si libri addicerent. Possis etiam cogitare, *et* factum esse ex *etiam* compendio scribendi, veluti in nostro Cod. Cr. hae voces semper ita tantum differunt, ut prior scribatur &, posterior &̄. Sch. eam voculam plane delevit. Nos hunc locum in iis paucissimis ponimus, quibus, quod posteriores scriptores et poetae fecerunt saepissime, ipse etiam fecit Cicero, ut *et* non tantum ante pronomen dixerit pro *etiam*. Talia loca congessit Beierus ad Cic. de Off. III. 6. p. 227. T. II. quibus ipsum nostrum nuperrime addendum censuit Orellius ad Cic. Or. pro Planc. 35.

ctoritatem habet vetustatis, ut eae sunt sortes, quas e terra editas accepimus: quae tamen ductae ut in rem apte cadant fieri credo posse divinitus. Quorum omnium interpretes, ut grammatici poetarum, proxime ad eorum, quos interpretantur, divinationem videntur accedere.

p. 203. Hottingeri certe coniecturae calculum nostrum adiicere non possumus. — Mox in Cod. M. est *hac* pro *eae* eadem, quae in *his* et *iis* locum habere solet, confusione. Mox Cod. L. d. *eductae* pro *ductae*. *Mr.*

ut eae sunt sortes] Sortes nimirum Praenestinae, de quibus v. infra II. 41. Pro *e terra* Cod. U. habet *ex terra*. Mox Cod. P. *eductae*, ut Pal. 1. Ad v. *ut — cadant* Ern. dicit: sc. ut eventus respondeat; Hott. vero: ut ex iis responsum concinnetur, rei, de qua fuerit consultum, conveniens. *Mr.*

Quae tamen ductae] Pal. pr. *eductae*. *Gruter.*

fieri credo posse divinitus.] Codd. L. b. U. et P. *posse credo:* et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sylb. Sturm. Lamb. Goth. Hottingero verbum *posse* suspectum est, cum, qui sortibus aliquid tribuat, eum plane necesse sit credere, illas *divinitus* cadere, neque Quintus dicere velit, quid fieri *possit*, sed quid *fiat*. Sed recte ei respondet Censor Ienensis 1794. 272. p. 460, illud *posse* nonnisi modestam esse loquendi rationem, quasi dicat: *fieri mihi videtur divinitus:* ita etiam *posse* pleonastice dici a poetis, veluti Tibull. I. 10. 31. Cod. L. d. *ut poetarum*. R. *attendere* pro *accedere*. *Mr.*

Ut grammatici poetarum] Eleganter hac de re Socrates apud *Platonem* Ion. p. 145. A. *Ἔστι γὰρ τοῦτο τέχνη μὲν οὐκ ὂν παρά σοι περὶ Ὁμήρου εὖ λέγειν, θεία δὲ δύναμις, ἥ σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὴν Μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλείαν. Καὶ γὰρ αὕτη ἡ λίθος οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς δακτυλίους ἄγει τοὺς σιδηροῦς, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ἐντίθησι τοῖς δακτυλίοις, ὥστε δύνασθαι ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖν, ὅπερ ἡ λίθος, ἄλλους ἄγειν δακτυλίους — Οὕτω δὲ καὶ ἡ Μοῦσα ἐνθέους μὲν ποιεῖ αὐτή, διὰ δὲ τῶν ἐνθέων τούτων, ἄλλων ἐνθουσιαζόντων ὁρμαθὸς ἐξαρτᾶται. Dav.* Infra I. 51. *Sunt enim explanatores, ut Grammatici poetarum. Mr.*

proxime ad eorum — divinationem] Cod. M. *ad deorum quaque int.* P. *ad deorum quos*. Hottingero lectio *divinationem* displicet, seque non intelligere ait, quid sit *proxime accedere ad divinationem*. „Qui enim, ait, non penitus ad illam accessit, ab ea profecto longissime abest, neque quisquam *propemodum* vates esse, aut futura *prope* scire potest. Nam inter *scire* et *nescire* tertium nihil est.“ — Coniiciebat igitur legendum esse *divinitatem*, postea vero magis placebat ei *dignationem*. Illud unice placebat Wyttenbachio in annott. ad Vitam Ruhnkenii p. 291. sq. hoc probatur Schützio. Neutrum necessarium ego puto cum censore, quem modo laudavi, Ienensi p. 460 sq. Quid enim? nonne sunt gradus in arte divinandi? nonne ipse noster I. 30. dicit: *animus appropinquante morte multo est divinior?* Nonne ipso iudice Quinto inter divinationem, quae arte fit, et inter naturalem illud interest, ut ex illa probabiliter tantum, interpretando, futura cognoscantur, ex hac certo cognoscatur, quod futurum est? Ut igitur, qui poetas recte interpretantur, ipsi quoque poetico quasi spiritu afflantur, ita, qui divinorum signorum sunt interpretes, ipsi item ad *divinitatem* proxime accedunt i. e. sunt prope *divini*, eo sensu, quo scribitur II. 3. de vatibus: *qui divini habentur:* et II. 38. *placet igitur, humanitatis expertes habere divinitatis auctores? Mr.*

Quae est igitur ista calliditas, res vetustate robustas 35.
calumniando velle pervertere? Non reperio causam. Latet fortasse obscuritate involuta naturae. Non enim me deus ista scire, sed his tantummodo uti voluit. Utar igitur, nec adducar, aut in extis totam Etruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare, aut fallaciter portenta interpretari, cum terrae saepe fremitus, saepe mugitus, saepe motus, multa nostrae reipublicae, multa ceteris civitatibus gravia et vera praedixerint.

ista calliditas] Cod. Cr. *calliditas ista*. Ad verba *Non reperio causam* annotavit Ern: „est obiicientis. in *Latet* etc. est responsio.“ Quod nostro loco dicit *Latet — obscuritate involuta naturae*, Acad. I. 4. 15. est: *rebus — ab ipsa natura involutis*. Ad v. *vetustate robustas* comparatur in Copp. Victt. a. noster infr. II. 55. *Mr.*

Nec abducar, *ut rear*] Lego *nec adducar, ut rear*. *Lambinus.*

Nec adducar, ut rear] Vix potui refrenare manum, quin eiicerem illud, *ut rear;* quod nullo apice compareret. in Pall. pr. aut sec. et certe Latine loquetur Tullius, quamvis resecetur. *Gruter.*

Nec adducar, *ut rear*] *Lambini* coniecturam sequor, quam firmat ipsa res, MSStique Paris. Med. Merton. Reg. pr. sec. Balliol. et Cantab. Quod autem *Gruterus* duas ultimas voces fide Pall. pr. sec. deletas voluit, ei non addicunt Codices nostri: nec tamen, iis omissis, oratio non est Latina. *Davies.*

Utar igitur, nec a d d u c a r, aut in extis] Primum ego h. l. Lambinum sequendum duxi, scribentem *adducar*, idque motus et librorum auctoritate, (ita enim nostri Codd. Cr. R. L. a. b. c. d. et M.) et Ciceronis usu, qui de Legg. II. 3. scripsit *ut iam videar a d d u c i, hanc quoque — esse patriam tuam:* ad Att. XI. 16. *sed ego non a d d u c o r, quemquam bonum ullam salutem putare mihi tanti esse:* quae loca laudat Wopk. L. T. p. 244. quibus addit Rathius de Finn. I. 5. ubi est: *a d d u c i vix possum, ut ea — tibi non vera videantur:* ad quem locum v. Goerenz. p. 19. et IV. 10. *non posse a d d u c i, ut inter. eas res — nihil interesset.* Ad locum de Legg. v. Goer. p. 112. add. Krüger Ueber das Anacoluth. in Seebod. Archiv. I. 4. p. 659. Sed priora etiam Ciceronis loca, libri MSS. L. c. d. P. S. M. Co. Vi. b., *κακοφωνία* denique, si servantur verba ista supervacanea et glossam redolentia (*ut rear*), permoverunt me, ut ea non eiicienda tantum cum Grutero censerem, sed eiicerem etiam. Ern. quoque in MS. Guelf. reperit *adducar*. In Edd. Asc. 1. et Sturm. minus *κακοφώνως* legitur *nec adducar h i s, ut rear.* — In seqq. in Cod. Cr. voci *fulguribus* superscriptum est *o*, ut fluctuasse inter illud et *fulgoribus* videatur scriptor. *Fulgoribus* etiam est in Codd. R. S. L. b. d. Co. Vi. b. In Cod. R. est *ne* pro *nec* et mox *multa s a e p e nostrae*. *Mr.*

gravia e t v e r a praedixerint.] *Et* ponitur pro *et quidem*, ut est de Off. II. 20. *quis est tandem, qui inopis e t o p t i m i viri causae non anteponat in opera danda, gratiam fortunati e t potentis.* Vellei. Paterc. II. 26. *C. Marius multa fortiter q u e molitus:* ubi immerito deletum volebant *que* Wopkens. in Misc. Obss. VIII. p. 37. et Ruhnken. ad eum locum. Quae loca cum ipse laudaverit Hott., mireris eum praeter necessitatem coniecisse *gravia et v e r e*, laudato loco ex Tuscc. III. 20. *at laudat*, (Epicurus) *et saepe, virtutem*. Ad rem conf. Heynii Opuscc. Acadd. III. p. 259. *Mr.*

p.89. s. 36. **Quid? qui irridetur partus mulae, nonne, quia fetus hic extitit in sterilitate naturae, praedictus est ab haruspicibus incredibilis partus malorum? Quid? Ti. Gracchus, P. F., qui bis consul et censor fuit, idemque et summus augur et vir sapiens civisque praestans; nonne (ut C. Gracchus, filius eius, scriptum reliquit) duobus**

Partus hic mulae — partus malorum] Paris. *partus* hic *mulae, nonne quia fetus* hic *extitit*. Lego *qui irridetur partus mulae, nonne quia fetus* hic *extitit* etc. Mulae partus semper inter prodigia fuit habitus, quia res solito rerum ordine fieri non posse credebatur. Hinc Babylonii apud *Herodotum* lib. III, 151. , Τί κατῆσθε, inquiunt, ἐνθαῦτα, ὦ Πέρσαι, ἀλλ' οὐκ ἀπαλλάσσεσθε; τότε γὰρ αἱρήσετε ἡμέας, ἐπεὰν ʽΗΜΙΟΝΟΙ ΤΕΚΩΣΙ. Ratio est διὰ τὸ ἄσπερμον εἶναι τὸ ζῶον, ut tradit *Artemidorus* Oneir. lib. II. c. 12. Vel idcirco mulae non pariunt, quod *e duobus diversis generibus nata non gignunt in omni animalium genere*, si *Plinio* fides lib. VIII. H. N. c. 44. Plura vide sis apud *Aristotelem* de Gener. Anim. lib. II. cap. 8. et *Aelianum* Hist. Anim. lib. XII. cap. 16. *Quidam vero non dissimulandi auctores, ut M. Varro et ante eum Dionysius ac Mago, prodiderunt mularum fetus regionibus Africae adeo non prodigiosos haberi, ut tam familiares sint incolis partus earum, quam sint nobis equarum*. Verba sunt *Columellae* VI, 37. Utcunque sit, *mula pariens, discordiam, bonorum interitum, mutationem legum, turpes matronarum partus* significare censebatur, adeoque sat uberem MALORUM denotat partum. Adi *Iulium Obsequentem* de Prodig. cap. CXXV. et *Dionem* lib. LXXVIII. cap. XXV. pag. 41. ed. Falcon. Hinc, ut et ex ipsa sententiae vi, patet corruptum esse *Ursini* Codicem, qui *mularum*, non *malorum*, vocem repraesentat; licet ei lectioni faveat vir ille doctus. Corrupti sunt etiam Merton. et Med. qui *mulorum* exhibent. *Dav.*

partus mulae, nonne quia fetus hic] Ita etiam noster Cod. R. Ern., servata lectione vulgata, quasi non vidisset optimam Davisii correctionem, haec annotavit: „oratio non constat. nam nihil est, quod huic *qui irridetur, partus hic mulae* respondeat. Sed nihil libri adiuvant correctionem." „Posset tolli difficultas, ait Hott., eiecta voce *fetus*." „Ego arbitror, addit Rath., *partus mulae* nominativum absolutum esse, unde delevi comma post *irridetur*. mox autem post *nonne* supplendum videtur *ex eo*, ut oratio ad superiora quadret. Quid sit h. l. *hic*, nescio; quaero id, ut alii me doceant. Eadem vocula in Cod. Paris. post *fetus* repetitur; mallem post *nonne*, tum enim scribendum coniicerem *hinc*." Cum in vivis esse desierit R., non est, quod eum doceamus, optime poni *fetus hic* pro eo, quod praecessit *partus mulae*, quod in hoc anacolutho repetendum fuisset, nunc illis verbis explicatur. Et recte Sch. meritoque recepit Davisianam emendationem. Cod. noster P. habet *qui quid irridetur*. Cod. L. b. Edd. Asc. 1. 2. *quid quia irridetur*. Pro *malorum* est *mularum* in Cod. U., *mullorum* in Cod. R. Pergunt Codd. M. S. *Quid igitur Gracchus*. P. *quid tibi Gracchus*. Ludit Cic. in verbis *partus mulae* et *partus malorum*, qualis paronomasiae exempla apud nostrum non sunt admodum rara. Vide modo Ruhuken. ad Rutil. Lup. p. 11. sqq. et ad Aquilam Rom. (ad calc. Rut. Lupi) p. 170. G. Io. Vossium Inst. Orat. V. 5. 1. p. 320 — 327. Pro *civisque* Codd. L. b. et R. *quique*. Posterior *sumne* pro *nonne*, omisso, quod sequitur, *ut*. *Mr.*

Incredibilis partus malorum] *Mularum* habet liber manuscriptus. *Mularum* autem in *malorum* facilis fuit mutatio. *Ursinus*. Videtur Ursinus

anguibus domi comprehensis haruspices convocavit? qui cum respondissent, si marem emisisset, uxori brevi tempore esse moriendum; si feminam, ipsi: aequius esse censuit, se maturum oppetere mortem, quam P. Africani filiam adolescentem. Feminam emisit: ipse paucis post diebus est mortuus.

probare *mularum*, sed ne videri quidem debuit. *Mr.*

domi] De more, privatim etiam de privatis rebus consulendi Tuscos, vide disputantem Frandsen. Haruspices p. 87. qui nostrum etiam locum adhibuit. — Ad v. *scriptum reliquit* cf. Cic. Fragmm. incert. p. 144. Ed. Sch. ubi est *Hippocrates nobilissimus medicus scriptum reliquit.* Cod. S. exhibet *reliquit scriptum. Mr.*

se maturam oppetere mortem] Defendit hanc lectionem Wopk. l. c. p. 246. ita, ut dicat, commode posse dici mortem adolescentis *maturam* ea significatione, qua sit apud Plautum Pseudol. I. 3. 5. *mittam hodie huic suo die natali malam rem magnam et maturam*, ubi *maturam* explicat in Lexico suo Pareus: *quae imminet*: ut sit h. l. *matura mors*, quae alterutri, aut Graccho aut uxori, iam nunc esset subeunda. — Deinde etiam ne necesse quidem esse ait, vocem *maturam* etiam ad *adolescentem* trahi, ut in loco Acadd. II. 15. *cum animi inaniter moveantur eodem modo rebus iis, quae nullae sint, ut iis, quae sint:* hoc igitur loco ad posteriora item ex prioribus repetendum esse *animi moveantur*, neque vero *animi inaniter moveantur.* Quae quamvis sint vera, nihil tamen faciunt ad convellendam Davisii rationem, quam v. nota proxima. *Mr.* — Liv. VII. 1. *Maximeque eam pestilentiam insignem mors quam matura, tam acerba, M. Furii fecit:* ubi consule interprr. in Ed. Drakenb. *Cr.*

Se maturam oppetere mortem] Secundam vocem nescit Paris. Sed *maturam* quidem *mortem* recte dici posse scio: hic tamen omnino legendum, *se MATURUM oppetere mortem.* Alioqui sensus exsurgit incommodus: nam tum demum Ti. Gracchus, se, quam P. Africani filiam adolescentem, maturam oppetere mortem, aequius censeret. Quasi mors adolescentis *matura* dici posset! Vide *Cl. Salmasium* Exerc. Plin. pag. 1118. At *adolescenti* recte *maturus* opponitur. *Lactantius* Div. Inst. lib. V. cap. XIII, 3. *Si pueri, si adolescentes, improvidi sunt per aetatem; maturi certe ac senes habent stabile iudicium. Suetonius* Calig. cap. XLIV. *In exercitu recensendo plerisque Centurionum MATURIS iam et nonnullis ante paucissimos quam consummaturi essent dies, primos pilos ademit.* Sed haud opus est, exempla colligamus; siquidem hoc multis ostendit eruditissimus et amicissimus *Ric. Bentleius* ad *Horatii* Art. Poet. vs. 157. *Plutarchus* in Gracchis Tom. I. pag. 824. *Λέγεται δέ ποτε συλλαβεῖν αὐτὸν* (*Τιβέριον Γράκχον*) *ἐπὶ τῆς κλίνης ζεῦγος δρακόντων. Τοὺς δὲ μάντεις σκεψαμένους τὸ τέρας ἄμφω μὲν οὐκ ἐᾶν ἀνελεῖν, οὐδὲ ἀφεῖναι, περὶ δὲ θατέρου διαιρεῖν, ὡς ὁ μὲν ἄῤῥην τῷ Τιβερίῳ φέροι θάνατον ἀναιρεθείς, ἡ δὲ θήλεια τῇ Κορνηλίᾳ. Τὸν οὖν Τιβέριον καὶ φιλοῦντα τὴν γυναῖκα, καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσήκειν ὄντι ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩι τελευτᾶν ἡγούμενον, ἔτι ΝΕΑΣ οὔσης ἐκείνης, τὸν μὲν ἄῤῥενα κτεῖναι τῶν δρακόντων, ἀφεῖναι δὲ τὴν θήλειαν.* Eadem narrant *Valerius Maximus* lib. IV. c. VI, 1. *Plinius* H. N. lib. VII. c. 36. *Aur. Victor* de viris Illustr. cap. LVII. et noster infra lib. II. cap. 29. *Davies.*

se maturam oppetere mortem] Davisius corrigit *maturum*, ut referatur ad *se*, se maturum sc. *morti*, non *ad mortem.* ita opponitur ipse *maturus* et uxor *adolescens.* Verum puto. *Ern.* — Receperunt Davisii coniecturam optimam Lallem. Bip.

19. **Irrideamus haruspices; vanos, futiles esse dicamus; quorumque disciplinam et sapientissimus vir, et eventus ac res comprobavit, contemnamus: contemnamus etiam Babylonios, eos, qui e Caucaso caeli signa servantes, numeris et motus stellarum cursusque persequuntur. Con-**

Hott. et Sch. Laudat Hott. Ovid. Metam. X. 36. de Eurydice:

Haec quoque, quum iustos matura peregerit annos,
Iuris erit vestri.

Adde Hor. Art. Poet. 115.

Maturusne senex, an adhuc florente iuventa
Fervidus.

Ad genus vocis *adolescens* vid. K. L. Schneider. Formenlehre d. Lat. Spr. I. p. 1. sq. *Mr.*

contemnamus: contemnamus] Non repetunt hanc vocem Codd. L. b. c. d. Cr. U. S. et M. Idem est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sed quatuor priores pro *quorumque* habent *quorum*, quod, si ponitur distinctio minor post *dicamus*, stare potest salva ratione grammatica. In Ed. Brut. est *contemnemus: contemnamus:* in Ed. Sturm. *eos contemnamus. contemnamus* etc. Pro *Babylonios* est *Babylonem* in Codd. Cr. U. L. a. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Sed Crat. in marg. habet *Babylonios*. *Mr.*

eos, qui e Caucaso] Vulgo *et eos:* sed recte delevit Hott. copulam *et*, quia ii, de quibus sermo est in sequentibus, nulli alii sunt quam ipsi Babylonii. Conf. infra II. 46. Idem laudat Tusc. I. 32. 78. *amicos nostros Stoicos dimittamus; eos dico, qui aiunt animos manere.* Commodius Goerenzius laudat, probata Hottingeri coniectura, ad Cic. de Legg. I. 16. 44. p. 70. ubi est: *nam et communis intelligentia notas nobis res efficit, eas, quas in animis nostris inchoavit:* ille igitur laudat de N. D. I. 13. 35. *Nec audiendus Theophrasti auditor, Strato, is, qui physicus appellatur:* ib. II. 41. 104. *Utar, inquit, carminibus Arati, eis, quae a te — conversa* etc. — Cum infra c. 42. dicatur, *Babylonios in camporum patentium aequoribus habitare;* servari vult *et* Meyerus, cum Babylonii non fuerint Caucasi incolae, et Cicero Astrologos septentrionem versus habitantes ab iis distinguere velle potuerit, qui versus meridiem habitarent: quamquam h. l. Ciceronis fortasse errorem geographicum esse concedit. — Sed Babylonii h. l. sensu latiore ponuntur, et vult Cicero: *eos dico, qui* etc. — Scribitur *ex* pro *e* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Brut. Boul. Ald. Lamb. Goth. Sylb. minus bene: vid. Ramshorn. Gr. Lat. p. 284. Cod. P. praepositionem omittit, M. habet *in Caucaso. Mr.*

Caeli signa servantes] Observantes. Vide modo *Servium* ad *Virgilii* Georg. I, 205. *Dav.*

servantes,] Verbum, ait Hott., augurio proprium: inf. 48. *Remus auspicio se devovet atque secundam solus avem servat.* Adde Or. in Vatin. 7. 17, et quae plura laudat loca Ernestus in Clav. Cic. v. *servare.* Verbum *persequuntur* in Lex. Cic. h. v. ita explicat Sch. ut dicat: eos ita tractant, ut ad certos numeros revocent. *Mr.*

Numeris et motibus *stellarum cursus persequuntur*] Quibus quaeso MOTIBUS stellarum cursus persequuntur hi viri? Permultum fallor, aut reponendum *numeris stellarum cursus* et motus *persequuntur*. Geminus germanus est locus infra lib. II. c. 6. *Solis defectiones, itemque Lunae praedicuntur in multos annos ab iis, qui siderum* CURSUS ET MOTUS NUMERIS PERSEQUUNTUR. *Iulius Firmicus* Mathes. lib. I. cap. 2. *Ecce motus* et *cursus eius* (Saturni) *per dies singulos horasque colligimus. Dav.*

numeris et motus stellarum cursusque persequuntur.] Davisii ra-

demnemus, inquam, hos aut stultitiae, aut vanitatis, aut impudentiae, qui CCCCLXX millia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent, et mentiri iudicemus, nec saeculorum reliquorum iudicium, quod de ipsis

tionem probavit Ern.; receperunt eius emendationem Hott. Lallem. et Sch. Nos vero Goerenzii rationem amplexi sumus, (eam nimirum, quam voluisse videtur) qui in Programmate saepe laudato p. 21. sq. de Dav. ratione loquens, „Hoc, ait, non sine causa audacius factum videatur, cum libri scripti et editi omnes vulgatam constanter servent: *numeris et motibus stellarum cursus persequuntur*. Alter Codd. nostrorum *cursusque*, sed *que* a recentiori manu deleto, habet. Hanc ansam arripiens, veram lectionem reponi puto, si scribatur: *numeris motus stellarum cursusque persequuntur*. Imposuit trepidanti librario *et*, ut casum eundem, qui praecesserat, sequi iuberet, atque sic postea *que* post *cursus*, tanquam absonum, eiectum est.“ Videtur Goer. voluisse *et motus stellarum cursusque*, cum dicat librario imposuisse *et*. Si servaveris *et*, distinguet Cicero *motus* et *cursus*, qui reapse differunt, ita quidem, ut cursus quidem sit motus, neque vero quivis motus sit cursus. Praecedente autem *et*, quod est in omnibus libris, nihil impedit, quo minus sequatur *que*. Ita est Acadd. I. 10. 37. *officia autem, et servata praetermissaque, media vocabat*: ib. I. 12. 4. *et breviter — minimeque obscure*. — Rathius ad h. l., inter plures sententias haesitans, haec adscripsit: „*Numeris et motibus stellarum cursus persequuntur* i. e. stellarum cursus tractant ἀριθμητικῶς et μηχανικῶς, ut *motibus* sit *secundum leges motus*. Quae interpretatio si vera est, emendatione locus non eget. Sin minus, pronum est corrigere: *numeris motus stellarum ac cursus persequuntur*, aut ex II. 6. sic interpolare: *numeris stellarum cursus et motus*; aut sic: *numeris motus stellarum et cursus*.“ *Mr*.

Condemnemus, inquam,] Cod. R. et vetus Caroli Steph. *Contemnamus, inquam*. Cod. S. *Contempnemus*: idem omittit *aut stultitiae*. In seqq. scribitur in Cod. Cr. *aut vanitatis, aut stultitiae*: quo turbatur elegans gradatio. Quam cum item turbari viderem, si scribas cum vulgatis *imprudentiae*, recepi, quod Ern. coniecit *impudentiae*, quia refertur ad illud ultimum: *nec seculorum reliquorum iudicium pertimescere*. In eadem sententia est etiam Goerenzius, qui ex fine libri primi laudat hanc gradationem: *levitate, vanitate, malitia exclusa*. Praeivit, notantibus Oliveto Hottingero et Schütizio, Lambinus Ernesto idem coniiciens: sed eius coniecturae in Lambb. nullum apparet vestigium. Obsecuti sunt Ernesto Hott. et Sch.; probavit eius sententiam Lallemannus, Sch. recte addit, vulgatum *imprudentiae* iam contineri in v. *stultitiae*. Nos quidem in omnibus libris nostris vulgatam habemus in contextis: sed Brutus in annotationibus iam adscripsit: „alii *impudentiae*“, ut veteres quoque libros probam lectionem servasse appareat. Vocem *reliquorum* omittit Cod. R. *Mr*. Elegantem existimo lectionem Ernestinam, necessariam non item. *K*. — Ad seqq., quod ad numerum, conf. *Ideler. Hist. Untersuchungen über d. astronom. Beobachtungen der Alten*, et in *Halmae* edit. Chronologiae Claud. Ptolemaei Tom. I. part. 3. p. 63. *Cr*.

CDLXX *millia*] Saepe mihi in eiusmodi litteris observatus error facile persuadet, ut legendum potius existimem CCCIↃↃↃ et deleatur *millia*: nam CCCIↃↃↃ valet centum millia. Quo de genere in nostris in Epist. ad Atticum commentariis et satis copiose, et primi, ut opinor, disputavimus. *P. Manucius*.

Ibid. CCCCLXX *annorum*] In manu-

37 futurum sit, pertimescere. Age, barbari vani atque fallaces; num etiam Graiorum historia mentita est? Quae Croeso Pythius Apollo, ut de naturali divinatione dicam, quae Atheniensibus, quae Lacedaemoniis, quae Tegeatis, quae Argivis, quae Corinthiis responderit, quis ignorat?

scripto est CCIↃↃ annorum. Puto autem rectum esse, CIↃ. IↃↃↃ *annorum*. *Ursinus*.

Ibid. CCCCLXX *millia annorum*] Frustra sunt *Paullus Manucius* et *Fulv. Ursinus*, qui mutandos hosce numeros censuere. Quamvis enim futilem prorsus et vanam horum iactantiam esse scimus; recta tamen est lectio recepta: rem enim ita se habere praedicabant Chaldaei. *Diodorus Siculus* Bibl. lib. II. pag. 118. *Χαλδαῖοι ἑπτὰ καὶ τετταράκοντα μυριάδας καὶ τρεῖς ἐπὶ ταύταις χιλιάδας* (Anni sunt 478000) *εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν γεγονέναι καταριθμοῦσιν, ἀφ' ὅτου τὸ παλαιὸν ἤρξαντο τῶν ἄστρων τὰς παρατηρήσεις ποιεῖσθαι*. *Lactantius* Div. Inst. lib. VII. c. 14. *Secuti fortasse Chaldaeos, qui, ut Cicero tradidit in libro de Divinatione primo* (ad hunc ipsum locum respicit) QUADRINGINTA SEPTUAGINTA MILLIA *annorum monumentis comprehensa se habere delirant*. Quin et idem numerus servatur infra lib. II. cap. 46. *Davies*.

Quae Croeso Pythius Apollo, etc.] Pleraque oracula, quae memorantur, reperies apud Herodotum: Vid. I. 46. sq. 53. 55. 85. 91. V. 89. sqq. VII. 140 — 143. 189. VI. 18. 77. VII. 148. I. 66. sq. VII. 220. VIII. 114. 220. *Cr*. — Cod. S. *dicta* pro *dicam*. *Mr*.

quae Lacedaemoniis,] Haec omisit Hott. Invitus, ut existimo. Vide modo oracula, quae Lacedaemoniis obtigerunt, apud Cragium de Rep. Laced. II. 2. p. 58. III. 1. p. 96. et p. 195 sq. *Mr*.

Quae Tegeatis] Sic multis annis, antequam *Adr. Turnebus* Adversariorum libros ederet, legendum esse videram: atque adeo aliquot mensibus ante iam edendum curaram. Nullos enim *Taygetos* populos memineram, *Tegeatas* noveram; et ex *Herodoto* hic *Tegeatis* esse legendum didiceram. *Lambin*.

Quae Taygetis] *Tegeatibus* habet antiquus liber, et ita omnino legendum: sive, ut edidit *Lambinus*, *Tegeatis*. Confirmat eam lectionem *Pausanias* in Laconicis. *Ursinus*.

Quae Tegeatis] Est Turnebi coniectura, quam sibi putide arrogare nititur Lambinus. vulgata Taygetis, ad quam magis inclinant mss. quam ad priorem. *Gruter*.

Quae Tegeatis] Probam lectionem, nisi dudum esset reperta, nos ex Codd. nostris M. et L. a. restituere potuissemus. De prius vulgata optime I. M. Brutus ita: Turnebus, locum suspicatus non carere mendo, pro *Taygetis*, *Tegeatis* ex Herodoto legit, non mala coniectura. Certe Taygeti populi neque a Plinio, neque a Strabone, neque ab aliis ulli censentur. Taygetus, mons Spartae et Amyclis imminens, a Taygete, una ex Pleiadibus, Atlantis et Pleiones filia, videtur appellatus: nomen ipse populis nullis dedit. *De Taygetis* aliis videtur legendum: utroque enim modo et Taygetus unius numero, et Taygeta numero multitudinis mons is dictus invenitur. Nam hoc eodem libro Cicero, et Plin. Lib. II. cap. 79. ait *ab Anaximandro Milesio Physico Lacedaemoniis praedictum, ut urbem ac tecta relinquerent: instare enim motum terrae. Ita Taygeti montis magnam partem ad formam puppis eminentem abruptam urbem oppressisse*. Sed ne hoc ipsum nobis adiumento sit, ad hunc locum sanandum, facit Cicero, qui hanc ipsam praedictionem negat divinationem habendam; quippe quae physica ratione tota constet. Ut mittam, hoc loco de oraculis deorum, non de prudentium praedictione agi. Cod. L. a. *Tagreatis*. L. b. *Targedtis*. L. c. *Taigetis*. R. *Taietis*. L. d. habet

Collegit innumerabilia oracula Chrysippus, nec ullum sine locuplete auctore atque teste; quae quia nota tibi sunt, relinquo. Defendo unum hoc. Numquam illud oraculum Delphis tam celebre et tam clarum fuisset, neque b.
tantis donis refertum omnium populorum atque regum, nisi omnis aetas, oraculorum illorum veritatem esset experta. Idem iam diu non facit. Ut igitur nunc minore 38.
gloria est, quia minus oraculorum veritas excellit: sic tum, nisi summa veritate, in tanta gloria non fuisset.

responderent pro *responderit*. In Cod. R. abest *quae Argivis*. Ad hunc de oraculis locum in Copp. Victt. a. laudatur Diod. Sic. XVI. [cap. 26. T. II. p. 101. Wessel.] *Mr.*

innumerabilia oracula Chrysippus] Cod. P. *innumerabiliora*, adhaerentibus duabus sequentis vocis syllabis priori: quo de errore saepius obvio loquitur Scioppius de Arte Crit. p. 70. sq. Davisius scribit *oracla, oraclorum, oraclum*, sed post *aetas*, parum sibi constans, *oraculorum*. Illa forma poetis relinquenda. Vid. K. L. Schneider Lat. Elementarl. I. p. 172. ibiq. laud. Ovid. Metam. I. 321. De vocis, quae mox sequitur, *locuplete*, usu vid. quae congessit loca Ochsnerus ad Oliveti Eclog. Cic. p. 185. Pro *auctore* est *auctoritate* in Codd. U. R., simili errore, quo supra Cod. P. habebat *innumerabiliora*. *Mr.*

Chrysippus] Vid. supra cap. 3. et infra II. 56. Tanguntur autem Chrysippi libri περὶ χρησμῶν, de quibus consule *Bagueti* Comment. de Chrysippo §. VI. p. 24. et praecipue §. XCII. p. 228. sqq. *Cr.* Verbis *relinquendi* et *defendendi* eadem, qua hic, significatione usus est noster Prov. cons. 2. *omitto iurisdictionem — contra leges, — caedes relinquo, libidines praetereo*. Verr. Act. II. L. III. 90. 211. *id aliorum se fecisse exemplo defendat*. Cod. L. d. habet *defenso;* in eodem et L. b. est *tibi nota*. Ad. v. *Nunquam illud oraculum* v. Flor. I. 12. Athenaeum VI. p. 231. *Mr.*

illud oraculum Delphis tam celebre — fuisset,] *Oraculum Delphis* ponitur pro *oraculum Delphicum*. *K.* — Tenendum nimirum, nonnisi voce *illud* additâ ita dici potuisse, ut *Delphis* scriptum sit pro: *quod Delphis floruit*. Quod nisi esset, dicendum fuisset similiter atque est infra II. 25. *Multa ante Lacedaemoniorum malam pugnam in Leuctris a Callisthene memorata dixisti;* unde tamen coniici nolim, nostro loco reponendum esse *in Delphis*. Scribitur infra *oracula Delphis* (II. 57.) sine offensione, quia additur verbum *eduntur:* nostro loco cave *Delphis* ad *fuisset* trahas. Ceterum de hac constructione v. Ramshorn. Gr. Lat. p. 667. Ad v. *tantis donis* monet Hott., id dictum sibi videri pro *tot ac tantis donis*. Mox Cod. L. b. *experta esset*. *Mr.*

Idem iamdiu non facit.] Forte *non fit:* et paullo post, *nunc in minore gloria est* Davies.

Idem iam diu non facit.] Hunc verborum ordinem habent Codd. S. L. c. d. b. et R. Cr. et U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav. Reliqui *Iam diu idem non facit*. Davisii emendatio prior non est necessaria: posterior minus etiam. Cur enim scribamus *in minore gloria est*, cum noster dixerit ad Famm. VI. 4. *quanto fuerim dolore, meministi:* ubi vid. quae affert Cortius p. 271. Caesar B. G. VI. 13. *qui aliquo sunt — honore*. B. C. I. 77. ubi vid. Held. p. 88. et Oudendorp. p. 141. sq. ed. Stuttg. in primis autem I. F. Gronov. ad Liv. II. 22. p. 153. ed. Elzev. Cod. S. *nec* pro *nunc*. In Cod. U. scribitur *minor gloria est*. Robsius l. c. p. 9. verba *Idem — facit* ex adver-

Potest autem vis illa terrae, quae mentem Pythiae divino afflatu concitabat, evanuisse vetustate, ut quosdam exaruisse amnes, aut in alium cursum contortos et deflexos videmus. Sed, ut vis, acciderit: magna enim quae-

sarii persona dicta putabat, ut cap. praeced. *Non reperio causam.* Ego vero ea concedentis esse existimo. *Mr.*

Potest autem etc.] Ad rem conf. Clasen. de Oraculis p. 251. 277. sq. In Cod. U. desunt verba *vetustate ut quosdam exaruisse:* sed in marg. ab al. m. additum est *vetustate.* In praecedd. Cod. S. habet *extollit* pro *excellit.* Idem *ut quosdam evanuisse annos,* et *malum* pro *in alium.* Citantur ad h. l. in Co. Vi. a. Plutarch. Mor. 272. [ed. Ald. περὶ τῶν ἐκλελοιπ. χρηστ. init. ubi l. 4. pro θυοῦ Victorius corr. θεοῦ.] *Mr.*

Vis illa terrae, quae mentem Pythiae divino adflatu concitabat] *Strabo* lib. IX. pag. 641. Φασὶ δ' εἶναι τὸ μαντεῖον (Delphicum) ἄντρον κοιλὸν κατὰ βάθους, οὐ μάλα εὐρύστομον· ἀναφέρεσθαι δ' ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν· ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν, ἐφ' ὃν τὴν πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα, ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα. Auctor libri de Mundo cap. IV. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν πνευμάτων πολλὰ πολλαχοῦ γῆς στόμια ἀνέῳκται· ὧν τὰ μὲν ἐνθουσιᾶν ποιεῖ τοὺς ἐμπελάζοντας —— τὰ δὲ χρησμῳδεῖν, ὥσπερ τὰ ἐν Δελφοῖς. Plura congessimus ad cap. XXXVI. *Davies.*

Evanuisse et *exaruisse amnes*] Illud *evanuisse et,* redditum auctori volentibus membranis nostris. quid quod et Victoriana agnoscit editio, et habet sane heic, quod agat. *Gruter.*

Ut quosdam exaruisse amnes] Eadem fere ἔννοια *Plutarchi* obversabatur animo. Τὴν Βοιωτίαν, inquit de Orac. Defect. p. 411. νῦν ἐκλέλοιπε κομιδῇ (χρηστήρια,) καθάπερ νάματα, καὶ πολὺς ἐπέσχηκε μαντικῆς αὐχμὸς τὴν χώραν. Porro vulgati prae se ferunt, *ut quosdam* evanuisse et *exaruisse amnes;* sic et, inverso verborum ordine, Cantab. noster. At vero Reg. Merton. veteresque editos sequimur, qui duas illas voces omnino praetermittunt. Et eas quidem e varia lectione natas esse docent Med. qui *evanuisse exaruisse,* et Balliol. qui *evanuisse exhaurisse,* ἀντὶ τοῦ *exaruisse,* repraesentant. *Davies.*

quosdam exaruisse amnes] Verba supervacanea *evanuisse et* omittunt Codd. Guelf. U. L. a. Edd. Ven. 1494. Mediol. Car. Steph. Brut. Sturm. Boul. Ald. Lamb. Goth. Sylb. Verb. Ern. (quamquam is in annotatione dicit, se delevisse verba *et exaruisse,* ut posset videri voluisse *quosdam evanuisse amnes,* ut est in Ed. Asc. 1., nisi diceret, se cum Davisio facere:) Oliv. Bip. Hott. Sch. Censor Ienensis 1794. 272. p. 464. verba *aut in alium — deflexos* spuria existimabat. *Mr.*

Sed, ut vis, acciderit] In manuscripto est, *ut ut vis acciderit. Ursin.*

Sed ut *vis* acciderit] Pal. pr. et sec. *occiderit,* quod salivam nonnullis movebit. Ursini liber, *ut ut vis* acciderit. *Gruter.*

Sed, ut vis, acciderit:] Hottingerus Ursiniani Codicis lectionem *ut ut* vel recipi, vel certe vulgatam ita intelligi vult. Nimirum noster alibi *ut ut* pro *utcunque* posuit, veluti ad Fam. XVI. 18. *sed, ut ut est, indulge valetudini.* Et commendatur *ut ut* etiam eo, quod scriptum est *vis:* cum, ut vere monuit Goer. ad Cic. de Legg. I. 14. 40., *ut* pro *ut ut* positum coniunctivo iungi soleat. Neque vero ita construi potest: *acciderit, ut* (i. e. ea ratione qua) *tu vis;* nam nondum dicit Marcus, quomodo ipse illud accidisse existimet. Pro *acciderit* Cod. M. habet *ceciderit.* S. L. c. d. *occiderit. Mr.*

magna enim quaestio est:] De hac quaestione adhibendus est liber Plutarcheus περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. Ad verba *verax fuisse*

stio est: modo maneat id, quod negari non potest, nisi omnem historiam perverterimus, multis saeculis verax fuisse id oraculum.

Sed omittamus oracula: veniamus ad somnia: de 20.
quibus disputans Chrysippus, multis et minutis somniis 39.
colligendis facit idem, quod Antipater, ea conquirens, quae, Antiphontis interpretatione explicata, declarant illa quidem acumen interpretis: sed exemplis grandioribus decuit uti. Dionysii mater, eius, qui Syracusiorum ty-

etc. v. Croesi testimonium apud Herodotum I. 46—48. *Cr.* — Cod. R. *magistralis* pro *magna:* idem mox *perverteremus*. Cod. S. *non negari non potest — omnem vim historiarum perverterimus. Mr.*

multis saeculis verax fuisse id oraculum.] Codd. Cr. et U. *seclis* pro *saeculis*. De illa scriptione falsa v. Grotefend. l. c. §. 129. quod ad scriptionem per *e*, et K. L. Schneider. Lat. Elem. Lehre p. 172. quod ad syncopen poetis usitatam. Vocem *id* omittunt Codd. S. M. *Mr.* — Hinc *μάντις ἀψευδής* Apollo. Vid. Aeschyl. ap. Platon. de Republ. II. p. 383. p. 105. Bekkeri, et quae ibi collegit Ast. p. 438. *Cr.*

Sed omittamus oracula] Codd. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *mittamus*. Ita dixit ad Att. VII. 2. *mitto alia, quae audio, multa.* Sed bene se habet lectio recepta: ad Att. VIII. 8. *omitto illa vetera:* ib. *sed ut haec omittam.* Or. pro Quint. 21, 69. *ut alia omittam, hoc satis est. Mr.*

Veniamus ad somnia.] Ad rem conf. I. Gaffarelli Curiositates p. 124. *Mr.* — De Chrysippo vide, quod ad hanc rem pertinet, II. 60 sqq. II. 70. et adhibe *Baguet.* de Chrysippo p. 229 sqq. ibiq. laudd. Adde Cic. Acadd. II. 27. 87. ib. Goerenz. p. 160. et consule praeterea ad rem Hug. Grotium de Verit. Relig. Christ. I. 17. p. 109. ed. Koecher. *Cr.* Cod. R. *id* pro *idem:* idem post *quae* addit *sunt. Mr.*

Antiphontis] De *Antiphonte* v. Ern. Clav. Cic. s. v. qui eum Atheniensem fuisse dicit, *ὀνειροκρίτην*, qui libros de interpretatione somniorum scripserit, laudatos ab Artemidoro Onirocrit. II. 14. et ab aliis. V. Fabric. B. G. II. 26. nostrum infra I. 51. II. 70. De *Antipatro* supra I. 3. II. 15. Conf. Fabric. B. G. III. 15. Ionsius de Scriptorr. Hist. Philos. I. 13. De forma nominis v. quae infra disputavimus ad I. 51. Vid. etiam de eo viro Menag. ad Diogen. Laërt. II. 46. *Mr.*

quae, — declarant illa quidem] Eadem constructione usus est noster de Off. III. 17. *eaque malitia, quae vult illa quidem videri, se esse prudentiam.* De qua constructione vid. Heusing. ad Cic. de Off. I. 27. p. 226. ibiq. laudd. *Mr.*

exemplis grandioribus] Ern. ait: an *gravioribus?* Quod negat faciendum esse Hott. allato Ovidii loco Trist. I. 3. 25. *si licet exemplis in parvo grandibus uti.* Sed non erat opus loco poetae uti: cum noster adiectivo hoc in prosa oratione locis plurimis utatur, idque multis substantivis adiungat. Ut enim, ut hoc utar, de Invent. II. 52. 158. dicere potuit *res grandes,* de Finn. III. 5. 19. *de rebus grandioribus dicere,* ita commode etiam *exempla grandiora* iungere potuit. *Mr.*

Syracusiorum *tyrannus fuit*] Pal. pr. *Syracusanorum. Grut.*

Dionysii mater, eius, qui Syracusiorum] Vid. quae supra monuimus 19, 36. ad verba *Babylonios, eos, qui* etc. et adde, quae plura huius locutionis ex Cicerone collegit exempla Ochsnerus ad Oliveti Eclogas Cic. p. 282. De *Philisto* historico vid.

rannus fuit, ut scriptum apud Philistum est, et doctum hominem et diligentem et aequalem temporum illorum, cum praegnans hunc ipsum Dionysium alvo contineret, somniavit se peperisse Satyriscum. Huic interpretes portentorum, qui Galeotae tum in Sicilia nominabantur, re-

Ciceronis loca congesta ab Ernesto in Clav. Cic. h. v. Plura dabit I. G. Vossius de Historicis Grr. I. 6. p. 25—28. In Copp. Victt. a. citantur nostri Epp. ad Qu. Fr. II. 11. *Mr.*

aequalem temporum illorum] Graecorum more Genitivum addit, ut, quae inest in voce *aequalis* notio latior, accuratius circumscribatur. *K.* — Eadem constructione ad idem significandum usus est noster in v. *superstes* ad Qu. Fratr. I. 3. *utinam te non solum vitae, sed etiam dignitatis meae superstitem reliquissem:* et plane nostra de Legg. I. 3. 8. p. 24. Ed. nostr. et Cr. *ipse autem aequalem aetatis suae memoriam deposcit:* ubi, cum librarius hanc constructionem a Ciceronis usu abhorrere crederet, Cod. Par. C. habet *aetati*. In seqq. vox *ipsum* deest in Cod. M. *Mr.*

peperisse Satyriscum.] Vid. supra cap. 11., ubi de Panisco, ibique laudata. Satyrisci autem et Panisci ut plurimum cum aliis rebus differunt inter se, tum hac maxime, quod illi nec cornua habent, et humanis pedibus incedunt, licet nec ipsi plane immunes a similitudine bestiarum. Accuratius qui nosse velit, adeat *Winckelmanni Gesch. d. Kunst* II. p. 75. (Opp. IV. noviss. ed. Dresd.) 144. et animadvv. in eum p. 277 sqq. 289 sq. eiusdem *Monumm. Antichi* cap. IV. §. 26. p. 92. sqq. et Mythol. nostr. III. p. 201. sqq. ed. alter. [Epitom. p. 603 sqq.] *Cr.* Cod. R. habet *Satirum. Tum huic.* Cod. S. *qui gallic citetum in Sicilia. Mr.*

Huic interpretes portentorum, qui Galeotae] Eliens. exhibet *interpretes somniorum.* Ipsam vero rem modo nonnihil diverso tradit *Valerius Maximus* lib. I. cap. VII, 7, extern. *Mater,* inquit, *Dionysii, cum eum conceptum utero haberet, parere visa est Satyriscum; consultoque prodigiorum interprete, clarissimum ac potentissimum Graii sanguinis futurum, certo cum eventu cognovit.* Nobis autem hi portentorum interpretes, sunt *Galeotae,* prout olim dedit *Victorius,* non *Galleotae,* quemadmodum vulgati. *Stephanus* Byzantinus, *Γαλεῶται μάντεων εἶδος Σικελῶν. Aelianus* etiam V. H. l. XII. c. 46. *Γαλεωτῶν* meminit. *Davies.*

Galleotae] *Galeotae* vetus Codex, et ita habet *Stephanus ἐν τῷ Γαλεῶται. Ursinus.*

Galleotae] Si standum a numero mss. rescribendum *Galleatae.* Sic enim Pal. pr. sec. Pith. S. Vict. liber tamen Ursini nostri *Galeotae.* quomodo vocati Stephano. *Gruter.*

Galeotae] Hi portentorum interpretes videntur sui nominis originem debere voci Hebraicae גלה, quae significat *revelavit. Pearcius.* — Probam huius verbi scriptionem iam habent Edd. Asc. 2. Rob. Steph. Crat. Herw. Codd. Cr. et U. *Galleatae.* P. *Gallcotae.* M. *Gallicacae.* L. b. *a Galeatae.* L. c. d. *Galeatae.* R. *agalcate.* L. a. *Galeotae. Mr.* — Vid. Philisti Fragg. ed. Goelleri ad calc. libri de situ et orig. Syracusarum p. 170. Adde Hesych. I. p. 795. Alb. ibiq. intt. et Stephanum Byz. p. 259. Berkelii, et cf. Phanodemi Fragg. p. 13. ibiq. Lenz. et Siebelis. Bochartus in Geogr. Sacr. II. 28. Lib. I. p. 538. nomen derivat a גלה suffragante Albertio. Ex his locis Olearius male *Γαλεάδαι* Philostrato V. A. V. 25. obtrudere studuit, pro eo, quod verum est, *Γελεάδαι,* qui etiam in eo peccat, quod tanquam ex Athenaeo citat hunc versum, qui apud Stephanum Byz. l. l. exstat:

Γαλεοί γε πάντων μάντεων σοφώτατοι.

Dicebantur autem isti interpretes

sponderunt, (ut ait Philistus) eum, quem illa peperisset, clarissimum Graeciae diuturna cum fortuna fore. Num te ad fabulas revoco vel nostrorum vel Graecorum Poetarum? Narrat enim et apud Ennium Vestalis illa:

Excita cum tremulis anus attulit artubu' lumen,

somniorum et Γαλεοί et Γαλεῶται, neque vero Γαλεάδαι, neque quidquam in Apollonio variat codex Schellersh. *Cr.*

Ut ait Philistus] Non videtur Tullii, sed librarii. proxime enim praecessit, *ut scriptum apud Philistum est. Grut.*

(*ut ait Philistus*)] Contra Gruteri suspicionem recte monet Gronovius: „Utique et cap. 17. quum dixisset: *quod apud te sc. :ptum est,* subnectit: *nota res est, et a te ipso mandata monumentis.*" *Mr.*

quem illa peperisset,] Quia ipsi reginae hoc responderunt, legendum videtur *ipsa. Ern.* — Ad haec F. A. Wolfius l. c. p. 40 sq.: „Haec recta putamus esse. Etsi enim in his extremis continetur responsum, a vatibus *ipsi mulieri* datum, id responsum tamen quum a Cicerone suis verbis referatur, ratio mutatur loquendi, nec, ut pro *illa* scribatur *ipsa*, ulla causa est. Cuius generis exemplorum superat copia apud eos scriptores, qui saepius obliquo tenore narrationis utuntur." *Mr.*

clarissimum Graeciae] Animadvertendus est rarior huius constructionis usus, quo *Graeciae* dicitur pro: *ex omni gente Graecorum.* Ita plane locutus est noster Or. pro Rab. Posth. 9.23. *Virum unum totius Graeciae facile doctissimum, Platonem. Mr.*

Num te ad fabulas revoco] Ed. Asc. 1. *Non* pro *num,* et ita Cod. U. Ed. Sturm. *nam:* operarum errore. *Fabulas* ait F. A. Wolfius l. c., intelligimus narrationes, e prisca populorum aetate proditas, non dramata. Recte. *Mr.* Nota singularem usum praesentis Indic. *revoco* in quaestione. *K.*

Vestalis illa] Probabilis est *Hieronymi Columnae* coniectura, cui placet *Vestalis Ilia.* Ad illam certe stabiliendam conspirant loci circumstantiae, quemadmodum fuse docet vir ille doctissimus ad fragm. *Ennii* pag. 123. *Davies.*

Vestalis illa:] Non est necesse legere *Ilia. Illa* est clara illa Vestalis, quae Romulum peperit. *Ern.* In eadem sententia est Hott. Sed Lallemannus et nuperrimus Ennii Annalium editor (Lips. Hahn. 1825. p. 12.) Hieronymi Columnae coniecturam probant; a qua neque ego alienus sum. Ad v. *Narrat* v. quae monet Goer. ad Cic. Acadd. II. 16. 51. p. 97. In primis autem tenenda sunt, quae de nostri loci vocula *et* ante *apud* monet idem ad Acadd. II. 42. 129. p. 285: saepius sic nostrum in exemplis iungendis *et* ponere, ut cum eadem repetita sequi deberet, aliâ structurâ pergat. Hoc eius more eos potissimum decipi, qui, *et* pro *etiam* dici, pugnent: veluti de Div. I. 20. 40. scribi: *Narrat enim et apud Ennium Vestalis illa,* et pluribus interpositis pergere sermonem: *Sit sane etiam illud commentitium* etc. De hac re videsis etiam meam annot. ad Cic. de Rep. I. 3. p. 16. et Indic. s. v. *et. Mr.*

Excita — anus] Pro *Excita* Cod. P. *et cita.* M. S. *et scita.* In fine versus est in Codd. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. (sed haec in marg. ut nos) *lumen anus artubus actu,* sine sensu. Cod. Cr. *lumen artubus attulit anus,* metro adversante. R. *anus artubus acii lumen.* Cod. L. c. *tum* pro *cum.* S. *arcubus.* Ad Ennii versus conf. Doering. in Eclogis vett. Poett. (Gothae 1793.) p. 169 — 172. Ovid. Trist. II. 259. *Mr.*

anus] *Anum* Vestalis, sine dubio iuvencula, paullo infra *germanam* appellat sororem. Fortasse illa ex earum fuit numero, quae, spatio legi-

Talia commemorat lacrimans, exterrita somno:
Eurydica prognata, pater quam noster amavit,
p.89. a. *Vires vitaque corpu' meum nunc deserit omne.*
Nam me visus homo pulcer per amoena salicta
Et ripas raptare locosque novos. Ita sola
Post illa, germana soror, errare videbar,
Tardaque vestigare et quaerere te, neque posse
Corde capessere: semita nulla pedem stabilibat.

timo xxx annorum exacto, in atrio Vestae, quod fere solebat fieri, remanebant; ea ratione *germana soror* ab virgine iuvene vocata, qua hodie quoque virgines in coenobiis degentes (*Nonnas* iam Hieronymus nuncupat) sororio nomine se compellant invicem. *Roos.* l. c. p. 9. — Conf. I. Lipsius de Vesta et Vestalibus c. VII. p. 1088. Ed. Vesal. T. III. *Mr.*

Talia commemorat] Codd. L. c. P. S. M. *talia tum memorat.* Ad verbum intellige *Ilia Vestalis.* Tum Sch. scribit *lacrymans:* sed v. quae contra monet Grotefend. Orthogr. Lat. §. 125. qui magis etiam improbaret, quod scriptum est in novissima Annalium Ennii editione *Eurudica* v. sq. sed fortasse invito editore: nam in annot. est *Eurydica*, ibique addita Merulae nota, qui ita: Nescio an famula Iliae velit genus ab Eurydice Orphei coniuge ducere. — Eam anum Meyerus existimat esse nutricem Iliae. Cod. R. *pregnata.* S. *prograta. Mr.*

Vires etc.] Codd. L. b. c. R. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Rob. Steph. *Vires vita meum corpus.* Codd. S. M. *non* pro *nunc.* Ad v. *homo* Ed. Enn.: Intelligitur secundum poetam quidem Mars; alii putaverunt, stuprum ei illatum sive ab aliquo e procis eius sive ab Amulio ipso. — Scripsi autem *pulcer,* quia haec scriptio Ennii adhuc aetate obtinebat. V. Cicero in Orat. XLVIII. Cellarii Orthogr. Lat. p. 820. sqq. Ed. Harles. Grotefend. l. c. §. 133. 136. Versu sequ. Codd. S. P. habent *reptare* pro *raptare.* — Voces *Post illa* i. e. *postea* in Ed. Asc. scribuntur iunctim *postilla,* in Edd. Lamb. Goth. Verb. Grut. Ern. Sch. Enn. *Post-illa.* Est autem posterior vocis *illa* syllaba producenda utpote Ablativo casu posita, ut in v. *posthac* ap. Terent. Andr. III. 5. 5.

Posthâc incolumem sât scio fore me, nûnc si hoc devitô malum.

Nostram formam habet Catull. LXXXIV. 9.

Nec sibi post illa metuebant talia verba.

Ceterum totus hic locus comparandus cum Medeae somniis ap. Apollon. Rhod. III. 683—692. *Mr.*

homo pulcer] Est Mars. V. Doering. l. c. Ad v. *ripas* intellige: nimirum fontis illius, ubi Ilia, cum aquam ex eo haustum ivisset, a Marte conspecta et compressa fuit. Ovid. Fast. III. 13 — 22. Ad v. *novos* i. e. incognitos, v. Virg. Aen. I. 306. *Post illa* est i. q. postea. Fortasse melius coniunctim scribitur. Conf. Vulpius et Achilles Statius ad Catull. LXXXIV. 9. „Verba *Tardaque — nulla* videntur ad ea somniorum ludibria referenda, in quibus aliquis currere vult nec tamen procedere potest. Oppian. Halieut. II. 93.

Θρώσκει μὲν κραδίη, τὰ δὲ γούνατα παλλομένοιο
Ἀστεμφὴς ἅτε δεσμὸς ἐπειγομένοιο βαρύνει.

conf. Virg. Aen. XII. 908.— 912." *Doer.* In versibus *Exin* sq. pater Numitor praedicit fratris sui Amulii in Rheam eiusque filios saevitiam et puerorum ad fluvium Tiberinum servandorum fortunam. *Mr.*

corde etc.] Rath. Al. *capissere,* ut dicitur *petessere* et *petissere.* Loci sensus videtur esse: neque posse attingere te, quamquam cor meum de-

Exin compellare pater me voce videtur 41.
His verbis: O gnata, tibi sunt ante ferundae
Aerumnae: post ex fluvio fortuna resistet.

siderabat: ut mox *pater corde cupitus* dicitur. — De versus huius forma rarissima et a veteribus studiose vitata vid. Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 338. Pro *te neque* L. d. *utique*. *Mr.*

O gnata, *tibi sunt* etc.] Sic legendum, non, ut vulgo, *cognata;* quamvis *Turnebus* eam lectionem tueatur, sic interpretans, *filia, quod cum aliis liberis nata esset,* inquit. Quae interpretatio, simul et lectio, cuius interpretatio est, ferri non potest, et piget me utramque refellere. *Lambin.*

His verbis cognata *tibi sunt ante* gerenda. *Haec pater effatus germana, repente recessit Aerumnae post: ex fluvio fortuna resistit*] Sic Aldi vetus, sic omnes mss. nostri, nisi quod distinctio mea est, videbatur enim duriusculum: *ante gerendae* (*Haec pater effatus, germana repente recessit*) *Aerumnae: post ex fluvio* etc. quomodo ediderat Victorius. post editi transposuere versum. Lambinus praeterea *cognata,* mutavit in *o gnata;* secutus coniecturam Turnebi, cuius meminit lib. V. Adversar. c. 21. *Grut.*

O gnata] Vulgo *cognata:* sed *Lambini* coniecturam sua luce fulgentem clare firmat Reg. *Davies.*

O gnata] Ita Codd. Oxonn. E. O. U. nostri L. a. et P. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Lamb. Ern. Sch. Hott. Probat etiam eam lectionem Sylb. in annot. Brutus, contra Gruteri annot., narrat, vulgatam lectionem *cognata* a Turnebo ita defendi, ut dicat: Hic *cognata* a patre vocatur filia, quod cum aliis eius liberis nata sit. — Quae sane mira est defensio. Idem refert etiam novissimus, quem dixi, Ennii editor. *Mr.*

Tibi sunt ante gerendae Aerumnae: post ex fluvio fortuna resistet. Haec effatu' pater] Vulgo *tibi sunt ante* gerenda. *Haec* pater effatus, *germana, repente recessit. Aerumnae post: ex fluvio fortuna* resistit. At abunde patet versum secundum alieno loco positum esse: quapropter veteres editos omnino sequendos duximus. Praeterea malim *tibi sunt ante* ferendae *Aerumnae*. In reliquis vero mutationibus duces nobis fuere MSSti simul ac mens auctoris. *Dav.*

tibi sunt ante ferundae] Ita scripsi ex coniectura Dav. cum novissimo Ennii editore. Nam quod lectionem *gerendae* Merula sic explicari posse putavit, ut poeta respiciat ad *uterum gerendum,* vel *gerendas,* ante benigniorem fortunam, in geminis, quos utero conceperat, meras *aerumnas:* in eo argutatur. Scribitur autem *gerenda* in Edd. Asc. 1. Sturm. Grut. Verb. sequente dist. mai. Qui sequuntur duo versus inverso ordine leguntur etiam in Codd. nostris et Edd. plerisque. Probum ordinem habent Cod. L. a. Edd. Car. Steph. Sylb. Lamb. Goth. Ern. Bip. Oliv. Hott. Sch. Ed. Enn. itemque Crat. et Herw. in varr. lectt. In Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Sylb. Brut. Boul. Ald. Lamb. Goth. Grut. Verb. Ern. Bip. est *Haec pater effatus* pro *Haec effatu' pater,* ut in Codd. nostris. *Mr.*

Aerumnae:] Alii, ait Ed. Enn. nov., *erumnae,* quod et Columna retinuit, nisus Charisio Lib. I. Inst. Grammat., qui quidem sic: „*Erumnam* Ennius ait per *E* solum scribi, quod mentem *eruat,* vel per *oe* quod *moerorem* nutriat.“ [Atqui ipsum *moeror* scribendum *maeror*. v. Grotef. l. c. §. 132.] Sed haec sententia haud nostri poetae, sed Ennii iunioris Grammatici est, de quo vide Sueton. de illustr. Grammat. 1. Mox (v. 59. Ann. I.) poeta noster: *Ilia dia nepos, quas aerumnas tetulisti.* Festus: *Aerumnulas* Plautus refert furcillas, quibus religatis [l. *religatas* ut est in Ed. Scal. Santandraeana 1593.] sarcinas viatores gerebant, quarum usum quia C. Marius retulit mali [l. *muli* ex Ed. Iand.] Mariani postea appellabantur. Itaque *aerumnae* labores onerosos significant, sive a Graeco sermone

Haec effatu' pater, germana, repente recessit,
Nec sese dedit in conspectum corde cupitus:
Quamquam multa manus ad caeli caerula templa
Tendebam lacrimans, et blanda voce vocabam.
Vix aegro tum corde meo me somnu' reliquit.

21. 42. **Haec, etiam si ficta sunt a poeta, non absunt tamen a consuetudine somniorum. Sit sane etiam illud commenticium, quo Priamus est conturbatus.**

deducuntur: nam αἴρειν Graece, Latine tollere dicitur." *Mr.*

Fortuna resistit] Sic Pith. et Pal. pr. alii *resistet,* quod et in vulgg. Pal. sec. praefert *recessit;* qui et interpunxerat, *Aerumnae post ex fluvio. fortuna recessit.* forsan non male. *Gruter.*

Post — resistet.] Grut. et Verb. *resistit:* sed futurum exhibent Codd. Guelf. Oxonn. E. O. U. nostri L. a. b. c. d. Cr. U. M. Edd. Asc. 1. 2. Ven. 1494. Crat. Herw. Car. Steph. Rob. Steph. Brut. Sturm. Ald. Boul. Sylb. Lamb. Goth. rell. Ad rem Merula: „quasi diceret, Fortuna post multas aerumnas se rursum sistet tibi aequa et benigna ex Tiberi. Filii enim ex Ilia nati, expositi quidem in ripa Tiberis, sed veritus ille divino foetui nihil attulit incommodi." Cod. S. habet *fluvio repente resistit. Mr.*

Haec effatu' pater] Alii libri *ecfatus.* Cf. Non. cap. 4. nr. 196. et Niebuhr. Conspect. orthogr. ad Cic. de Republ. p. 353. ed. Stuttg. in *Ecflorescere,* et cf. Goerenz. ad de Legg. III. 9. 22. p. 245. *Cr.* — Virg. Aen. II. 790. de Creusa, quae Aeneae in quiete visa fuerat:

Haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem
Dicere, deseruit, tenuesque recessit in undas.

Ad v. *multa* Doer. haec: adverbialiter explicant pro multum, saepe, πολλάκις. Mihi ad ipsam Iliam referendum videtur, ut sit: frequens. V. interpr. ad Callim. Hymn. in Dian. 27. p. 73. 74. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας. *Mr.*

Multa *manus*] Hic, noto satis Hellenismo, *multa* valet multum. *Virgilius* Georg. III, 226.

Multa *gemens ignominiam plagasque superbi*
Victoris.

Idem IV, 320.

Multa *querens, atque haec adfatus voce parentem.*

Sic et alii Scriptores optimi. Vide *Statium* Theb. II, 635. et *Ioan. Vorstium* ad *Sulpicii Severi* Hist. Sacr. lib. I. cap. 4. *Davies.*

ad caeli caerula templa] Ed. Enn. nov.: Terent. Eunuch. III. 5. 42:

At quém deum? qui témpla caeli súmma sonitu cóncutit.

Mox (I. Ann. 167 sq.) poeta:

Unus erit, quem tu tolles in caerula caeli
Templa. —

Conf. Ochsner. ad Olivet. Eclog. Cic. p. 241. *Mr.*

Vix aegro] Codd. Oxonn. E. O. U. nostri L. b. c. d. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. (sed haec in m. *tum*) *vix aegro cum corde meo me somne relinquis.* Cod. R. *vix ergo et corde meo me somne relinquis.* Mox idem omittit *tamen.* Sturm. *vix aegroto tum corde meo me somnu' relinquit.* Scribitur *cum — somnu' relinquit* in Ed. Lamb.; in Boul. et Goth. item est *relinquit* pro *reliquit,* in Ed. Rob. Steph. scriptum est *somnus.* Errat igitur Ed. Enn. nov., dicens Dion. Gothofredum nostram exhibere lectionem. *Mr.*

illud commenticium] Cod. Cr. *commenticium illud.* P. *illud cōmtū* i. e. comentum. — Ad verba *parere se visa est* subaudiendum esse *sibi* monet Roos. p. 10., plane ut c. 23. *Matrem*

*Quia mater gravida parere se ardentem facem
Visa est in somnis Hecuba: quo facto pater
Rex ipse Priamus, somnio mentis metu
Perculsus, curis sumptus suspirantibus
Exsacrificabat hostiis balantibus.*

Phalaridis visam esse videre in somnis simulacra deorum. Pro *somnis* scribitur *somniis* in Cod. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Vocem *Rex* omittit Cod. P. Vocem *Hecuba* omittit Cod. R. et mox *pater. Mr.*

Mentis metu Perculsus] Lambinus *mentem*. Sed contra MSStos. Neque erat necesse: nam *mentis perculsus* dictum, ut Terentio *perculsus animi*. *Gulielmius.*

Pari modo *suspensum animi*, *deiectum animi*, et *aegrum animi* passim dicunt Latini. Vide modo *Livium* VIII, 18. et *Lactantium* de Mort. Pers. capp. 5, 17. *Davies.*

mentis metu perculsus] Lambinus, *mentem* coniiciens, cogitabat sine dubio de locis, qualis est Virg. Aen. XII. 468. *Hoc concussa metu mentem Iuturna virago aurigam — excutit.* Quod vero Guil. et Dav. dicunt, *perculsus mentis* dictum esse, ut apud Terentium *perculsus animi* [hoc quidem non legitur apud Ter., sed similia, veluti Eun. II. 2. 48. *falsus animi es:*], id cupidius, quam debuit, probavit Hott. Ex omnibus enim adiectivis et participiis, quae talem nonnunquam genitivum adiunctum habent, quorum nubem collectam vides in Ruddimanni Inst. Gr. Lat. II. p. 73—78, nullum plane adiunctum habet *mentis*, quamquam permulta *animi*. Quare ego cum Roosio facio, iungente *mentis metu*, ut est apud nostrum ad Famm. IX. 16. *volo enim abstergere animi tui metum:* ubi vid. Cortium p. 462. Neque vero mihi opponat aliquis, quod saepius apud nostrum est, *compos mentis:* nam *compos* pertinet ad adiectiva copiae et inopiae, quae cum Genitivo iungi trita est regula. Pro *perculsus* est *percussus* in Cod. M. solenni permutatione, de qua loquitur Gesnerus in Thes. L. L. v. *perculsus*. Pro *sumptus* Cod. R. habet *suppremis*. S. *thuris sumptis. Mr.*

Curis sumptis suspirantibus] *Sumptus* est in manuscripto, hoc est, *corruptus*, vel, quod melius puto, *consumptus;* ut simplex sit pro composito. *Ursinus.*

Curis sumptus suspirantibus] Edebatur antea *sumptis;* sed mutavi secutus *Gulielmii* mentem, et librum *Fulvii Ursini*, item MSS. Pal. pr. tert. et librum S. *Victoris*, in quibus haerebat alterum. *Sumptus*, consumptus, maceratusque. *Terentius: Cura sumitur, Dum tibi sit quod placeat.* GRUTERUS. — *Sumptus* etiam est in Balliol. Reg. Cantab. et Ven. 1471. Ac bene quidem. Locus vero, quem perperam laudat *Gruterus*, exstat Phorm. Act. II. Sc. II, 26. et ad rem nihil omnino facit. *Plautus* apposite Mil. Glor. Act. III. Sc. I, 79. *Nam in mala uxore atque inimico si quid sumas, sumptus est: In bono hospite atque amico, quaestus est quod sumitur: Et quod in divinis rebus sumas, sapienti lucro est.* Hoc sensu *sumere diem* dixerunt idem Pseudol. Act. V. Sc. I, 28. et *Terentius* Adelph. Act. V. Sc. III, 68. ac Phorm. Act. V. Sc. V, 4. *Davies.*

curis sumptus suspirantibus] Herelius (*Magaz. f. Philol.* I. p. 132.) pro *sumptus* legi vult *punctus:* ideo credo, quia alibi verbum *sumendi* non pro *consumere* positum reperitur, sed *vulnus acu punctum* dixit noster pro Mil. 24. 65. et Petron. c. 103. *stigmate puncti*, ubi tamen Ed. Bip. habet *puniti*. Sed non magis offendere debet *sumptus* pro *consumptus*, quam *ustus* pro *combustus* apud Horat. Epod. X. 13. ubi est:

*Quum Pallas usto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem. Mr.*

Exsacrificabat] Graece ἐξεθύετο.

Tum coniectorem postulat, pacem petens,
Ut se edoceret obsecrans Apollinem,
Quo sese vertant tantae, sortes somnium.
Ibi ex oraclo voce divina edidit

Nam ἐκθύεσθαι proprie usurpatur de expiando per sacrificia; de quo verbo consule Wesseling. et Valcken. ad Herodot. VI. 91. et Wyttenbach. ad Plutarch. p. 981. sq. *Cr.* — Ceterum v. nostrum locum in P. Scriverii Collectaneis veterum tragicorum (Lugd. Bat. 1620.) p. 161 sq. ibiq. annott. Ad verba *hostiis balantibus* v. Sil. Ital. Punic. XV. 705 sq.

— — — *cui mille sub altis*
Lanigerae balant stabulis. — — — *Mr.*

Tum coniectorem postulat] Pall. omnes et S. *Victoris* exemplar, habent *coniecturam*, quod *Gulielmio* probabatur pro coniectrici Sibylla. *Gruter.* Eandem lectionem servant Paris. Balliol. Med. reliquique nostri: sed eam prorsus inficetam censeo. *Davies.*

Tum coniectorem postulat] Ita non tantum editi nostri ad unum omnes, sed etiam totidem literis Codd. U. L. a. Hott. ad h. l. „refero *coniectorem*, ait, ad Apollinem; quo pacto et *vates* et *augur* dicitur a poetis. Nam ne proprie de *coniectore* s. somniorum interprete, accipiamus, vetant sequentia, quibus dicitur ipse Apollo respondisse." Ad quae recte Roosius p. 10. „Dubito: *Apollo* responsum dedit coniectori." Quo nihil est verius: quare etiam non audiendus Meyerus, qui *coniecturam* legit, vertitque *eine Deutung*. Verbum *postulat* omittit Cod. S. *Mr.*

pacem petens] Est formula in sacrificiis solennis: v. Brisson. de Formulis cet. I. 188. quem laudat Hott. Roosius vero conferre nos iubet Virg. Aen. IV. 56. ubi est: *delubra adeunt pacemque per aras exquirunt.* Adde de ea formula Vlitium ad Gratii Cyneget. 482. p. 201. sq. (in Venatione novaantiqua. 12. Elzevir. 1645.) Aen. III. 261. *sed votis precibusque iubent exposcere pacem.* Cic. pro Rabir. 2, 5. *Ab Iove O. M. ceterisque diis — pacem — peto precorque. Mr.*

Ut *se edoceret*] Forsan *et, se doceret, obsecrans* etc. sic enim Paris. Balliol. Med. Merton. aliique Codices, non *edoceret. Dav.*

Ut se edoceret] Codd. Cr. U. L. a. R. et Edd. Asc. 1. 2. *doceret.* Davisii coniecturam nemini probatum iri speramus. Neque etiam quisquam liber habet *et* pro *ut*, quamquam Dav. id innuere videtur. Cod. R. omittit *quo. Mr.*

tantae sortes somnium] Codd. U. et M. Edd. Asc. 1. 2. *somniorum.* — *Sortes tantae somnium* intellige: somnia, quae tam gravia portendere videantur. *Mr.*

Ex oraclo voce divina *edidit*] Legendum videtur, *ex oraclo* vocem divinam *edidit*, quemadmodum diserte repraesentat Eliens. Vide *Phaedrum* lib. I. Fab. XII, 12. et *Agellium* N. A. XII, 5. Quod autem Apollini tribuit Poëta, id alii Aesaco, alii Herophilae, alii denique aruspicibus adscribunt. Vide sis Interpretes ad *Dictyn* III, 26. *Dav.*

Ibi ex oraclo voce divina edidit] Scribitur *oraculo* in Edd. Asc. 1. 2. Vocem *divina* omittit Asc. 1. *Ubi* pro *ibi* est in Copp. Vi. a. De scriptione *oraclo* h. l. plane necessaria vid. K. L. Schneider Lat. Elementarl. I. p. 172. Multus est Wopkensius Lectt. Tull. p. 247 — 249. in refellenda Davisii coniectura *vocem divinam*, probans nimirum id, de quo nemo, ne Davisius quidem, dubitabat, *edere* esse i. q. declarare, praedicere, monere. Sed illud fuit probandum, *edere* intransitive poni posse i. e. nullo accusativo vel propositione relativa addita, pro *praecipere*, sequente coniunctivo et omisso *ut*. Haec non reputans Hott. dixit, lectionem vulgatam a Wopkensio exemplis allatis esse defensam. In simili nobiscum

Apollo: puerum, primus Priamo qui foret
Post illa natus, temperaret tollere:
Eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo.

Sint haec, ut dixi, somnia fabularum: hisque adiunga- 43.
tur etiam Aeneae somnium, quod in Numerii Fabii b.

sententia fuit Rathius, dicens, ablativis (qualis est de Off. II. 22 *quod Apollo Pythius oraculo edidit*) rem modo indicari, *qua* responsum est, non rem, *quae* est responsa: quare cum Dav. facit. Nolui tamen ego aliquid mutare; agnosco enim in accusativo Codicis Eliens. correctoris manum, et fero in vetere tragico, quod non ferrem in Cicerone, nimirum ut subaudiri velit *oraculum*. — Mox *puerum* intellige *Paridem*. Pro *primus* Codd. Cr. et R. habent *prius*. *Mr.*

Natus; temperaret tollere: *Eum* cet.] Ita recte edidit P. Victorius. inepte ante et post cusi, *natus tempora, hunc si tolleret*. Pal. sec. habebat, *natus, temptaret tollere*. Codex S. Vict. solum habebat, *natus tempora, Eum* cet. neque plus erat in Pal. pr. aut Pithoeano, nisi quod hic *ipsa* per compendium loco *tempora*. tert. *tempora et tolleret*. quart. *tempora et tollere*. *Gruter.*

Post illa natus, temperaret tollere:] Quum sic laudat Gruterus Victorianum, sic deprimat vulgatum, quae, malum, causa est, ut, quod ipse ineptum fatetur ac damnat, in sua editione retinuerit? [nimirum in contextu servavit vulgatam:] quo nihil aliud factum, quam ut Is. Vossio materia daretur in notis ad Melam p. 44. [p. 599. Ed. Abr. Gronov. Amst. 1748.] refingendorum horum versuum ex solo scilicet optimo suo codice, quum diu ante illum viri doctissimi non aliter legerint. Etiam illustravit pater II. Observat. c. 20. *I. Gronov.*

Post illa natus, temperaret *tollere*] Paris. *post illa natus tempora extollere*. Balliol. Med. aliique plures *post illa natus tempora et tollere*. Videlicet phrasis minus obvia Librarios fefellit. *Agellius* XVI, 19. *Ut ei necem adferre per vim suis manibus temperarent.* Plura *I. Fr. Gronovius* Observ. II, 20. *Davies.*

Post illa natus, temperaret tollere:] Cod. R. *tempora extollere*. Cod. Cr. *post illa natus tempora re tollere*. U. *p. i. n. tempora et tollet*. S. M. *p. i. n. temperaret*, omisso *tollere*, et P. nihil habet, praeter *post illa natus tempora*. Cod. L. b. Edd. Asc. 1. 2. *p. i. n. tempora et tolleret*. Vulgatam *tempora: hunc si tolleret* habent Edd. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sylb. Lamb. Goth. Probam habent, praeter Cod. Is. Vossii, Edd. Rob. Steph. Sturm. Verb. Ern. Oliv. Dav. Hott. Sch. Verbo *temperandi* hac constructione usus est Plautus haud raro: in Poenulo ter: Prol. 22. *animo aequo nunc stent, vel dormire temperent*, ib. 38. *canora hic voce sua tinnire temperent*. V. 2. 76. *Maledicere huic tu temperabis, si sapis*. *Mr.*

tollere] Ad huius verbi sensum conf. Lambin. ad Horat. Serm. II. 5. 46. [T. II. p. 193. ed. Wechel.] et Ruhnk. ad Terent. Andr. I. 3. 14. *Cr.* — Mox Cod. R. *exitium esse: tum iisque adiunguntur*. Cod. S. *Priamo* pro *Pergamo*. Idem *somnium Enee*. *Mr.*

In Numerii *Fabii*] Antea mendose, *Innumerum Fabii*. Nos ex antiquis libris restituimus: tres enim Fabii Pictores fuere, clari omnes antiquitatis notitia, Quinctus, Numerius, Servius; quorum antiquissimus Quinctus. Nominantur a *Livio, Agellio, Macrobio, Orosio, Nonio, Cicerone*. P. Manucius.

Ibid. In Numerii *Fabii Pictoris*] Sic restituit hunc locum *Sigonius*, cum antea legeretur *in numerum Fabii Pictoris*. Plane mendose. *Lambin.* [Laudatur in Copp. Victt. a. noster infr. II. 41.]

In Numerii Fabii Pictoris] Scri-

Pictoris Graecis annalibus eiusmodi est, ut omnia, quae ab Aenea gesta sunt, quaeque illi acciderunt, ea fuerint, quae ei secundum quietem visa sunt.

bitur *in numerum* in Codd. R. L. a. S. Cr. U. P. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Sturm. Boul. Ald. Lambb. Goth. In Ed. Asc. 1. est *quod inventum Fabii P.* Probam lectionem *Numerii* exhibent nostri Codd. M. L. b. c. d. Edd. Sylb. Grut., et post eam omnes recentiores. Brutus ad h. l. haec annotavit: Foedum erratum hinc C. Sigonius sustulit. Cum enim in gente Fabia praenomen *Numerius* usu receptum esset, librariorum incuria ex *Numerii* nota *Num.* sive *Numer.* atque *in* antecedenti, *innumerum* factum perverse erat. Causa autem certa a Festo commemoratur, cur hoc praenomen a gente Fabia sit usurpatum: alia a Nonio adducitur in voce *Numerum.* „*Ut*, inquit, *qui contra erant nati, fere Numerios praenominabat. Quod qui cito facturum se quid ostendere volebat, dicebat, numero id fore; quod etiam in partu precabantur Numeriam, quam deam solent indigetare pontifices.* [In Edd. Ald. 1513. et Paris. 1583. Nonii variat scriptio huius loci: ibi est nimirum *qui contra celeriter erant nati fere munerariis praemuniebant;* tum pro *se quid* Ald. *quidve*, Par. *quid se.*] Bruti scriptio corrigenda addito *celeriter.* — Sylb. autem haec: Sigonius ad eum modum, quo nunc editum est, legendum docuit. Fuit enim, inquit, alter Fabius Pictor, praenomine Quinctus, qui de rebus Romanis Latine scripsit, Gellio et Nonio teste, qui eius saepe latina verba proferunt: itemque Cicero de Legibus I. qui eum inter historicos Latinos numerat. At qui Graece iisdem de rebus scripsit, is videtur fuisse Numerius nominatus, quem tamen I. Lib. Dionysius Quintum nominat. De Numerio Fabio Pictore v. G. I. Vossium de Historr. Grr. IV. 13. p. 471. sq. *Mr.*

Quod in Numerii Fabii Pictoris] Coniecturam Sigonii admisit dudum Aldus Nepos; itaque nec mihi excludenda videbatur; quod nihil sani esset in vulgato, *in numerum Fabii*, adprobassetque alterum Turnebi censura, prae seque tulerit, P. Manutium sic invenisse in libris antiquis. *Gruter.*

Numerii Fabii Pictoris] Erravit Dionysius Hal. I. 6. p. 18. Reisk. *καὶ Ῥωμαίων ὅσοι τὰ παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ συνέγραφαν· ὧν εἰσὶ πρεσβύτατοι Κόϊντος Φάβιος κ. τ. λ.* Confudit enim *Numerium* Fabium et *Quintum* Fabium. Docuit C. D. Beckius de Fontibus Hist. Rom. in Vol. I. Fergusonianae Hist. Rom. vers. german. p. XIX. Sed in utroque nomine saepe peccarunt librarii. Vid. Pighium et Torrenium ad Valer. Max. IV. 3. 9. p. 358. Eosdem confundere videtur A. Popma ad Fragg. Historicorr. p. 169. ad calc. Sallustii ed. Wass. [Ed. Havercamp. T. II. p. 257 — 260.] et Numerii aetatem ibidem nondum designatam monet Saxius in Onomast. I. Praefat. p. XXII. sq. Principem vero legationis, anno u. c. 481. ad Ptolemaeum Philadelphum prodit Dionysius in Excerptis nuper repertis XX. 4. p. 158. ed. Mediol. [p. 97. ed. Frcf.] *Νεμέριος Φάβιος Πίκτωρ καὶ Κόϊντος Φάκιος* (leg. *Φάβιος*) *Μάξιμος καὶ Κόϊντος Ἀλγούνιος* (alii Ogulnium dicunt) *πρὸς τὸν Φιλάδελφον Πτολεμαῖον πρεσβεύσαντες κ. τ. λ.* Quae conferenda sunt cum Val. Max. Dione Cassio XXXIV. 147. aliisque, quos ibid. p. 61. recenset Fabricius. Adde A. Maium ad hunc Dionysii locum, Dukerum ad Livium XXXVII. 47. p. 105. sq. ed. Drakenb. et Eckhelium in D. N. V. Vol. V. p. 57. et pag. 209. *Cr.* — Cod. S. *quae ab eo gesta — ea fuerunt. Mr.*

secundum quietem visa sunt.] Simile somnium Aeneae exornavit poëta in Aeneid. III. 147 — 171. *Cr.* — Cod. L. b. habet *eiusdem* pro *eiusmodi*. Idem mox cum R. *fuerunt*: posterior

Sed propiora videamus. Cuiusnam modi est Superbi 22.
Tarquinii somnium, de quo in Bruto Attii loquitur ipse?
Cum iam quieti corpus nocturno impetu 44.
Dedi, sopore placans artus languidos;
Visum est in somnis pastorem ad me appellere

peiora pro *propiora*. L. b. d. *propriora*. *Mr.*

Sed propiora videamus.] Bovillerius legebat *propria*, ut opponatur externis c. 23. Haec verba et alibi confusa reperimus. *Ern.* — *Propiora* veteribus opponuntur; infra II. 9. *abeamus a fabulis, propiora videamus*. Lambinianae [Boul.] exhibent *propria* [et ita Cod. P.], et sic vult Bovillerius. Nihil muto: quae enim de Aeneae somnio traduntur, et vetera sunt et eadem propria. *Rath.*

De quo in Bruto Accius *loquitur ipse*] Vera lectio, *de quo in Bruto* Accii *loquitur ipse*. Fabulam autem *Accii*, cui *Bruto* nomen esset, significat; quam et ludis Apollinaribus, qui M. Bruti absentis nomine facti fuere, actam, intelligi potest de prima Philippica. *Camerarius.*

In nostris et Vossian. legitur *Accius* vel *Actius;* unde conieceram *de quo in Bruto* Acci *is loquitur ipse:* quod praecepisse *Gronovium* filium video. *Davies.*

in Bruto Attii] Ita scripsi cum Hott. et Sch. ex Cod. M., cum Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Lamb. Goth. Grut. Verb. Dav. Ern. ediderint *Accii:* de cuius nominis scriptione monuit Saxius in Onomast. I. 138. In reliquis libris est *Accius* vel *Actius; Accii* est in Codd. L. a. d. Solus ex nostris Sylb. scripsit *Attius;* nomen *Attii* etiam recte scribitur in P. Scriverii Collectann. vett. Tragicc. cum notis G. I. Vossii. Lugd. Bat. 1620. ubi de eo v. testimonia fol. ***, fragmenta eius p. 89 — 154. annot. p. 123 — 192. *Mr.*

Cum iam *quieti*] Sic quidem hactenus editi; sed adversantibus membranis Pall. Pithoei et S. Vict. omnibus. Eae enim *Quoniam quieti*. quod item poni pro *postquam* meminit Donatus, qui videatur. *Gruter.*

Cum iam quieti] Codd. Cr. et M. omittunt *iam*. Cod. S. habet *quomodo*, U. cum R. et L. c. *quoniam* ut Ed. Asc. 1. Cod. P. *quo iam*. Edd. Asc. 2. Crat. et Herw. exhibent *loquitur. Ipse quum quieti.* Sed Crat. et Herw. in varr. lectt. habent, ut nos post alios edidimus. *Mr.*

nocturno impetu] Pro *noctu*. Sic *impetus coeli*, pro coelo, apud Lucretium. *Ern.* Nimirum V. 201. Sed haec loca inter se convenirent, si apud Lucretium *coelestis impetus* pro coelo positus esset: nunc ne illud quidem verum est, *coeli impetum* apud eum nihil aliud sibi velle, quam *coelum*. Hott. ad nostrum locum: i. e. noctu: cum caelum vertens, sidera, cumque his noctem extulisset. Virg. Aen. II. 250. *Vertitur interea caelum et ruit oceano nox. Caeli impetum ingentem* pro caelo, magno impetu se circumagente, dicit Lucretius l. c. Conf. Cic. de N. D. II. 38. 97. [ed. nostr. min. p. 137. ibiq. annot.] Meyerus verba *nocturno impetu* dicta esse existimat pro *intempesta nocte*. Quod si displiceat (et displicet omnino), intelligenda censet, quasi sit *nocte ingruente, versante.* Et posterius quidem recte. Conferri etiam potest Ovid. Metam. IX. 485. *Noxque fuit praeceps.* Apud nostrum. de Or. III. 55. 209. legitur *sol praecipitans.* Versu seq. Ed. Asc. 1. habet *sopori* pro *sopore*, et ita Cod. U. *Mr.*

Visum est in somnis, pastorem ad me appellere Pecus lanigerum eximia pulchritudine, Duos consanguineos arietes inde eligi] Hos versus, qui antea praepostero ordine collocati legebantur, ita digerendos esse admonuit *Muretus* in annotationibus, quas in *Terentium* edidit. *P. Manucius.*

Visum *est in somnis* pastor] Vulgati *pastorem*. Aldi vetus et Victorii editio, *Visus est in somnis pastor.*

Pecus lanigerum eximia pulchritudine:
Duos consanguineos arietes inde eligi,
Praeclarioremque alterum immolare me:
Deinde eius germanum cornibus connitier

Lambinus, *visus in somnis pastor.* sed nostrum illud visitur in quatuor Pall. in Pith. in S. Vict. annotavitque Gulielmius dictum, ut *pugna factum* est. *Gruter.* Pater hinc notavit *visu' est. Gron.*

Visu'st *in somnis pastor*] Vulgo *visum est in somnis pastor,* nec aliter e nostris Paris. Med. Merton. Reg. et Cantab. Hanc vero lectionem, licet defensorem *Ianum Gulielmium* sit nacta, respuit Latini sermonis ratio. Quare cum Balliol. Aldin. et Victor. haberent *visus est in somnis,* nos versui consulentes edidimus *visu'st in somnis pastor,* quod et *Lambinus* iamdudum fecerat. Vide *G. I. Vossium* ad Fragm. Trag. p. 109 [p. 148. annott.] *Davies.*

Visum est in somnis, pastorem ad me appellere] Edd. Ald. Vict. [Lamb. Rob. Steph. Crat. Herw. Bip. Oliv. Dav.] *visu'st* (v. visus est). Mihi magis placet cum aliis, in his Bovillerio, post corrigere *pastorem;* quia et in seqq. accusativi sunt, qui e *visum est* pendent. *Ern.* — Eandem lectionem exhibet Hotting. iisdem rationibus ductus, recteque monens *visu'st* et (v. 5.) *eligi* iungi non posse. *Visum est* et *pastorem* habent Codd. nostri L. d. U. S. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sylb. Lamb. Goth. et Ven. 1494. Laudat pro nostra ratione Bathius Tuscull. V. 5. 12. *non mihi videtur, ad beate vivendum satis posse virtutem.* Sch. Davisium secutus est, apposuitque annotationis signum verbis *visu'st,* annotationem vero nullam. Scribitur *Somniis* in Edd. Asc. 1. 2., in Codd. L. d. M. *appellare* pro *appellere,* post quam vocem Sch. male distinxit. Cod. R. *compellere. Mr.*

Pecus lanigerum] Nihil variant mss. nostri. Bene tamen monet P. Manutius Muretum Notis in Terentium sic transponendos putare versus: *ad me appellere pecus lanigerum eximia pulcritudine. Duos consanguineos* etc. potest tamen consistere vulgatum. *Gruter.*

Pecus lanigerum eximia pulchritudine: Duos consanguineos arietes inde eligi] In versibus disponendis *M. A. Muretum* et *D. Lambinum* sequor; id quod mens Auctoris et ratio iubet. Eos autem ordine praepostero repraesentant vulgg. a quibus tamen haud abeunt Codices MSSti. *Davies.*

Pecus — Duos] Hunc verborum ordinem reperimus in Edd. Lamb. Goth. Dav. Hott. Sch. eumque iam probabat I. M. Brutus. Pro inverso ordine, qui Codd. et Edd. vett. occupat, haec affert Hott.: „Illud tamen pro ordine vulgato afferri posse videtur, quod, ab *eximia pulchritudine* arietes potius illos, quam gregem universum laudari, poetae consilium et somnii ratio postulabat. *Appellere* autem absolute etiam dicitur. Vid. Gesn. in Thesauro s. h. v.“ Sed, si vult ad *arietes* referri verba *eximia pulchritudine,* distinguat post *lanigerum,* abiiciatque distinctionem post *pulchritudine.* Codd. M. S. post *immolare* omittunt *me. Mr.*

Immolare *me*] Ridicule Lambinus contra editos ineditosque *involare.* nam Tarquinius utique fratrem Bruti occidit. *Gruter.*

Immolare *me*] Quid in mentem fuerit *Lambino,* cum *involare me* daret; equidem comminisci non possum. Quacunque vero de causa hoc sit ausus, omnino retinenda est lectio vulgata, quam omnes omnino libri tuentur, ut et ipsa res; quod vidit etiam *Gruterus:* nam Bruti fratrem natu maiorem trucidavit Tarquinius. *Livius* lib. I. cap. 56. Brutus, *quum primores Civitatis, in quibus* FRATREM *suum ab avunculo* (Tarquinio Superbo) *interfectum audisset — ex industria factus ad imitationem stultitiae,*

In me arietare, eoque ictu me ad casum dari:
Exin prostratum terra, graviter saucium,
Resupinum, in caelo contueri maxumum ac
Mirificum facinus: dextrorsum orbem flammeum
Radiatum solis liquier cursu novo.

Eius igitur somnii a coniectoribus quae sit interpretatio 45.
facta, videamus:

Rex, quae in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident,

quum se suaque praedae esse Regi sineret, Bruti *quoque haud abnuit cognomen.* Adi sis et *Dionysium Halicarnasseum* lib. IV. cap. 68. *Davies.*

prostratum terra] Dictum pro *in terra,* ut construitur etiam *collocatus. K.* — Proclive quidem esset corrigere *prostratum in terra,* ut est apud Lucretium II. 29. *prostrati in gramine molli:* sed plane non est necessarium: et dixit Valer. Flacc. Argonaut. VI. 508. *Strage cadit legio, et latis prosternitur arvis:* ubi de addendo *in* ne cogitare quidem per metrum licet. Cod. R. habet *resupinum in celum. Mr.*

Maxumum ac Mirificum facinus] Sic edidi iubente metro. Vulgo coniunctio, quam in prioris versus fine posui, sequentem incipit. Eo tamen modo violatur lex pedaria. *Dav.*

maxumum ac Mirificum facinus] Nemo post Davisium, praeter Hottingerum, voculam *ac* priori adiunxit versui, quod tamen iam dudum faciendum fuit. Distinctionem post *maxumum,* quae tollenda erat, servarunt omnes. *Mr.*

Liquier *cursu novo*] Pall. duo priores melioresque *linquier,* quod mihi rectius. *Gruter.* Sic et Vossianus. *Gron.*

Liquier *cursu novo*] Sic Balliol. at Pall. pr. sec. Vossian. Paris. Med. Merton. Eliens. Reg. et Cantab. dant *linquier,* quod *Grutero* rectius videtur. Ego tamen, ut verum fatear, nec in hac nec in illa lectione sensum video commodum. Forte rescribendum *nitier cursu novo,* quod valet ire vel incedere. Vide *Servium* ad *Virgilii* Aen. II, 380. et *Nonium* in *niti. Dav.*

liquier cursu novo] i. e. *delabi* et quasi *defluere:* ut et alii poëtae dicunt: nec opus est cum Davisio coniicere *nitier* aut *ferrier.* Sic infra c. 23. sol dicitur *elabi. Ern.* Laudat Hott. Lucret. II. 1131. *in partem peiorem liquitur aetas.* Adde Lucan. IX. 772. *femorum quoque musculus omnis liquitur.* Probatam Grutero lectionem *linquier,* quae tamen ne intelligi quidem potest, habent Codd. nostri L. c. d. P. idemque reperit Lallemannus in Cod. regio, nos in marg. Ed. Crat. Pro *radiatum* Grut. habet *raditum,* P. Scriverius in Collectt. Fragmm. Tragg. p. 169. in marg. *radiantem. Mr.*

a coniectoribus quae sit] Codd. U. L. b. M. et P. Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Brut. Herw. Crat. Ald. Boul. Sturm. Sylb. Lamb. Goth. *quae sit a coniectoribus. Mr.*

Quae in vita usurpant homines] *Iulius Celsus* de vit. Caes. pag. 5. *Verum sit quod ait Cicero, quodque de Homero scribit; eius plerumque ea videre dormientes, de quibus saepissime vigilantes sint soliti cogitare et loqui.* Ubi legendum, *de Homero scribit Ennius, plerumque ea videre.* Noster de Somn. Scip. cap. 1. *Fit ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale* de Homero scribit Ennius, *de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare et loqui.* Ad hunc enim locum respicit scriptor ille ψευδώνυμος, ut inanis plane sit *I. G. Graevii* coniectura. De re ipsa vide *Hieronymum Columnam* ad *Ennii* Frag. p. 4. et nos ad lib. II. c. 62. *Dav.*

Rex, quae in vita] Cod. L. c.

Quaeque agunt vigilantes agitantque, ea si cui in somno accidunt,
Minu' mirandum est: sed in re tanta haud temere visa se offerunt.

reges. L. d. *rerum*. Codd. U. R. S. *Res* pro *rex;* et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. (in marg. *rex*) Herw. Rob. Steph. In Cod. Cr. est *res quas in vita*. Recte monet Hott., verbum *usurpandi* complecti verba sequentia omnia, cum pertineat ad omnem vitae usum atque experientiam. Pro *vident* est *videt* in Cod. P. Cod. S. *quem agunt*. Copp. Vi. b. *reges* pro *Rex*. Versu seq. Rath. ut Dav. in Ed. 2. edidit *aiunt* pro *agunt:* sed invitus, ut existimo. Pergit Cod. U. *vigilantque agitantque*. Pro *ea si cui* Codd. S. M. habent nonnisi *ea si*. Codd. L. b. U. R. et Ed. Asc. 1. *ea sicuti*. *Mr.*

Si cui in somno accidant] Sic Paris. Med. Balliol. et Cantab. Vulgo *accidunt*. *Dav.*

accidunt,] Unus Hott. secutus est Davisium scribens *accidant*. Nostri libri omnes indicativum tuentur, excepto Cod. Cr., qui tamen literae *a* superscriptam habet ab eadem manu *u*. *Accidant* est etiam in Cod. R. Neque certe coniunctivi reponendi alia esse potuit causa, quam ut vitentur versus ὁμοιοτέλευτοι *accidunt* — *offerunt*. Pro *offerunt* Codd. S. U. *efferunt*. S. *cernere* pro *temere*. *Mr.*

Minus mirum est] Haec tota somnii interpretatio constat e septenariis. Itaque non intelligo quod spectaverint ii, qui veterem lectionem mutarunt, et pro *minus mirum est*, legere maluerunt *minus mirandum est*. *P. Manutius.*

Minu' mirum est etc.] Metrum requirit *se visa* vel *visa se*. Sed unde est, quod in antiquissima Ciceronis editione, atque adeo et in MSStis legitur *haut temere improviso offerunt?* Num *improviso* corruptum est ex *in re se visa?* Ita suspicor. Nempe ut, vocibus leviter traiectis, in nonnullis Codd. fuerit:

> *Minu' mirum est: sed tantá temere haut in re se visa offerunt.*

G. I. Vossius. — Ita hic vir in annot. p. 148. sed in Fragmm. Attii editum est: p. 109. *Minus mirum est: sed in re tantá haud temere visa offerunt*, ubi certe casu excidit *se*. Hottingerus servavit *mirum*, dicens hoc viros doctos metri causa praetulisse. Sed in Davisii annotatione poterat videre doctiorem, alteram lectionem praeferentem. Ipse Hott. in fine versus servavit vulgatam, sed probat Vossianum *visa se:* fuisse tamen ait, cum potius existimaret sic legendum: *haud temere invisa se offerunt:* hoc sensu: Mirum non est, somnia nobis referre ea, quae vigilantes egimus aut vidimus. Sed si *non visa*, non gesta nobis offerunt, illud quidem, praesertim in re magna, h. e. si rem novam ac singularem nobis obiiciunt, haud temere fieri censendum est. — In quam sententiam pedibus ivit Meyerus. Sch. servavit vulgatam in principio versus; in fine versus scripsit *visa se*. *Mr.*

Minus mirandum est: sed in re tanta haud temere improviso offerunt] Vulgo *minus* mirum *est*, refragantibus nostris omnibus. Praeterea Cantab. habet *improviso se offerunt;* Eliens. autem *temere visa afferunt* Omnino lege.

> *Minu' mirandum est; sed in re tanta haud temere* visa *se offerunt.*

Turbavit *Manucius*, quod praepositionem *in* pro brevi syllaba, licet sequeretur consonans, poni solere nescierit. Vide *Chr. Wasium* Senar. cap. XIII. pag. 181. *Davies.*

Minu' mirandum est: sed in re tanta haud temere visa se offerunt.] Ita rescripsi ex Davisii sententia et ex correctione G. I. Vossii. Habent autem *mirandum* Codd. no-

Proin vide, ne, quem tu esse hebetem deputes, aeque ac pecus,
Is sapientia munitum pectus egregium gerat,
Teque regno expellat. Nam id quod de sole ostentum est tibi,
Populo commutationem rerum portendit fore
Perpropinquam. Haec bene verruncent populo: nam quod ad dexterum p.90. a.

stri R. L. b. c. d. Cr. P. M. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Rob. Steph. *Mr.*

Proin vide] Codd. S. P. et R. *proinde*: R. habet *efferunt* pro *offerunt*. Ad rem huc pertinet locus Livii I. 56. ubi est: *Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiae, quum se suaque praedae esse regi sineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen: ut sub eius obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora sua.* Versu sequ. Roosius pro *egregium* legi volebat *egregie*. Egregie scilicet: non ferebant nimirum viri doctissimi aures *munitum pectus egregium*: neque vidit, iungendum esse *pectus egregium* idque *sapientia munitum*. In seqq. pro *teque* Asc. 1. habet *te quia*. Cod. R. *pecus* pro *pectus*. S. *in unicum* pro *munitum*. *Mr.*

Ostentum *est tibi*] Pall. pr. sec. quart. *ostensum*. *Gruter.*

Ostentum *est tibi*] Pall. tres *ostensum*, quod eodem redit; nam utrumque dicitur. *Davies.*

ostentum est tibi,] Edd. pr. *ostensum*, atque ita et MSS. plures. Sed *ostentum* magis sapit poetam. *Ern.* — *Ostentum* exhibent Codd. nostri L. a. b. c. d. Cr. et M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Boul. Sylb. Lamb. Goth. Grut. Verb. Ern. Dav. Bip. Oliv. Hott. Sch. Versu seq. voci *portendit* superscriptum est in Cod. Cr. *protendit*, in Asc. 1. scriptum est *portendi*. *Mr.*

Perpropinqua *haec*] Lambinus arripuit Turnebi *fore perpropinquam haec bene* etc. male et contra omnes mss. *propinqua* positum, pro *perpropinque*, ut *crebra* Virgilio, alia aliis. *Gulielmius.*

Perpropinquam] Vulgo *perpropinqua*, quam lectionem pessime tuetur *Gulielmius*, quasi Graecismo satis obvio denotaret idem quod *perpropinque*. Hoc enim dato, Latina non erit oratio; nam barbarus sit oportet qui *propinque fore rerum commutationem* dicat. Eliens. Merton. et Balliol. *propinquam*; eoque modo luculente firmatur *Turnebi* coniectura, quam *Lambinus* olim, nosque iam recepimus. *Davies.*

Perpropinquam.] Sic et res postulat et MSS. quidam habent pro vulg. *perpropinqua haec.* — *Bene verruncent* est pro *bene vertant*, ut *averruncare* pro *avertere* dicitur. *Ern.* — Probavit etiam Brutus Turnebi sententiam, qui primus distinctionem maiorem post *fore* tollendam et proximam vocem accusandi casu adiungendam esse vidit. Ad veritatem accedit noster Cod. M. qui habet *propinquam*: sed probam lectionem *perpropinquam* exhibent nostri Codd. L. a. d. U., eamque post Lamb. et Dav. receperunt (praeter Ern.) Bip. Oliv. Hott. Sch. Scriptionem *verruncent* tuentur libri nostri omnes, praeter Codd. P. et M. Cod. R. habet *verum tenet populo: nam quod a dextra*. Laudat Hott. Brissonium de Formul. I. cx. *Mr.*

Haec bene verruncent] Pal. pr. et Pith. *averruncent*, neque video, cur admitti non debeat. *Gruter.*

Haec bene verruncent populo] Notat *Gruterus* in Pal. pr. et Pithoeano legi *averruncent*, neque se videre, cur admitti non debeat. At *averruncare*,

Coepit cursum ab laeva signum praepotens, pulcherrime
Auguratum est, rem Romanam publicam summam fore.

23. Age nunc ad externa redeamus. Matrem Phalaridis
46. scribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor et discipulus Platonis, visam esse videre in somnis simulacra deorum, quae ipsa domi consecravisset: ex his Mer-

prout testatur *Nonius*, est *avertere*, quod significationem rei contrariam praestaret. Recte se habet vulgata lectio; eamque loquendi formulam multis illustravit *I. F. Gronovius* ad *Livii* lib. XXIX. c. 27. p. 361. sq. Ed. Drakenb. *Davies.*

Nam quod ad *dexteram*] Ne pes Creticus in versu sit Trochaico, *G. I. Vossius* ad Fragm. Trag. p. 110. legit, *nam quod dexterum Coepit cursum;* vel, traiecto praeverbio, *nam* ad quod *dexteram.* Sed nescius erat vir ille magnus, voces *quod ad* apud Poetas Dramaticos unius tantum Syllabae locum crebro tenere. Multis id exemplis probavit *Chr. Wasius* de Senar. cap. XIII. pag. 166. seq. *Idem.*

signum praepotens] *Signum* pro stellis et astris saepissime poni, tritissimum est, neque eget exemplis. Illud tenendum, de *sole* intelligi non posse, nisi addatur eminentiae et excellentiae ἐπίθετον, quale est h. l. *praepotens*, nimirum magnitudine et vi: quod item in poesi tantum concessum est. — Versu ultimo Cod. P. omittit *Romanam.* Scriptor videlicet codicis, iungenda esse videns *rem — publicam*, neque metri gnarus, fortasse solutam esse orationem existimans, sapere sibi visus est eiecto, quod redundare existimaret, vocabulo. *Mr.*

Age nunc] Cod. S. *age non.* Codd. U. et L. b. *age iam*, et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Mox Cod. P. *exteriora* pro *externa.* De Heraclide Pontico v. Vossium (G. I.) de Historicis Grr. I. 9. Fragmenta eius edidit N. Cragius ad calcem libri de Re publica Lacedaemoniorum 4. ap. Santandr. 1593. *Mr.*

Ponticus Heraclides] Haud dubie in Politiis, in quorum fragmento XXXVI., p. 20. Koeleri, legimus, Phalaridis matrem una cum filio et amicis eius a populo Agrigentinorum concrematam esse. Locum aptiore distinctione explicuit Bentleius in Respons. ad Boyl. p. 103. ed. Lennep., quem secutus est Koeler. Vid. huius not. p. 88. Quae de rebus Phalaridis eiusque crudelitate apud veteres scriptores prodita exstant, adiectis virorum doctorum iudiciis, collecta habes in Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 662. sq. ed. Harlesii, quibus adde Fr. Goelleri annot. ad Timaei fragm. LXXIX. p. 274. ad calc. libri de Situ et Origin. Syracusarum. *Cr.*

Videre in somnis] Ita Paris. Med. Reg. et Cantab. ac ita hic alibique dedit *Lambinus.* Vulgo *in somniis*, contra quam loqui solent Latini. *Dav.*

videre in somnis] Ita Codd. nostri L. a. c. d. Cr. U. M. Edd. Asc. 2. Sturm. Ern. Bip. Hott. Reliqui *somniis.* Pergit Cod. Cr. *deorum simulacra.* *Mr.* — Scripsi *somnis* cum aliis MSS. et Guelf. Illo modo Latini loquuntur, non hoc. Sic est infra c. 25. sic igitur et correximus c. 26. ubi et libri MSS. sic habent. *Ern.* — Confusio saepius obvia. Vid. Burmann. ad Serv. in Virgil. Aen. III. 151. *Cr.*

Quae ipsa *Phalaris*] Revocavi quod erat in Pall. pr. sec. et membranis S. Victoris; nam Pithoei liber et Marsi editio non habent vocem tertiam. vulgati *Phalaridis.* et vero si alii adhuc codices ea voce carent, abiiciatur. *Gruter.*

Quae ipsa *Phalaris*] In Codice Pithoeano *Phalaris* omittitur, mediam-

curium e patera, quam dextra manu teneret, sanguinem visum esse fundere; qui cum terram attigisset, refervescere videretur sic, ut tota domus sanguine redundaret. Quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobavit. Quid ego, quae magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dinonis Persicis proferam? Nam

que vocem nesciunt Reg. et Cantab. At Balliol. habet *quae* ipse *Phalaridis*. Legendum credo *quae* ipse *Phalaris*. *Davies*.

quae ipsa domi] *Ipse* scripserunt Ern. Dav. Bip. Hott. Sch.; *Phalaris* habent Codd. nostri L. a. d. R. Cr. et P. Edd. Verb. Grut. Oliv. Bip. Ern. Dav. Hott. Sch. Reliqui libri habent *ipsa Phalaridis*. Sed illud ipsum, quod in his libris genitivus, in illis nominativus ponitur, vocem hanc suspectam reddit: ideoque eam eieci, quod fieri iam volebat Hott. et praecipit Goerenzius, qui ita ad h. l. loquitur: „In plerisque libris omnibus, etiam nostris, *ipsa* legitur, quod Davisio auctore, Ern. et Hott. ex Balliol., in quo est *quae ipse Phalaridis*, in *ipse* mutarunt. Perperam. Vox enim *Phalaris* nil nisi glossa est, inde orta, quod librarii *ipsa* ad *simulacra* referrent, cum potius nominativus sit, et ad matrem Phalaridis pertineat.“ *Mr.*

Ex his Mercurium e patera] Scribitur *ex patera* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Minus bene. *Mr.* Referebat igitur simulacrum illud Mercurium, pincernam Deorum, quem *Κασμίλον* appellabant et *menestratorem* (ministratorem). Vid. Inscriptionem apud Spon. in Miscell. p. 91. nr. 2. et cf. I. Winckelmanni Opera Vol. II. p. 500. Ed. Dresd. *Cr.* In seqq. Cod. U. *comprobat* pro *comprobavit*. *Mr.*

quae magi] Magi h. l. proprie intelligendi Medorum Persarumque sacerdotes vatesque. De quo nomine pluribus egi ad Plotin. de Pulcrit. p. 348. sqq. *Cr.* Cod. R. *quid ergo*. *Mr.*

illi principi] *Principi* singulariter dictum de regni conditore. *K.* — Transtulit nimirum hanc appellationem a scholarum philosophicarum conditoribus ad regni conditorem. Illi quam saepe *principes* appellentur, non est necessarium exemplis adscriptis comprobare: vide modo Acadd. II. 42. 131. de Zenone. De Orat. I. 11. 47. de Platone. *Mr.*

Interpretati sint] Ita Paris. Vulgo *sunt*. *Davies*.

interpretati sunt,] Nolui ex uno Codice lectionem ceterorum librorum omnium, aeque probam, mutare: quare servavi *sunt*. *Mr.*

Ex Dinonis *persicis* libris] Haud aliter Pall. tert. ac quart. item S. Victoris, nisi quod adiiciant literam, *Dinonisi*. inde natum publicatorum hactenus *Dionysii*. interim videatur Muretus lib. XI. cap. 14. Var. lect. Gulielmius putabat glossema *τὸ libris*, et videtur. *Gruter*.

Ex Dinonis Persicis proferam] Vulgo *Persicis* libris *proferam*. At media vox manifestarium est Glossema, prout ante me viderunt *Ian. Gulielmius* et *Ioan. Clericus*: quapropter eam duximus expungendam. Certe *Dinonis*, non *βίβλους Περσικάς*, sed *τὰ Περσικά* laudant *Athenaeus*, *Diogenes Laertius*, et alii. *Davies*.

ex Dinonis Persicis] Ita cum Dav. Bip. Hott. et Sch. rescribendum censui, re ipsa non suadente modo, sed iubente. Libri nostri MSS. et Edd. vett. habent ex *Dionysii Persicis libris*, nisi quod in Codd. S. R. Edd. Boul. Lamb. Goth. Sylb. scribitur peius etiam *Persici:* in L. d. *physicis*. Sed Sylb. ad h. l. haec annotavit: „Mureti vetus liber habet *ex Dinonis Persicis proferam?* quam lectionem ille nihil mereat, ut mutet cum vulgata. Dinonis enim, inquit, Persica saepe et ab Athenaeo et a Diogene Laërtio citantur. Neque vero

cum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetivisse manibus, cum se convolvens sol elaberetur et abiret: ei magos dixisse (quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis) ex triplici appetitione solis, xxx annos Cyrum regnaturum esse,

addenda est vox *libris*. non enim, cum dicunt, *Indica, Persica, Iberica* et similia, intelligunt βιβλία: sed res Indorum, res Persarum, Iberorum: eodemque modo in ceteris.“ Ern. uncinis inclusit vocem *libris*, addiditque: „Libris delevit bene Dav. nam non scripsit βίβλους Περσικάς, sed Περσικά. In Edd. pr. et Ald. est *Dionysii Persicis libris*, quod decepit Vossium in Histor. Graecis. v. vir doctus ad Danielem e Tetraplis p. 125.“ In eandem sententiam disputant Lall. Hott. Sch. *Mr.*

ex Dinonis Persicis] De nomine, quod saepius corruptum: *Dion, Dynon, Dionysius*, et quod Graece nunc Δείνων nunc Δίνων, vid. interprr. ad Nepot. Conon. cap. 5. p. 223. ed. Bardili. Valcken. ad Theocrit. Adon. v. 11. p. 304. Schweigh. ad Athenaeum in Ind. Auctt. p. 92. De huius Persicis vide, praeter laudatos, Gerh. Voss. de Historr. Grr. IV. 8. p. 204. Schweighaeuser. ad Athen. XIII. p. 609. a. Animadvv. Vol. VII. p. 304. et annott. nostr. in Historicc. antiquiss. Fragg. p. 14. *Cr.*

sol ad pedes] Codd. U. L. b. *ad pedes sol*, et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In seqq. Hott. post *convolvens* vocem *sol*, ut supervacaneam, uncinis inclusit, Sch. plane eiecit. Nimis cupide, ut existimo. Est omnino paullo negligentior locutio, primum, quod solis nomen paucis interiectis ter ponitur, deinde vero, quod pronomen *ei, eum, ei* primo et tertio loco ad Cyrum referendum, medio ambiguum est primo adspectu, utrum ad Cyrum, an ad solem pertineat; cuius ambiguitatis tollendae causa vocem *sol* post *convolvens* addidisse potest, ut *eum* item ad *Cyrum* referas, et ex seqq. facilius subaudias *solem*. Similis est sententia Roosii l. c. p. 10. sq. qui ut h. l. *frustra appetere manibus* sine accusativo positum sit, ita simpliciter dici ait *dextra adfectare* apud Virgil. Aen. III. 670. ubi vid. Heyn. Cod. L. d. *volvens* pro *convolvens*. R. *laberetur* pro *elaberetur*. In Cod. S. post *elaberetur* repetitur *sol*. *Mr.*

Habebatur in Persis] S. Victoris *in super sis*, coniicitque Gulielmius *in Susis*. ego finxerim potius *habebatur ipsis*, si tamen aliquid est mutandum. *Gruter.*

Quod genus sapientum et doctorum] Vide *Barn. Brissonium* de Regn. Pers. II, 54. seqq. et *Rich. Montacutium* Orig. Eccles. Part. I. p. 167. *Davies.*

(*quod genus — in Persis*)] „Hoc, ut puto, nec Cicero frater, nec Romanorum doctior quisquam ignorabat. Itaque verba ista glossematis mihi simillima videntur.“ Ita Hott., cui assentit Meyerus. Ego vero, ut supra, c. 17., illam de lituo parenthesin uncinis coercendam duxi, quia istam litui descriptionem ne puer quidem Romanus desiderare potuit, de hac aliter statuendum censeo. Nam, ut largiar Hottingero, neminem Romanum doctiorem hoc ignoravisse: si iuvenes quoque suos de philosophia legere voluit libros Cicero, in eorum gratiam, ut saepius peregrinas et res et voces explicuit, ita, quinam fuerint magi, paucis docere velle potuit. — In fine periodi vocem *portendi* omittunt Codd. U. L. b. et Ed. Asc. 1. Mox Cod. S. *quadraginta* pro XXX. Codd. Cr. et U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *annos natus* pro *natus annos*. Cod. L. c. *sapientium* pro *sapientum*. R. *contingit* pro *contigit*: et *septuaginta* pro *septuagesimum*: idem *etiam quidam*: mox abest *proficiscens*. L. d. habet *est autem qu.* Quod sequitur *barbaris gentibus*, recte explicat Hott.: non exteris, sed hu-

portendi. Quod ita contigit. Nam ad septuagesimum
pervenit, cum XL natus annos regnare coepisset. Est 47.
profecto quiddam etiam in barbaris gentibus praesen-
tiens atque divinans: siquidem ad mortem proficiscens
Calanus Indus, cum inscenderet in rogum ardentem, „O
praeclarum discessum, inquit, e vita, cum, ut Herculi
contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus ex-

manitatis cultu carentibus. Est enim Tuscc. II. 22. 52. *Calanus, Indus, indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus combustus est. Mr.*

Quod ita contigit; nam ad septuagesimum pervenit] Ita quidem plerique. Vide *Photium* Cod. LXXII. col. 112. et *Iustinum* lib. I. cap. VIII, 14. Sed pro *Herodoti* mente lib. I. c. 214. Cyrus *τελευτᾷ βασιλεύσας ἑνὸς δέοντα τριήκοντα ἔτεα.* At *Cyrus uno et triginta annis rerum potitus est,* ut ait *Sulpicius Severus* H. S. II, 9. Quin et eum *ἑκατοντούτη γενόμενον* excessisse vita tradit *Lucianus* Macrob. Tom. II. pagg. 470. 471. *Dav.*

Calanus Indus] Cod. Cr. *Callanus Indus.* In loco ex Tuscc. laudato multi libri et scripti et editi, Ernestus quoque, habent *Calenus. Mr.* — Fuit ex eo Gymnosophistarum genere, quod Samanaeorum nomine claruit. De his copiose Porphyr. de Abstin. IV. 17 et 18. p. 358. Rhoer. Erat autem proprium horum: *σπεύδειν τὰς ψυχὰς ἀπολῦσαι τῶν σωμάτων,* Porphyrio teste p. 360; unde Calani consilium intelligitur, quod eo magis deproperabat, quo graviore morbo conflictabatur. Attigit eandem rem Tullius in Tusculanis II. 22. ad quem locum, quos Davisius laudat, eos praetermitto. Charete Mitylenaeo teste Calani obitum memorat praeterea Athenaeus X. p. 437. a. p. 100. Schwgh. ubi *ὁ Ἰνδὸς φιλόσοφος* dicitur. De his philosophis consulenda est Mignoti Disputatio in *Memoirr. de l'acad. des Inscrippt.* T. XXXI. p. 94. sqq. Indis autem *Sphines* appellatus fertur, qui Graecis *Calanus.* Facta haec sunt Pasargadis, non prope Babylonem, uti falso prodit Aelianus V. H. V. 6. Vaticinii mentio fit apud Arrian. de Expedit. Alex. VII. 18. p. 521. Ed. Raphel. Valer. Max. I. 8. 10. p. 111. sq. Ed. Torren. Plutarch. in Vita Alex. c. 69. p. 703. p. 265. Ed. Coraii. Hunc quidem ab Onesicrito sua desumpsisse coniicit Sanctocrucius in universae huius narrationis crisi, qui idem arbitratur, huius vaticinii famam consulto sparsam esse a Macedónum optimatibus, quo Alexandrum a Babylone et diuturno otio deterrerent. Vide eius *Examen critique des Historiens d'Alexandre le Grand.* p. 438—441. ed. alter. *Cr.* — De *Calano* adde, quae accurate et copiose narrat Diodor. Sicul. XVII. 107. p. 244. Wessel. cuius ibid. vid. annott. Conf. Bayle Dict. v. *Brachmanes,* et sub eadem v. Hoffmannum in Lex. Universal. et in vv. *Gymnosophistae* et *Calanus.* In Copp. Victt. a. citatur noster infr. c. 30. fin. *Mr.*

Cum ascenderet] Pal. pr. et S. Vict. *inscenderet;* Pithoei, *descenderet:* unde facit Gulielmius, *escenderet. Gruter.*

Cum inscenderet] Sic Pal. pr. S. Victoris, Paris. et Med. Vulgo *ascenderet. Davies.*

cum inscenderet.] Ita etiam edidit Hott. eoque ducunt codicum vestigia, cum in Oxonn. U. et E. itemque nostris S. U. L. b. et Ed. Asc. 1. sit *insedeset* et in Oxon. O. *incenderet.* Edd. Asc. 2. Crat. et Herw. habent *cum conscenderet in rogum.* Codd. L. a. et R. plane ut edidimus *inscenderet;* Cod. L. d. ut Asc. 2. idem mox *inquit, discessum;* quod placet. *Mr.*

in lucem] i. e. in vitam, quam lucem appellat, cum animus e corpore,

cesserit!“ Cumque Alexander eum rogaret, si quid vellet, ut diceret; „Optime, inquit: propediem te videbo.“ Quod ita contigit. Nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. Discedo parumper a somniis, ad
b. quae mox revertar. Qua nocte templum Ephesiae Dia-

tanquam e carcere tenebricoso fuerit emissus. *Hott.* — Non *in vitam* sed *in aetherem*. Conf. Cic. Tusc. I. 19. qui locus in hanc rem est classicus. *K.* — Cod. L. a. *cum in Herculi*. R. *excessit* pro *excesserit*. mox *contingit* pro *contigit*. *Mr.*

Cumque Alexander eum rogaret] Nostrum sequitur *Valerius Maximus* lib. I. cap. VIII, 10. extern. Paullo aliter *Arrianus* de Exped. Alex. lib. VII. cap. 18. *Ὁπότε*, inquit, *ἐπὶ τὴν πυρὰν ᾔει (Κάλανος) ἀποθανούμενος, τότε τοὺς μὲν ἄλλους ἑταίρους ἀσπάζεσθαι αὐτόν· Ἀλεξάνδρῳ δὲ οὐκ ἐθελῆσαι προσελθεῖν ἀσπασόμενον, ἀλλὰ φάναι γὰρ ὅτι ἐν Βαβυλῶνι αὐτῷ ἐντυχὼν ἀσπάσεται· καὶ τοῦτον τὸν λόγον ἐν μὲν τῷ τότε ἀμεληθῆναι· ὕστερον δὲ, ἐπειδὴ ἐτελεύτησεν ἐν Βαβυλῶνι Ἀλέξανδρος, ἐς μνήμην ἐλθεῖν τῶν ἀκουσάντων, ὅτι ἐπὶ τῇ τελευτῇ ἄρα τῇ Ἀλεξάνδρου ἐθειάσθη*. Vide sis et *Plutarchum* in Alex. p. 708. C. *Davies.*

si quid vellet, ut diceret; Optime,] Valer. Max. I. 8. 10. *Ecquid aut mandaret aut dicere vellet:* ubi aliquot Codd. *quid*, alii *et quid*, unus *si quid*. Hoc placuerat Colero, ut ex Ciceronis loco ductum. Obloquitur Vorstius, ita de Ciceronis loco disputans: „Verum Ciceronis illud discrepat. Neque enim *si* positum hic est pro *an* per Graecismum, sed plane conditionalis est ea vocula, idque apparet ex eo, quod sequitur: *ut diceret*. Scilicet rogavit Alexander, ut, si quid vellet, diceret.“ *Optime* autem per ironiam respondet, de quo usu monuit Goerenz. ad Academm. II. 36. 115. et ad de Finn. II. 4. 12. p. 129. ubi viro in Ciceronis lectione versatissimo nostri loci in mentem non venisse miror, praecipue cum idem illud *melius* infra lib. II. cap. 15. §. 35. huc referendum esse monuerit. *Cr.*

Optime, inquit:] Roos. p. 11. ad h. l. ita: Hoc *optime* accipiendum puto pro negatione, ut *recte* apud Terentium centies occurrit. Fortasse ulterius illustrari confirmarique id possit duobus locis Plautinis, in Thesauro Gesneriano ad vocem *Bene* notatis. Pseud. II. 4. 28. sq.

CH. *Quin tu, quicquid opu'st, audacter imperas.* PS. *Tam gratia est.*
Bene sit, Charine: nolo tibi molestos esse nos.

Quod *Bene sit*, recte monente Gesnero, ad officium deprecandum pertinet. Men. II. 3. 36.

Bene vocas: iam gratia est.

Istud *Bene vocas*, ait Gesn., formula blande abnuentis. Et Casaubonus ad h. l. Graeci, inquit, cum nollent ire invitati, dixere *κάλλιστα*, quomodo Latini: *Benigne, Gratia est: Facio gratiam.* — In Cod. Ox. E. omittitur *ut;* in Cod. M. scribitur *Optimum*. *Mr.*

ad quae mox revertar.] Codd. L. b. c. d. Cr. M. U. S. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. *atque* pro *ad quae*. Ea verba plane desunt in Cod. R. Paullo superius pro *Babylone* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *Babyloniae;* sed duae posteriores illud in varr. lectt. habent. S. *parum* pro *parumper*. *Mr.*

Qua nocte templum] *Plutarchus* pag. 665. F., *Ἐγεννήθη Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος — ἕκτῃ, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς· ὡς Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπικεφώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον, εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν, τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν. Ὅσοι δὲ τῶν Μάγων ἐν Ἐφέσῳ διατρίβοντες ἔτυχον, τὸ περὶ τὸν νεὼν πάθος*

nae deflagravit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum, atque, ubi lucere coepisset, clamitasse magos, pestem ac perniciem Asiae proxima nocte natam. Haec de Indis et Magis.

Redeamus ad somnia. Hannibalem Caelius scribit, 24.
cum columnam auream, quae esset in fano Iunonis 48.
Laciniae, auferre vellet, dubitaretque, utrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebravisse: cumque

ἡγούμενοι πάθους ἑτέρου σημεῖον εἶναι, διέθεον τὰ πρόσωπα τυπτόμενοι, καὶ βοῶντες ἄτην ἅμα καὶ συμφορὰν μεγάλην τῇ Ἀσίᾳ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τετοκέναι. De Hegesiae dicto, quod ille Timaeo tribuit, aliud indicium tulit *Cicero* N. D. lib. II. cap. 27. Sed a philosophi Chaeronensis partibus me stare iam sum professus. *Dav.*

Ephesiae Dianae deflagravit,] Vid. Plutarchi Vit. Alex. cap. 3. p. 187. Ed. Coraii, et cf. Cic. de N. D. II. 27. p. 319. ed. nostr. et Moseri. *Cr.* — Post *natum* Cod. S. omittit *esse*. *Mr.*

ubi lucere coepisset,] Cod. Cr. *ut lucere coepisset*, sed in marg. al. *ubi*. *Ubi* quando significat i. q. *cum*, in oratione recta iungitur perfecto indicativi; in oratione obliqua plusquamperfecto coniunctivi. Ita noster in Pison. 27. *ubi Galli cantum audivit, avum suum revixisse putat.* Contra ad Att. VIII. 16. extr. *iam exspectabam aliquid a Brundusio. quid autem aliquid? quam inde turpiter fugisset, et victor hic qua se referret et quo. quod ubi audissem, si ille Appia veniret, ego Arpinum cogitabam.* Cod. L. d. *clamasse* pro *clamitasse*. Mox S. *scripsit* pro *scribit*. *Mr.*

Caelius] Ita cum Sch. scripsimus ex Codd. nostris Cr. U. P., Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. et Car. Steph. Lamb. Goth. In Ald. Boul. et Brut. est *Celius*, in rell. *Coelius*. De hoc *Caelio Antipatro* historico v. quae laudat Ciceronis loca Ern. in Clave. Adde G. I. Vossium de Hist. Latt. I. 8. p. 31—33. Vixit a. u. c. 630. temporibus Gracchanis, scripsitque belli Punici secundi historiam. De ea re, quam hic narrat Cic., Polybius plane nihil. *Mr.*

Iunonis Laciniae] Libri nostri sex aut *Lyciae*, aut *Luciae*; forte, inquit Gulielmius, *Lucinae*. malim vulgatum. *Gruter.*

Columnam auream, quae esset in fano Iunonis Laciniae] Plerique Codices *Liciae*, *Lyciae*, vel *Luciae*; quapropter *Gulielmius* reponendum coniecit, *quae esset in fano Iunonis Lucinae.* Praeterquam vero quod in huiusmodi narratione *templum Iunonis Lucinae* memorare, loco ubi situm esset omisso, prorsus est absurdum; *columnam auream solidam in Iunonis* LACINIAE *templo sacratam* fuisse constat ex *Livii* lib. XXIV. cap. 3. adeoque vulgata lectio non est tentanda. *Davies.*

Iunonis Laciniae] Quod esset ad promontorium Lacinium; v. Gronov. ad Liv. XXIV. 3. ubi est: *Lucus ibi frequenti silva et proceris abietis arboribus septus: laeta in medio pascua habuit, ubi omnis generis sacrum deae pascebatur pecus sine ullo pastore. —— Magni igitur fructus ex eo pecore capti, columnaque aurea solida facta et sacrata est.* Pro *Laciniae*, quod unice verum est, stant Codd. L. a. c. et M. Edd. Asc. 2. Edd. Herw. Crat. rell. vett. et recc. omnes; sed Codd. Cr. U. P. (hic in marg. habet *Lyciae*) L. b. d. et Ed. Asc. 1. *Lucinae*. Cod. R. *litte*. *Mr.* — Conf. Symbol. et Mythol. II. p. 563. ed. alt. ibiq. laudd. Serv. et Heyn. ad Aeneid. III. 552. Dorvillii Sicula p. 100. 274. et Eckhel. Doctr. Num. Vet. Vol. I. p. 171. *Cr.*

solidam invenisset, statuissetque tollere, ei secundum quietem visam esse Iunonem praedicere, ne id faceret, minitarique, si fecisset, se curaturam, ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret; idque ab homine acuto non esse neglectum. Itaque ex eo auro, quod

statuissetque tollere,] Cod. S. *statuisse eum tollere.* Codd. Oxonn. E. O. U. nostri L. c. d. Co. Vi. b. *statuisse tollere.* Noster P. *statuisseque tollere.* M. *statuisse eam tollere; secundum quietem visam esse ei Iunonem* etc. Cod. quoque S. habet *ei* post *esse.* Idem *dicere* pro *praedicere.* Davisius, cum in editione priore, ex Gruteri, ut opinor, sententia, recepisset *statuisse tollere,* in altera ad eam lectionem rediit tacitus, quae et optimorum et plurimorum librorum fert suffragia. — Ad v. *praedicere* Ern. haec: „Verbum hoc non videtur aptum: nam praedictio sequitur. Conieci *edicere.*“ Sed recte monuit Hott., hoc verbum non modo esse futura ante denunciantis, sed saepissime etiam vel monentis vel vetantis, laudatque Corn. Nep. II. 7. *cum his collegas suos Themistocles iussit proficisci, eisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent, quam ipse esset remissus:* ubi Bosius laudat similia Taciti, Velleii et Livii loca. Poterat laudare auctorem Caesarem B. C. III. 92. *Pompeius suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent, neve se loco moverent. Mr.*

secundum quietem] Ita noster infra quoque II. 61. bis, 66. pro *in quiete* vel *per quietem,* usu rarissimo, de quo vid. Tursellin. de Particull. p. 899. sq. Thom. Linacer de emendata struct. Lat. serm. p. 72. (Lips. 1551. 8.) et Guid. Iuvenal. Cenomani in Lat. Ling. Elegantias p. 88. a. (Paris. Rob. Steph. 1528. 4.) Eam locutionem imitati sunt Sueton. Octavian. 94. p. 225. ed. Wolf. et Petron. c. CIV. pr. *Mr.*

Statuissetque *tollere, ei secundum*] Sic Victorii editio et membranae Pithoei. item Pall. tert. quart. verum pr. et sec. *statuisse tollere, ei.* quod forte auctoris genuinum. *Gruter.*

minitarique] Ita Codd. nostri L. b. Cr. et U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Lamb. Goth. Boul. Brut. Sturm. Ald. Sylb. Quare, cum saepe obliterata esse verba frequentativa animadvertissem, et noster hoc ipso verbo alibi quoque usus sit, veluti Philipp. XI. 14. Tuscc. I. 43. Catil. II. 1. 1. in Verr. II. lib. V. 62. 160., reddendum illud ei esse censui, praesertim cum neque Cicero verbo frequentativo semper actionem iteratam significet: ita, ut hoc utar, in his ipsis libris I. 28. *arcte te et graviter dormitare coepisse. Mr.*

Si fecisset] Vulgo *si id fecisset.* At mediam vocem nesciunt Paris. et Med. nec eam postulat oratio. *Dav.*

si fecisset,] Abieci cum Dav. Hott. et Sch. interpositum *id,* cum modo praecesserit *ne id faceret;* quamquam libri quoque nostri (exceptis L. c. d. R.) eam voculam plane supervacaneam habent additam. Sequitur in Cod. M. *se facturam,* ex glossemate, quo eiecta est vox scriptoris genuina. Cod. S. *se crematuram. Mr.*

Eum quoque oculum, quo bene videret] Malim *videbat,* ut habent Reg. et Cantab. *Apuleius* de Deo Socratis p. 675. *Horum enim* (Daemonum) *munus et opera atque cura est, ut Annibali somnia orbitatem oculi comminentur.* Hannibalem vero μονόφθαλμον fuisse liquet ex *Polybii* lib. III. cap. 79. *Livii* lib. XXII. cap. 2. Scholiaste *Iuvenalis* ad Satir. X, 158. aliisque quam plurimis. *Dav.*

quo bene videret,] Neminem existimo fore, qui interrupta oratione obliqua cum Davisio malit legere *videbat.* quare eum refellere superva-

exterebratum esset, buculam curasse faciendam, et eam in summa columna collocavisse. Hoc idem in Sileni, 49.
quem Caelius sequitur, Graeca historia est; is autem diligentissime res Hannibalis persecutus est: Hannibalem, cum cepisset Saguntum, visum esse in somnis a Iove in deorum concilium vocari: quo cum venisset,

caneum duco. Cod. S. omittit *non* ante *esse*. *Mr.*

Quod exterebratum *esset*] Pal. ille pr. *terebratum*. *Gruter.*

quod exterebratum esset,] Cod. P. male *terebratum:* peius etiam Cod. U. omittit *esset*. — Voce *bucula* de celeberrima illa Myronis statuarii vacca utitur noster in Verr. A. II. Lib. IV. 60. 135. *Mr.*

In summa columna] Mss. sex *columnae*. Pall. vero sec. ac quart. praeterea *summo*. quod fortasse melius. *Grut.*

In summa columna] Pall. sec. quart. Paris. et Merton. *in summo columnae*. Adludit etiam Cantab., qui dat *in somno columnae*. Sed recepta ratio mihi potius arridet. Sic *in summo sepulchro sphaeram esse positam* dixit noster Tusc. V, 23. *Davies.*

in summa columna] Non debuit placere Grutero, viro critico saepissime admodum infelici, quod est in nonnullis libris. *in summo columnae*. Sunt quidem in nostris quoque libris nonnulli, qui a vera scriptione aberrant, ut Codd. R. P. U. L. b. d. cum Ed. Asc. 1. *habent in summa columnae*, Codd. M. S. et marg. Edd. Crat. et Sturm. habent *in summo columnae:* sed reliqui omnes a verae lectionis partibus stant. Est infra I. 33. *ab infima ara*, quem locum laudavit Rath. Plura dabit, ne nostri quidem loci oblitus, Vorstius de Latinitate neglecta II. 3. p. 306 — 318. *Mr.*

Hoc idem *in Sileni*] Legendum videtur, *item*, vel *itidem*, uti *Lambinus* etiam coniecit: non enim ad superiorem, sed ad proxime sequentem refertur historiam. *Dav.*

Hoc idem] Cum *Hoc* ad sequentia referendum sit, recepissem vel Davisii vel Lambini coniecturam *item* v. *itidem*, nisi in toto loco eiusque structura mihi aliquid mendi inesse videretur, quod non sanatur levi illa mutatione. Quamquam minus offenderer, si verba *is autem* — *persecutus est* parenthesi a contextis separarentur. Cod. S. *hiisdem in*. *Mr.*

in Sileni] De Sileno, incertae aetatis ante Ciceronem historico, vid. G. I. Vossium de Historr. Grr. p. 418. et interprr. ad Corn. Nep. Hannib. XIII. 3. p. 195. ed. Bardili. In Copp. Victt. b. laudatur: Athen. ιβ'. 225. [Ald.] *σιληνὸς δ' ὁ Καλατιανὸς ἐν τρίτῳ σικελικῶν*. Halic. in Hist. 6. [p. 6. med. ed. Steph.] *Mr.* — Laudant hunc scriptorem Dionysius in Archaeolog. Rom. I. 6. p. 17. Reisk. ubi vid. Casaubonum; Livius XXVI. 49. Athenaeus XI. p. 783. b. p. 220. Schweigh. XII. p. 542. ibiq. Animadvv. Vol. VI. p. 481. Schwgh. Müller. not. ad Lycophr. v. 786. p. 782. G. I. Voss. l. c. et adi quos praeterea laudat Goeller. de Orig. Syracusarum p. 293. Fuit autem Calatianus et scripsit de rebus Siculis. *Cr.*

Graeca historia] Cod. Cr. *Graeciae historia*. Mox Cod. U. omittit *Hannibalis persecutus est,* oculo scribae a genitivo ad accusativum eiusdem nominis aberrante. In eodem ante *a Iove* omissa sunt verba *in somnis,* quae item desunt in Edd. Asc. 1. 2. In Cod. Cr. scribitur *in somniis,* quo de errore solenni iam locuti sumus. Mox Cod. L. d. *deorum concilio*. R. *evocari* pro *vocari*. S. *Hannibalis autem is dil. res pers. est* — *in somniis*. Idem omittit verba *in deorum* — *Iovem*. *Mr.*

Hannibalem, cum cepisset Saguntum] Mutatis quibusdam nullius fere momenti circumstantiis, hanc fabulam

Iovem imperavisse, ut Italiae bellum inferret, ducemque ei unum e concilio datum; quo illum utentem, cum exercitu progredi coepisse; tum ei ducem illum praecepisse, ne respiceret; illum autem id diutius facere non potuisse, elatumque cupiditate respexisse; tum visam beluam vastam et immanem, circumplicatam serpentibus, quacumque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta pervertere; et eum admiratum quaesisse de deo, quodnam illud esset tale monstrum: et deum respondisse, vastitatem esse Italiae, praecepisseque, ut pergeret protinus;
50. quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. Apud

narrant *Livius* lib. XXXI. cap. 22. *Valerius Maximus* lib. I. cap. VII, 1. extern. *Zonaras* Annal. lib. VIII. cap. 22. et, quem utpote Poetam maxime decet, *Silius Italicus* lib. III, 163. seqq. *Dav.*

imperavisse] Ita cum Davisio Codd. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Reliqui *imperasse*. In seqq. Cod. U. *ex concilio*. L. d. *in concilio*. Cod. S. *unum ei*. *Mr.*

coepisse] Vocem *progredi* omittit Cod. R. Codd. S. M. *coepisset*. In iisdem desunt, quae sequuntur, *tum ei ducem illum praecepisse*, proclivi in ὁμοιοτελεύτοις errore. Cod. R. omittit *tum*. *Mr.*

id diutius facere non potuisse] i. e. eum sibi diutius, quin respiceret, temperare non potuisse. *Facere* ponitur improprie pro *non respicere*, nimirum pro *intermittere*. Tritius est illud *non possum facere*, *quin* etc. neque exemplis eget. Quod in seqq. scripsit *de deo quaesisse* id non ex consuetudine solum fecit, qua dixit in Vatin. 4. 10. *de te quaero, Vatini:* vel Acadd. II. 24. 77. *quaesivit de Zenone:* sed non poterat aliter κακοφωνίαν evitare, si praecedere voluit *quaesisse*. Pro *pervertere* vetus liber Car. Steph. habet *percurrere* et ita Edd. Asc. 2. Crat. Herw. (sed duae posteriores in varr. lectt. habent, ut nos edidimus). *Mr.*

quodnam] Ita Codd. L. a. d. R. (hic habet *esset illud*) M. et U. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. marg. Lamb. et Goth. Grut. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Dav. Sch. In reliquis est *quidnam*. Mox Codd. M. L. d. *praecepisset* pro *praecepisseque*. Ad v. *ut pergeret protinus* Hottingerus laudat Liv. XXI. 22. ubi est *pergeret porro ire*. Eadem, qua nostro loco, locutione usus est noster ad Qu. Fr. I. 3. ante med. *ut Romam protinus pergas et properes*. De scriptione *protenus*, quae est in nonnullis libris, v. Grotefend. Orth. Lat. §. 127. Harles. ad Cellar. Orth. Lat. p. 327. sq. T. I. *Mr.*

Ne laboraret] Reg. *nescire laboraret*. Voluit Librarius, *ne scire laboraret*. Hoc tamen additamento nihil est opus; siquidem illa loquendi ratio bonis auctoribus idem denotat, ac ne curaret, seu non esset sollicitus. *Dav.*

ne laboraret] Cod. U. *laboret*. De usu verbi *laborare* v. Gernhard. ad Cic. de Sen. VII. p. 46. *Mr.*

Apud Agathoclem] Victorius Varr. Lectt. XX. 12: Totam hanc rem, ut acta est, Diodorus persequitur lib. XX. sed ita, ut in quibusdam a Cicerone dissentiat. Hunc autem Agathoclem Cyzicenum fuisse Athenaeus affirmat lib. XIV. Μνημονεύει δὲ, inquit, Ἀγαθοκλῆς ὁ Κυζικηνὸς ἐν τρίτῃ τῶν περὶ τῆς πατρίδος. *Mr.* — Agathocles, qui et Babylonius et Cyzicenus videtur appellari. Vid. Voss. de Historicc. Grr. III. p. 158. (p. 316. sq.) Fabricius B. Gr. III.

Agathoclem scriptum in historia est, Hamilcarem Kar- p.81. a.
thaginiensem, cum oppugnaret Syracusas, visum esse audire vocem, se postridie coenaturum Syracusis; cum autem is dies illuxisset, magnam seditionem in castris eius inter Poenos et Siculos milites esse factam; quod cum sensissent Syracusani, improviso eos in castra irrupisse, Hamilcaremque ab iis vivum esse sublatum. Ita res somnium comprobavit. Plena exemplorum est historia, tum referta vita communis. At vero P. Decius ille, 51.
Q. F., qui primus e Deciis consul fuit, cum esset tri-

p. 459. Harles. Interprett. ad Athenaeum XIV. p. 649. f. p. 588. Schwgh. Italicas eum res attigisse, argumento est nobile fragmentum ap. Festum in *Romam* p. 455. Dacerii; de rebus Siculis autem eiusdem locum servavit doctissimus Scholiastes Apollonii Rhod. lib. IV. 761. *Cr.* — Pro *historia est* Cod. U. et Ed. Asc. 1. habent *historia et*. *Mr.*

Hamilcarem Karthaginiensem, cum oppugnaret Syracusas] Hanc historiam narrat *Diodorus Siculus*, qui tamen a *Cicerone* diversus abit. Sic igitur ille Bibl. lib. XX. pag. 767. *Εὐθὺς δὲ καὶ προςβάλλειν ἐξ ἐφόδου τοῖς τείχεσι (τῶν Συρακουσῶν) διεγνώκει (Ἀμιλκᾶς) του μάντεως εἰρηκότος αὐτῷ κατὰ τὴν ἐπίσκεψιν τῶν ἱερῶν, ὅτι τῇ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ πάντως ἐν Συρακούσαις δειπνήσει.* Deinde, postquam Ducem illum captum fuisse tradidisset, ait pag. 769. *ἀναμιμνήσκεσθαι τῆς μάντεως φωνῆς, ὃς ἔφησεν αὐτὸν εἰς τὴν ὑστεραίαν εἰς Συρακούσας δειπνήσειν, του δαιμονίου παραγαγόντος τἀληθές.* At nostrum sequitur *Valerius Maximus* lib. I. cap. VII, 8. extern. *Dav.*

Hamilcarem Karthaginiensem] Cod. Cr. *Hamiclarem Chartaginensem*. Probam scriptionem habent Cod. M. Edd. Rob. Steph. Brut. Grut. Verb. Bip. Hott. Dav. Ern. Sch. Oliv. In reliquis est *Carthaginensem*. De recta scriptione accurate disputat Noltenius in Lex. Antibarb. p. 85. In columna rostrata est *Cartaciniensis*, de qua scriptione vid. Grotefend. in Ersch. et Gruber. Encyclop. de lit. C. T. XIV. Verba *visum esse* usque ad *Syracusis* omissa sunt in Cod. Cr. Vocem *coenaturum* scripsit Sch. *cenaturum*, ut c. 27. *cenati*; ratione minus probabili: v. Voss. Etymolog. L. L. h. v. Nolten. l. c. p. 41. Cellar. l. c. p. 210. Grotefend. Orth. Lat. §. 132. Cod. S. *postridie se*. *Mr.*

cum autem is dies illuxisset,] Cod. L. a. *luxisset*. Pronomine, ait Hott., facile, ut puto, careamus. Non facile eo careamus, si usum Ciceronis perpetuum spectamus, qui neque *illucescit* neque *dies illucescit* dixit pro eo, quod nos dicimus: *es wird Tag:* sed semper de certo quodam die, addito pronomine, hoc verbo utitur, ut Tusc. I. 47. 114. *qui dies ut illuxit.* Illud autem si dicere vult, loquitur, ut locutus est de Nat. Deorr. II. 38. 96. *cum autem tertio die sol illuxisset.* Pro *is dies* Cod. Cr. habet *iis dies*. Pro *in castris eius* Asc. 1. habet *in castris eos*. *Mr.*

Hamilcaremque ab iis] Ita Codd. nostri (nisi quod Cr. habet *hiis*) Edd. Car. Steph. Brut. Lamb. Goth. Sylb. Boul. Ald. Grut. Oliv. Bip. Ern. Hott. Sch. Reliqui cum Dav. *ab his*. Mox Cod. Cr. habet *refecta* pro *referta*. Pro *vivum* Cod. P. habet *visum* cum R. S. Apud Valer. Max. I. 7. 8. est *vinctum*. Cod. L. d. habet *est exemplorum*. *Mr.*

P. Decius ille] De Deciis, patre, filio et nepote, pro patria se devoventibus et alii monuerunt et nuperrime accuratius Gernhard. ad Cic. de Senect. 20. 75. et 18, 43. in primis

bunus militum, M. Valerio, A. Cornelio consulibus, a Samnitibusque premeretur noster exercitus, cum pericula proeliorum iniret audacius, moneretur que, ut cautior esset, dixit, quod exstat in annalibus: sibi in somnis visum esse, cum in mediis hostibus versaretur, occidere cum maxima gloria. Et tum quidem incolumis exercitum obsidione liberavit. Post triennium autem, cum consul esset, devovit se, et in aciem Latinorum irrupit armatus. Quo eius facto superati sunt et deleti Latini. Cuius mors ita gloriosa fuit, ut eandem concupisceret filius.
52. Sed veniamus nunc, si placet, ad somnia philosophorum.
25. Est apud Platonem Socrates, cum esset in custodia

vero Beierus ad Cic. de Off. II. 4. 16. p. 207. sq. nos ad Cic. de N. D. III. 6. 15. p. 188. ed. min. Pro *e Deciis* est *ex Deciis* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Tum restituimus lectionem *consul fuit*, quam, una Roberti Stephani editione suffragante, tacitus mutaverat Dav. in *fuit consul*, ut est in nostro Cod. L. c. *Mr.*

M. Valerio, A. Cornelio coss.] Cod. L. c. *consule*.. Fuerunt M. Valerius Corvus tertium et A. Cornelius Cossus Arvina a. u. c. CDXI., de quorum consulatu vid. Car. Sigonius in Comm. in Fastos et Triumph. Rom. p. 123. sq. ed. H. Steph. In seqq. Cod. Cr. pro *monereturque* habet *movereturque*. Cod. S. *cum Qι Qι et R. mit. M. valerio Attilio, cornelio, consule, a sammitibusque. Mr.*

Sibi in somnis] Sic recte Paris. Merton. Med. Cantab. et Reg. nam vulgo perperam *somniis*. Licet autem bello Samnitico fortissime se gesserit *P. Decius*, non tamen tum temporis hoc accidisse somnium memorant Auctores: sed *eadem nocte duo consules P. Decius Mus et T. Manlius Torquatus Latino bello somnium viderunt. Utrique enim quidam per quietis speciem praedixit ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum, Diis Manibus Matrique Terrae deberi: utrius autem Dux copias hostium aggrederetur, superque eas sese ipsum devovisset, victoriam habiturum*. Quod cum ita esset, se devovit Decius. Vide *Valerium Maximum* lib. I. cap. VII, 3. et *Livium* lib. VIII. cap. 6, 9. *Davies.*

in somnis] Ita cum Dav. pro vulgato *somniis* rescripsi ex Codd. nostris U. M. Edd. Sturm. Sylb. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Mox Cod. L. d. *versaretur hostibus. Mr.*

cum maxima gloria] Ita quidem plerique libri: sed tamen notandum, in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Rob. Steph. esse *cum magna gloria*. Pro *Et tum* Cod. M. habet *Tunc*. De differentia vocum *tum* et *tunc* supra monuimus. S. *etiam cum quidem exercitus incolumis. Mr.*

devovit se] Formulam devotionis et rem ipsam accurate refert Livius VIII. 9. cuius etiam de ea re disputatio legenda est cap. 10. extr. — Pro *et deleti* est *deletique* in Cod. M., quod ne praeferas cf. Stallbaum. ad Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 343. Cod. R. *devicti* pro *deleti*. Cod. S. *tam* pro *ita:* idem omittit *si placet. Mr.*

Ut eandem concupisceret filius] Quin et nepos *se e continenti genere tertiam victimam Reip. praebuit*, ut ait noster Finn. lib. II. c. 19. Adi sis et Tusc. I, 37. *Davies.*

Est apud Platonem Socrates, — dicens] Coniugatio est periphrastica, cuius exempla collegit Ramshorn. Gr. Lat. §. 164. p. 394. Adde Davis. ad Tuscull. IV. 3. et ad de N. D. I. 44. p. 198. ed. nostr. et Moser.

publica, dicens Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum: vidisse se in somnis pulchritudine eximia feminam, quae se nomine appellans diceret Homericum quendam eiusmodi versum:

Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit.

De Graecismo vid. Fischer. ad Weller. III. 2. p. 4. sqq. *Cr.* — Add. Vechneri Hellenolex. II. 9. p. 531—534. ed. Heusinger. q. v., qui ipsum etiam nostrum locum adhibuit. Qui vero ut huius usus exemplum nostro loco plane geminum afferri solet ex Cic. Orat. 13. (veluti a Davisio ad scriptorem de bello Hispaniensi 29. p. 809. ed. Stuttg. Caesaris): *Est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his verbis loquens Socrates:* hoc igitur ego loco non magis, quam nostro, coniugationem periphrasticam simpliciter positum agnosco, ut *est — loquens, est — dicens* dictum sit pro *loquitur, dicitur.* Ponitur enim *est* pro *inducitur,* vel *legitur.* Quae autem alia afferuntur ex Cicerone periphraseos exempla, ut participium praesentis verbi iunctum videatur cum verbo substantivo, ea omnia sunt eiusmodi, ut vel plane huc non pertineant, veluti Tusc. IV. 3. *cum interim, illis silentibus, C. Amafinius exstitit dicens,* ubi *exstitit dicens* minime est i. q. *dixit,* sed i. q. *prodiit, exsurrexit dicens;* vel participium sit adiective positum, ut pro lege Manil. 3. *et quoniam semper appetentes gloriae, praeter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis:* ubi vides Ciceronem scripsisse *appetentes gloriae,* ut respondeat verbis *avidi laudis.* Et ita plane se habent reliqua, quae afferuntur, Ciceronis loca de Senect. 8. 26. *verum etiam sit operosa* (senectus) *et semper agens aliquid et moliens:* ad Famm. XI. 20. *te cautum esse volo et insidias vitantem:* ad Famm. IX. 24. XIII. 12. *Est praeterea, quod apud te valet plurimum, a nostris studiis non abhorrens;* ubi *est — non abhorrens* non dicitur pro *non abhorret,* sed pro *est eiusmodi, ut non abhorreat,* Or. pro Flacc. 4. *si quis unquam de nostris hominibus a genere isto non abhorrens fuit:* ubi cave existimes *abhorrens fuit* dici pro *abhorruit:* dicitur nimirum pro: *si quis unquam de nostris hominibus fuit, qui non abhorreret a genere isto. Mr.*

Critoni suo familiari] Ita quidem se res habet, ut constat ex *Platonis* Critone pag. 370. Ergo memoria lapsus est *Diogenes Laertius,* qui lib. II. §. 35. hoc Aeschini dictum tradit. Vide *Chalcidium* pag. 372. *Davies.*

Critoni suo familiari] Totum hunc locum Victorius cum Platonis loco in Critone confert Variar. Lectt. VI. 9. et Henr. Steph. in Ciceroniano Lex. p. 8. Vocem *esse* omittit Cod. R. *Mr.*

Vidisse enim se] Mediam vocem, quae deest in vulgatis, suppeditarunt Reg. et Cantab. eaque connectendae orationi videtur necessaria. *Dav.*

vidisse se in somnis] Eiecimus cum Ern. Hott. Oliv. Verb. et Sch. quod addiderat Dav. *enim* post *vidisse:* quamquam commodum esset, et subaudiendum est. Sed saepius ita omitti multis exemplis allatis docuit Wopkens. Lectt. Tull. I. 8. p. 48. sq. Ad nostrum locum vir doctus (Iortinus) in Miscellann. Obss. III. 1. p. 7: „Femina, ait, quae Socrati in somnis apparebat, cum haec verba illi diceret, quibus utebatur Achilles, cum diceret, se intra tres dies Phthiae in patria futurum, Socrates, ut nunc pono, hisce sibi mortem praedictam credidit, cum mori illi videretur domum redire in patriam. Παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος. Sic in hoc capite de Eudemo: ut, *quum animus Eudemi e corpore excesserit, tum domum revertisse videatur.*" Mox Cod. M. omittit *se* pro *quae.* Cod. L. a. *eximiae* pro *eximia. Mr.*

Tertia te Phthiae tempestas etc.]

Quod, ut est dictum, sic scribitur contigisse. Xenophon Socraticus (qui vir et quantus!) in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia;

Versus est apud *Homerum* Il. IX. 364. et profertur ab Achille hoc modo,

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην.

Phthia autem urbs in Thessalia, Achillis patria: quae quid commune habeat cum morte, et qua ratione Socrates hoc versu praemoneatur se tertio die moriturum, quaesitum est. Qua de re cum ego et *Simeo Bosius* loqueremur, dixit, quod et mihi venerat in mentem, per *Phthiam* mortem et interitum significari, spectata vi nominis, quod videtur ortum a verbo *φθίνω* et *φθίω*, quod valet intereo, consumor, corrumpor. *Lambinus.*

Locum recte cepit *Bosius;* et huc facere videatur quod habet *Moeris* Atticista, *φθίην, τὴν φθίσιν Ἀττικῶς*. Sed ibi legas oportet *φθόην*. Vide *Suidam* in *φθόη*, et *Aretaeum* de causis et signis Acut. Morb. II, 1. ac de causis et signis Diut. Morb. I, 8. *Davies.*

Tertia — locabit.] Conf. Interprr. ad Moerin Atticistam p. 399. ed. Pierson. *Cr.* — Quod ad sententiam Hott. Iortini potius, cuius sententiam modo adscripsimus, quam Lambini, explicationi accedit, quam argutiorem esse, quam veriorem, existimat. In quo ei assentimus. Ceterum recte monet Sylb. ad h. l., versum non ex Homeri Iliade, sed ex Platone esse expressum, qui eum ad rem, qua de agitur, ita accommodaverit, ut scriberet:

ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο.

Huius autem versus aliam etiam laudat versionem Heynius ad Homer. l. c. apud Chalcidium in Timaeum Platonis p. 349:

Terna luce petes Phthiae perfertilis arva.

Ad singularem hunc usum, quo *tertia tempestas* dicitur pro *dies tertius*, laudat Hott. Plautum Mostell. I. 1. 17:

Cis, hercle, paucas tempestates, Tranio,

Augebis ruri numerum, genus ferratile:

ubi Pareus explicat: *paucos intra dies*. Edd. Asc. 1. 2. *Pythiae*. *Mr.*

Quod ut est *dictum, sic scribitur contigisse*] Nostri Codices non agnoscunt *ut:* quin et voculam sequentem nescit Reg. Si legas, *quod sic scribitur contigisse;* nihil orationi deerit: et *Cicero*, nisi fallor, ita scriptum reliquit. *Dav.*

Quod, ut est dictum, sic] Merito neminem obsequentem habuit Dav. eiiciens *ut est dictum:* quamquam etiam in nostris Codd. Cr. L. b. c. d. abest *ut*. Ego vero post *quod* distinctionem posui, ab omnibus adhuc, quod sciam, neglectam. In seqq. miror Schützium servasse ridiculam distinctionem Lamb. Goth. Gruteri, Verburgii, Gesneri (in Chrest. Cic. p. 491.) Ern., post *quantus* interrogandi signum ponentium, cum iam recte distinxerint Sylb. Oliv. Bip. et Hott. In Edd. Car. et Rob. Steph. verba *qui vir — perfunctus est* in parenthesi ponuntur, quod item fecit Brutus, exclamandi signo post *est* reiecto. Vocem *vir* omiserunt Cod. P. Edd. Boul. Lambb. Goth. Qui laudat nostrum locum Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 21. 67. scripsit: *Xenophon, Socraticus, qui et quantus vir!* Sed noluit, opinor, verborum ordinem mutatum. *Mr.*

Qui vir *et quantus*] Voculam *vir* inmiscui, volentibus mss. nostris, quibus accedebat editio Victorii. *Grut.*

militia, qua — perfunctus est,] Similiter Or. pro Marcell. 10. 31. *Perfuncta res publica est hoc — bello.* Ad rem conf. nuperrimum Expeditionis Cyri Xenophonteae Editorem Bornemannum ad III. 1. 12. p. 170. Cod. R. *scripsit*. L. d. *scribere* pro *scribit*. *Mr.*

Sua scribit somnia] *Lucianus* in Somn. pag. 11, 12. *Μὴ ὀνείρων τινῶν ἡμᾶς ὑποκριτάς τινας ὑπείληφεν; Οὐκ, ὦ ἀγαθέ· οὐδὲ γὰρ ὁ ΞΕΝΟ-*

quorum eventus mirabiles exstiterunt. Mentiri Xenophontem, an delirare dicemus? Quid? Singulari vir ingenio Aristoteles, et paene divino, ipsene errat, an alios vult errare? cum scribit, Eudemum Cyprium, familiarem suum, iter in Macedoniam facientem Pheras venisse; quae erat urbs in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur: in eo igitur oppido ita graviter aegrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent: ei visum in quiete egre- 52. b.

ΦΩΝ *ποτε διηγούμενος τὸ ἐνύπνιον; ὡς ἐδόκει αὐτῷ καὶ ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ, καὶ τὰ ἄλλα· ἴστε γὰρ οὐχ ὑπόκρισιν τὴν ὄψιν, οὐδὲ ὡς φλυαρεῖν ἐγνωκὼς αὐτὰ διεξῄει, καὶ ταῦτα ἐν τῷ πολέμῳ καὶ ἀπογνώσει πραγμάτων, περιεστώτων πολεμίων· ἀλλά τι καὶ χρήσιμον εἶχεν ἡ διήγησις.* Respicit autem Samosatensis ad *Xenophontem* de Exped. Cyri lib. III. c. I. §. 9. Aliud somnium refert idem scriptor elegantissimus lib. IV. c. III, 7. Plurium vero, nisi fallor, in hisce libris non meminit. *Davies.* [Copp. Victt. b. laudant Xen. Anab. V. 1. 22. et nostr. I. 54.]

quorum eventus mirabiles] Lectionem *eventus* nos quoque reperimus in Codd. nostris Cr. U. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph., quare Grutero obsecuti sumus cum Verb. Dav. Gesn. Oliv. Ern. Hott. et Sch. Reliqui habent *exitus*, neque vero *exitur*, ut est in annot. Sch. Supra c. 7. 12. *significationis eventu animadversa et notata.* Ita etiam *eveniendi* verbo de rebus praedictis utitur, v. c. infra II. 24. *quota enim quaeque res evenit praedicta ab istis?* ib. cap. eod. *vides tamen, omnia fere contra, ac dicta sunt, evenisse.* Mox Cod. S. *extiterant.* Cod. L. b. omittit *an* ante *delirare.* Tum Cod. R. *singuli vir Aristoteles ingenio,* omisso seq. *et. Mr.*

Quorum eventus *mirabiles*] Est et hoc ab iisdem libris, nam recepta lectio, *quorum* exitus *mirabiles. Grut.*

an alios vult errare?] Cod. M. *aut* pro *an:* perperam. Quod modo dicit *singulari vir ingenio,* infra II. 47. 91. est similiter: *ingenio atque animo singulares.* Cod. S. *inter* pro *iter.* Ad v. *Eudemum* Copp. Victt. a.: „Plutarch. in Dione narrat scripsisse Aristotelem librum *περὶ ψυχῆς*, in quo, ut opinor, hoc traditum erat; quem librum vocatum fuisse Eudemum commemorat idem *ἐν τῷ παραμυθητικῷ.*“ Co. Vi. b.: Meminit Plut. in Vita Dionis [c. 22.]: *συνέπραττον δὲ καὶ τῶν πολιτῶν πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων, ὅ τε κύπριος εὔδημος, εἰς ὃν ἀριστοτέλης ἀποθανόντα τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον ἐποίησεν* etc. *Mr.*

quae erat urbs] Eadem *urbs* mox, ubi continuando variat orationem, dicitur *oppidum:* qua de re vide quae adscripsimus ad Cic. de Republ. I. 26. p. 108. Cod. R. ante haec *feras invenisse* pro *Pheras venisse.* S. *Italia* pro *Thessalia:* idem omittit *ab* ante *Alexandro. Mr.*

Crudeli dominatu premebatur] Liber unus MStus habet *tenebatur.* Lambin. Eam lectionem ex suis recepit *Gruterus*, eamque repraesentant omnes nostri. *Davies.*

Crudeli dominatu tenebatur] Idem istud est a dictis codicibus et Victorianis, pro quo vulgati, *premebatur.* facinus procul dubio eorum, quibus ignota vis verbi alterius. *Gruter.*

crudeli dominatu tenebatur:] Exhibent *tenebatur* nostri Codd. Cr. M. Edd. Crat. Herw. (in varr. lectt.) Rob. Steph. Grut. Verb. Oliv. Ern. Gesn. Bip. Hott. Sch. Ita noster de Offic. II. 1. 2. *cum autem dominatu unius omnia tenerentur.* Si post

gia facie iuvenem dicere, fore, ut perbrevi convalesceret; paucisque diebus interiturum Alexandrum tyrannum, ipsum autem Eudemum quinquennio post domum esse rediturum. Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta, et convaluisse Eudemum, et ab uxoris fratribus interfectum tyrannum; quinto autem anno exeunte, cum esset spes ex illo somnio, in Cyprum illum ex Sicilia esse rediturum, proeliantem eum ad Syracusas occidisse: ex quo ita illud somnium esse inter-

diffiderent in aliquo libro reperirem *Ibi*, gratus acciperem. *Mr.*

Fore ut perbrevi *convalesceret*] Ita Pal. sec. et S. Vict. congruitque cum eo quod sequitur, *paucisque diebus*. illud *per* hactenus abfuit vulgatis. *Gruter.*

ut perbrevi convalesceret] Lectionem *perbrevi* firmant Codd. nostri R. Cr. L. a. b. c. et M. eamque receperunt post Gruterum Edd. recentiores omnes. Eo noster adiectivo haud raro usus est, sed plane, ut nostro loco, ad Famm. VI. 18. (al. 12.) ed. Mart. Lagun. p. 849. *sed id erit perbrevi*. Monet ad h. l. Gesnerus in Chrest. Cic. p. 498. hanc de Eudemo narrationem neque in libris Aristotelis, qui exstant, neque apud alium quempiam scriptorem superesse videri. Cod. R. habet *eundem* pro *Eudemum*: tum *ut medici omnes*. In seqq. *Alexandrum ipsum tyrannum; ipsum autem Eudemium*. Pro *prima statim* habet idem *statim prima*: tum *eum convaluisse Eud. Mr.*

Ita *quidem prima*] Puto *ista quidem prima. Davies.*

Atque ita quidem prima etc.] Quod coniecit Dav. *ista* pro *ita*, acciperem, si libri exhiberent vetusti. Nunc credo, Ciceronem paullo negligentius scripsisse, ut sermo ad libertatem confabulationis propius accederet: voluisse eum nimirum ita pergere: *atque ita quidem evenisse*: sed cum non eodem modo et tempore omnia evenerint, postremum etiam eventum interpretando praedictioni accommodandum esse vidisset, eum ita perrexisse, ut perrexit. Cod. S. exhibet *scribit statim*: idem ante *convaluisse* omittit *et*. *Mr.*

Ab uxoris fratribus] *Diodorus* Siculus Bibl. lib. XVI. pag. 417. *Ἀλέξανδρος ὁ Φερῶν τύραννος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς Θήβης καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνου ἐδολοφονήθη.* Tertium fratrem, nomine Pytholaum, iis accenset *Plutarchus* in Pelop. p. 297. Theben solam memorant *noster* de Invent. lib. II. cap. 49. ac de Offic. lib. II. cap. 7. *Valerius Maximus* lib. IX. cap. XIII, 8. ext. et alii. *Dav.*

ab uxoris fratribus] Quod noster de Off. II. 7. 25. de eodem tyranno ait: *Ab ea est enim* (coniuge) *ipsa propter pellicatus suspicionem interfectus*, commode explicat Beierus, ad eum locum dicens: i. e. *ἀποθνήσκει αὐτοχειρίᾳ μὲν ὑπὸ τῶν τῆς γυναικὸς ἀδελφῶν, βουλῇ δὲ ὑπ' αὐτῆς ἐκείνης*, ut scribit Xenophon Hellen. VI. 4. 35. sqq. Conf. etiam, quos laudat B., reliquos ib. T. II. p. 52. Cod. S. ante *tyrannum* addit *esse*. *Mr.*

cum spes esset ex illo somnio] Cod. noster Cr. *somno* pro *somnio*. Quod sequitur *ex quo*, commode ad ea verba monet Hott. subaudiendum esse *eventu*. Cod. R. *in illo somnio — rediturum esse, proeliantem autem eum — somnium est interpretatum — tunc domum*. Vocem *Eudemi* omittit Cod. L. b. Cod. S. habet *in Cyprum ex Sicilia*. Idem post *somnium* omittit *esse*. *Mr.*

illud somnium esse interpretatum] Gellius Noctt. Att. XV. 13., ubi loquitur *de verbis inopinatis, quae*

pretatum, ut, cum animus Eudemi e corpore excesserit, tum domum revertisse videatur. Adiungamus philo- 54. sophis doctissimum hominem, poetam quidem divinum, Sophoclem: qui, cum ex aede Herculis patera aurea gravis surrepta esset, in somnis vidit ipsum deum

utroque versum dicuntur et a grammaticis communia dicuntur, ait: *Testata itidem et interpretata eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro de Divinatione: ut testor interpretorque verba communia videri debeant:* ubi vid. Gronov. p. 683. ed. Gron. Adde nos ad Cic. de Legg. II. 12. 29. p. 250 sq. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

e corpore] Cod. S. omittit *e*. Scribitur *ex corpore* in Codd. U. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Sturm. Boul. Ald. Minus bene: qua de re supra monuimus. *Mr.*

Tum domum revertisse videatur] Eodem modo loquitur *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VII. pag. 869. *Φασὶ γοῦν τὸν μακάριον Πέτρον θεασάμενον τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἀγομένην τὴν ἐπὶ θάνατον, ἡσθῆναι μὲν τῆς κλήσεως χάριν, καὶ ΤΗΣ ΕΙΣ ΟΙΚΟΝ ἈΝΑΚΟΜΙΔΗΣ.* Eadem leguntur apud *Eusebium* H. E. III, 30. Nimirum, ut ait *Aeschines* in Axiocho c. 3. *τὸ κοινὸν δήπου τοῦτο καὶ πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον, παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος.* Vide sis interpretes in Epist. ad Hebraeos cap. XI, 9, 10. quibus adde quae congessit *Th. Gatakerus* in *Antonini* lib. II. §. 17. *Dav.*

revertisse videatur.] Legendum videtur *videretur*. *Ern.* — Hott. recte monet, nihil esse mutandum, laudatque de Off. I. 11. 36. *Cato ad Popilium scripsit, ut, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obliget militiae sacramento:* quam quidem lectionem e libris antiquioribus revocavit Heusingerus, servavit et defendit Beierus, qui de hac temporum mutatione universe praecipit p. 86, neque, quanquam *obligaret* restituit, Gernhardus ab Heusingeri lectione alienum se ostendit. Rathius ad h. l. haec annotavit: „Ernesto legendum videtur *videretur*, quia, opinor, praecedit *esse interpretatum*. Infra I. 32. *Satis est, — semel aliquid esse ita divinatum, ut nihil fortuito cecidisse videatur:* ad quem locum tacet. Utrobique omnino recte ita dicitur; sed cur ita recte, longum est exponere a nostroque instituto alienum. Iam supra eandem rem tetigimus c. 16. extr. ad v. *haereat*. Nostro tamen loco legi malim *esse interpretandum*. Quintus enim ad Aristotelis philosophi auctoritatem provocat, non ad volgi opinionem.“ Neque Sch. Ernesti partibus se applicuit. In seqq. Cod. M. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. rursus pro *in somnis* habent *in somniis:* qua in re cum semper peccari soleat a librariis, de ea non ultra monebimus. Ad rem et sententiam laudat Gesn. l. c. Aeschinem Socraticum in Axiocho 3. ubi est: *τὸ κοινὸν δήπου τοῦτο καὶ πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον, παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος:* ubi vid. Fischer. Apud Menandrum in Fragmm. p. 184. ed. Cleric. est:

Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
Ὃν φημι, τοῦτον, κἀπιδημίαν βροτῶν.

Ubi vid. Cleric. p. 185. *Mr.*

Adiungamus *philosophis*] Vulgata lectio, *adiungam*. sed nostrum exstat in Pal. S. Vict. in Wouverianis, in editis a Victorio. *Gruter.*

Adiungamus] Ita legitur in nostris Codd. Cr. R. L. a. c. d. U. M. Edd. Rob. Steph. Sylb. Ald. Verb. Ern. Dav. Bip. Hott. Sch. In reliquis est *adiungam*. Voces *poetam* et *aurea* omittit Cod. R. Cod. S. habet *poetaque* pro *poetam quidem*. *Mr.*

Patera aurea] Non *pateram auream*, sed *στεφάνην χρυσῆν*, *coronam auream*, ex arce sublatam tradunt

dicentem, qui id fecisset. Quod semel ille iterumque neglexit. Ubi idem saepius, ascendit in Ariopagum: detulit rem. Ariopagitae comprehendi iubent eum, qui a Sophocle erat nominatus. Is, quaestione adhibita, confessus est, pateramque retulit. Quo facto, fanum illud Indicis Herculis nominatum est.

auctor vitae *Sophocleae* et *Tertullianus* de Anim. cap. XLVI. *Davies.*

qui id fecisset.] Codd. nostri R. M. *quid fecisset*, orto errore ex scriptione QUID, legenda *qui id*. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. Cod. Oxon. E. nostro S. scribitur *quis fecisset:* quod est correctoris, qui in libro suo reperisset *quid*, vel illud compendium ita legisset, et *quid* stare non posse videret, quid reponendum esset, non videret. — Vocem *semel* Cod. U. nonnisi ab alia manu additam habet in margine. Cod. L. b. *iterum* pro *iterumque*. Mox idem *estendit* pro *ascendit*. *Mr.*

Ascendit *in Ariopagum*] Pal. sec. *scendit;* tert. *scendit*, ut videatur excidisse vetus scriptura *escendit*. *Gruter.*

Ascendit in Ariopagum] Vix est, quin noster *Arium pagum* scripserit, ut habent Paris. Balliol. et Victor. Sic *Ἄρειον πάγον* passim dicunt Graeci. *Davies.*

Ariopagum] Ita Codd. nostri omnes et Edd. praeter Rob. Steph. et Camerar. et Cod. L. c. ubi est *Arium pagum*, ut vult Dav. In Bip. et Oliv. est *Areopagum*. Monet Wopk. L. T. p. 250. nunquam non una voce ponere Ciceronem *Areopagum*. De Areopago v. Meursii Areopagum T. V. Gronovii Antt. Grr. p. 2104. Add. Heusing. ad Cic. de Off. I. 22. 4. Beier. ad eund. locum p. 178. sq. et Gernhard. p. 87. Nuperrime de ea re praeceperunt *Heffter. Darstellung der Athenischen Gerichtsverfassung*. 8. Cöln. 1822. *Tittmann. Darstellung der Griech. Staatsverfassungen*. 8. Leipz. 1822. *G. Schwabius* in Progr. in quo quaeritur, num quod Areopagus in plebiscita — ius exercuerit legitimum. 4. Stuttg. 1818. *Mr.* — Recte *Arium pagum*. Antiquiores enim *Ἄρειον πάγον* frequenter. Rarior forma *Ἀρειόπαγος*. *Cr.*

detulit rem.] *Reum* corrigit Valckenarius ad Herodotum p. 641. extr. [ad VIII. 52. T. VI. P. II. p. 123. Schwgh.: imo *detulit reum*, somnianti divinitus indicatum; non *rem* Areopagitis notissimam, quam ex Hieronymo nobis narrat eruditus scriptor vitae Sophoclis.] Dubia mihi est haec correctio, quia proprie non accusari iste homo potuit, aut accusatus est. Itaque mox non est *comprehendi iubent reum*, sed *eum, qui a S. nominatus erat*. — *Detulit rem* i. e. somnium suum saepe repetitum narravit. *Ern.* — Bene defendit vulgatam Ernestus, meritoque Valckenarius neminem obsequentem habuit. Cod. R. *iubebant* pro *iubent*. *Mr.*

Quaestione habita] Sic MSSti Reg. et Cantab. nec aliter legendum coniecit *D. Lambinus*. Vulgo *quaestione adhibita*. Mihi vero non liquet, eo modo locutos esse veteres. *Dav.*

quaestione adhibita] Dav. edidit *habita*, sed et *adhibita* rectum est: nam dubitari non potest, quin *adhibere quaestionem* sc. ad verum reperiendum, dici possit, pro *quaestione uti*. *Ern.* Hott. ait, si per *quaestionem* intelligantur *tormenta*, [quae omnino sunt intelligenda] rem dubiam non fore; sed minus fortasse, si de simplici dicatur *inquisitione*. Libri nostri ad unum omnes habent *adhibita*, quod aeque probum est, quam quod scripsit de Finn. II. 16. 54. *quaestionem exercere*. Cod. R. habet *fuerat* pro *erat*, et *iudicis* pro *Indicis*. S. habet *pateram* sine *que:* in seqq. *Quis* pro *Omnes*, et *maxime* pro *proxime*. *Mr.*

Fanum illud Indicis Herculis] *He-*

Sed quid ego Graecorum? Nescio quomodo me 26
magis nostra delectant. Omnes hoc historici, Fabii, 55. p.92.a
Gellii, sed proxime Caelius. Cum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente est excitata. Itaque, ludis intermissis, instaurativi constituti sunt. Qui antequam fierent, cumque iam populus consedisset, servus per circum, cum virgis caederetur, furcam ferens ductus est. Exin cuidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret, praesulem sibi

---

sychius, *Μηνύτης Ἡρακλῆς ἐν Ἀθήναις*. At Anonymo in vita *Sophoclis* cum *Cicerone* non convenit; is enim tradit ipsum Sophoclem *λαβόντα τὸ τάλαντον, ἱερὸν ἱδρύσασθαι ΜΗΝΥΤΟΥ ἩΡΑΚΛΕΟΥΣ*. Vide *Pet. Victorium* Var. Lect. l. IV. c. 21. et *Ioan. Meursium* Athen. Attic. lib. II. cap. 10. *Dav.*

Nescio quomodo me magis nostra delectant.] Non debuerunt distinguere post *nescio* Ern. et Sch. Non enim se nescire id ait Quintus: quod si voluisset, dixisset *delectent*: sed ponitur *nescio quomodo*, ut de Amicit. 23, 86: *Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia.* In Cod. R. scribitur *quo* pro *quomodo*. Conf. Ast. ad Platon. Phaedr. p. 222. *Mr.*

Omnes hoc historici,] Recte monet Hott., *hoc* referri ad sequentia. Scribitur autem *haec* pro *hoc* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. De *Fabiis* historicis v. Vossium de Hist. Latt. I. 8. p. 12. sqq. De *Gelliis*, *Sexto* nimirum et *Cneio*, vid. eundem ib. I. 8. p. 34. sq. De *Caelio* Antipatro ib. p. 31. sq. In primis v. Cic. de Legg. I. 2. ibiq. annott. p. 18 — 20. ed. nostr. et Cr. Ad verba *et proxime Caelius* Pearcius dicit: „sensus est: aetas Caelii ei facto proxima fuit. Vid. de Legg. I. 2.“ Contra quem recte Hott. Falso, ait, nam factum antiquissimum est: Q. autem Fabius Pictor Caelium centum fere annis aetate antecedebat. Itaque hoc dicit: Caelium inter illos, qui istam rem tradiderint, esse recentissimum. *Mr.*

ludi votivi maximi primum fierent,] Ludi *votivi* erant, qui a magistratibus in bellum ituris vovebantur. De iis vide Rosini Antt. Romm. p. 345. Schwarz. Obss. ad Nieuport. p. 335. *Maximi* dicuntur, qui alibi *magni*, *Romani*, *Circenses*: v. Rosinum l. c. p. 341. *Primum* dicit, ut recte monet Hott., pro *tum primum*; quippe cum fuerint repetendi. Pro *instaurativi* Cod. P. habet *instaurati*, quod stare posset, si *constituti* abesset. Pro *servus per circum* Cod. U. et Ed. Asc. 1. *servus qui circum*. Sequens *cum* abest a Cod. P., absorptum nimirum ab ultima praecedentis vocabuli syllaba: qua de re vid. Sciopp. de Arte Critica p. 67. De *furca* v. Donat. ad Terent. Andr. III. 5. 12. Plutarch. Quaest. Romm. LXX. Ed. Hutt. T. VIII. p. 351. Verba per *circum* absunt a Cod. R. Cod. L. a. habet *cum sedisset*. Mox idem *Exinde*. L. d. *dormienti Romano*. Cod. S. *Ardemia* pro *ad arma*: et *inde* pro *exin*: tum *sibi praesulem sibi*. *Mr.*

Cuidam rustico Romano] Huiusce viri nomen haud efferunt *Arnobius* lib. VII. pag. 306. et *Minucius Felix* Octav. cap. VII. *Dionysio* quidem Halicarnassensi lib. VII. cap. 68. *Plutarcho* in Coriolano p. 225. et *Augustino* C. D. IV, 26. VIII, 18. *Titus Latinus* vel *Latinius* appellatur: *Macrobio* vero Saturn. lib. I. c. XI. *Annius*. At eum *Tib. Atinium* recte, puto, vocant *Livius* lib. II. cap. 36. *Valerius Maximus* lib. I. c. VII, 4. et *Lactantius* Div. Inst. lib. II. c. 7. *Davies.*

visus est venire] Cod. P. *venire visus est*. *Mr.* — In verbis *visus est*

ualla q praesentes

non placuisse ludis, idque ab eodem iussum esse eum senatui nuntiare: illum non ausum. Iterum esse idem

venire, qui diceret attendendum est ad constructionem, factam ad exemplum illius notissimae: *fuit, qui diceret. K.*

Praesulem *sibi non placuisse*] Tacet heic Gulielmius. sed tamen cum annotarit, legi in S. Victoris et Pithoeano, *praesulem;* non, ut hactenus habuimus in editis, *praesultatorem*, scripturam receptam eieci, tanto quidem fidentius, quod non compareret in ullo Palatinorum, in quibus omnino erat haec nostra. Haud aliter Capitolinus in Marco Philosopho cap. IV. *Fuit in saliatu et* praesul *et vates.* Procul dubio tale quid invenit et in suis Victorius, sed non ausus fuit exprimere. *Gruter.*

Praesulem sibi non placuisse ludis,] Ego nullam editionem nancisci potui, in qua exhiberetur *praesultatorem*, sed in omnibus *praesultorem*, et id opinor voluit Gruteri mens, etsi manus posuerit aliud. *Gronov.* — Alii *praesultorem:* nihil refert, utrum legatur. *Ern.* — Praeter Venet. 1494, quae habet *praesulem*, omnes Edd. vett. habent *praesultorem.* Illa forma antiquior esse videtur, quae eadem remansit in nomine *consulis. Rath.* — *Praesulem* est in Codd. nostris Cr. U. P. *M.* Copp. Victt. a. et b. [ubi laud. noster II. 66.] Edd. Ascens. 2. (in marg.) et post Grut., praeter Oliv., omnibus. De nomine et persona *praesulis* v. Laur. Vallae Elegant. L. L. V. 65. Vossii Etymol. L. L. s. h. v. Rosini Antt. Romm. p. 218. Haymann. Anmerkk. z. Nieupoort. p. 85. in primis autem Gutberleth. de Saliis p. 87—89. ibiq. laudatum Salmasium ad Capitolin. in vita Antonin. Philos. c. 4. Quomodo nostro loco *praesul* intelligendus sit, patet. De constructione loci ad vocem *ludis* tenendum, esse *ludis* non ablativum, ut si dicitur post personarum enumerationem ad Terentium: *acta ludis Megalensibus* etc. sed dativum: *praesulem ludis* est i. q. *qui praesul fuerit v. praesiluerit ludis*, ut Or. pro S. Rosc. 2. dixit *huic causae patronus exstiti* pro *exstiti, ut huic causae patronus essem s. patrocinarer.* Vid. Ruddimanni Inst. Gr. Lat. T. II. p. 289. sq. *Mr.*

Praesulem *sibi non placuisse ludis*] Iupiter hunc servum *praesulem*, sive praesultorem, nominabat, quia priusquam committerentur ludi, virgis caesus στροφὰς παντοδαπὰς ὑπ' ὀδύνης ἐστρέφετο, gestusque saltatoriis similes edebat. Vide *Plutarchum* in Coriol. p. 225. *Dionysium* Halicarnassensem lib. VII. cap. 69. et *Des. Heraldum* ad *Arnobii* pag. 306. *Davies.*

iussum esse eum senatui nuntiare:] *Eum* puto esse glossam interlinearem, delendumque. *Ern.* Mihi, ait Hott., multo etiam magis displicet verbum *esse*, toties tam exiguo intervallo repetitum. Itaque bis quidem illo deleto sic putem legendum: *idque ab eodem iussum esse eum senatui nuntiare: illum non ausum. Iterum esse idem iussum — ne tum quidem ausum.* Haud incommode. Ceterum pro *eodem iussum* Codd. L. d. U. et Ed. Asc. 1. habent *eodem visum:* iidem tamen libri mox recte *iussum*, ubi post Gruterum Ernestus, Dav. Verb. Oliv. Bip. receperunt *visum.* Ceterum est, ut volebat Hott., *illum non ausum* in Edd. Car. Steph. Rob. Steph. Brut. Boul. Ald. Lamb. Goth. quare post *non* semel delevimus *esse. Mr.*

Iterum esse idem iussum] Non mihi fit dubium reponendum *visum*, quemadmodum exstat in Pall. et Pith. et S. Vict. qui ultimus et supra diserte habebat, *dormienti* visum *est venire.* non ausus autem sum delere vulgatum, quod veritas huius loci non ita aperta cuivis, ut prioris. *Gruter.*

Iterum esse idem iussum] Ego cum Hott. et Sch. probam lectionem *iussum* revocandam esse censui, obliteratam Gruteri infelici correctione *visum.* Et habent *iussum* Codd. nostri U. M. R. Edd. Asc. 1. (ubi est *iterum id se iussum*) 2. (*Iterum idem*

iussum, et monitum, ne vim suam experiri vellet; ne tum quidem esse ausum. Exin filium eius esse mortuum; eandem in somnis admonitionem fuisse tertiam. Tum illum etiam debilem factum, rem ad amicos detulisse, quorum de sententia lecticula in curiam esse delatum; cumque senatui somnium enarravisset, pedibus suis salvum revertisse. Itaque somnio comprobato a senatu, ludos illos iterum instauratos, memoriae proditum est.

esse iussum) Rob. Steph. Crat. Herw. (hae ut Asc. 2.) Car. Steph. Brut. Sylb. Sturm. Boul. Ald. Lamb. Goth. In Cod. P. est *illum non ausum esse. iterum esse idem visum.* Ubi, cum *esse* post *ausum* sit positum, in aliis libris ante *ausum,* voculam vagam merito nobis cum tot Edd. vett. eiecisse videmur. Verba *iterum — esse ausum* desunt in Cod. S. Idem pergit *Exinde — esse monitum. Mr.*

ne vim suam experiri vellet] Desunt haec in Cod. U. *Mr.* Ad v. *suam* tenendum, ideo recte dici *suam,* quia *monitum esse ab illo* idem est, quod *illum monuisse, ne vim suam* (monentis) *experiri vellet. K.*

In somnis] Sic Paris. Med. Merton. Balliol. Reg. et Cantab. At vulgo *in somniis.* Male. *Davies.*

fuisse tertiam.] Cod. M. *esse tertiam.* Pergit Cod. U. *Tum etiam illum,* ut Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Cod. S. *debilem etiam esse factum. Mr.*

Cumque *senatui somnium enarravisset*] Pal. pr. heic mancus est ob folium excisum. sed sec. omnino non agnoscit *cumque.* unde suspicor, esse a librariorum liberalitate, detrahendamque adhuc literam postremam ab illo *enarravisset. Gruter.*

curiam — senatui] Vid. *Dirksen. civilist. Abhandll.* I. p. 182. ibiq. laudd. *Cr.* Pro *lecticula* Cod. vet. Caroli Steph. Edd. Crat. Herw. (hae in varr. lectt. ut nos) Asc. 1, 2. habent *lectulo* cum Cod. U. *Mr.*

Salvum domum *revertisse*] Vulgo mediam vocem praetermittunt, nec agnoscunt sex e nostris. Eam tamen ex Victor. Eliens. et Vossian. recepimus, utpote quae non videbatur otiosa. *Davies.*

pedibus suis domum revertisse] Quidam libri post *salvum* addunt *domum,* etiam Ed. Vict. Vel hoc, vel *salvum* abesse potest, quod malim. nam si pedibus domum revertit, salvus fuit. Sic et Livius rem narrans II. 38. dicit *pedibus domum revertisse:* nec dubitavi *domum* restituere, *salvum* delere. *Ern.* — Hott. scripsit *pedibus suis domum* [*salvum*] *revertisse.* Ernestum secutus est Sch. post Bip. Cod. R. habet *pedibus suis salvum fuisse.* Cod. L. d. paulo superius *in curia.* L. a. *instaurato.* Verba *a senatu* desunt in Cod. R. Idem mox habet *Graeus vero Graius.* Cod. S. tn̄ pro *iterum. Mr.* Cum sex libri MSS. et Ed. Crat. omittant *domum,* servent *salvum;* alterutrum si delendum est, deleatur *domum:* quamquam utrumque commode iunctum ferri potest. *K.* — Ego vero delevi *domum,* cum praeter libros a Dav. inspectos et Ed. Crat. absit etiam a Codd. nostris L. b. d. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Boul. Ald. Lamb. Goth. Et si ita argumentatur Ern.: *si pedibus domum revertit, salvus fuit:* ego ita: *si salvus revertit, domum certe revertisse existimandus est: etiamsi non addideris domum.* In seqq. nihil agit Meyerus, dicens posse distingui post *comprobato,* ut *a senatu* cum sequentibus iungatur. Quod narrat Sch. Hottingerum rescribi voluisse *C. vero Gracchus multos dixit,* de eo ne somniavit quidem Hott. Sed infra in fine capitis *et dixisse multos:* idque sine dubio

56. C. vero Gracchus multis dixit, ut scriptum apud eundem Caelium est, sibi in somnis, quaesturam petenti, Ti. fratrem visum esse dicere, quam vellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interisset, esse pereundum. Hoc, antequam tribunus plebi C. Gracchus factus esset, et se audisse scribit Caelius, et dixisse multis. Quo somnio quid inveniri potest certius?

Sch., quod fecit superiore loco, inferiore probare voluit. *Mr.*

Caius vero Gracchus] Auribus admodum blanditur S. Victoris, *Gracchus vero Caius. Gruter.*

Quaesturam petenti] Ultimam vocem non agnoscunt nostri Codices. At Med. et Reg. dant *ante quaesturam;* quibus cur non credatur, equidem causam non video. *Davies.*

quaesturam petenti,] Hanc lectionem tuentur libri nostri omnes, nisi quod Cod. S. habet *petitam:* neque erat, quod Davisius glossam *ante quaesturam* probaret. Cod. L. d. *dicente* pro *dicere.* L. c. *quem* pro *quam. Mr.*

Quam vellet, cunctaretur] *Plutarchus* in Gracchis p. 835. *Ἱστορεῖ δὲ καὶ Κικέρων ὁ ῥήτωρ, ὡς ἄρα φεύγοντι πᾶσαν ἀρχὴν τῷ Γαΐῳ καὶ μεθ' ἡσυχίας ᾑρημένῳ ζῆν, ὁ ἀδελφὸς ὄναρ φανεὶς καὶ προσαγορεύσας, Τί δῆθα* (φαίη) *Γάϊε, βραδύνεις; οὐκ ἔστιν ἀπόδρασις, ἀλλ' εἷς μὲν ἡμῶν ἀμφοτέροις βίος, εἷς δὲ θάνατος ὑπὲρ τοῦ δήμου πολιτευομένοις πέπρωται.* Idem somnium refert etiam *Valerius Maximus* lib. I. c. VII, 6. *Davies.* Ad rem v. Vellei. Paterc. II. 8. et 6. ib. interprr. *Mr.*

quam vellet cunctaretur,] Ita locutus est noster Or. de Lege Agr. II. 18. 34. *emere agros — quam volent magno, poterunt:* in Verr. Act. II. Lib. V. 5. 11. *exspectate facinus quam vultis improbum:* de N. D. II. 17. 46. *hic quam volet Epicurus iocetur.* Vid. etiam Ruhnken. ad Terent. Hecyr. IV. 4. 12. p. 229. ed. Schopen. *Mr.*

Eodem *sibi leto*] Primum vocabulum nescit Paris. at id reliqui Codices tenent. Legerim, *eo demum sibi leto* etc. *Dav.*

eodem sibi leto] Infelicem Davisii coniecturam, *eo demum* rescribi volentis pro *eodem*, merito nemo amplexus est. Mox Codd. L. b. U. pro *antequam* habet *et antequam* cum Ed. Asc. 1. In Edd. Asc. 2. Crat. Herw. est: *Haec autem antequam*, et ita Cod. L. d. Vocem *eodem* omittit Cod. R., idem habet *plebis* pro *plebi. Mr.*

et dixisse multis.] Hott. rescribi vult *multos*, cum nihil ad rem et ad fidem faciat, seu multis hoc Caelius, an nemini dixerit. Durum vero esse, haec verba ad ipsum Gracchum referre, ut intellexerit Gallicus interpres *Desmarais* [et Germanicus nuperrimus, *Meyerus*], quia neque Gracchi nomen sit additum, et ne pronomen quidem: praeterea hoc supervacaneum etiam fore, cum paullo ante dictum sit, *Gracchum id multis dixisse.* Legendum igitur esse *multos:* scilicet, ait, quo magis iste rumor invaluit, neque Gracchо, neque alio quoquam contradicente, eo certior res fuit habenda. Valer. Max. I. 7. idem somnium referens, *Caelius*, inquit, *certus Romanae historiae auctor, sermonem de ea re ad suas aures; illo* (Graccho) *adhuc vivo, pervenisse scribit.* Rathio et Schützio placet Hottingeri coniectura: Roovius vero l. c. p. 11. „Facit omnino, ait, ad fidem Caelii et ad rem, si cogites, Caelium provocare ad *multos* illos, quibus hoc dixerat ipse (Caelius), antequam tribunus pl. C. Gracchus esset factus": in quo videlicet tribunatu turbas illas est molitus, quibus fuit oppressus. Ego quidem in vulgata acquiesco, eo potissimum

Quid? Illa duo somnia, quae creberrime comme- 27. morantur a Stoicis, quis tandem potest contemnere? Unum de Simonide: qui cum ignotum quendam proiectum mortuum vidisset, eumque humavisset, haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepultura affecerat; si navigasset, eum naufragio esse periturum; itaque Simoni-

praeter illa motus, quod si *multos* legas, melius dixisset Quintus inverso ordine: *et dixisse multos et se quoque audisse scribit Caelius.* In fine capitis recte explicat Hott. vocem *certius:* clarius, apertiusque, quippe quod nihil haberet obscuri aut ambigui. *Mr.*

Quid? illa duo somnia — quis tandem potest contemnere?] Huius constructionis exempla collegit Ochsn. ad Cic. Eclogas ab Oliveto primum editas p. 52. Plura vide de Finn. I. 2. 6. II. 24. 79. II. 19. 60. Acadd. II. 26. 86. II. 28. 89. II. 48. 188. II. 44. prc. — Pro *creberrime* Cod. R. habet *celeberrime:* quod ferri posset, si scriptum esset *celeberrima.* De re enim, non de loco tantum, hoc adiectivo etiam usus est noster in Verr. Act. II. L. III. 25. 61. *res — tota Sicilia celeberrima.* Sed nihil moveo, probe tenens, quanta sit scriptoris illius codicis sive negligentia sive temeritas et petulantia. Idem omittit *de* ante *Simonide.* De usu hoc vocis *tandem*, si est urgentis et refutantis, vide, quae exemplis allatis monuit Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 24. 67. p. 506. add. quae congessit Tursellin. de Particull. p. 996. ed. Schwarz. In seqq. Cod. M. omittit *quendam:* male. Ad v. *de Simonide* v. Iakobs. ad Simonidis Carm. LIV. (LX. Brunck.) T. VI. p. 239. *Mr.*

Ignotum quendam proiectum] Hancce rem latius diducit *Valerius Maximus* lib. I. cap. VII. 3. extern. *Dav.*

eumque humavisset,] Cod. L. b. *quumque.* M. *cum* omisso *que.* R. *et eum humasset.* Idem omittit proximum *in.* Ego non mirarer, si repeteretur etiam post *animo*, nam ita haud raro noster, v. c. ad Famm. XIV. 7. *in navem simulatque conscendi.* Vid. Held. ad Caes. de Bell. Gall. V. 7. p. 141. Quod vero in annot. seq. ait Davis., verbum *conscendere*, quod in Cod. Ball. non additum habet nomen *navem*, absolute nonnunquam poni, cui Hott. probans addit, ita Graecos nonnunquam absolute dicere ἐπιβαίνειν; hoc ita verum est, si ex antecedentibus vel proxime additis statim intelligitur de navigatione esse sermonem, vel si, ut est in nonnullis epistolarum Cic. locis, is, ad quem scribitur, de alia re, quam de navi conscendenda, cogitare non potest. Nostro igitur loco cave cum istis duumviris existimes, *navem* salva Ciceronis oratione omitti posse: nam quod sequitur *si navigavisset* nimis remotum est. Sed vide loca quibus *conscendere* absolute ponitur Epp. ad Fam. 12. 25. ad Att. 9. 2. ad Qu. Fr. 2. 2. et 2, 6. Or. Phil. I. 3. (bis). ubi vid. Abram. p. 25. Ed. Wernsd. Cod. R. habet *ascendere. Mr.*

Haberetque in animo navem conscendere] Balliol. *navem* praetermittit. Licet autem *conscendendi* vox absolute nonnunquam sit posita; tamen reliquorum librorum consensu motus, vulgatam lectionem non desero. *Dav.*

Si navigasset] Paris. *sin navigasset.* Lego *si* enim *navigaret. Dav.*

si navigasset] Merito neminem obsequentem habuit Dav. coniectans *si enim navigasset:* quo nihil magis est supervacaneum. Pro *affecerat* Cod. L. d. habet *affectarat:* idem cum L. c. *navigavisset.* In seqq. Codd. Cr. et R. habent *ceteros perisse.* Sed elegantior est chiasmus: *Simonidem redisse; perisse ceteros:* de qua

57 b. dem redisse; perisse ceteros, qui tum navigassent. Alterum ita traditum, clarum admodum somnium. Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent, et Megaram venissent, alterum ad cauponem devertisse, ad hospitem alterum. Qui ut coenati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei, qui erat in hospitio,

figura vid. praecipientem G. I. Vossium Inst. Oratt. II. Lib. V. c. 12. §. 4. de διαλλήλῳ sive χιαστῷ. — Vocem *tum* omittit Cod. L. d. Sequitur in Cod. Cr. *navigavissent. Mr.*

Alterum ita traditum,] Malebat Hott. *traditur,* nimirum ne necessarium sit, iungere hoc participium cum verbo, quod dudum antecessit, *contemnere.* Nobis cum Goer. ad Cic. de Finn. III. 15. 51. nihil videtur mutandum. *Mr.*

Duo quidam Arcades familiares] Hanc historiam nonnihil variatam scriptor Graecus exponit, cuius verba laudat *Suidas* in τιμωροῦντος, ut olim monuit *Pet. Victorius*, Var. Lect. lib. XIX. cap. 12. *Λέγει γοῦν*, inquit, *Χρύσιππος, ἐν Μεγάροις καταχθῆναί τινα, χρυσίου ζώνην ἐπαγόμενον πεπληρωμένην· ἀπέκτεινε δὲ ἄρα αὐτὸν πανδοκεὺς, ὁ ὑποδεξάμενος ὀψισθέντα, ἐποφθαλμίσας τῷ χρυσίῳ· εἶτα ἔμελλεν ἐκκομίζειν ἐφ' ἁμάξης ἀγούσης κόπρον, ὑποκρύψας ἐν ταύτῃ τὸν πεφονευμένον. Ἡ τοίνυν ψυχὴ τοῦ τεθνεῶτος ἐφίσταται Μεγαρεῖ τινι, καὶ λέγει ὅσα τε ἔπαθε, καὶ ὑφ' ὅτου, καὶ ὅπως ἐκκομίζεσθαι μέλλει, καὶ κατὰ ποίας πύλας. Ὁ δὲ οὐκ ἤκουσε ῥαθύμως τὰ λεχθέντα· κνεφαῖος δὲ διαναστὰς καὶ παραφυλάξας τοῦ ζεύγους ἐπελάβετο, καὶ ἀνίχνευσε τὸν νεκρόν. Καὶ ὁ μὲν ἐτάφη, ὁ δὲ ἐκολάσθη.* Ast a Cicerone diversus non abit *Valerius Maximus* lib. I. cap. VII, 10. extern. *Dav.*

duo quidam Arcades] De hoc somnio, collatis Valerii Maximi Suidaeque locis, disputavit Veesenmeyerus, Collega coniunctissimus, in Programmate a. MDCCCXXI. (4. Ulmae. pp. 11.) scripto. Conf. nunc Baguet. de Chrysippo p. 280 — 282. Vocem *familiares* omittit Cod. L. d. Contra ante eam ex linea superiore repetunt *admodum* Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Pergit Cod. R. *iter facerent una a* (sic) *et megaram.* Mox Cod. P. *copponem,* et sic constanter per hoc caput, pro *cauponem:* scribitur certe etiam *copo* pro *caupo,* ut *copona* pro *caupona:* de qua re vide praecipientem G. I. Vossium in Etymol. L. L. p. 120. Ed. Elzevir. Universe vero de diphthongo *au* eiusque cum vocali *o* cognatione egregie, ut solet, disputat K. L. Schneiderus Gr. Lat. I. (*Elementarl.* I.) p. 58—62. Pro *devertisse* minus bene scribitur *divertisse* in Codd. M. S. Atque ita Edd. vett. pleraeque: sed *devertisse* iam scripsit Lamb. et longo post eum intervallo Grut., quem posteriores secuti sunt. Vid. Grotefend. Orth. Lat. §. 150. et universe de permutatione syllabarum *de* et *di* Cellar. Orthogr. Lat. I. p. 25. Ed. Harles. ibiq. laudd. Ad nostrum locum conf. etiam *H. Reinganum: Das alte Megaris* (Berol. 1825. 8.) p. 149. et eiusd. de Indole atque ingenio Megarensium libellum, (Berol. 1825. 8.) p. 40. *Mr.*

Qui ut coenati quiescerent,] *Ut* omittit Cod. R. Vocem *ut* pro *cum* positam saepe apud nostrum invenies, sed cum indicativo. Coniunctivum h. l. flagitabat obliquae orationis tenor. Ita cap. 28. eodem plane modo est *ut audivisses. Mr.*

Visum esse in somnis] Sic Pall. quatuor, Pithoeanus et S. Victoris. vulgati *in somniis.* Pal. praeterea primus heic habet *copo* non *caupo;* quomodo tamen ceteri omnes. *Grut.*

visum esse in somnis] In Cod. U. bis scriptum est *visum esse:* in R. scribitur *visum esse ei in somniis, qui.* — *Concubia nocte* alibi non dixit noster, sed Livius, Tacitus, Plinius, quorum loca Lexica suppedi-

illum alterum orare, ut subveniret, quod sibi a caupone interitus pararetur; eum primo perterritum somnio surrexisse; dein cum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse; tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare, ut, quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur; se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum, et supra stercus iniectum; petere, ut mane ad portam adesset, priusquam plaustrum ex oppido exiret. Hoc vero eum somnio commotum, mane bubulco praesto ad portam fuisse; quaesisse ex eo, quid esset in

tant, et saepius Valerius Maximus v. c. I. 5. 4. I. 7. 7. Verba *ut subveniret* omittit Cod. M. Mox Cod. R. habet *primo somnio surrexisse perterritum: deinde.* Cod. Cr. *parereteur* pro *pararetur.* Scribitur etiam *deinde* in Cod. L. d. Pro *duxisset* est *dixisset* in Codd. R. S. et Co. Vi. b. *Mr.*

recubuisse] Rariore hoc verbum h. l. poni significatione monet Gesner. in Chrest. Cic. p. 494. pro *rursus cubitum ire.* Similiter Suetonius Tib. 72. *Nam Chariclem medicum, quod commeatu afuturus, e convivio egrediens, manum sibi osculandi causa apprehendisset, existimans tentatas ab eo venas, remanere ac recumbere hortatus est; coenamque protraxit.* Ita legebatur de Nat. Deorr. II. 4. *quos cum Ti. Gracchus, consul iterum, recrearet:* ubi vero nos, re ipsa postulante, in Ed. min. post Heind. correximus *quos cum Ti. Gracchus, consul iterum, crearet.* Quod vero ad eum locum Dav. ait, *recreationem* actus iterationem denotare, id verum esset, si scripsisset *denotare posse:* sed neque Cicero unquam eo substantivo usus est, neque, ubi illud legitur (apud Plin. H. N. XXII. 28. 49.) aliud quidquam, quam sanitatem restitutam significat. Loco verbi *vivo* Cod. L. a. supra scriptum habet a secunda manu *in initio,* quae est glossa minime probanda, minus etiam recipienda. Post haec Codd. S. M. *ne mortem suam.* Cod. Cr. habet *multam* pro *inultam,* vitio saepe obvio, de quo monet Scioppius de Arte Crit. p. 51. Clericus de Arte Crit. T. II. p. 51. sq. Ed. 2. Amst. 1700. Idem Cod. *palustrum* pro *plaustrum,* et quidem constanter: quae scriptio ad Scaligeri etymon accedit, quod profert G. I. Vossius in Etym. L. L. h. v. nimirum *plaustrum* esse a *palando* h. e. extendendo, quasi *palaustrum.* Vocem *esse* post *caupone* non habet Cod. S. *Mr.*

Hoc vero somnio eum commotum] Pal. primus non habet pronomen *eum,* et iucundius auribus lectio accidat, si desit. *Grut.*

Hoc vero eum somnio commotum] Ita Sch. ex Ed. Crat. se rescripsisse ait, immutato vulgari ordine *somnio eum.* Neque vero ipse Editiones veteres inspexisse credendus est, quas non magis adhibuit, quam Ern. Narrat videlicet Hott., eam esse Editionis illius scriptionem. Nos eandem reperimus praeterea in Codd. L. b. c. d. U. Cr. S. Edd. Asc. 1. 2. Herw. Rob. Steph. Ald., indeque recipiendam duximus. Cod. R. *hoc vero somnio commota,* omisso *eum,* quod cave cum Grutero eiiciendum censeas. Verbum *bubulco* in Cod. R. scriptum est *bobulco.* Voces *praesto fuisse* explicat Hott. *esse praestolatum:* recte, non enim est simpliciter i. q. *adfuisse,* de quo iam dubitabat Schellerus in Lex., quamquam post Gesneri explicationem l. c. p. 496. dubitare non ultra debebat. *Mr.*

plaustro; illum perterritum fugisse: mortuum erutum esse; cauponem, re patefacta, poenas dedisse.

28. 58. Quid hoc somnio dici potest divinius? Sed quid aut plura, aut vetera quaerimus? Saepe tibi meum narravi; saepe ex te audivi tuum somnium: Me, cum Asiae Proconsul praeessem, vidisse in quiete, cum tu equo advectus ad quandam magni fluminis ripam, provectus subito atque delapsus in flumen, nusquam appa-

quaesisse ex eo — perterritum fugisse] Haec omnia, scribae oculo aberrante, desunt in Cod. Cr. Pro *ex eo* est *ab eo* in Codd. M. et R. in priore *fuisse* pro *fugisse*, in posteriore *fuisse fugisse*, sed *fuisse* punctis subscriptis notatum est. Idem pro *erutum* habet *eruptum*, L. d. *fuisse* pro *esse*. Ad init. cap. seq. in Copp. Victt. b. laudatur Plutarch. in vita Coriol. [c. 24.]: *τίτος ἦν λατῖνος ἀνὴρ οὐκ ἄγαν ἐπιφανής — — — — καὶ ἀπερχέστατον* etc. *Mr.*

Dici potest divinius] Ordo verborum est a Victor. et Balliol. nam vulgo dure, *dici divinius potest*. In vocum collocatione mutationes alibi quoque fecimus; at nusquam, nisi bonorum Codicum fide nixi: nam de talibus minutiis semel lectores monuisse sufficit. *Davies.*

dici potest divinius?] „Apage istos Codices, qui talem verborum ordinem referunt. Omnino praefero receptam scripturam (*dici divinius potest*), quae, quamvis dura videatur Davisio, Ciceroni tamen neutiquam indigna existimanda est, cui ista durities, si qua sit, suavissima fuit; sic enim infra c. 48. *et in Sibylla libris eaedem repertae praedictiones sunt* et lib. II. 2. *aut admiratus fortunam sum alterius.* et cap. 9. cap. 58. Acadd. II. 4. et millies alibi: ut iuxta cum loco, quem iam vindicamus, sanus etiam et sincerus esse videatur alter quidam. Tusc. II. 12. *nec si in unum locum conlata omnia sint;* licet illic, praelucente Codice quodam, *conlata sint omnia* in editione sua priore maluerit Davisius." Haec Wopkens. in Lectt. Tull. p. 250 sq. Sed non de eo sermo est, quo ordine hoc vel illo loco posita sint vocabula, sed quo ea poni sententia et sonus velit. Hoc nimirum recte vidit Hott. vim inesse debere in v. *divinius*, ut in fine cap. superioris in v. *certius:* ubi scribitur: *quo somnio quid inveniri potest certius.* Illo autem Tusculanarum loco, qui est II. 18. 80. sonus est et vis in verbis *in unum locum* neque vero in participio *collata*, quod cum illis est coniungendum, neque vero in finem sententiae reiiciendum. Et habent nostrum verborum ordinem Edd. Rob. Steph. Verb. Oliv. Hott. Sch. Sensus vocis *divinius* idem est, qui infra c. 49. *quos prudentes possumus dicere, id est providentes, divinos nullo modo possumus,* et cap. 30. *animus appropinquante morte multo est divinior.* Cod. S. habet *divinius potest.* Proximum *aut* post *quid* abest a Codd. R. et L. d. Mox posterior habet *Saepe autem tibi.* L. b. habet *audivi ex te.* Cod. R. *somnium tuum.* Cod S. *tuum audivi,* omisso *somnium. Mr.*

Cum Asiae Procos. *praeessem*] Ita recte editio Victorii, et accedit plane Pall. tert. quart. et S. Victoris, in quibus *procis.* nam ceteri scripti, *provinciis.* recepta lectio *provinciae. Gruter.*

Proconsul] Firmant hanc lectionem merito a Grutero revocatam Codd. nostri Cr. L. a. c. vetus Car. Stephani, Co. Vi. b. Edd. Rob. Steph. Vict. Sturm. recceperuntque post Gruterum Dav. Oliv. Ern. Bip. Verb. Hott. Sch. Reliquae Edd. et Codd. S. L. b. U. habent *provinciae:* ceteri Codd. *provinciis.* Cod. S. exhibet *praeesset, vidisset. Mr.*

provectus] Proprie navi aut equo

ruisses, me contremuisse, timore perterritum: tum te repente laetum extitisse, eodemque equo adversam ascendisse ripam, nosque inter nos esse complexos. Facilis coniectura huius somnii: mihique a peritis in Asia praedictum est, fore eos eventus rerum, qui acciderunt. Venio nunc ad tuum. Audivi equidem ex te ipso, sed 59.
mihi saepius noster Salustius narravit; cum in illa fuga, nobis gloriosa, patriae calamitosa, in villa quadam p.93. a.
campi Atinatis maneres, magnamque partem noctis vigi-

provehi dicimur, ait Schwarz. ad Plin. Paneg. LXVI. p. 818. laudato et nostro loco et aliorum scriptorum aliis. Pro *delapsus* Cod. L. d. *delatus*: tum R. *in flumine*. L. d. *nunquam*. R. *aperuisses*. *Mr.*

Te repente laetum extitisse] Reg. et Cantab. habent *exsiliisse*: sed, renitentibus melioris notae Codicibus, nihil est mutandum. Auctor de Bell. Afric. cap. VII. *Latent enim in insidiis cum equis inter convalles, et subito existunt*, hoc est, apparent. Illic Eliens. noster *exiliunt*; sed mihi iam non videtur audiendus. Infra noster cap. 33. *Submersus equus voraginibus non* extitit. Ubi non erat cur vox ultima *Grutero* displiceret. Iterum lib. II. cap. 23. *Tages quidam dicitur* — extitisse *repente, et cum adfatus esse qui arabat. Agellius* Noct. Attic. lib. XVI. cap. 19. *Inter haec eorum verba Arionem cum fidibus et indumentis, cum quibus se in salum eiaculaverat*, extitisse. Vide sis et *Curtium* lib. VII. cap. X, 14. *Davies.*

tum te repente laetum extitisse] Cod. Oxon. E. et noster L. b. omittunt *te*, absorptum nimirum syllaba sequente *re*. Locis a Davisio pro lectione *exstitisse* laudatis addit Rathius de Off. I. 38. ubi est: *ne aut ira existat aut cupiditas aliqua aut pigritia aut ignavia aut tale aliquid appareat:* quamquam hoc quidem loco nemo de lectione *exsiliat* cogitare posset. Melius huc facit Or. in Verr. Act. II. L. IV. c. 48. 107. *spelunca quaedam, — qua Ditem patrem ferunt repente cum curru extitisse.* Ad verba *eodemque equo* subaudiendum est *vectum*, neque vero ea sunt ablativi, quos dicunt, instrumenti. Quod mox scribitur *inter nos*, pro *nos invicem*, ideo factum est, quia Cicero verbo *invicem* vel plane abstinuit, vel rarissimum sibi eius usum concessit. Est quidem ad Att. V. 10. *totos dies simul eramus invicem.* Sed ibi est ex correctione, ex libris quidem, sed paucissimis, hausta, ut vides ex Commentario Manutii ad eum locum p. 204. Ed. Wechel. et ex Comm. Sim. Bosii ibid. p. 65. qui profert ex Cod. Tornaesiano *iunctim*, in plerisque esse ait *iuncti*, ut est in Edd. Victor. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Mr.*

facilis coniectura] Cod. L. d. *facilis cetera*, ex male lecto scribendi compendio. Voce *coniectura* eodem, quo h. l., sensu usus est infra II. 63. *si iam fieri possit vera coniectura somniorum.* Mox Cod. Cr. *praedictum esse.* Idem mox habet *Venio autem ad tuum.* Tum scripsi *Salustius* ex Cod. R. et Ed. Boul. quamquam illius Codicis in literis vel simplicibus vel duplicatis nulla est auctoritas: sed motus iis rationibus, quibus nuper *Salustii* historici nomen ita scribendum esse praecepit Gerlachius. *Mr.*

Noster Sallustius] Non historicus, sed M. Ciceronis libertus intelligitur. *Davies.*

maneres] Hoc sensu, ut sit i. q. *pernoctares*, fuit supra c. 15. *conclave illud, ubi erat mansurus, — proxima nocte corruit.* Quod Lamb. mox coniecit *dormire*, non necessarium existimat Hott. cum *dormitare*

lasses, ad lucem denique arcte te et graviter dormitare coepisse. Itaque, quamquam iter instaret, se tamen silentium fieri iussisse, neque esse passum te excitari; cum autem experrectus esses hora secunda fere, te sibi

dicatur pro *somno vinci, somniculosum esse:* [ita est in Epp. ad Att. II. 16. *coenato mihi et iam dormitanti epistola illa est reddita:* non enim reddi potuit graviter dormienti:] nondum enim dormivisse eum apparere ex iis, quae sequuntur, nimirum quod iusserit *silentium fieri*, quod iubere non potuerit *dormiens*. Sed si concedamus ei *graviter dormitare* significare posse *somniculosum esse*, idem certe non significare possunt verba *arcte dormitare*. Quare merito F. A. Wolfii coniectura magis placuit Hottingero, quam v. annot. seq., quamque probavit Rathius, recepit Sch. Recte verba *arcte et graviter dormitare* explicat Wopkens. l. c. p. 251. *in somnum arctum gravemque incidere:* cumque additum *coepisse* videri posset superfluum, meliusque dici *dormitavisse*, similes laudat locos, quos vide ap. eum p. 251. sq. Probavit Wolfii coniecturam censor quoque, quem diximus, Ienensis 1794. 272. p. 461. Ad h. l. laudantur in Copp. Victt. a. [Cic.] Epp. 296. [ed. Vict.] sc. ad Qu. Fratr. III. Ep. 4. ubi haec leguntur: *Lepidum amicum Sallustium, qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam sempiternam. Mr.*

Arcte et graviter dormitare *coepisse*] Videtur legendum *dormire;* nam *graviter dormire* usitatum est, et convenit ita loqui; *graviter dormitare* non item. Verumtamen nihil mutandum censeo. Lambinus. Ibid. Med. Reg. Balliol. et Merton. *coepisses*. Paris. *coepisset*. Lege *coepisse te Dav.*

arcte te et graviter — se tamen — iussisse.] Vulgo *arcte et graviter — te tamen iussisse.* Ad haec F. A. Wolfius in Comm. Soc. Philol. Lips. II. 1. p. 42. sq. ita: „horum, ait, verborum priori parti detractum esse patet pronomen ante voces *dormitare coepisse.* Tali enim in iunctura omissum pronomen in poeta fortasse ferri potest; in prosaico scriptore, insolentiora quaeque ellipseos genera vitante, non potest. Gravius autem illud, quod sequitur: *te — iussisse.* Num ergo aliquid iussisse putemus Ciceronem eo tempore, quo tempore devinctus arcto gravique somno iaceret? An forte strepitu nescio quo excitatus illud iussit? ut nimia lassitudine victi solemus interdum maximarum rerum, quae animum occupabant, oblivisci. Verum si ita res fuisset, male optimus scriptor et praeter consuetudinem suam narrasset ambigue, nisi de ea re ne verbum quidem monuisset. An tandem silentium imperavit prius, quam ad dormiendum sese composuisset? At iter instabat, in quod ille prima luce se daturus erat, et cuius ipsius causa sine dubio noctem vigilaverat. Denique ista videte nobis: *te passum non esse te excitari!* Quis ita loquatur, bonum loquendi usum tenens, *passum non esse,* de domino, qui *imperare, iubere, vetare* possit? Nempe id, quod nunc invitis et sermonis et narrationis et verisimilitudinis legibus tribuitur domino, servo est tribuendum; ut is, illo dormiente, iis, qui adessent, silentium imposuisse narretur, neque passus esse dominum excitari. Scribendum igitur: *Ad lucem denique arcTE TE et graviter dormitare coepisse. Itaque, quamquam iter instaret, SE tamen silentium fieri iussisse,* etc. Sic demum mollescit etiam transitus, quem vox *itaque* facit, durum sane et asperum in vulgata lectione, quocunque eam trahere lubeat.“ Pro *coepisse* est *fecisse* in Cod. M.; sed in R. et L. c. *coepisses*. Unde coniicere possis, scriptum antiquitus fuisse: *coepisse. Se itaque, quamquam iter instaret, tamen* etc. Sed in Wolfii coniectura acquiesco,

somnium narravisse: Visum tibi esse, cum in locis solis maestus errares, C. Marium cum fascibus laureatis quaerere ex te, quid tristis esses; cumque tu te patria vi pulsum esse dixisses, prehendisse eum dexteram tuam, et bono animo te iussisse esse, lictorique proximo tradidisse, ut te in monumentum suum deduceret; et dixisse, in eo tibi salutem fore. Tum et se exclamasse Salustius narrat, reditum tibi celebrem et gloriosum paratum, et te ipsum visum somnio delectari. Nam illud mihi ipsi celeriter nuntiatum est, ut audivisses, in monumento

cui illud etiam favet, quod mox sequitur: *te sibi somnium narravisse*, ubi vocem *te* omittit Cod. R., quam absorpsit antecedens *re*. Mox Cod. U. *visum sibi esse*. Male. *Mr.*

cum in locis solis] *Solis* abest a Codd. U. S. M. Ponitur pro *solitariis*, ut recte monuit Vorstius de Latinit. Selecta p. 104. pluribus exemplis additis, quae, imprudens, ut existimo, repetivit p. 113. sq. Mox Cod. R. *G. Marius*. *Mr.*

cum fascibus] i. e. instructus fascibus, consulari ornatu: dictum est, ut infra I. 52. *cum purpurea veste processit*. Quod autem non dixit *cum lictoribus*, ideo factum existimari potest, ne quis lictores quoque quaesivisse ex Marco suspicetur. *K.*

Cumque tu te tua patria vi pulsum] Melius fortasse Pall. tres *cumque te tu patria vi* cet. nam quart. *te tum patria:* Victorii editio habet, *cumque de tua patria*. S. Victoris liber, *cumque tu patria vi pulsum;* forsan optime. *Gruter.*

cumque tu te patria vi pulsum esse dixisses] Eieci illud *tua* ante *patria*, ut plane supervacaneum. Quid enim Cicero Mario dicat *sua se* patria esse pulsum. Ortum est illud *tua* ex male repetito *tu* et glossemate *a* vel *e* ante *patria*. Neque agnoscunt istud *tua* Codd. L. b. c. R. (qui omittit etiam *te*) Cr. (ut R.) et S. Oxonn. E. et O. In Codd. Oxonn. O. et U. deletum est *tu*, quod adesse debet, et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Scribitur *tute* iunctim in Edd. Sturm. et Boul. Post haec Cod. L. d. habet *pulsum vi*. R. *vi pulsus*. U. *dixisse* pro *dixisses*. Pro *te iussisse esse* Cod. R. habet *dixisse te esse*. Statim Cod. L. a. *proxime* pro *proximo*. Quod scribitur *lictorique proximo tradidisse*, ideo factum est, ne *iussisse* ingrate repetatur: eadem de causa verbo *tradidisse* non addidit *te*, quod ex antecedentibus facile suppletur. Ad v. *lictorique proximo* Copp. Victt. a.: [Cic.] in Verrem [Act. II. L. V. c. 54. *denique proximus lictor* etc. Ep. ad Qu. Fr. I. 1. ubi legitur *primus lictor*. Ibid. ad v. *et te ipsum visum:* „Fuit hoc ex eo genere somniorum, quae Aristot. vocat *ἐρώμενα· περὶ ἐνυπνίων* [fol. 196. b. ed. Florent. — Sylb. p. 52. med. Sed pro *ἐρώμενα* ed. Sylb. exhibet *ἐῤῥωμένα*. *Mr.*

in eo tibi] Cod. R. omittit *eo:* idem habet *clamasse* pro *exclamasse*. Tum scripsi *celebrem* pro *celerem* ex coniectura Herelii (Magaz. f. Philol. I. p. 182.) cum Schützio, qui tamen Herelium *celerem* coniecisse narrat, quae est lectio vulgata. Certe neque *celerem* fuisse reditum in narratione somnii significatur, neque admodum celerem eum fuisse ex historia constat; *celebrem* vero optime cum iis, quae sequuntur, convenit. In seqq. *ut audivisses* dictum est ut supra c. 27. *ut coenati quiescerent*. Scribitur in Cod. Cr. *audivissem monumento*. *Mr.*

In monumento Marii] Hoc somnium fuse refert *Valerius Maximus* lib. I. cap. VII, 5. ubi notat *in aede Iovis Mariana S. C. de reditu Ciceronis*

Marii de tuo reditu magnificentissimum illud senatus consultum esse factum, referente optimo et clarissimo viro consule, idque frequentissimo theatro, incredibili clamore et plausu comprobatum; dixisse te, nihil illo Atinati somnio fieri posse divinius.

29. At multa falsa. Immo obscura fortasse nobis. Sed
60. sint falsa quaedam; contra vera quid dicimus? Quae quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus. Nunc, onusti cibo et vino, perturbata et confusa cernimus. Vide quid Socrates in Platonis Politia

esse factum. Pari modo *Aemilia monumenta* et *monumenta Cn. Pompeii* pro locis, quos struxerant vel refecerant, dixit *Tacitus* Ann. III, 72. IV, 7. Vide et *Senecam* Cons. ad Marciam cap. XXII. Consules autem fuere P. Lentulus et Q. Metellus, quorum ille nostro fuit praecipuus salutis auctor. Vide sis Orat. ad Quir. post reditum cap. 5. seqq. et post red. in Sen. capp. 8, 4. *Davies.*

in monumento Marii] Vid. ad h. l. Garaton. in Curis sec. ad Cic. Or. pro Planc. p. 106. Ad v. *magnificentissimum illud S. C.* conf. Cic. in Pison. 15. 34. *De me senatus ita decrevit, — ut, si quis impedisset reditum meum, in hostium numero haberetur.* Ad seqq. *referente optimo — viro consule* vid. ibid. 15. 35. *legem de me comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegae Q. Metelli sententia.* Haec ego ex ipsius Ciceronis oratione adscripsi, quia Dav. nonnisi spurias laudavit. Copp. Victt. a.: [Cic.] Or. [pro Sextio c. 54. *Caiique Marii, conservatoris huius imperii, monumentum.*] *Mr.*

frequentissimo theatro, etc.] Cic. Or. pro Sext. 55. 107. *audito senatus consulto — plausus est ab universis datus. — Cum vero ipse, qui ludos faciebat, consul assedit, stantes, et manibus passis gratias agentes, et lacrymantes gaudio, suam erga me benevolentiam ac misericordiam declararunt.* Pergit Cod. M. *clamore et incredibili plausu.* Cod. R. *et pulsu:* idem mox *dixisse se* pro *d. te*. Cur post *somnio* Sch. distingueret, nulla erat causa: nimirum erat distinctio in Ed. Ern., cuius ille fortasse exemplum ad suam editionem adornandam adhibuit. Nimium vero in ea re fuisse Ernestum nemo est, qui nesciat. In Cod. S. loco vocis *theatro* est lacuna: ibidem *incredibili* post *plausu* positum est: idem habet *nihilo* pro *nihil illo*; et *cernimus* pro *divinius*. *Mr.*

obscura fortasse nobis.] *Nobis* abest a Cod. R. Idem cum L. c. habet *dicemus* pro *dicimus:* quod est interpretis. Constructionis *Nunc* et *nunc autem* exempla collegit Ochsnerus ad Oliveti Eclogas Cic. p. 268. Ad v. *perturbata* in Co. Vi. a. annotatum est *τεταραγμένα*. *Mr.*

in Platonis Politia loquatur.] Cod. Cr. *Policia*, ex prava pronunciatione, quae etiam nunc in quibusdam regionibus obtinet, undeque ortum est vocabulum *Polizei*, quo primum ipsa *πολιτεία* significabatur. Pro *loquatur* Codd. M. S. P. habent *sequatur*. R. *loquitur*. Locus autem Platonicus hic est: (p. 571. Steph. 426 sq. Bekker.) *ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ, ὅσον λογιστικὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον ἐκείνου, τὸ δὲ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον, ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθὲν, σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητῇ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὑτοῦ ἤθη. οἶσθ' ὅτι πάντα ἐν τῷ τοιούτῳ τολμᾷ ποιεῖν, ὡς ἀπὸ πάσης λελυμένον τε καὶ ἀπηλλαγμένον αἰσχύνης καὶ φρονήσεως. μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖν μίγνυσθαι, ὡς οἴεται, οὐδὲν ὀκνεῖ ἄλλῳ τε ὁτῳοῦν ἀνθρώπων καὶ θεῶν καὶ θηρίων, μιαιφονεῖν τε ὁτιοῦν, βρώματός τε ἀπέχεσθαι*

loquatur. Dicit enim: *Cum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps, sopita langueat: illa autem, in qua feritas quaedam sit atque agrestis immanitas, cum sit immoderato tumefacta potu atque*

μηδενός· καὶ ἐνὶ λόγῳ οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει οὔτε ἀναισχυντίας. — Ὅταν δέ γε, οἶμαι, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ καὶ ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, εἰς σύννοιαν αὐτὸς αὑτῷ ἀφικόμενος, τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῇ, ὅπως ἂν κοιμηθῇ καὶ μὴ παρέχῃ θόρυβον τῷ βελτίστῳ χαῖρον ἢ λυπούμενον, ἀλλ' ἐᾷ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον καθαρὸν σκοπεῖν καὶ ὀρέγεσθαι του αἰσθάνεσθαι ὃ μὴ οἶδεν, ἤ τι τῶν γεγονότων ἢ ὄντων ἢ καὶ μελλόντων, ὡςαύτως δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς πραΰνας καὶ μή τισιν εἰς ὀργὰς ἐλθὼν κεκινημένῳ τῷ θυμῷ καθεύδῃ, ἀλλ' ἡσυχάσας μὲν τὼ δύο εἴδη, τὸ τρίτον δὲ κινήσας ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίγνεται, οὕτως ἀναπαύηται, οἶσθ' ὅτι τῆς τ' ἀληθείας ἐν τῷ τοιούτῳ μάλιστα ἅπτεται καὶ ἥκιστα παράνομοι τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἐνυπνίων. Ultima haec cap. seq. ita noster: *iubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat.* Ad rem, videlicet ad hanc animi τριχοτομίαν, vid. Ochsner. l. c. p. 94. sq. in primis Tusc. I. 10. ibiq. Davis. Carus Gesch. d. Psychol. p. 302—307. Conf. etiam Wyttenbach. ad Plut. Moral. p. 595 et 598. *Mr.*

Cum dormientibus ea pars animi] *Platonis* locus exstat lib. IX. de Rep. pag. 502. eumque, ne *Plutarchum* memorem Tom. II. pag. 83, 101. [p. 317. Wyttenbach. qu. vid. in Animadverss. in eum locum Vol. I. p. 595. *Cr.*] laudat *Stobaeus* Serm. v. p. 75. et Latine vertit *Chalcidius* pag. 370, 371. *Dav.*

sit particeps] Cod. S. *particeps sit.* Codd. U. et L. b. *est particeps.* Cod. S. *illa quidem.* M. *illa enim* pro *illa autem.* Tum R. *feritas aliqua insit*, unde malim *feritas quaedam insit*, ex more Ciceronis. Quod sequitur *agrestis* non nimis commode reddit graecum ἄγριος; quamquam noster illo adiectivo non semel ita καταχρηστικῶς usus est, v. c. pro Arch. Poet. 8. *animo agresti ac duro. Mr.*

Immoderato tumefacta *potu atque pastu*] Vulgo *obstupefacta:* sed optime legitur in Eliensi *tumefacta;* siquidem σίτου ἢ μέθης πλησθὲν habet *Plato.* Praeterea repugnat, ut quae *obstupefacta* sit, *exsultet et immoderate iactetur. Artemidorus* Oneir. lib. I. cap. 8. Αἵ γε ἄμετροι τροφαὶ οὐδὲ πρὸς αὐτῇ τῇ ἕω παρέχουσιν ἰδεῖν τὸ ἀληθές. Non aliter quam repraesentat ille Codex, hunc *Ciceronis* locum olim laudavit *H. Stephanus* Lexic. Cicer. pag. 9. *Dav.*

immoderato tumefacta potu] Dav. e MS. uno Eliensi edidit *tumefacta*, quod ille aptius sequentibus putat. At vulgatum melius est. Sicut ebrii obstupefiunt, ut quid rectum, decorum sit, quid agant, non sentiant, ideoque exsultant et prava facinora patrant: sic etiam animus stupet e potu immoderato, ut nihil in somnis videat aut sentiat, quod rectum sit, sed, ebrii modo, visa absurda et immoderata habeat. Hic est sensus, quem contextus manifeste desiderat. Is autem est e lectione *obstupefacta*, non e *tumefacta*. Fortasse tamen Cicero scripsit *stupefacta*, et syllaba prima nata est e finali litera verbi praecedentis. *Ern.* — In eandem sententiam disputat Hott. addens, sibi lectionem Davisianam potius natam videri a correctore: neque vulgatae repugnare illa: *exsultare eam immoderateque iactari*, cum in stupore non necessario cogitandus sit *languor*. Placet tamen eidem quoque magis *stupefacta*, ut magis aptum huic sensui, cum obstu-

10

b. *pastu, exsultare eam in somno immoderateque iactari: itaque huic omnia visa obiiciuntur, a mente ac ratione vacua: ut aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quovis alio vel homine vel deo, saepe belua, atque etiam trucidare aliquem et impie cruentari, multaque facere impure atque taetre, cum temeritate et*

pefactus sit i. q. *attonitus, percussus* (voluit, opinor, *perculsus*). Hoc vero est sumere et optare, neque vero probare. Nam primum, ubicunque apud Ciceronem legitur *obstupefacere* vel *stupefacere*, semper talem sensum habet, qui nostri loci sententiae plane est contrarius: v. c. pro Deiot. 12. 34. *qui* (plausus) *nonnunquam, obstupefactis hominibus, ipsa admiratione compressus est:* de Or. III. 14. 53. *In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur?* Omnia autem, quae sequuntur inde a v. *exsultare* usque ad *impudentia*, non sunt *stuporis*, sed re vera *tumoris*, eo sensu, quo saepe noster hoc substantivo utitur, et verbo *tumere*. Vide modo Schütz. Lex. Cic. T. III. P. III. p. 384. melius idem docet Gesn. in Thesauro L. L. s. vv. *Tumeo, tumens, tumor*. Quod autem Cic. voce *tumefactus* non utitur, nihil impedit; nam saepe in iis, quae ex Graecis Latina fecit, reperiuntur ἅπαξ λεγόμενα. Roosius l. c. p. 11. sq. et Rath. probant Davisii lectionem, recepit Lallemannus. Et exhibent eam iam Edd. Asc. 2. Crat. Herw., quarum editores libros veteres ad manum habuisse et consuluisse constat. Wopkensius p. 252, meliorem scilicet Davisio emendationem subministraturus, „cur non, ait, „potius *obtumefacta?* Verbum certe „*obtumescere* reperitur de Senect. 7. „*an igitur hunc—coëgit in suis stu-* „*diis obtumescere senectus?* quod „exemplum eo apposui libentius, „quia diligentiam elapsum est lexi- „cographorum, atque etiam Nizolio „latuit, penes quem illud verbum „plane ἀπαράδεικτον esse video.“ Ergo vero hoc exemplum eo apposui libentius, ut appareat, quid sit legere veteres oculis tantum caecutientibus, neque vero animo ad sententiam attendente. Est enim isto Ciceronis loco *obmutescere*, et ita etiam invitis libris omnibus legendum fuisset. *Obtumefacio* autem et *obtumesco* sunt voces nihili. *Mr.*

atque pastu] Cod. R. habet glossam *atque cibo* in contextis, eiecta vera voce. De v. *exsultare* v. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 15. 39. p. 162. Mox Codd. M. et R. *in somnio:* posterior *obducuntur* pro *obiiciuntur,* tum *a mente, a ratione vacua. Mr.*

Miscere videatur] Vulgo *videamur:* sed MSStorum Victor. Paris. Med. et Balliol. auctoritatem sum sequutus, nostramque lectionem firmat *Plato*, ut et res ipsa. *Dav.*

miscere videatur,] Cod. S. *miscere corpus*. Cod. R. *misceri*. Dedi autem *videatur* ex multis libris, Codd. Oxonn. omnibus, nostris item, et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Bip. Ern. Sch. Hott. Reperit eandem scriptionem Ern. in Cod. Guelf. Edd. Ven. 1494. Mediol. Victor. addens: *refertur ad mentem eius* [melius *ad hominem*] *qui somniat*. Hott. laudat Tusc. IV. 8. *est aemulatio aegritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat:* Wopk. Lectt. Tull. p. 2. Heusinger. Praef. ad Cic. de Off. p. XLVI. Add. Ochsner. ad Oliveti Eclogg. Cic. p. 142. Habet item *videatur* Lallemannus ex cod. regio. *Mr.*

vel homine vel deo,] Prius *vel* omittit Cod. U. Vocem *deo* Hott. interpretatur de *numine* vel adeo *dea*. Recte. Pergit Cod. R. *saepe etiam belua* et mox *atque impie*. Tum Sch. scripsit *tetre:* nos *taetre*, rationibus ducti iis, quae sunt apud Cellar. Orthogr. p. 369. Nolten. Lex.

impudentia. At qui salubri et moderato cultu atque 61.
victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quae mentis et consilii est, agitata et erecta, saturataque bonarum

Antibarb. 178. Grotefend. Orthogr. Lat. §. 180. In seqq. Cod. U. habet *atque impudentia*. Ad v. *corpus miscere* Co. Vi. a.: Soph. Oed. Tyr. [v. 981. sq. *πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀν ὀνείρασι βροτῶν μητρὶ ξυνηυνάσθησαν.*] *Mr.*

At qui salubri et moderato cultu] Similiter Moses, ut somniavit *Strabo* Geogr. lib. XVI. pag. 1104. praecepit *ἐγκοιμᾶσθαι καὶ αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἄλλους εὐονείρους· καὶ προσδοκᾶν δεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ δῶρον ἀεί τι καὶ σημεῖον τοὺς σωφρόνως ζῶντας καὶ μετὰ δικαιοσύνης, τοὺς δ' ἄλλους μὴ προσδοκᾶν.* *Philostratus* vit. Apollonii lib. II. cap. 37. *Καὶ μὴν καὶ τὸ μαντικὸν τὸ ἐξ ὀνειράτων, ὁ θειότατον τῶν ἀνθρωπίνων δοκεῖ, ῥᾷον διορᾷ (ἡ ψυχὴ) μὴ ξυντεθολωμένη ὑπὸ τοῦ οἴνου, ἀλλ' ἀκήρατος δεχομένη αὐτὸ, καὶ περιαθροῦσα.* Pari modo disserunt *Maximus Tyrius* Serm. XVI. init. *Prudentius* Cathem. VI, 49. seqq. et *Synesius* de Insomn. p. 152. *Dav.*

At qui salubri] Rath.: „Scribo *at quum salubri*, ita enim totius orationis ductus postulare videtur, quae incipit: *quum dormientibus*, sequiturque infra *tum*, quod huic *quum* respondet: *quum se tradiderit, tum eveniet, tum occurrent:* favent denique Platonis verba *ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ — ὅταν δέ γε ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ.* Indidem sequitur, ut *ei* post alterum *tum* recte se habeat, nec corrigi debeat in *et*, ut Bipontini fecerunt, utque Hottingerus vult.“ Non displicet Rathii ratio. *K.* — Neque mihi ea displicet; sed nihil tamen mutandum censeo. In periodo enim tam longa variare Ciceronem voluisse orationem et liberius paullo scribere videtur. Igitur h. l. incipit, quasi infra perrecturus: *apud eum* vel *eius tertia pars mentis et rationis elucebit:* interiecta autem longiore *ἐπεξηγήσει* et parenthesi pergit quasi *ἀνακολούθως* (ac si supra scripsisset *at quum*) *tum eveniet* etc. — Pro *moderato* Cod. L. a. habet *moderata*. In Cod. S. verba *mentis — animi quae* desunt. *Mr.*

Agitata atque erecta] Lambinus *excitata*, sed contra Mss. et editos. neque erat caussa. *Gruter.*

Agitata *atque erecta*] *Lambino* placet *excitata*. Et in *Platone* quidem est, *τὸ μὲν λογιστικὸν ἘΓΕΙΡΑΣ ἑαυτοῦ*. Attamen contra MSStorum fidem nihil muto, cum liberior soleat esse *Ciceronis* versio. *Davies.*

agitata et erecta,] Placet Hottingero Lambini correctio, quia *agitare mentem* hoc sensu novum ei videtur; Rathio etiam, quod Cicero alibi quoque verba *excitandi* et *erigendi*, cum adfine quid habeant, coniunxerit. Utrique oppono loca, qualia sunt haec: Somn. Scip. 9. 21. (de rep. VI. 26.) *optimis curis — agitatus et exercitatus animus;* Tusc. V. 23. 66. *mens rationibus agitandis exquirendisque alitur;* de Divin. II. 62. 129. *mobiliter animus agitatus, quod vigilans vidit, dormiens videre videtur;* de N. D. I. 17. 45. *mentis agitatio:* et plane ita de Off. III. 1. 4. Mox Cod. U. et Ed. Asc. 1. *saturaque* pro *saturataque:* sed solet noster hoc verbo saepius translate uti, v. c. pro Planc. 8. 20. *homines honoribus saturati. Mr.*

agitata et erecta] Equidem tametsi esse scio apud Platonem *ἐγείρας*, nihil tamen muto. Neque enim hoc Ciceroni curae esse video, ut in vertendis Graecis, quae suo arbitratu Latina facit, verba singula singulis respondeant. Ut autem ait Cicero *saturataque bonarum cogitationum epulis*, ita *ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων* Plato; quo verbo alibi etiam utitur venustissima translatione. Vid. Victor. Variar. Lectt. II. 14. *Brut.*

Saturataque bonarum cogitationum

cogitationum epulis: eaque parte animi, quae voluptate alitur, nec inopia enecta nec satietate affluenti, (quorum utrumque praestringere aciem mentis solet, sive deest naturae quidpiam, sive abundat atque affluit) illa etiam tertia parte animi, in qua irarum existit ardor, sedata atque restincta: tum eveniet, dua-

epulis] *Platoni* est *ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων.* Nec infrequens est ea Philosopho Metaphora, quemadmodum docet *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. II. cap. 14. Eandem adhibent alii Scriptores. *Plutarchus* de Audit. pag. 42. [p. 151. Wytt. ubi in animadvv. idem Wytt. plura de hac similibusque dictionibus congessit. *Cr.*] *Ὁ δὲ ἐπὶ λόγων ἀφιγμένος ἑστίασιν, — ἀκροάσθω σιωπῇ τοῦ λέγοντος.* *Philostratus* vit. Apollonii lib. VI. cap. 10. *Εἰς τὸν Θεσπεσίωνα εἶδον πάντες, οἷον ἙΣΤΙΑΤΟΡΑ τοῦ λόγου.* Hinc *λόγων κρατῆρας* dixit idem lib. IV. cap. 24. et *φιάλην λόγων* *Anacreon* Od. LXIV. *Dav.*

eaque parte animi etc.] *Eaque* dicitur pro *ea autem*, fere ut de Finn. III. 21. 72. ubi v. Goer. p. 403. conf. Acadd. II. 9. 27. ubi *sapientique* ponitur pro *sapienti autem*. Ad h. l. in marg. Cod. Cr. adscriptum est:

Rationalis }
Concupiscibilis } animi partes.
Irascibilis }

Copp. Victt. a.: Hippocr. *περὶ ἐνυπνίων* fol. 46. a. init. ed. Ald. *οὔτε πλησμονῇ τινι κρατηθεῖσα, οὔτε κενώσει οὔτε ἄλλῳ τινι ἔξωθεν προσπεσόντι* etc. *Mr.*

nec satietate affluenti] De ablativo *affluenti* vid. Cens. Ien. Institutionum Gr. Lat. Ruddimann. ed. Stallbaum. 1825. 82. p. 253—255. ubi conferuntur Cic. pro Arch. poet. 3, 4. *urbe — eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti;* et Tacit. Histor. I. 57. *ex affluenti:* ubi v. Ern. Cod. R. habet *effluenti*. Pro *praestringere* Lamb. dedit *praestinguere*, idque constanter facit et in Cicerone et in aliis scriptoribus, ut, ubi de *acie mentis* vel *animi* illud verbum positum sit, hoc reponat. Codd. S. L. b. et R. *perstringere*. Sed vide, ut paucis defungar, Ruhnk. ad Vellei. Paterc. II. 118. ad v. *animi eius aciem praestrinxerat:* qui, in hac formula, ait, *praestringere* legitimum est, *perstringere* non item; Gernhard. ad Cic. de Sen. 12, 42. ad v. *mentis, ut ita dicam, praestringit oculos:* Voluptas, ait, *praestringit* mentis aciem, ut fulminis lumen oculos. V. Drakenborch. ad Sil. Ital. I. 358. Sed ut audias alteram quoque partem v. Lambin. ad Lucret. de R. N. III. 1057. p. 268. Ed. Paris. 1563. ad eund. locum Fayum in Ed. in us. Delphin. p. 270. et Creech. ad h. l. p. 185. *Mr.*

abundat atque affluit] Quamquam haec omnia: *sive deest — atque affluit*, abundare videbantur Hottingero, merito tamen iis violentas non admovit manus, cum alibi quoque sint apud nostrum similia repetitionum exempla, sermonis quotidiani negligentiam referentium, laudavitque locum de Finib. III. 11. 18. ubi frustra Davisius cum Walkero verba *si turpitudinem non ipsam per se fugiendam esse statuemus* eiici volebat, quia mox scribitur in eadem periodo: *nisi eos per se foeditate sua turpitudo ipsa deterreat:* consentiente cum Hott. Goerenzio ad eum locum p. 360. sq. Quod vero in multis libris scribitur *effluit* pro *affluit*, id vel variandae orationis causa factum est a librariis, vel quia, ut scriptor Cod. R., hanc verbi *affluendi* significationem non caperent. Probam scriptionem tuentur Codd. Oxonn. Davisiani, Guelf. nostri Cr. M. L. a. b. c. Edd. Sturm. Grut. Dav. Oliv. Ern. Hott. Bip. Sch. Vocem *tertia* post *etiam* omittit Cod. R. idem mox *restrincta*, M. *restricta*. Pergit Cod. Cr. *dum eveniet*. *Mr.*

bus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat, et se vegetam ad somniandum acremque praebeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. Haec verba ipsa Platonis expressi.

Epicurum igitur audiemus potius? namque Carnea- 30.
des, concertationis studio, modo ait hoc, modo illud. 62
At ille quid sentit? sentit autem nihil unquam elegans, nihil decorum. Hunc ergo antepones Platoni et So-

Duabus animi temerariis partibus] Med. omittit *temerariis;* nec habet *Plato* quod ei voci respondeat, ut mihi delenda videatur. *Dav.*

temerariis] Uncinis, quibus h. v. coercuerat Dav., cum Ern. Verb. Bip. Oliv. Hott. et Sch. eam liberavi. Supra ad v. *agitata* contra Lambinum liberiorem Ciceronis versionem asserit: hoc loco eandem ei libertatem negat. Neque suspectam facere debet hanc vocem Cod. R. in quo ordine inverso legitur *partibus temerariis.* Conf. de ea Ochsner. l. c. p. 95. Vocem *animi* omittit Cod. S. *Mr.*

rationis et mentis] Cod. R. *mentis et rationis.* Idem omittit proximum *se,* et habet *dum* pro *tum. Mr.*

tum ei visa] „Miror, ait Hott., neminem his offendi: *tum eveniet — — tum ei visa* etc. Puto legendum: *tum et visa.*" Ad quae Roosius p. 12: „Sic revera habet Platonis interpres latinus, Marsilius Ficinus, qui Ciceronis versionem totidem verbis transscripsit. Vid. Edit. Bip. T. VII. p. 240. Ita quidem est in Bipontina Platonis editione. Sed in hac non veram et genuinam Ficini versionem exhiberi constat. Plane aliter est in Bekkeri editione, ubi haec est Ficini versio, non Ciceronis, ad verba Platonis accommodatior: *tunc demum mens pura veritatem attingit, neque in somniorum* [voluit, ut opinor, *insomniorum*] *visa nefaria se obiiciunt.* Sed etiamsi Ficinus ita scripsisset, ut Roosius existimat, nihil tamen esset mutandum. Vide modo, quae ad v. huius capitis *at qui salubri* disputavimus: neque praeter Ed. Cic. Bip. in aliquo libro est *et,* quod praeterea esset contra constantem fere Ciceronis usum, de quo non semel monuimus. Et reprobat coniecturam Hottingeri Orellius ad Cic. pro Plancio 35. p. 208. sq. In Cod. P. scribitur *tum ei vis ac quietis.* De huiusmodi vitiis v. Sciopp. de arte crit. p. 83. sq. *Mr.*

namque Carneades] Cod. U. *iam Carneades.* Cod. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. Oliv. In Sturm. 1574. operarum errore est *num. Mr. Namque* per breviloquentiam dicitur pro *Neque audiemus Carneadem: is enim* etc. *K.* — Pergunt Codd. R. S. *concertatus — modo ait hoc, modo ait illud.* Huius locutionis exempla congessit Ochsner. ad Olivet. Ecl. Cic. p. 280. Pro *quid* est *quod* in Cod. L. b. *Mr.*

Sentit autem nihil] His verbis se ipsum quasi reprehendit, quod, quid sentiat Epicurus, rogaverit, qui nihil unquam elegans sentiat, sed nonnisi vulgaria atque e medio petita. *K.* — *Elegans* recte explicat Hott. de acumine disserendi, laudato Cic. de Finn. II. 9. et 34. coll. IV. 10. Pro *unquam* in marg. Ed. Lamb. et Goth. coniicitur *quidquam.* Praeter necessitatem. Pergit Cod. M. *nihil unquam decorum. Mr.*

decorum] Explicat Hott. *philosopho dignum,* quod mihi iam in v. *elegans* contineri videtur. Ponitur, ut equidem existimo, pro *aptum, conveniens, quod ad rem facit.* Veluti si sapiens Epicuri in Phalaridis bove exclamaturus ab eo fingitur: *quam suave hoc!* Tusc. V. 10. et 26. *K.*

Hunc ergo] Codd. C. et R. *Hunc*

crati? qui ut rationem non redderent, auctoritate tamen
hos minutos philosophos vincerent. Iubet igitur Plato,
sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit,
quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex
quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba
vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus,
61. tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam. Cum

igitur. Quod dicit *Platoni et Socrati* est i. q. Socrati apud Platonem: eo, quem modo latine expressit, loco. Pro *ut* Cod. R. *et.* Quod cum codicis corrector non verum esse vidisset, in marg. scripsit *si*, id quidem vel dictum putans pro *etiamsi*, vel iungi volens *etsi.* Sed *ut* pro *etiamsi* nostro frequens: v. c. in simili plane loco Tusc. I. 2. *ut enim rationem Plato nullam afferret, vide quid homini tribuam; ipsa auctoritate me frangeret.* Vocem *hos* omittit Cod. R. *Minutos philosophos* etiam dixit noster de Sen. XXIII. 85. ubi v. Gernhard. p. 162. Add. Ellendt. ad Cic. Brut. 73. 256. p. 187. *Mr.*

Iubet igitur Plato — contrariam.] Leguntur haec apud Gellium N. A. IV. 11., sed verbis ultimis immutatis; quod infra notabimus. Pro *iubet* Cod. R. habet *Libet;* tum Cod. idem cum Guelf. Gellii *ad somnium:* posterior mox *animi. Somnium* est etiam in Ed. Cic. Manut. aliisque. *Mr.* — Ad rem adhibe Wyttenbach. ad Plutarch. p. 82. F. ed. Xyl. et ad eundem de Iside p. 388. F. in Animadvers. p. 268. *Cr.* — Pro *Pythagoricis* Lamb. ex vet. cod. in marg. habet *Pythagoreis*, ut scriptum est apud Gellium. *Mr.*

Quod habet inflationem magnam] Sic *Tertullianus* de anima cap. XLVIII. *Artemidorus* Oneir. lib. I. pag. 58. scriptoresque bene multi, quos ibi laudat *Nic. Rigaltius.* Iis addantur *Plutarchus* Sympos. lib. IX. cap. 10. et *Plinius* H. N. lib. XVIII. c. 12. Alii causas alias adsignant. Vide *Clementem* Alexandrinum Strom. lib. III. pag. 521. et *Aeg. Menagium* ad *Laertii* VIII, 24, 34. At *nullo saepius legumento Pythagoram dicit usum quam fabis* Aristoxenus apud *Agellium* N. A. lib. IV. cap. XI. *Dav.*

quod habet inflationem magnam] De hoc praecepto v. Sprengel. Gesch. d. Botanik. I. p. 28. ibiq. laudd. Conferatur Symbolica nostra I. p. 509. ibiq. laudd. *Cr.* Cod. R. *ne faba vescarentur, quod habet magnam is cibus inflactionem.* Apud Gellium Stephanus edidit *inflammationem.* Sed vide universe de h. l. interpretes Gellii, Ed. Gronov. p. 284. Lion. in notis ad Gell. T. I. p. 371. sq. *Habet* est i. q. parit, secum fert. Ita hoc verbo usus est his ipsis in libris II. 46. 96. *dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes habet?* Conf. Vorstium de Latinit. Selecta p. 170—172. Ad rem v. interprr. ad Diog. Laërt. VIII. 19. et VIII. 34. *Mr.*

Quaerentis *vera*] Sic legendum coniecit *D. Lambinus*, ac ita diserte repraesentant Eliens. Balliol. Reg. et Cantab. Vulgo *quaerenti vera:* non ita commode, prout videtur. *Agellius* autem lib. IV. cap. XI. habet *tranquillitatem mentis* quaerentibus *contrariam.* Sed aut corruptis *Tullii* Codicibus usus est is scriptor; aut eius libri vitiati sunt, et ex *Cicerone* corrigendi. *Dav.*

tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam] Wopk. l. c. p. 258. ait: Solet Tullius de qualitatibus rerum loqui tanquam de rebus ipsis, quarum illae qualitates sunt. Sic in hoc loco *tranquillitati mentis* tribuit, quod proprium est *mentis tranquillae*, cum illam tranquillitatem *vera quaerere* dicit. Hanc loquendi rationem Ciceroni perfamiliarem fuisse, testantur quae iam complura illius generis exempla collegi.

ergo est somno sevocatus animus a societate et a contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesen- p. 94. a. tia cernit, futura praevidet. Iacet enim corpus dormientis, ut mortui; viget autem et vivit animus. Quod multo magis faciet post mortem, cum omnino corpore

mus ad lib. II. Tusc. c. 25. (p. 66. sq.) Conf. Cort. in Cic. ad Famm. xv. 2. p. 778. In eandem sententiam disputat Hott., dicens *tranquillitatem mentis* esse hypallagen pro *tranquilla mente*, laudansque eadem fere, quae Wopk. ad firmandam lectionem vulg. exempla ex Tusc. I. 17. IV. 24. Finn. IV. 12. quibus addit, esse *κακόφατον* auribus molestum in scriptione *mentis quaerentis*. Quod autem in Cod. Oxon. E. legitur *tranquillitatem*, ut est apud Gell., omisso *vera*, id ei placet. Ern. cum Dav. facit, breviter, ut solet, rationem concludens: *mens* quaerit vera, non *tranquillitas*. Rathius pro vulgata laudat de Off. III. 8. *Error hominum non proborum, cum aliquid — arripuit*. Mavult tamen *quaerentis*; neque *κακόφωνον* peius esse ait, quam quod in multos alios locos cadat v. c. I. 49. *et quidem idem*, et quae laudaverit, ad Acadd. I. 9. p. xii., posse etiam scribi *quaerenti'*, nota *ἀποστρόφου*, ut demonstratum sit ad Tuscc. I. 22. p. xiv. sq. Ego vero nihil certius existimo ea ratione, quam addidit Ern. et plane de nihilo est, quod ait Wopk. primum mentis tranquillitatem esse i. q. mentem tranquillam, eamque mentem tranquillam vera quaerere a nostro dici. Hoc vult: eum cibum tranquillitati mentis officere, quae (mens, neque vero mentis tranquillitas) vera quaerat. Et aliena sunt, quae ad illam ineptiam defendendam afferuntur exempla. Neque quod Tusc. V. 2. dicitur *peccans immortalitas*, neque infra I. 43. *vigilantes curae*, eiusmodi est, ut tueatur *tranquillitatem quaerentem*. Quod autem apud Gellium haec verba aliter leguntur, inde factum esse cum Wopk. existimo, quia ex memoria laudasse videtur locum. Et scribitur *quaerentis* in Codd. nostris L. a. c. d. receperuntque hanc scriptionem Verb. Ern. Bip. Sch. Pro *vera est verae* in Cod. P. mox *vero* pro *ergo* in Cod. R. idem habet e *somno convocatus*. *Mr.*

et a contagione corporis,] Nazarius in Panegyr. in Constantin. xvi. 2. p. 45. Iaegeri. T. II. *Etenim cum mens tua, mortali contagione secreta, pura omnis, funditus sincera, ubique se promerendo deo* (deum) *praestet*: ubi vid. Iaeger. *Cr.* Omittitur *a* in Codd. U. M. S. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sylb. Ald. Boul. Sturm. Lamb. Goth. In seqq. est *providet* pro *praevidet* in Edd. Lamb. Goth. Brut. Boul. Ald. Car. Steph. Copp. Victt. b. in Codd. C. S. M. solita confusione. Vocem *enim* post *Iacet* omittit Cod. L. d. Pro *autem et* Cod. M. habet *aut*. *Mr.*

Viget autem et vivit animus] *Nemesius* de Nat. Hom. p. 97. ed. Oxon. *Ὅτι δὲ ἀσύγχυτον μένει, δῆλον ἐκ τοῦ τὴν ψυχὴν τρόπον τινὰ χωριζομένην τοῦ σώματος ἐν τῷ ὕπνῳ, καὶ ὥςπερ νεκρὸν αὐτὸ κεῖσθαι καταλειποῦσαν, μόνον δὲ ἐξατμίζουσαν αὐτῷ τὴν ζωὴν, ἵνα μὴ παντελῶς ἀπόληται, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐν τοῖς ὀνείροις θεσπίζουσαν, τὸ μέλλον, καὶ τοῖς νοητοῖς πλησιάζουσαν.* Vide et pag. 165. *Ammianus Marcellinus* lib. xiv. cap. xi. *Solutus enim corporeis nexibus animus, semper vigens motibus indefessis, et cogitationibus subiectus* (Leg. *non subiectus*, vel *nec cogitationibus subiectus*) *et curis, quae mortalium sollicitant mentes, colligit visa nocturna, quas φαντασίας nos appellamus*. Nam, quod ait noster infra capp. 49, 51. Vigilantium *animi vitae necessitatibus serviunt, disiunguntque se a societate divina, vinclis corporis impediti: viget autem animus in somnis, liberque est sensibus ac omni impeditione curarum*. Adi sis *Aelianum* et eius In-

excesserit. Itaque, appropinquante morte, multo est divinior. Nam et id ipsum vident, qui sunt morbo gravi et mortifero affecti, instare mortem. Itaque his occurrunt plerumque imagines mortuorum; tumque vel maxime laudi student; eosque, qui secus, quam decuit, vixerunt, peccatorum suorum tum maxime poenitet.
64. Divinare autem morientes, illo etiam exemplo confirmat

terpretes lib. III. V. H. cap. XI. *Davies.*

omnino corpore excesserit] Scribitur *e corpore* in Cod. L. b. *ex corpore* in Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Sylb. Ald. Boul. Sturm. Lamb. Goth. Utriusque constructionis exempla satis sunt frequentia apud nostrum. Mox Cod. L. d. habet *multo quam ante divinior:* quod est glossatoris, sed elegantis. Vocem *divinior* positam esse existimat Hott. pro *praestantior*, cum non omnia, quae ad illustrationem deinceps afferantur divinationem spectent. Minus bene, si quid video. Nam revera nisi unice, certe maximam partem intelligendum est de vi divinandi, ut infra circa finem libri I. cap. 58. *Mr.* Mihi quidem minime excludenda videtur ea significatio, qua *divinus* est *praesentiendi vim habens*, quamquam etiam est i. q. *eximius, excellens, quasi deo dignus aut par.* V. Forcellin. in Lex. *K.*

Nam et id ipsum] Vocem *id* omittit Cod. L. d.; idem mox habet *morbum* pro *mortem*. In Cod. R. scribitur *gravi morbo*. In seqq. Cod. Cr. *Itaque hiis*. R. *itaque occurrunt iis plerumque*. Idem mox *tumque idem maxime*. Posset ferri *iidem vel maxime*. Tum exhibet *eos, qui — vixerint*. Verb. in marg. ait, pro *decuit* alios habere *debuit*. Quinam vero sint hi alii, ego, quamquam id etiam dicit Lamb., non extricor. Nam omnes ad unum nostri et scripti et editi habent *decuit*. Mox pro *tum maxime* Cod. R. *tamen maxime*, orto errore ex scribendi compendiis tū et tn̄ inter se commutatis. Cod. S. *cum maxime*. *Mr.*

Vident — instare mortem etc.] *Aretaeus* de causis et signis Acut. Morb. II, 4. *Προγιγνώσκουσι μὲν οὖν πρώτιστα μὲν ὠυτέοισι τοῦ βίου τὴν μεταλλαγὴν, ἔπειτα τοῖς παρεοῦσι προλέγουσι τὰ αὖθις ἐσσόμενα.* Vide sis *Eustathium* ad Iliad. *Π.* p. 1119. ed. Basil. *Dav.*

Qui secus, quam decuit] Quidam legi volunt, *quam debuit*, subintell. *vivi*. *Lambinus.*

Peccatorum suorum tum maxime poenitet] *Plato* de Rep. lib. I. p. 411. *Εὖ γὰρ ἴσθι, ὅτι ἐπειδάν τις ἐγγὺς ᾖ τοῦ οἴεσθαι τελευτήσειν, εἰςέρχεται αὐτῷ δέος καὶ φροντὶς, περὶ ὧν ἔμπροσθεν οὐκ εἰςῄει — καὶ αὐτὸς ἤτοι ὑπὸ τῆς τοῦ γήρως ἀσθενείας, ἢ καὶ ὥςπερ ἐγγυτέρω ὢν τῶν ἐκεῖ, μᾶλλόν τι καθορᾷ αὐτά. Ὑποψίας δ' οὖν καὶ δείματος μεστὸς γίνεται· καὶ ἀναλογίζεται ἤδη καὶ σκοπεῖ, εἴ τινά τι ἠδίκηκεν.* Hanc *Platonis* *ῥῆσιν* adfert etiam *Iustinus* Martyr Cohort. ad Graec. cap. XXVII. cap. 99. *Davies.*

illo etiam exemplo] Alii *etiam illo exemplo*. Nostrorum ordinem praeferunt Codd. Cr. L. b. c. d. M. duo Goerenzii, et Ed. Rob. Steph. cum Dav. Goerenzius vero ad Acadd. II. 47. 114. p. 257. et ad de Finn. III. 17. 57. servato vulgato ordine ita distingui vult: *Divinare autem morientes etiam, illo exemplo confirmat Posidonius.* Quod ideo non placet, quia iam in verbis *nam et id ipsum vident — instare mortem* continetur argumentum, unde pateat, moribundos divinare. Quod igitur h. l. addit, novum tantummodo et singulare exemplum est, cui inferendo optime inservit *illo etiam* i. e. praeter ea, quae universe dixi. *Mr.*

Posidonius, quo affert, Rhodium quendam morientem sex aequales nominasse et dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset. Sed tribus modis censet deorum appulsu homines somniare: uno, quod praevideat animus ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur; altero, quod plenus aër sit immortalium animorum, in quibus tamquam insignitae

quo affert,] „Forsitan, ait Wopk. l. c. p. 244., rescribendum: *quod affert; Rhodium quendam,* vel potius *qui affert, Rhodium quendam.*" Sed quae ipse affert exempla, *afferre* saepe sine accusativo idem valere, quod *dicere, narrare, exponere,* nimirum Tuscc. III. 28. *haec enim oratio — tantummodo affert, nihil evenisse, quod non opinandum fuisset:* de Div. II. 16. *sed affers, in tauri extis cor non fuisse:* Tusc. I. 29. *cur credam, afferre possum:* ea ipsa, inquam, exempla monstrant, eius coniecturam supervacaneam esse. Ceterum *quod* est in Codd. Oxonn., nostris L. b. c. et Ed. Lamb. 1. Pro *Rhodium* Cod. R. *taedium.* Pergit Cod. L. d. *morientem quendam. Mr.*

Qui deinde deinceps moriturus] Verbum *deinde* revocavi e duobus Pall. melioribus; erat praeterea in tertio et quarto item Pithoeano, sed repetita praeterea voce hoc modo: *qui deinde,* qui *deinceps.* quod etiam ferri queat. *Gruter.*

Qui deinde, qui *deinceps moriturus esset*] Sic Pall. tert. quart. Paris. Med. Pithoean. Merton. et Balliol. Vulgo *qui deinde deinceps moriturus esset.* Reg. et Cantab. habent, *qui tertius,* qui *deinceps;* quae Librariorum redolent audaciam. *Davies.*

Qui secundus, qui deinceps] Ita rationibus omnibus ponderatis rescribendum visum est cum Lamb. Goth. Rob. Steph. Car. Steph. Crat. Herw. Asc. 1. 2. Brut. Sylb. Ald. Boul. Sturm. Oliv. ex Codd. nostris S. U. et R. In L. a. b. c. d. M. P. est *qui deinde deinceps,* quod servant et defendunt Grut. Ern. Hott. Wopk. *deinceps* dicentes esse i. q. καϑεξῆς, afferentes etiam loca quibus dicatur *posteaque — deinceps* et *deinde — deinceps* et *post — deinceps,* etiam *principio — primum:* neque vero animadverterunt, his omnibus locis istas particulas synonymas verbis interiectis separari, neque vero se excipere. Vid. etiam annot. nostram ad Cic. de Legg. III. 2. 4. p. 375. Dav. in Ed. pr. ex Cod. Eliens. dederat *qui demum deinceps;* glossam *deinde,* addito etiam *qui,* post Dav. in contexta recepit Sch. et ita Cod. noster Cr. Nobiscum etiam facit Rath. *Mr.*

deorum appulsu] *Appulsus deorum* hoc loco intelligendus est de vi, e diis orta et nata. Nam *appulsus deorum,* qui proprie dicitur, i. e. actio deorum in mentem, in omnibus his tribus intelligi non potest. c. 31. initio: *praesagitio extrinsecus iniecta et inclusa divinitus. Ern.*

quod praevideat] „*Praevidere,* ait Hott., absolute sic dictum, me legere non memini. Forte excidit *futura.* Malim etiam *quo.*" Posterius necessarium non est: priore non admodum offenderis, si cogitaveris, et *videre* absolute poni saepissime, et *providere* nonnunquam, v. c. Somn. Scip. 8. 19. *deus est, qui providet;* quo ipso loco sunt, qui legant *praevidet:* qui locus etiam quod ad sententiam nostro est similis. Et habet *provideat* Cod. noster S. cum Co. Vi. b. *Mr.*

cognatione] Cod. R. *cognitione.* Mox Cod. Cr. *alteroque plenus:* pergit Cod. M. *arte sit.* Cod. S. habet *cognatione deorum. Mr.*

insignitae notae veritatis] Intelligo sic: in quibus omnibus eae sint notae divinitatis, ut de ea dubitari

notae veritatis appareant; tertio, quod ipsi dii cum dormientibus colloquantur. Idque, ut modo dixi, facilius evenit, appropinquante morte, ut animi futura au-
65. gurentur. Ex quo et illud est Calani, de quo ante dixi, et Homerici Hectoris, qui moriens propinquam Achilli mortem denuntiat.

non possit. *insignitae* i. e. clare impressae, quocum etiam verbum illud coniungi solet. *Ern.* Paullo obscurior est haec explicatio. Mihi potius vocabulum *veritatis* videtur esse intelligendum de rebus futuris, quarum veritas inest in certo eventu. Harum igitur rerum *insignitas* habent animi illi immortales s. genii: i. e. somnia nobis offerunt rebus ipsis conformia, adeoque quodammodo ipsi in se continent rerum futurarum imagines. Cet. conf. inf. II. 58. *Hott.* — Nimis mihi artificiosa videtur Hottingeri explicatio: sed locum paullo impeditiorem esse concedo. Equidem locum ita intellexerim: animi immortales, quorum plenus est aër, secum gerunt insignitas veritatis notas, i. e. sciunt, quid verum sit, ideoque hominibus in somniis vera possunt ostendere. *K.* Pro *colloquantur* Cod. Cr. habet *collocantur,* R. *colloquuntur:* hic oculorum, ille aurium errore. *Mr.*

Idque — facilius eveniet] In nostris omnibus est *evenit*. Forsan autem legendum, *itaque* vel *ideoque, ut modo dixi, facilius evenit:* alioquin enim haud bene connecti videtur oratio. *Dav.*

Idque, ut modo dixi, etc.] Recte monet Hott., neque *itaque*, neque *ideoque* hic locum habere: inservire enim particulam *que* non copulandae sententiae, sed transitioni, ut alibi quoque haud raro, v. c. de Off. I. 4. (*in primisque*) ib. c. 18. (*maximeque*). *Idque* igitur esse i. q. *atque id* v. *id autem:* pronomen vero referri ad verba *ut animi futura augurentur.* Conf. Beier. ad Cic. de Off. I. 18. 61. p. 146. Contra Davisium quoque disputat Wopk. l. c. p. 255. sq. *Mr.*

evenit] Sic MSS. plures, etiam Guelf. itemque Edd. vett. Alii *eveniet. Ern.* — Hott. et Sch. dicunt vulgo legi *eveniet*. Quid vero sibi velit illud *vulgo*, ipsi viderint. Rathius se nescire ait, in qua editione, praeter Davisianam, legatur *eveniet*. Ego vero futurum inveni in Cod. Cr. et Edd. Rob. Steph. et Verb., idque exhibent etiam Copp. Victt. b. Reliqui omnes constanter tenent praesens: et merito. — Mox Cod. U. *id est* pro *illud est.* Tum Codd. M. S. *mortem Achilli. Mr.*

De quo ante dixi] Supra cap. XXIII. *Dav.*

Homerici Hectoris] Iliad. X, 358. *Diodorus Siculus* Bibl. lib. XVIII. pag. 586. *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος καί τινες ἕτεροι τῶν παλαιῶν φυσικῶν ἀπεφήναντο τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν ἀθανάτους· ἀκολούθως δὲ τῷ δόγματι τούτῳ καὶ προγιγνώσκειν αὐτὰς τὰ μέλλοντα, καθ' ὃν ἂν καιρὸν ἐν τῇ τελευτῇ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν ποιῶνται. Τούτοις δὲ ἔοικε συμφωνεῖν καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος παρεισάγων τὸν Ἕκτορα κατὰ τὸν τῆς τελευτῆς καιρὸν προλέγοντα τῷ Ἀχιλλεῖ τὸν μέλλοντα συντόμως αὐτῷ συνακολουθήσειν θάνατον.* *Sextus Empiricus* adv. Mathem. lib. IX. §. 20. 21. *Ἡ ψυχή, φησὶν Ἀριστοτέλης, προμαντεύεται καὶ προσαγορεύει τὰ μέλλοντα — ἐν τῷ κατὰ θάνατον χωρίζεσθαι τῶν σωμάτων. Ἀποδέχεται γοῦν καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον, ὡς τοῦτο παρατηρήσαντα· πεποίηκε γὰρ τὸν μὲν Πάτροκλον, ἐν τῷ ἀναιρεῖσθαι, προαγορεύοντα περὶ τῆς Ἕκτορος ἀναιρέσεως· τὸν δ' Ἕκτορα περὶ τῆς Ἀχιλλέως τελευτῆς.* *Homerum* vero *Virgilius* imitatus est Aen. X, 470. ut *Servius* animadvertit. Vide sis et *Lactantium* ad *Statii* Theb. VII, 701. *Davies.*

Neque enim illud verbum temere consuetudo appro- 31.
bavisset, si ea res nulla esset omnino,

Praesagibat animus, frustra me ire, cum exirem domo.

Sagire enim, sentire acute est: ex quo sagae anus, quia multa scire volunt, et sagaces dicti canes. Is igitur, qui ante sagit quam oblata res est, dicitur praesagire, id est, futura ante sentire. Inest igitur in ani- 65.
mis praesagitio extrinsecus iniecta atque inclusa divini-

Neque enim illud verbum] Hott., cum vidisset, sequentia non continere causam superiorum, primum *enim* mutare volebat in *iam*; tum, cum illam vocem abesse vidisset a Cod. Oxon. E. (quocum facit noster L. b.), eam plane abiecit. Secutus est eum Sch. Cupidius, ut existimo. Non raro enim ea vox inservit continuandae orationi: vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 14. 37. p. 466. ad Acadd. I. 2. 6. p. 11. Certe, si quid mutandum, malim *etiam* pro *enim* scriptum, quae voculae compendiis similibus exarari solitae, facile poterant permutari inter se. Vide de harum vocum permutatione Drakenb. ad Liv. XXXVI. 41. 3. p. 647. ed. Stuttg. T. X. add. Heindorf. ad Cic. de N. D. I. 7. 16. p. 16. Cod. S. habet *Neque est illud*. *Mr.*

illud verbum] Refertur ad sequentia, et intelligitur verbum *praesagire*, quod in versu sequente est. *Ern.* — Pro *approbavisset* Cod. L. d. habet *appropinquavisset*. *Mr.*

Praesagibat mi *animus*] Versus *Plauti* in Aulularia. *Lambinus.*

Praesagibat animus] Apud *Plautum* Aulul. Act. II. Sc. II. 1. legitur, *praesagibat* mihi *animus*, unde sic edendum curavit *Lambinus*. Cum vero *pronomen* illud nec ad metrum nec ad sermonis elegantiam faciat, omitti potuit a *Cicerone*. Frustra vero prorsus est *Iac. Gronovius*, qui ex MSto *Vossiano* reponendum censuit, *praesagitabat animus*; repugnat enim versus ratio, cum producta sit secunda vocis huiusce syllaba. *Davies.*

Praesagibat] Sola, ut videtur, Ed. Sturm. habet *praesagiebat*. In Cod. R. hic versus scribitur: *presagibat frustra me tum ire domo*. Immerito omnia, quae sequuntur inde a *sagire* usque ad *ante sentire*, ut spuria, in suspicionem vocat Hott. Loquitur enim Qu. Cicero ex more Stoicorum, qui verborum originibus exquirendis admodum delectabantur. Hanc video etiam esse sententiam Frenzelii in Seebodii Arch. f. Philol. u. Paed. I. 1. p. 189. sq. Vid. Baguet. de Chrysippo p. 185. Et amat ipse Marcus eiusmodi interpretationes et explicationes, v. c. Tuscc. III. 8. 16. Conf. nostrum de Off. I. 7. 23. *Mr.*

Sagire *enim sentire acute est*] *Festus*: Praesagitio *dicta, quod praesagire* (videtur ex nostro legendum *sagire*) *est acute sentire, unde sagae dictae anus, quae multa sciant;* (Leg. *quia multa sciant;*) *et sagaces canes, quod ferarum cubilia praesentiant.* Hinc cornicis clangorem *sagum* vocavit *Prudentius* Apoth. vs. 298. *Dav.*

Sagire enim, sentire acute est:] Cod. R. *sagire enim acute sentire est, ex quo sagimus, quia multa sentire volumus.* In Cod. L. b. est *sagiarii quia*, in Cod. U. et Asc. 1. *sagearii qui*. Scribitur etiam *qui* pro *quia* in Ed. Asc. 2. et *quae* in Edd. Crat. Herw. Pro *ante sentire* Cod. S. *acute sentire*. Cod. R. *ante scire*. *Mr.*

in animis praesagitio] Cod. L. b. omittit *in*: idem cum Codd. L. c. U. R. Ed. Asc. 1. habet *praesagatio*. Pro *iniecta* Cod. P. habet *invecta*,

tus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur.

b. *H. Sed quid oculis rabere visa est derepente ardentibus?*
Ubi illa paullo ante sapiens, virginali modestia?

quod cave probes: illa enim vox in hac re nostro propria est: cuius usus cum plurima possem afferre exempla, unum afferam ex Or. pro Milon. 32. 86. *ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam*. Idem Cod. P. omittit *a* ante *corpore*. Cod. S. *divinitas* pro *divinitus*. *Mr.*

Sed quid oculis rabere *visa est*] Sic legendum; *rabere*, inquam, non *rapere*. *Rabere* autem *dictum a rabie*, inquit *Nonius*. *Varro* idem Attii, quod Titii: *Quid est? quid blateras? quid* rabis? *quid vis tibi? Caecilius* Hypobolimaeo: *Rastraria* rabere *se ait*. *Lambinus*.

Rabere *visa*] Ita cod. antiquus Mureti, de quo libro IX. Var. lect. cap. 19. Ipsemet nostri omnes unâ litterâ aberrant, habentque *rapere*. sequentem versum constituere nititur Turnebus lib. v. Advers. c. 22. sed membranae nostrae stant a vulgatis. *Gruter.*

H. Sed quid oculis rabere visa est] Praeposuimus primo versui Hecubae nomen, tertio Cassandrae. Posterius fecerunt iam Hott. et Sch: prius faciendum monuit Rathius. Scripsi autem *rabere* ex Codd. nostris M. L. a. b. d. cum Edd. Grut. Dav. Oliv. Ern. Hott. Sch. In Cod. R. legitur: *rapere repente ardentibus visa est*. *Mr.*

Sed quid oculis etc.] In hoc versu variat Lamb. a vulgatis in uno verbo *est*: legit enim *es*. Sequentem ita ex Io. Aurato emendat: *Ubi paullo ante sapiens illa, et virginali modestia?* tum eum, qui hunc proxime sequitur, ita ex Turnebi sententia: *O mater mea optuma, tum multo mulier melior.* In octavo versu, cuius est initium *optumam progeniem* pro *repperisti* legit *peperisti*, ex Aurati emendatione. *Brut.* Scribitur etiam *visa es* in P. Scriverii Collectann. vett. Tragg. p. 162. *Mr.*

Ubi illa paullo ante sapiens] Sic volebat legi hunc versum *Ioan. Auratus:*

Ubi illa paullo ante sagiens, et
virginali modestia?

Idem paullo post *peperisti* reponendum censebat pro vulgato *reperisti*. Sed errabat. Iam *med obesse* datum pro *me obesse*. *Lambinus.*

Ubi illa etc.] Cod. P. *ubi illa alto ante sapiens*. Ad v. *sapiens* annotavit Hott., eam intelligendam esse de moribus decenter et ex pudore virginali compositis. Poterat addere *sapientem* eam dici ad imitationem graeci vocabuli σαόφρων, quod apud poetas solet esse ἐπίθετον virginum. Vid. nos ad Nonn. Dionysiac. XIII. 225. p. 135. Pro *virginali* Verburgius ait Davisium scripsisse *virginea*. Hoc fuit sine dubio in Ed. pr. Postea enim ad vulgatam rediit. *Mr.*

Virginali modestia] *H. Turnebus* Advers. lib. V. cap. 22. multum haesitans, tandem reponit *virginis modestia*. Ego vero retinendum puto *virginali modestia*; versus enim sic in pedes suos digerendus est:

Ubi illa paullo | *ante sapiens* |
virg'nali mo | *destia.*

Illa priorem syllabam passim brevem habet: *virg'nali* vero pro *virginali* per Syncopen. *Ennius* apud *Festum* in *sas:*

Virg'nes nam sibi quisque domi
Romanus habet sas.

Vide, si nescis, *Christ. Wasium* de Senar. cap. III. p. 18. et cap. XII. p. 56. seq. *Aurati* coniectura, quam refert *Lambinus* omnem metri speciem destruit. *Davies.*

C. Mater optuma, tum multo mulier melior mulierum,
Missa sum superstitiosis hariolationibus:

Mater optima, tum multo mulier melior, mulierum] Addidi *mulierum*, ex Pall. et Gallicanis duobus. Gulielmius concinnare volebat, *mater optumatum multo mulier melior mulierum. Gruter.*

Mater optuma] Admodum negligenter Grut. Sic citare! Sic edere! Quod autem editur, est quoque in Vossiano, ut id pro vero habendum sit, *melior* inquam, non *optima. Gronov.* Cod. R. habet *iure optima.* Quem laudat in nota antecedente Davisius versum Ennii, is est ex Annal. I. 128. et in Ed. rec. (Lips. 1825.) ita scribitur:

Virgine' nam sibi quisque domos Romanu' rapit sas.

Ubi vid. annot. p. 27. sq. *Mr.*

Mater optuma, tum multo mulier melior mulierum] A vetustioribus editis abest vox ultima: quapropter *Lambinus* fulciendo, prout arbitratus est, versui legendum putabat,

Mater optuma, tum vero multo mulier melior.

Ei tamen hoc in loco pessime cesserunt conata, quemadmodum quivis, cui non ignota sit syllabarum quantitas, statim videbit. Cum igitur Pall. Gallic. duo et Vossianus darent eam, quam *Gruterus* exhibuit, lectionem; *Gulielmius* rescripsit

Mater optumatum, multo mulier melior mulierum.

Mallem ipse

Mater optuma tu, tum multo mulier melior mulierum;

γύναι πασῶν τῶν γυναικῶν πολλῷ κρείττων. Nam more Graecorum loquitur Poeta: quod aliis tam solutae quam ligatae orationis scriptoribus est solenne. *Prudentius* Cathem. XII, 77.

O sola magnarum urbium
Maior *Bethlem.*

Idem *περὶ Στεφ.* V, 292.

O miles invictissime,
Fortissimorum fortior.

Vide sis et XIV, 115. ac *Sidonium Apollinarem* Carm. XI, 52. *Apuleius* de Habit. Doctr. Platon. p. 579. *Animam – omnium gignentium esse seniorem. Hieronymus* in Epit. Paulae pag. 175. A. *Minimaque fuit inter omnes, ut omnium maior esset.* Hinc apud *Hermam* lib. II. Mand. 8 ex MSStis reponendum, *humiliorem fieri omnium hominum.* Eodem modo *Tertullianus* Apol. cap. XL. ut falsi sint *Augustinus* de Doctr. Christ. II, 13. et *Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. II, 10. p. 216. qui locutiones huiusmodi vitiosas esse statuerunt. *Dav.*

tum multo] Codd. Cr. U. R. Ed. Asc. 1. *cum* pro *tum.* Edd. Asc. 2. Crat. Herw. *quam multo.* Hott. coniecit *tu multo:* melius certe consuluit metro Davisius proponens *tu tum multo,* cum ultima vocis *optuma* syllaba brevis sit. Roosius l. c. p. 12. ait: „Ego, nil mutans, ita interpretor: *Mater optuma, sive potius* omnium mulierum praestantissima." Male, si quid video. Ego malim *tute multo.* Vocem *mulierum* additam habent Codd. Cr. M. R. (in hoc pro *melior* est *indiorum*) L. a. c. d. P. Fragmm. Vett. Tragg. Edd. Grut. Dav. Verb. Ern. Bip. Oliv. Hott. Sch. In Cod. L. a. est *multa* pro *multo,* in L. b. *mulier* pro *mulierum.* De hac constructione v. Ruddimann. Instit. Gramm. Lat. II. p. 84. sq. *Mr.*

Missa sum etc.] Haec ex hisce Graecis accepta censet *Ios. Scaliger* Coni. in *Varronis* lib. V. L. L. p. 54.

Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν Θεός,
Καὶ πρὸς παθόντων κἂν κακοῖσι κειμένων
Σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

Exstant apud *Plutarchum* in Praecept. Reip. gerendae pag. 821. B. *Dav.*

Missa sum etc.] Rarius, ait Hott., pro *commissa, tradita.* Quod sequitur *sum* abest a Cod. R. *Superstitiosus* est h. l. i. q. fatidicus, vaticinans, ut infra II. 56.

Neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet

O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obsides,
Unde superstitiosa primum saeva evasit vox fera.

Vid. quae de hoc vocabulo disputat Meyerus in vers. vernac. Cic. de N. D. p. 154. sq. Ad v. *Virgines* etc. in Copp. Victt. a. citatur [Cic.] Orat. [c. 46.] ubi haec sunt: *Patris mei meûm factûm pudet. Mr.*

Superstitiosis *hariolationibus*] Fatidicis; nam *superstitiosus* veteribus haud raro *divinum* significat. Infra II, 56. *Unde superstitiosa primum saeva evasit vox fera.* Apud *Plautum* Amphitr. Act. I. Sc. I, 167. ait Sosia de Mercurio, qui eum non longe abesse praesentiebat: *Illic homo superstitiosus est.* Iterum Curcul. Act. III, 27. Superstitiosus *hic quidem est: vera praedicat.* Et Rudent. Act. IV. Sc. IV, 95. *Quid si ista aut* superstitiosa, *aut ariola est, atque omnia. Quicquid insit, vera dicet.* Vide sis *Hadr. Turnebum* Advers. lib. V. c. 22. et *Ios. Scaligerum* Coni. in *Varronis* lib. VI. L. L. pag. 68. *Dav.*

Neque me Apollo etc.] *Namque* correxit Hott. dicens, *neque* loci sensui plane repugnare; idque fecit item Sch., verissime Hottingerum correxisse contendens. Roosius vero sic explicari posse vulgarem lectionem existimabat: „Apollo quidem vaticinari me cogit, *neque* tamen *dementem*, i. e. non eo pacto, ut rationis simul usum intercipiat.“ Possis etiam ita servare librorum scriptionem *neque*, ut construas: *et me Apollo fatis nefandis dementem invitam ciet* i. e. ciet me Apollo invitam, ut demens fata nefanda canam. Ita solvendum est *neque* etiam in his poetarum locis: Terent. Phorm. I. 2. 64. *neque eum aequum ait facere* i. q. *et* ait, eum *non* facere *aequum*. Virgil. Georg. III. 96. *nec turpi ignosce senectae*, i. e. *et* ignosce senectae *non turpi:* ut explicari posse ait Servius et explicat Lambin. ad Lucret. VI. 1162. Quamquam scio et alios huic illius loci interpretationi adversari et Ian. Vlitium ad Nemesian. 117. p. 351. (Venatio Novantiqua. 12. Elzevir. 1645.) *Mr.* Neque Hott. aliquid mutare neque Rathius ei assentire debuit. Nam *non invita* sequitur deum, divino ipsam spiritu afflantem, Cassandra. Vide modo, quae Forcellinus in Lex. s. v. Cassandra narrat. *K.* — Conf. ad hanc rem Tzetz. in Prolegg. ad Lycophr. Cassandr. Apollodor. Bibl. III. 12. 5. — In fine versus Cod. Cr. habet *invita sciet.* V. seq. Cod. R. *factum meum.* Cod. P. omittit *factum.* Ceterum ad totum hunc locum adhibe Langii Vindicias Tragoediae Romanae. Lps. 1822, p. 48. qui ad verba Quinctiliani Inst. Or. IX. 3. 77. de ὁμοιοτελεύτοις [p. 882. ed. Burm.] *sed in quaternarias quoque ac plures haec ratio sententias ire potest. Fit etiam singulis verbis: Hecuba, hoc dolet, pudet, piget et abiit, excessit, evasit, erupit:* ad haec igitur Quinctiliani verba laudat ex nostro loco Langius hosce quatuor versus: *Neque me — ciet — Virgines — pudet — Optumi — piget — Optumam — hoc dolet;* additque: „casune accidisse putemus, ut haec ὁμοιοτέλευτα cum nostro exemplo adeo conspirent, an recte facere videamur, si apud Quintilianum reponamus: *ciet, dolet, pudet, piget* —; *Hecuba* autem, fortasse et *hoc*, a quodam glossatore profectum censeamus? Atqui dicunt, illum locum ex Ennii Cassandra s. Alexandra petitum, v. Fragmm. Ennii ed. Hessel. p. 233. Planck. ad Ennii Medeam p. 114. sqq. Hoc certum est, Cassandram loqui, sed fabulam, unde ducta haec, eodem nomine inscriptam, aut Ennii fuisse, quis certo argumento praestet? Quidni *Hecuba* inscripta esse potuerit? Alia autem suboritur dubitatio. Nam ille versus, qui apud Ciceronem statim subsequitur, et ad idem carmen pertinet,

Adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio,

bis a Nonio laudatur v. *Fax* et *Involvere;* utrobique additur: *Varro Sexagesi.* Quare Victorius Var. Lectt.

Virgines vero aequales patris mei, meûm factûm pudet,
Optumi viri: mea mater, tui me miseret, mei piget.
Optumam progeniem Priamo reperisti extra me: hoc dolet,
Med obesse, illos prodesse, me obstare, illos obsequi.

O poëma tenerum et moratum atque molle! Sed hoc minus ad rem. Illud, quod volumus, expressum est, 67.
ut vaticinari furor vera soleat.

XXIX. 5. totum illud Fragmentum Varroni tribuit, Scaliger ad Varronem de L. L. II. p. 886. ed. Bip. satis habet, Varronianis adposuisse, ut veteris poetae, ea, quae apud Ciceronem leguntur. Idque sane fecit considratius, quum longe probabilius sit, Varronem haec ex antiqua tragoedia mutuatum, quam totum locum ei deberi; neque vero in hac lite dirimenda omittendum, apud Nonium, ut Varronis, haec tantum legi: *Adest fax involuta incendio.*" *Mr.*

Virgines vero aequales, patris mei, meûm factûm pudet] Pal. pr. non agnoscit illud *factum*, habetque *mecum:* quod ultimum quoque est in Pithoeano, sed retinet tamen *factum*. *Gruter.*

Peperisti] Ita diserte noster Eliens. et ita legendum coniecit *Ioan. Auratus,* quem falsum cum pronuntiat *D. Lambinus,* ipse dubio procul fallitur. Vulgo *repperisti,* quod respuit versus. *Davies.*

reperisti] Dav. ex MS. El. dedit *peperisti.* Eam glossam puto. Nam ut dicitur *quaerere liberos,* sic *reperire.* *Ern.* Rathius contra existimat, non posse dici de matre, eam liberos *reperire,* nisi forte aliquando amiserit. Davisio assentit etiam Lallem. qui item ex Cod. reg. dedit *peperisti,* cui favent nostri quoque Cr. et R. In Cod. M. est *rapuisti.* Ego vero cum Hott. et Ern. verbum *peperisti* glossam esse existimo. Neque vero *reperire* de rebus tantum amissis dici, vide apud Terent. Heaut. I. 1. 60. *Simul rem et gloriam armis belli repperi.* Totum versum nonnisi in marg. habet Cod. U. Vocem *me* post *extra.* *Mr.*

Me *obesse, illos prodesse*] Sic Pal. pr. ac sec. forte *meme obesse:* quod alia distinctione addita nota interrogatoria heic conveniat. Gulielmius ait, in S. Victoris codice fuisse, *Meu,* unde facit, *Me heu obesse.* Turnebus malebat *Med obesse,* quod statim arripuit Lambinus. *Grut.*

Med obesse,] Ita scripsi cum Dav. Hott. et Sch. post Lamb. Sed non addicunt libri. In Cod. L. a. est *men',* ibidem *illo prodesse;* in R. *me tibi obesse.* De litera *d* paragogica v. K. L. Schneider. Lat. Gramm. I. Elem. Lehre I. p. 260—262. *Mr.*

poëma — moratum] *Moratum* dicitur, ait Hott., quod indolem tenerosque virginis sensus referat. Mihi quidem *moratum* dici videtur, quatenus mores aptos convenientesque affectus personis tribuit. *K.* — Plane ita Horat. Ep. ad Pison. 319. sq. *fabula recte morata,* i. e. ut recte explicat Doering. T. II. p. 467.: in qua recte et vere expressi sunt mores hominum; recte ad mores hominum composita. Et ita iam Schol. Cruq. et nuperrime Bothius in Annott. Editioni Feae annexis. Copp. Vi. a. ad v. *poema tenerum* habent: Cat. *poeta tener:* nimirum apud Catull. XXXV. 1. *Mr.*

ut vaticinari furor vera soleat.] Uncinis inclusit Hott. vocem *vera,* et post eum Sch., cum hoc his versibus non sit expressum: neque obstare, quod infra scriptum sit II. 55. *at multi saepe vera vaticinati, ut Cassandra:* id enim non de istis versibus dici, sed de sequentibus: *iam-*

remigem quendam e quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus xxx diebus Graeciam sanguine; rapinas Dyrrhachii, et conscensionem in naves cum fuga; fugientibusque miserabilem respectum incen-
p.95. a. diorum fore; sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domum itionem dari: tum neque te ipsum non

fuisse in mss. Victorii, fidem facit editio, in qua idem expressum. *Grut.*

Cum primis] Sic vulgo dant. At *Victorius* edidit *cum primo,* nec aliter *Gruteriani* nostrique MSSti. Fieri potest ut *Cicero* scripserit *cumprime;* de quo videatur *Agellius* XVII, 2. Non tamen ullus video cur Codicum fides conculcetur: nam *homo* cum primo *prudens* est homo aeque prudens ac prudentissimus. *Davies.*

cum primis] Ita scripsi, monente etiam Rathio, ex more Ciceronis, et ita est in Codd. L. a. et Oxonn. itemque Edd. Car. Steph. Brut. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. Grut. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Ita in Verr. Act. II. L. I. 52. 137. *homo cum primis honestus:* ibid. Act. II. L. II. 28. 68. *homo domi suae cum primis locuples.* In Codd. L. b. c. d. P. U. M. Edd. Sturm. Rob. Steph. et Ven. 1494. est *cum primo,* ut edidit Dav. in Ed. 2. In Cod. Cr. et Asc. 1. est *cum primo:* in Asc. 2. Crat. et Herw. utrumque vocabulum deest: Cod. denique R. habet *tum prime.* Pro *cumque dixisse* Verb. in marg. Ed. suae ait, esse in MS. *cumque dixisset;* idemque iam narratur in marg. Edd. Lamb. et Goth. Et ita ex omnibus libris nostris sola Ed. Ald. Cod. S. habet *cumque dixisse remigemque equinque rem rhodiorum.* Mox idem *sanguinem.* In Copp. Victt. a. est: „*Cum primo:* vid. an *cum primis* legendum, ut Rhet. 276. [Brut. c. 62.] *cum primisque ridiculus.* Ibid. ad v. *remigem quendam* laudatur Aristot. *περὶ τῆς καϑ' ὕπνον μαντικῆς* fol. 197. b. [ed. Florent. supr. cit. — ed. Sylb. p. 55. c. 1.] *καὶ τὸ μὴ τοῖς βελτίστοις καὶ φρονιμωτάτοις, ἀλλὰ τοῖς τυχοῦσι πέμπειν ἄτοπον.* Iterum fol. seq. a. ed. Florent. c. 2. p. 57. ed. Sylburg. *πάνυ γὰρ ἀγενεῖς* [Vict. corr. *εὐτελεῖς*] *ἄνϑρωποι προορατικοί εἰσι καὶ εὐϑυόνειροι.* *Mr.*

e quinqueremi] Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. habent *ex quinqueremi.* Mox Cod. R. *vaticinantium maledictum iri. Mr.* De constructione vid. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 299. *Cr.*

minus xxx diebus] Ita libri omnes: sed Sch. dedit xxv. Dormitavit nimirum in hoc capite eius corrector: nam post *incendiorum* omisit tria verba *fore sed Rhodiorum* propter *ὁμοιοτέλευτον,* mox scripsit *propinquam reditum;* denique fideliter repetivit errorem typographicum Editionis Ern. *qui tum tibi erant,* qui etiam transscriptus est in Editionis Ern. repetitionem, quae prodiit Lugd. Bat. 1804. *Mr.*

sanguine;] Codd. L. c. P. R. *sanguinem.* Mox Codd. M. et S. *e fuga.* Tum Codd. U. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. *fugientibus* omisso *que.* Co. Vi. b. *mirabilem.* Mox Cod. R. *redditum* pro *reditum. Mr.*

Domum itionem] *Domuitionem* habet antiquus liber composito vocabulo, et ita legit *Appuleius:* et in lib. III. ad Herennium c. 21. *Iam* domuitionem *reges* etc. *Ursinus.*

Ac domuitionem *dari*] Etiam istam admisi scripturam, exhibitam a cod. Fulvii Ursini, item S. Victoris: nisi quod is *domuicionem.* nam Pall. *domum itionem,* de qua voce consulatur Andr. Schottus noster lib. IV. Nodorum Ciceron. c. 10. *Gruter.*

ac domuitionem] Ita se scripsisse quidem ait Grut. Sed non ita scripsit; servavit *domum itionem.* Hoc

esse commotum, Marcumque Varronem et M. Catonem, qui tum ibi erant, doctos homines, vehementer esse perterritos: paucis sane post diebus ex Pharsalica fuga venisse Labienum: qui cum interitum exercitus nuntia- 69. visset, reliqua vaticinationis brevi esse confecta. Nam et ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnis angiportusque constraverat; et naves subito perterriti metu conscendistis; et noctu ad oppidum respicientes, flagrantes onerarias, quas incenderant milites, quia sequi noluerant, videbatis: postremo a Rhodia classe deserti, verum vatem fuisse sensistis. Exposui, quam 70. potui brevissime, somnii et furoris oracula, quae carere

est et in Vossiano. Unde nec ipse nunc mutavi. *Gron.*

Domum itionem] *Caesar* lib. I. B. G. cap. 4. *Domum reditionis spe sublata. Hyginus* Fab. 118. *Ubi sibi diceret, quando domum repetitionem haberet.* Nonnulli libri *domuitionem*, quod verbum agnoscit *Nonius* cap. 11. De constructione videas licet *G. I. Vossium* Anal. lib. III. cap. 9. Adisis et *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. cxxv. *Dav.*

domum itionem] De hac locutione et similibus vid. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. T. II. p. 240. ed. Stallbaum. *Cr.* Adde Herzog. ad Caes. de bello Gall. I. 5. p. 23. Held. ad Caes. de bello Civ. I. 53. p. 63. *Mr.*

neque te — non — Marcumque — et —] Ita noster infra II. 43. *hi nec totidem annos vixerunt — multumque is fratri - gloria praestitit.* Vid. nostra annot. ad Cic. de Rep. I. 34. p. 90. Ed. Stuttg. Alia exempla laudat Tursellin. de Particul. p. 515. sq. ed. Schwarz. Omittitur praenomen *M.* ante *Catonem* in Cod. R. Idem habet *commotum non esse.* Proximum *esse* omittit Cod. L. d. Cod. S. *matureque Varronem. Mr.*

Ex Pharsalica *fuga*] Paris. *Ex* Pharsyilia *fuga.* Scripsit *Tullius*, nisi fallor, *ex* Pharsalia *fuga*, prout diserte Balliol. et Med. Sic *Pharsalia iuga, Pharsalia damna, Pharsalia rura,* similiaque passim dicunt Poëtae. Vide Cl. *Oudendorpium* ad *Lucani* VI, 576. VII, 787, 823. *Dav.*

ex Pharsalica fuga] Scribitur etiam *Pharsalia* in Codd. R. P. L. c. Sed haec forma poetis est usitatior. In Or. Philipp. XIV. 8. est *calamitosissima pugna Pharsaliae*, et mox *Pharsalicae — pugnae ne triumphum quidem egit.* In seqq. Cod. R. *reliqua vaticinationibus brevi tempore essent confecta.* Tum id. *ex horreis dilatum. Mr.*

Angiportus] Legit Nonius *angiporta. P. Manucius.*

Nonius in *angiportus: M. Tullius de Divinatione* angiporta *dixit.* Sed hunc locum ex margine in textum irrepsisse *Ios. Mercerus* statuit: quod veri non videtur absimile. Certe cuncti *Ciceronis* MSSti *angiportus* exhibent. *Davies.*

angiportus constraverat;] Cod. R. *consecraverant.* In seqq. Cod. U. *perterrito,* ex more scribarum, unamquamque vocem facile proximae accommodantium. Tum *ea noctu* pro *et noctu* Pro *onerarias* in Cod. R. est *honerarias,* unde homini stupido facilis fuit transitus ad id, quod est in Cod. L. c. *honorarias.* Sequitur in Codd. M. S. *inscenderant:* in U. *incenderent.* Mox in M. *noluerunt,* in R. *voluerant.* Cod. S. *in naves subito. Mr.*

quam potui brevissime] Ita rescripsi ex Cod. R. cum in aliis sit

dixeram arte. Quorum amborum generum una ratio est, qua Cratippus noster uti solet; animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et haustos. Ex quo intelligitur, esse extra divinum animum, humanus unde ducatur: humani autem animi eam partem, quae sensum, quae motum, quae appetitum habeat, non esse ab actione corporis seiugatam: quae autem pars animi, rationis atque intelligentiae sit particeps, eam tum maxime vigere cum plurimum absit a corpore.

quam brevissime potui. Amat enim illum ordinem noster: v. c. ad Famm. xv. 4. *quam potui maximis itineribus:* de N. D. II. 52. *quam possunt mollissime substernunt:* pro Domo 36, 95. *Dico igitur et quam possum maxima voce dico:* cuius, quamvis spuriae, orationis scriptor usum Ciceronis in talibus rebus bene servavit. Sed dixi, *amat* noster illum ordinem: alterius exempla nequaquam desunt. *Mr.*

quae carere dixeram arte.] Ita scripsit Dav. nihil monens, cum alii exhibeant *arte dixeram.* Videtur tamen hunc ordinem reperisse in suis libris. Quem cum ego etiam in nostro Cod. Cr. reperissem, servandum, ut potiorem, esse existimavi. Quod sequitur *ratio* Hott. recte explicat ita, ut dicat, esse modum, rem difficilem aut obscuram explicandi. Pro *solet* Cod. L. d. habet *uti assolet.* Recordabatur codicis scriptor formulae *ut assolet* a nostro positae in Laelio 2, 7. Philippic. II. 33. prc. vel, ut est de Invent. II. 42. 122. *deinde quae assolent. Mr.*

extrinsecus] Abest hoc vocabulum a Cod. R. Explicat Hott.: esse naturae a corpore diversae, ex animo divino, quo plenus sit aër, (II. 58.) quasi decerptos, adeoque extrinsecus in corpus iniectos et inclusos. Pro *et haustos* Cod. Cr. *exhaustos. Mr.*

Ex quo intelligitur,] Referri hoc debet ad superius: alias esse deberet *intelligatur. Ern.* Ad quae optime monet Hott. in superioribus nihil esse, ad quod hoc possit referri: intelligi potius ex Cratippi mente, breviusque esse dictum pro: *Ex quo patet, Cratippum ita statuere:* neque istam formulam habere veritatem, quam dicunt, absolutam, sed eius etiam, de quo sermo est, de rebus iudicium aut opinionem: coll. de Off. I. 11. 36. Sequitur in Cod. R. *esse animum divinum humanum.* Pro *ducatur* est *dicatur,* solenni permutatione: vide modo Garaton. ad Philipp. II. 25. p. 415. ed. Wernsd. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 17. 37. nos ad eundem locum p. 452. Ed. nostr. et Cr. Add. Goer. ad Cic. de Finn. II. 13. 41. II. 27. 83. IV. 20. 56. Gernhard. ad Cic. Lael. 19, 70. p. 149. Mox in Cod. R. desunt verba *quae sensum:* in Cod. M est *habet* pro *habeat:* in Cod. R. glossa *segregatam* pro *seiugatam.* Est quidem hic solus Ciceronis locus, quo *seiugandi* verbum legitur, Appuleio satis usitatum: sed in tanto librorum consensu, et in vocabulo ad analogiae regulam composito, non audiendus est liber, qui si solus superesset, abiiciendi essent hi de divinatione libri, desperandumque de eorum restitutione. *Seiunctam* Ciceroni usitatum est: sed neque hoc reciperem, si in aliquo libro legeretur, correctorisque esse existimarem. Locum ita explicat Hott.: nihil agere eam animi partem seorsim a corpore, neque vim suam pro se ostendere, sed corporis motu et actione indigere. *Mr.*

rationis atque intelligentiae sit particeps] Quae praecedunt in Cod. R. scribuntur: *quae autem pars pars animi;* in Codd. L. a. et d. *quae autem pars animi eam partem quae:*

Itaque, expositis exemplis verarum vaticinationum et somniorum, Cratippus solet rationem concludere hoc modo: /„Si sine oculis non potest exstare officium et „munus oculorum; possunt autem aliquando oculi non „fungi suo munere: qui vel semel ita est usus oculis, „ut vera cerneret; is habet sensum oculorum vera „cernentium. Item igitur, si sine divinatione non potest „officium et munus divinationis exstare; potest autem „quis, cum divinationem habeat, errare aliquando, nec „vera cernere: satis est ad confirmandam divinationem, 71.

sed tria verba perperam ex superioribus repetita Cod. L. d. a. m. sec. uncinis habet inclusa. In Codd. P. S. scribitur: *quae autem pars animi eam partem quae sensum*, plura etiam ex superioribus repetentes. De significatione vocis *intelligentiae* vid. Vorst. de Latinit. Selecta p. 332 — 334. In verbis *eam tum maxime* omissum est *tum* in Codd. U. et L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Pro *absit* est *obsit* in Cod. M. *Mr.*

Expositis *exemplis*] Ita Pall. quatuor et Wouveriani, exhibuitque editione sua P. Victorius, alii, *ex ipsis exemplis*. *Gruter.*

expositis exemplis] Ita Codd. nostri omnes et Oxonn. Sed Edd. Car. Steph. Lamb. Goth. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul. habent *ex ipsis exemplis*, una Asc. 1. *et positis exemplis*. Mox Cod. R. exhibet *concludere rationem*. Idem omittit in seqq. *Si sine*. Vocem *Si* omittunt Codd. U. L. b. d. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In Ald. scribitur *oculi* pro *oculis*. Pro *possunt autem* Cod. L. d. habet *possint autem*. Edd. Vict. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. *possunt tamen*. Verba *hoc modo — et munus* desiderantur in Cod. S. *Mr.*

is habet — Item] Haec desunt in Cod. R.; idem omittit *si* ante *sine*, et quae sequuntur verba *non potest*. In Cod. Cr. item excidit tota linea *Item — officium*. *Mr.*

Non potest officium et munus divinationis] Vulgo *et officium et munus*. Copulam vero nos omisimus MSti Regii fide nixi; sed nec exstat infra lib. II. c. 52. *Dav.*

officium et munus] Omisimus *et* ante *officium* cum Dav. Hott. Verb. Oliv. et Sch., quod etiam abest ab Ed. Oxon. Et eiectum probavit Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 3. 6. qui non debuit Hottingerum ut huius correctionis auctorem laudare, sed Davisium. *Mr.* Conf. laudd. ad Cic. de Legg. II. 3. 6. p. 169. sq. ed. Mos. et nostr. *Cr.*

potest autem quis] Cod. R. *potest autem cum quis div.* Cod. P. *potest autem quis se cum div.* Locum recte ita explicat Hott. ut dicat: „haec (*potest — cernere*) in finem reiicienda, ita scilicet: Si sine divinatione non potest officium et munus divinationis exstare; satis est ad confirmandam divinationem, semel aliquid esse ita divinatum, ut nihil fortuito cecidisse videatur: *neque omnino requiritur, ut divinantes semper vera cernant*. Tenendum autem est, cum habere vim concedendi, q. d. *potest autem aliquis errare aliquando et nihilo minus habere divinationem.*" In Cod. R. est *aliquando errare*: in Cod. U. *aliquando* deest. In seqq. Codd. U. R. Edd. Asc. 1. 2. habent *ad confirmandum divinationem*. Pergit R. *semel ita aliquid esse divinatum*: P. *semel divinatum ita esse aliquid*. Edd. Car. Steph. Lamb. Goth. Boul. Sturm. Sylb. Ald. Boul. *semel ita esse aliquid divinatum*: ordine minus probabili, cum sonus sit in voce *aliquid*. *Mr.*

„semel aliquid esse ita divinatum, ut nihil fortuito ceci-„disse videatur. Sunt autem eius generis innumerabilia; „esse igitur divinationem confitendum est.“

33. Quae vero aut coniectura explicantur, aut eventis
72. animadversa et notata sunt, ea genera divinandi, ut supra dixi, non naturalia, sed artificiosa dicuntur: in quo haruspices, augures, coniectoresque numerantur. Haec improbantur a Peripateticis; a Stoicis defenduntur. Quorum alia sunt posita in monumentis et disciplina; quod Etruscorum declarant et haruspicini, et fulgurales, et toni-

ut nihil fortuito cecidisse videatur.] Cod. R. voci *cecidisse* habet superscriptam glossam *accidisse*. Verbo autem *cadendi*, quod de *sorte* et *talis* proprium est, saepe ita utitur Cicero, ut nostro loco. Vide nos ad Cic. de Legg. II. 18. 33. p. 261. Hott. haec verba ita explicat: ut haud videri possit casu aliquo aut forte eventus cum divinatione convenisse. Recte: sed tenendum etiam, *nihil* poni cum vi pro *non*, q. d. non tantum res ipsa, sed omnes etiam eius partes, περιστάσεις, quas vulgo *circumstantias* dicunt: de cuius vocis usu v. Plexiaci Lex. Philosophic. p. 198. (Hag. Com. 1716. 4.). *Mr.*

animadversa et notata sunt,] Dav. et Rob. Steph. habent *ac* pro et, ut Codd. L. b. c. Cr. Sed cum reliqui libri omnes servent *et*, hoc praeferendum esse existimavi, cum praesertim *ac* post vocabulum in *a* desinens male sonet. Cod. S. *nota* pro *notata*. *Mr.*

In quo] Forsan *in queis*, nempe divinandi generibus. *Davies.*

in quo] Quia hoc refertur ad *ea genera*, videatur esse debere *in quis*. Sed potest intelligi *genere:* cuius generis et alia exempla sunt. *Ern.* — Rath. ait: i. e. *genere*. Alibi dicitur *in hoc genere sunt:* et illud singulare videri possit, quod haruspices in *generibus divinandi* ponuntur. Sed v. infra II. 11. 27. ubi est: *Artificiosae divinationis illa fere genera ponebas, extispicum — tum augurum. Mr.* Excusatur haec negligentia eo, quod noster in his libris sermones colloquentium imitatur. *K.*

numerantur.] Cod. R. *nominantur:* idem mox *et a Stoicis*. *Mr.*

Quorum alia] Conf. Lanzi Saggio d. l. Etrusca II. p. 567. sqq. *Cr.* In seqq. Cod. R. *etiam disciplina*. Pergunt Codd. M. et L. c. *quod et Etruscorum*. Conf. ad rem Censorin. de die nat. 14. p. 66. ed. Havercamp. et eund. XI. p. 50. *Mr.*

Et fulgurales et rituales libri] Aut omnia me fallunt, aut restituendum est fide Pal. sec. *et tonitruales:* sane rituales heic plane sunt inepte; et alioquin est in Pal. tert. ac quart. *tritruales*. *Gruter.*

Tonitruales *libri*] Sic recte Pal. sec. Reg. et Cantab. quod *Grutero* iure placuit. Adludunt etiam Med. Balliol. Pall. tert. et quart. qui *tritruales* exhibent. Vulgo *rituales*. Licet autem Hetruscorum fuerint *libri rituales*, ut constat ex *Censorino* de die Natali cap. 11, 17. hic tamen eorum mentio prorsus est absona, cum in iis perscriptum esset, *quo ritu condantur urbes, aedes sacrentur, qua sanctitate muri, quo iure portae, quo modo tribus, curiae, centuriae distribuantur, exercitus constituantur, ordinentur, ceteraque eiusmodi ad bellum, ad pacem, pertinentia;* quemadmodum docet *Festus*. Adeo ut huc eorum non conveniat argumentum. *Davies.*

et tonitruales libri,] Frandsen. Harusp. p. 8. ait: „Nonnulli Ciceronis MSS. pro *rituales* habent *tonitruales*. Quodsi haec lectio satis fir-

truales libri, vestri etiam augurales; alia autem subito [ex tempore] coniectura explicantur, ut apud Home-

mata esset, quartum librorum Tuscorum genus esset. Nusquam vero huius generis reperto vestigio, varia illa lectio ex prudentia potius librarii cuiusdam orta videtur, fulmina cum tonitrubus coniungere cupientis." Conf. eundem p. 6. Ernestus ad h. l. ita: „*Tonitruales* MSS. quidam, placebatque Grutero, recepit Davisius. Vestigium eius lectionis est etiam in MS. Guelf. qui habet *trituales*, quod est et in Edd. vett. ut Ven. 1494. Mediol. Ascensii, qui tamen in marg. notavit alios libros habere *tonitruales*." Lallemannus: „Regius compendiose scribit *trituales*. Male in vulgatis *rituales*, quorum hic mentio absona." Hott.: „*Tonitruales* Codd. Oxonn. *O* et *ψ*, nisi quod hic habet *trituales*, quae scriptura lectionis depravatae historiam perspicue offert. Vulgo: *rituales*." — Mihi ob praecedens *fulgurales* non admodum probatur *tonitruales*. Praefero *rituales*, quorum argumentum videtur fuisse universale vel generale, *fulguralium* peculiare vel quod dicunt speciale. *K*. — Possit quidem videri in *fulguralibus* libris ea etiam, quae ad *tonitrua* spectant, contineri, ideoque *rituales* esse praeferendum. Attamen, cum istorum librorum rationem parum noverimus, potuerunt etiam diversi fuisse tonitruales a fulguralibus. Servavi igitur *tonitruales*, quod habet Ed. Asc. 2. receperuntque praeter Ern. et Dav. etiam Bip. Hott. et Sch. estque in Codd. R. L. a. b. *Trituales* vero, eius vocis compendium, habent Codd. L. d. U. et Ed. Asc. 1. Conf. Creuzeri Symb. u. Mythol. I. p. 188. Heynii Opuscc. Acadd. III. p. 260. *Mr.*

Nostri *etiam augurales*] *Vestri* est in MSto, et ita scribendum est, ut ad *Ciceronis* auguratum referatur. *Ursin.*

Nostri *etiam augurales*] Non vacat retro legere, qui loquatur; sed monendus lector, Pall. omnes et Pithoeanum servare *vestri*. neque temeraria est talis conspiratio. *Gruter.*

Nostri etiam] Itane? Ignorabat hoc Gruterus, primi de Divinatione libri sermonem continuum procedere sub persona Quinti, eumque alloqui fratrem Marcum augurem? Hinc cap. 41. dixit: *quod vos augures nonis solebatis facere*. Et cap. 17. *Lituus vester*. Hinc τὸ *vestri* Tullianum credo. *Gronov.*

Vestri *etiam augurales*] Est a Pall. Ursin. Pith. Paris. Merton. Balliol. et Reg. Inepte vulgo *nostri etiam augurales*; nam Q. Tullius Marcum fratrem, qui augur fuit, adloquitur. *Dav.*

vestri etiam augurales;] MSS. plures *vestri*, quod recepit Dav., quia ad M. Fratrem pertineat: cum ipse Q. augur non fuerit. Et solet Cicero sic dicere: *ut est in libris vestris* etc. Sed hic opponi Etruscorum libris videntur: *Etruscorum libri — — nostri augurales*; ut *peregrina, externa* et *nostra* opponi solent. Igitur mutare non sum ausus. *Ern.* Atqui hanc ipsam ob causam, quia ista ratio magis in promptu est, lectionem vulgatam correctorum acumini tribuere malim. *Hott.* Quod Ern. ait, se mutare vulgatam (*nostri*) non esse ausum, non debuit dicere mutationem, si restituitur lectio plurimorum Codd. Habent enim *vestri* praeter Codd. Ursini, Gruteri et Davisii etiam Oxonn. omnes et nostri Cr. L. b. c. d. R. et M. idque praetulit Sch. *Mr.*

subito [*ex tempore*]] MS. Eliens. habet *subito ut ex tempore*. Inde Dav. reponendum suspicatur in Ed. pr. *subito et ex tempore*. Hottingero hic pleonasmus valde iners videtur, quamvis eum exemplis allatis defenderit Wopkens. Lectt. Tull. p. 258. quorum tamen, ait, quota pars glossatoribus debeatur, nemo facile dixerit. Aliquanto tamen lenius fore existimat, si adverbio in adiectivum mutato legas: *subita ex tempore coniectura*. Rath. et ipso loco depravato, quem supra correximus (30, 64.), *deinde deinceps* fulcire voluit vulgatam, et, ait, est de Fin. I. *principio*

without pagination
inaccordance with the
Schedule

rum Calchas, qui ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est; et ut in Sisennae scriptum historia videmus, quod te inspectante factum est, ut, cum Sulla

primum. Sed non est ita. De Finn. I. 6. 17. legitur: *Principio, inquam, in physicis, quibus maxime gloriatur, primum totus est alienus:* ubi vid. Goerenz. p. 21. videbisque, huius plane aliam, quam nostri loci esse rationem. In Cod. R. est *subito ex temporum;* in Ed. Asc. 1. *subito tempore.* Ego vero verba *ex tempore,* quae sunt a librario quodam adscripta ad interpretandam vocem subobscuram *subito,* cum contra librorum auctoritatem eiicere noluerim, uncinis tamen coercenda esse existimavi. *Mr.*

Apud Homerum Calchas] In editis perperam *Chalcas.* Vide sis infra lib. II. cap. 30. *Dav.*

ut apud Homerum Calchas,] Locus est Iliad. II. 299. sqq. quem locum ab ipso Cicerone latine conversum habes infra II. 30. *Mr.* — Verba *explicantur, ut — Calchas, qui — auguratus est* non bene structurâ consentiunt. Nullum facilius remedium scio, quam ut *qui* deleatur. *Ern.* — Suppl. *fecit* ad v. *Calchas,* quod facile assumi potest ex praecedente explicantur, ut adeo opus non sit, delere sequens *qui. Hott.* — In negligentiore sermone, qualis hic est ad similitudinem colloquentium, facile fero, indeque etiam illud explico, quod mox scribitur *quod factum est* sc. *ut emergeret. K.*

Ut in Sullae *scriptum historia videmus etc. ut cum* ille etc.] Feliciter hunc locum emendavimus praeeuntibus libris mss. sex, quatuor Pall. item Pithoeano et S. Victoris. hactenus falso lectum *ut in* Sisennae *scriptum historia vid. etc. ut cum* Sulla. nimirum haec talia cudit in Aldina officina Asulanus, vero similia potius quam vera. Petrus sane Victorius tale quid, quod nos, in suis invenit, nam etsi retineat *Sisennae,* expressit tamen *ille.* quod quam recte explicetur *Sisennae,* ipse viderit. Contra dicit ei diserte Val. Maximus 1, 8. *Gruter.*

In Sullae *scriptum historia videmus*] In editis plerisque perperam legitur *Sisennae;* nam L. Corn. Sylla de rebus suis reliquit commentarios. Vide *G. I. Vossium* de Histor. Latin. lib. I. cap. 9. Prodigium vero, quod hic memorat *Tullius,* ex eo repetit *Valerius Maximus* lib. I. cap. VI, 4. Adi sis et nostrum infra lib. II. cap. 30. Si *Ioanni* quidem *Freinshemio* credimus ad *Flori* lib. III. cap. XVIII, 13. idem tradunt *Obsequens* de Prodig. cap. 116. et *Plutarchus* in Sylla cap. 17. At omnino falsus est vir eruditus; nam *Conr. Lycosthenis* additamenta pro verbis *Obsequentis* habuit, nec huius ostenti meminit *Plutarchus.* Ait sane pag. 457. A. *Ὁ δὲ Συλλὰς ἄγων ἓξ τάγματα τέλεια μετὰ τοῦ συνάρχοντος ἀπὸ Νώλης ἐκίνει —— Ὁ δὲ μάντις Ποστούμιος, θύσαντος αὐτοῦ, καταμαθὼν τὰ σημεῖα, καὶ τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας τῷ Συλλᾷ προτείνας, ἠξίου δεθῆναι καὶ φυλάττεσθαι μέχρι τῆς μάχης, ὡς, εἰ μὴ πάντα ταχὺ καὶ καλῶς συντελεσθείη, τὴν ἐσχάτην δίκην ὑποσχεῖν βουλόμενος.* Sed nulla hic est *anguis ab ara infima emergentis* mentio; nec congruunt tempora; nam *Sylla cum primum ad urbem contra Marium castra movisset; adeo laeta exta immolanti fuisse scribit* Livius, *ut custodiri se Posthumius aruspex voluerit, capitis supplicium subiturus, nisi ea quae in animo Sylla haberet, Diis iuvantibus, implevisset.* Verba sunt *Augustini* de C. D. lib. II. cap. 24. *Davies.*

in Sisennae scriptum — cum Sulla in agro] Restitui hanc veterum Edd. scriptionem, quam exhibent Edd. Crat. Herw. (in varr. lectt.) Car. Steph. Rob. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. Vict. Manut. et recepit Sch. Commemoratur enim, ut monet Hott., Sisennae opus belli civilis Sullanique a

in agro Nolano immolaret ante praetorium, ab infima ara subito anguis emergeret; cum quidem C. Postumius haruspex oraret illum, ut in expeditionem exercitum educeret: id cum Sulla fecisset, tum ante oppidum Nolam florentissima Samnitium castra cepit. Facta 72.

Velleio Paterculo II. 9. et noster etiam infra II. 25. haec ipsa attingens, *multa,* inquit, *ante Marsicum bellum a Sisenna collecta attulisti;* nulla ibi notata codd. varietate. Ceterum vide de eo G. I. Vossium de Hist. Lat. p. 42–44. L. I. c. 10. *Mr.*

ut — emergeret;] Difficilior est structura orationis, si tamen sine vitio est. Conieci aliquando, legendum esse *emerserit* pro *emergeret*. *Ern.* – Id vero minime est necessarium. Pro *infima* cod. P. habet *infirma*. *Mr.*

Cum quidem *C. Postumius*] Male libri vulgati, *quidam*. alterum exstat in quadriga Pall. et prodidit Victorius, sed nemo sequi dignatus est: adeo procliviores sumus in peiora. *Gruter.*

cum quidem C. Postumius] *Quidem* si servas, intelliges cum Rathio *itaque*. Neque vero displicet *quidam*, utpote nomini hominis obscuri et haruspicis, qui nunquam in magno apud Romanos honore erant, additum. Et habent *quidam* Codd. Cr. U. P. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Lamb. Goth. Boul. et Ven. 1494. De hoc *C.* (Cod. Cr. habet *G.*) *Postumio aruspice* Frandsen. l. c. p. 18. sq. haec: „Apud Ciceronem, Plutarchum et alios haruspicis C. Posthumii [scr. *Postumii:* v. Cellar. Orth. p. 318.] nomen legitur. Postumiorum gens Romae nota. Itaque ille haruspex Romanus? Neque tamen huic genti eum adnumeravit Ernestus in Clavi s. v. neque rationes, cur id fecerit, sunt evictae, quia cognomen latet, atque sic esse Romanus potest, esse etiam Tuscus." Sed p. 26. ut certum posuit: „solos Tuscos, non vero Romanos, dum res publica libera erat, Romae haruspicinam exercuisse et haruspicum nomine esse gavisos." Cod. S. C. *Postumius ac post exoraret:* et *illa* pro *Sulla*. *Mr.*

florentissima Samnitium castra] Correxit Hott. ex Valer. Max. I. 6. 4. (ubi legitur *fortissima Samnitum castra*) nostro quoque loco *fortissima:* idque recepit Sch. Addit Hott.: *Florentissima castra* quid sibi velint, velim explicassent, qui se intelligere sunt arbitrati. Censor, quem non semel laudavimus, Ienensis 1794. 272. p. 459 sq. probabile id esse ait, ex Valerio Ciceronem esse corrigendum, cum ille hunc saepe ad verbum exscripserit. Sed posse etiam scripsisse Valerium *fortissima* explicandi causa, cum *castra florentissima* dictum videatur pro *castra, in quibus flos copiarum erat.* Rathio ita placebat Hottingeri emendatio, ut, cum ipse prius tentasset *ante Nolam, oppidum florentissimum, Samnitium castra cepit:* ut, inquam, hoc abiecto illud amplecteretur. Ego vero in Codd. et Edd. veterum omnium consensu nihil mutare ausus sum; praesertim cum et censoris, quem diximus, explicatio locum habere possit, et ipse noster *florere* pro *vigere* non semel dixerit. Vide modo Or. pro Planc. 35. 86. *quos ego florentes atque integros sine ferro viceram.* Philippic. XI. 15. 39. *Nihil enim semper floret: aetas succedit aetati: diu legiones Caesaris viguerunt: nunc vigent Pansae.* Et cum de Orat. I. 9. 38. dixerit *Civitas armis florentissima,* non video, cur dicere non potuerit *castra florentissima.* Scribitur in nonnullis Codd. et Edd. *Samnitum* pro *Samnitium;* hanc formam praestare monet K. L. Schneider. Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 253. sq. In Cod. Cr. scribitur *annitrium.* Ed. Asc. 1. *castra ēt* (sic) *cepit.* Vult *etiam cepit.* Sed ipsa vox *etiam* ibidem statim post *coniectura* omittitur, ubi abesse nequit. *Mr.*

coniectura etiam in Dionysio est, paullo ante quam regnare coepit: qui cum per agrum Leontinum iter faciens equum ipse demisisset in flumen, submersus equus voraginibus non exstitit: quem cum maxima contentione non potuisset extrahere; discessit, ut ait Philistus, aegre ferens. Cum autem aliquantulum progressus esset, subito exaudivit hinnitum, respexitque, et equum alacrem laetus aspexit, cuius in iuba examen
p.96.a. apum consederat. Quod ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis post diebus regnare coeperit.

34. Quid? Lacedaemoniis, paullo ante Leuctricam cala-
74. mitatem, quae significatio facta est, cum in Herculis

etiam in Dionysio est] Vox *in* deest in Cod. Cr., absorpta ab ultima praecedentis vocis littera. In seqq. Cod. R. omittit *ipse*. Codd. Cr. S. habent *dimisisset* cum Codd. L. b. d. U. et Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul. et Lambb. In seqq. *non* omissum est in Cod. R. *Mr.*

Submersus voraginibus non extitit] Vox postrema mihi non placet, nihil tamen variant libri nostri. *Grut.*

Submersus equus voraginibus non extitit] Ultima vox perperam *Grutero* suspecta fuit habita, quod *apparendi* significationem ei convenire nesciebat. Vide quae notavimus ad huiusce libri cap. XXVIII. Historiam vero sic narrat *Plinius* lib. VIII. §. 64. *Philistus a Dionysio relictum* (equum prodit) *in coeno haerentem; ut sese evellisset, secutum vestigia Domini, examine apum iubae inhaerente; eoque ostento Tyrannidem a Dionysio occupatam.* Eandem refert et *Aelianus* Var. Hist. lib. XII. cap. 46. ut olim monuit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XII. cap. 1. *Dav.*

non exstitit.] Vide, quae nos ad hoc verbum attulimus supra c. 28, 58: unde satis apparebit, quam vana Gruteri suspicio fuerit. Mox Cod. L. b. *trahere* pro *extrahere*. M. *fontis* pro *ferens*. Frenzelius in Seebodii Arch. f. Philol. u. Paed. I. 1. p. 140. credit Philisti auctoritatem ad sequentia potius desiderari, corrigitque: *Discessit aegre ferens. Cum autem aliquantum progressus esset, ut ait Philistus, subito exaudivit* etc. *Mr.*

Aliquantum *progressus esset*] Sic Paris. Med. Balliol. et libri *Victoriani*; non *aliquantulum*, ut vulgo. *Dav.*

aliquantulum] Restitui cum Verb. Ern. Oliv. Bip. et Sch. hanc Edd. vett. et Codd. multorum scriptionem, quam exhibent nostri Codd. Cr. U. P. M. L. a. d. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Boul. Sylb. Lamb. Goth. Grut. et Codd. Oxonn. praeter O. omnes. Neque sententia loci flagitat, ut *aliquantum*, i. e. longe, progressum fuisse Dionysium existimemus. In seqq. verba *subito exaudivit* desunt in Cod. R. in eodem mox verbum *aspexit*; in Cod. P. scribitur *tuba* pro *iuba*. In fine cap. Cod. R. pro *coeperit* habet *inciperet*. Cod. S. habet *respexit*, sine *que*. *Mr.*

Quod ostentum — coeperit.] Ex Plinii loco, quem laudat Dav., intelligi posse ait haec verba Hott. *ostento illo firmatum Dionysium regnum occupasse:* sed veriorem et Quinti consilio accommodatiorem recte idem monet esse hanc interpretationem: *ostento illo regni occupati eventum fuisse praesignificatum. Mr.*

facta est,] Codd. R. et L. d. *est facta*. Prior in seqq. *manarit* pro *manavit*. Rarior est constructio *simulacrum sudore manavit*, neque ea

fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manavit? At eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt; armaque, quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa. Cumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina

alibi videtur usus noster: sed plane ita dixit Liv. I. 59. prc. *cultrum manantem cruore:* ubi vid. interprr. in primis Drakenb. p. 424. Ed. Stuttg. ubi plura ex Livio et poetis exempla afferuntur. Quod h. l. dicitur *paullo ante Leuctricam calamitatem*, similiter dixit Diodor. Sicul. XV. 63. p. 51. ed. Wesseling. *ἐν τῇ περὶ Λεῦκτρα συμφορᾷ.* Infra II. 25. dicit *ante malam pugnam in Leuctris*. Ad v. *calamitatem* in Co. Vi. a. adscriptum est *συμφοράν*. Laudatur item Xenoph. *ἀπομνημ. γ.* [III. 5. 4.] *ἥτε σὺν Τολμίδῃ τῶν χιλίων ἐν Λεβαδίᾳ συμφορά.* De re ipsa comparantur nostri Tusc. Quaest. I. 46. et Offic. II. 7. 17. quo loco posteriore citantur haec Isocratea (Or. ad Philipp. c. 19. init.): *ἐπειδὴ τὴν μάχην ἡττήθησαν τὴν ἐν Λεύκτροις* etc. In seqq. pro *At eodem* Edd. Vict. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. est *Ac eodem:* quod, quamquam est contra morem Ciceronis et optimi cuiusque scriptoris, praetulit tamen Rathius. V. Tursellin. de Particc. p. 18. ed. Schwarz. Ad rem conf. Gaffarelli Curiositt. p. 64. Cod. S. habet *omnia sonuerunt. Mr.*

Thebis — — in templo Herculis] Audiamus *Xenophontem* Hellen. lib. VI. cap. IV, 7. *Ἀπηγγέλλετο δὲ ἐκ τῆς πόλεως αὐτοῖς (Θηβαίοις) ὡς οἵ τε νεὼ πάντες αὐτόματοι ἀνεῴγοντο, αἵ τε ἱέρειαι λέγοιεν, ὡς νίκην οἱ θεοὶ φαίνοιεν. Ἐκ δὲ τοῦ Ἡρακλείου καὶ τὰ ὅπλα ἔφασαν ἀφανῆ εἶναι, ὡς τοῦ Ἡρακλέους εἰς τὴν μάχην ἐξωρμημένου. Οἱ μὲν δή τινες λέγουσιν, ὡς ταῦτα πάντα ΤΕΧΝΑΣΜΑΤΑ ἨΝ ΤΩΝ ΠΡΟΕΣΤΗΚΟΤΩΝ.* Sane Epaminondas *ὁρῶν τοὺς στρατιώτας δεισιδαιμονοῦντας —— ἐφιλοτιμεῖτο διὰ τῆς ἰδίας ἐπινοίας καὶ στρατηγίας μεταθεῖναι τὰς τοῦ πλήθους εὐλαβείας. Διόπερ τινῶν προσφάτως παραγεγονότων ἐκ Θηβῶν, ἔπεισεν εἰπεῖν, ὅτι τὰ κατὰ τὸν νεὼν τοῦ Ἡρακλέους ὅπλα παραδόξως ἀφανῆ γέγονε, καὶ λόγος ἐν ταῖς Θήβαις διαδέδοται, ὡς τῶν Ἡρώων τῶν ἀρχαίων ἀνειληφότων αὐτὰ καὶ βοηθεῖν τοῖς Βοιωτοῖς ἀπεληλυθότων* etc. Ita loquitur *Diodorus Siculus* Bibl. lib. XV. pagg. 368, 369. *Dav.*

ut ait Callisthenes,] De eo vid. G. I. Voss. de Historr. Grr. I. 9. p. 40 — 42. De Philisto, quem paullo superius laudavit, v. eund. I. 6. 25 — 28. *Mr.*

se ipsae] *Ipsae* dictum pro *sponte* monet Beier. ad Cic. de Off. I. 22. 77. p. 181. cui adde Güntherum in libello utilissimo: *Deutschlatein. Gramm.* p. 20. In seqq. *quae* abest a Cod. U. et *fuerunt* scribitur pro *fuerant* in Cod. R. In Cod. S. est *aperuerant*, et omittuntur verba *fuerant ea.* Idem pergit *humi sunt. Mr.*

ea sunt humi inventa.] *Ea* mihi h. l. suspectum est: nec sic Cicero solet in hac forma eo pronomine uti. *Ern.* — Sed recte Hott. et alia loca ad defendendam hanc lectionem affert, et hunc de Off. I. 35. *Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem; quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu.* Iam vid., quae ad hunc locum monent Heusinger. p. 295. et Beier. T. I. p. 262 sq. et quos hic laudat interprr. Ciceronis: quibus inspectis nihil ultra desiderabis. In Cod. S. est *humi sunt. Mr.*

apud Lebadiam] Cod. R. *Thebas.* Codd. P. Cr. U. L. b. c. d. *Thebaidam* et sic Ed. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed duae posteriores *Leba-*

fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere coepisse, ut nihil intermitterent: tum augures dixisse Boeotios, Thebanorum esse victoriam, propterea quod
75. avis illa victa silere soleret; canere, si vicisset. Eademque tempestate multis signis Lacedaemoniis Leuctricae pugnae calamitas denuntiabatur. Namque et Lysandri, qui Lacedaemoniorum clarissimus fuerat, statuae, quae Delphis stabat, in capite corona subito exstitit ex aspe-

diam habent in varr. lectt.). Ad rem v. Creuzer. ad Cic. de N. D. III. 22. p. 607. Mox Cod. S. *gallos gallicanos*. *Mr.*

gallos gallinaceos — canere coepisse,] Transit ex oratione recta in obliquam non durius, quam supra c. 26. *Exin cuidam rustico Romano — visus est venire, qui diceret — — iterum esse idem iussum.* Similiter de Orat. I. 54. 231. *Socrates quum ei — orationem — Lysias attulisset, quam — edisceret, — commode scriptam esse dixit: sed, inquit, ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, — — sic illam orationem disertam sibi — videri, fortem et virilem non videri.* In seqq. Codd. S. Cr. pro *Boeotios* habent *Boetio*. L. c. et P. *Boeotio*. B. *Boetios*. Vocem *quod* omittit Cod. S. *Mr.*

Silere solet] Vulgo *soleret;* sed melior est ea lectio, quam praestant Victor. et Ven. 1471. Vide lib. II, 26. *Dav.*

silere soleret;] Flagitabat ratio grammatica, ut restitueretur *soleret*, pro prava quorundam Codd. et editorum lectione *solet*, quam respuit, quod sequitur *si vicisset*, quod ex augurum Boeotiorum, neque vero ex Quinti, persona dictum esse manifestum est. Quare iam dudum recte oblocuti sunt in eandem fere sententiam Hott. et Rath. Pro proba lectione stant Codd. nostri L. a. c. d. R. U. M. P. Edd. Car. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. Grut. Ern. Bip. Hott. Sch. et Co. Vi. b. *Mr.*

Lysandri — statuae — in capite corona subito extitit — stellaeque aureae] *Plutarchus* Tom. II. pag. 397. E. *Οἱ δὲ ἀστέρες ἠφανίσθησαν, οὓς Λύσανδρος ἀνέθηκεν ἀπὸ τῆς ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίας· ὁ δὲ αὐτοῦ τοῦ Λυσάνδρου λίθινος ἀνδριὰς ἐξήνθησεν ἀγρίαν λόχμην καὶ πόαν τοσαύτην τὸ πλῆθος, ὥστε κατακρύψαι τὸ πρόσωπον.* Hae vero stellae Delphis a Lysandro videntur positae, quod fuerunt, *οἳ τοὺς Διοσκούρους ἐπὶ τῆς Λυσάνδρου νεὼς ἑκατέρωθεν — ἄστρα τοῖς οἴαξιν ἐπιλάμψαι ἔλεγον,* ut narrat idem in *Lysandro* pag. 439. C. *Dav.*

Namque et Lysandri — statuae — corona — exstitit] Verba *Namque — clarissimus* Cod. U. nonnisi in marg. habet. Scribitur *in Lysandri — statua* in Codd. L. c. et P. In Codd. L. b. d. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sylb. item est *statua,* sed sine *in*. Cod. Cr. habet: *in Lysandri statuaque Delphis stabat:* Cod. R. *Namque in lisandri — Lacedaemoniorum dux clarissimus — statua.* Ceterum vid., quae ad verba *statuae, quae — stabat* diximus ad Cic. de Legg. II. 11. p. 240. ed. nostr. et Cr. *Exstitit* eodem fere, quo cap. praeced. sensu ponitur. Pro *stellaeque* est *stellae quoque* in Cod. Cr. Male: nam *que* respondet praecedenti *et* ante *Lysandri,* cuius structurae exempla vid. ap. Tursellin. de Particull. p. 256. ed. Schwarz. „Haec eadem, ait Victor. Varr. Lectt. XVI. 6., Plutarchus tradit in eo libro, quo quaerit, cur Pythia versus facere desierit. Alia narrat Xenophon rerum Graecarum lib. 6: horum, quae a Cicerone commemorantur, non meminit.“ *Mr.*

ris herbis et agrestibus: stellaeque aureae, quae Delphis
erant a Lacedaemoniis positae post navalem illam victo-
riam Lysandri, qua Athenienses conciderunt, (qua in
pugna quia Castor et Pollux cum Lacedaemoniorum
classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum,
stellae aureae, quas dixi, Delphis positae) paullo ante
Leuctricam pugnam deciderunt, neque repertae sunt.
Maximum vero illud portentum iisdem Spartiatis fuit, 75.
quod, cum oraculum ab Iove Dodonaeo petivissent, de
victoria sciscitantes, legatique illud, in quo inerant sor-
tes, collocavissent; simia, quam rex Molossorum in de-
liciis habebat, et sortes ipsas et cetera, quae erant ad

Stellaeque aureae etc. conciderunt] Aut omnia isthaec supervacua sunt, aut illa post, *qua in pugna et deciderunt*. *Gruter.*

Athenienses conciderunt,] Eadem locutione translata dixit ad Att. I. 16. post med. *ne patres conscripti — conciderent. Mr.*

Qua in pugna — Delphis positae] Parenthesi voces has inclusimus, ne sint, qui, cum *Grutero*, eas a mala manu irrepsisse censeant; neve sint, qui, cum *Lambino*, reponant *quas dixi Delphis a Lacedaemoniis positas fuisse;* nam receptam lectionem praestant omnes MSSti, neque raro fit, ut intelligatur *verbum substantivum*. *Davies.*

(*qua in pugna — Delphis positae*)] Verba *qua in pugna* absunt a Cod. L. d. Rath. cum Grutero facit, dicens: „haec Scholiasten redolent, ut iam alii odorati sunt. Ac ne te, iis inductis, propinquitas illa ingrata auribus *conciderunt, deciderunt*, offendat [offendit nimirum Hottingerum], scito, edd. vett. habere *decidĕre.*" Hottingerum quoque repetitio ea male habet: sed non occurrere sibi medendi rationem ait. Neque hic locus medela eget. Loquitur plane ex sua consuetudine noster, et ne unum quidem vocabulum supervacaneum est. Lamb. non in fine tantum parentheseos aliquid immutavit, quod narrat Dav., sed in initio quoque, scribens: *quia in ea pugna*. Cod. S. habet *in Lacedaemoniorum. Mr.*

deciderunt] Legitur *decidere* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In seqq. Cod. Cr. habet *idem Sparciatis;* posterius habet etiam Cod. R. omissa voce priore. Paullo post Cod. Cr. *de victoria petivissent sciscitantes. Mr.*

illud, in quo inerant sortes,] *Illud* sc. *vas*, quod fortasse excidit. *Ern.* Nihil certius est, quam vel corruptum vel mutilum esse locum: illud difficilius dixeris, quomodo sit sanandus. Non enim tantummodo *vas* deest: fortasse vocabulum eiusdem significationis latet in v. *illud;* sed deest etiam aliquid ad verbum *collocavissent*. Nam, ut concedamus, verbum collocandi interdum ita poni, ut sit *suo loco collocare* v. c. in Catil. III. 9. 21. *quo* (signo Iovis) *collocato:* hoc tamen loco id non facile concesseris; credas potius, illud vas *non suo loco* collocatum fuisse, cum simia id arripere sortesque disturbare potuerit. Nolo hariolari coniectando: sufficiat, vulnus latitans, magis etiam, quam ab Ernesto factum est, demonstrasse. Vocem *sortes* omittit Cod. M. In seqq. Ed. Asc. 1. habet *Simia rex quam Molossorum.* Mox Cod. R. exhibet: *et cetera ipsa, quae ad sortes erant parata.* Verba *ad sortem* explicat Hott.: ad oraculum per sortes edendum. Cod. S. habet *similia quem* pro *simia quam. Mr.*

sortem parata, disturbavit, et aliud alio dissipavit. Tum ea, quae praeposita erat oraculo, sacerdos dixisse dicitur, de salute Lacedaemoniis esse, non de victoria, cogitandum.

35. Quid? bello Punico secundo nonne C. Flaminius,
77. consul iterum, neglexit signa rerum futurarum magna cum clade rei publicae? Qui, exercitu lustrato, cum Arretium versus castra movisset, et contra Hannibalem legiones duceret; et ipse et equus eius ante signum

et aliud alio dissipavit.] De constructione v. Schellerum in Praeceptt. Styli bene lat. I. p. 505. Cod. M. et priore loco et hoc habet *disturbavit.* Mox Cod. R. omittit *praeposita* et exhibet *oraculo erat.* Codd. Cr. U. et Ed. Asc. 1. *erant oraculo.* Quod ad verba cum superioribus convenit locus de N. D. II. 15. 41. *ignis — quocunque invasit, cuncta disturbat ac dissipat.* Cod. S. habet *proposita. Mr.*

Nonne C. Flaminius *consul iterum*] Sic legendum, non *C. Flamininus,* ut in prima editione impressum est, me nesciente. Quis enim hunc C. Flaminium ignorat? aut quis nescit hunc fuisse plebeium, et Flaminium eius esse nomen, cognomen autem esse incognitum atque incertum? Contra, quem praetereat, *Flamininum* esse Quinctiorum cognomen? et Flamininos esse Quinctiae gentis? Idem erratum pervasit usque ad duo loca. Tanta est mali amplificandi facilitas ac libido! *Lambinus.*

Nonne C. Flaminius] Cod. R. *numne G. Flaminius,* Cod. Cr. *nonne G. Flamminius.* Cod. U. *Flamininus. Mr.* — Lectioni *Flamininus* lapides Capitolini refragantur, in quibus, ubicunque huius mentio fit, *Flaminius* legitur. *Br.*

signa rerum futurarum] Cod. R. in marg. *signa futurarum rerum. Mr.*

magna cum clade rei publicae.] Ita locutus est noster in Verr. Act. II. L. I. 24. 62. *cum magna calamitate et prope pernicie civitatis.* Epp. ad Famm. X. 24. *cum detrimento eorum maximo,* et mox: *summo cum terrore hominum. Mr.*

exercitu lustrato,] De lustratione exercituum Romanorum vid. quae laudat I. A. Ernest. ad Tacit. Annall. XV. 26. fin. *Cr.* — De Lustrationibus exstat doctissimus isque admodum rarus liber I. Lomeieri. Ultrai. 1681. 4. ubi v. cap. XXXI. p. 296 — 302. de lustrationibus exercituum. *Mr.*

Equus eius ante signum Iovis Statoris] Quae hic memorantur prodigia sic narrat *Valerius Maximus* lib. I. cap. VI, 6. *C. Flaminius cum inauspicato consul creatus apud lacum Trasimenum cum Hannibale conflicturus convelli signa iuberet; lapso equo super caput eius, humi prostratus est: nihilque eo prodigio inhibitus, signiferis negantibus signa moveri sua sede posse, malum, ni ea continuo effodissent, minatus est. Silius Italicus* idem Poeticis additamentis exornatum tradit lib. v, 59.

Tunc ales, priscum populis de more Latinis
Auspicium, cum bella parant, mentesque deorum
Explorant super eventu, ceu praescia luctus,
Damnavit vesci, planctuque alimenta refugit.
Signa etiam affusa certant dum vellere mole,
Taeter humo lacera nitentum erupit in ora
Exsultans CRUOR. ——

Vide *Plutarchum* in Fabio p. 175. B. *Livium* lib. XXII. c. 3. et *Florum* lib. II. cap. VI, 24. *Davies.*

Iovis Statoris sine causa repente concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret proelium. Idem cum tripudio auspicaretur, pullarius diem proelii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quaesivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. Cum ille quiescendum respondisset: Flaminius, „Praeclara vero auspi„cia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil „geretur." Itaque signa convelli, et se sequi iussit. Quo tempore, cum signifer primi hastati signum non posset movere loco, nec quicquam proficeretur, plures

nec eam rem] Cod. M. *nam eam rem*. Ad v. *obiecto signo* Ern. haec: „cum hoc ei pro signo evenisset, non esse proelium ineundum." Hott.: quamvis obiectum hoc a diis signum periti putarent: idem ad v. *sine causa* recte subaudit *apparente*. Cod. Cr. habet in contextis *oblato signo*, in marg.: al. *obiecto*. Illud quamvis per se ferri posset, tamen minus est ex usu Ciceronis: hoc saepius obvium; v. c. Acadd. II. 16. 49. *si tale visum obiectum est a deo dormienti*: de Divin. I. 16. 30. *sed signo obiecto monuit Crassum, quid eventurum esset*. Est tamen Acadd. II. 15. 48. *neque quidquam interesset inter intestinum* (visum) *et oblatum*. *Mr.*

Idem cum tripudio auspicaretur,] Cod. R. *illud* pro *idem* et *auspicarentur* pro *auspicaretur*. Cod. L. d. *id est* pro *idem*. Haec verba Rathius ita explicat: „cum aves auspicium facerent, et Flaminius sine tripudio solistimo auspicaretur." Sequitur in Cod. Cr. *pullatius*. R. *pullatus* — *differrebant*. Verbum *differebat* recte Ern. explicat: differendum dicebat. Verba *quaesivit* — — *Flaminius* desunt in Cod. R. eorumque loco est: *quod sine pena quidem*. *Mr.*

si ne postea quidem] Sch. nihil monens correxit *nec* pro *ne*, praeter necessitatem, si quid video. Ed. Asc. 1. habet *sine praeterea quidem*. Cod. S. *sive posteaquam pulli*. De usu dictionis *nec* — *quidem* monuerunt Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 26. 82. Gernhard. ad Cic. de Sen. IX. 27. X. 33. ad Parad. III. 1. 22. et Addend. p. 319. Mox Cod. L. c. *censerent* pro *censeret*. *Mr.*

et se sequi] Codd. U. M. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. omittunt *se*. In seqq. Cod. R. habet *signifer primi a stante*. *Mr.*

Signifer primi hastati] *Aldus Manucius*, eumque secutus Metaphrastes Gallicanus, signiferum *primi centurionis* ridicule censent intelligendum. Denotatur enim primi manipuli seu ordinis hastati signifer. Vide *Iust. Lipsium* Mil. Rom. lib. II. Dial. VIII. p. 88. *Dav.*

Nec quicquam proficeretur] *Lambinus* et *Aldus* nepos exhibent, *nec quicquam proficeret*; sed multo potior est lectio, quam praestant *Victorius*, *Gruterus*, nostrique MSSti. *Dav.*

nec quicquam proficeretur,] Cod. R. *ne* pro *nec*. Scripsi autem *quicquam*, neque vero cum Ern. Hott. Sch. aliis *quidquam*, ad eam regulam, quae est apud Grotefend. Orth. Lat. §. 146. coll. Cellar. Orthogr. Lat. p. 64. sq. *Proficeretur* autem tuentur Codd. nostri omnes et Edd., exceptis Asc. 1. Car. Steph. Lamb. Goth. Ald. Boul., Sylb. Sturm. Brut. *Mr.*

plures cum accederent,] Qui signiferum in evellendo signo iuvarent. *Ern.* Oliv. ex ed. Lamb. pr. enotavit *accessissent* pro *accederent*. Illud accuratius ad grammaticorum regulas: sed correctoris esse videtur. *Mr.*

cum accederent; Flaminius, re nuntiata, suo more neglexit. Itaque tribus horis concisus exercitus, atque
78. ipse interfectus est. Magnum illud etiam, quod addidit Coelius, eo tempore ipso, cum hoc calamitosum fieret proelium, tantos terrae motus in Liguribus, Gallia,

Re nuntiata] Malim *rem nuntiatam suo more neglexit. Dav.*

re nunciata] Si cum Dav. correxeris *rem nunciatam*, Ciceronem correxeris, non librariorum errorem. Eiusmodi constructiones nostro admodum sunt familiares, ut, cum ex praecedentibus facile intelligi potest accusativus vel substantivi (h. l. *rem*) v. pronominis (h. l. *eam*), omittatur. Conf., Vossius (G. I.) in Aristarcho L. VII. c. 23. p. 411. *Mr.*

Tribus his *horis*] Pronomen *his* coactus sum interponere e libris scriptis, visiturque in Victoriana. *Grut.*

Tribus horis] Vulgo *tribus* his *horis;* sed media vox omnino supervacanea videtur, nec in Reg. comparet; quapropter eam delevimus. *Tres ferme horas pugnatum* esse notat etiam *Livius* lib. XXII. cap. 6. *Dav.*

tribus horis] Vulgo interponitur *his* vel *iis:* sed id plane friget. Itaque cum et in MS. Reg. non repertum sit, cum Davisio delevi. Delevit et docta manus in exemplo meo ed. Ven. 1494. *Ern.* Mirari satis non possum, non dico Rathium, sed Hottingerum etiam, Wopkensio paruisse, Lectt. Tull. p. 259. sq. exemplis plane a nostro loco alienis perperam intrusum pronomen defendenti. Quasi vero Ern. Davisius et, qui primus a Rathio *his* delevisse dicitur, Sturmius, nescierint, quod pueros nescire dedecet, *tribus his horis* a nostro dici posse et saepius dici pro: *tribus horis proximis*. Sed illud viderunt, *his* nostro loco ita poni non posse, quod non vidit Wopkensii, vocabula saepe, nec sententiam spectantis, diligentia. Non potest dici *his* pro *proximis*, nisi vel de re praesenti sermo est (ubi ad tempus praeteritum et futurum referri potest) vel nisi in narratione de tempore certo, intra quod aliquid factum esse dicitur, iam constat. Et eiusmodi sunt omnia, quae attulit Wopk., exempla: Ortum est illud *his* ex compendio vocis *horis* (*h̄is* vel *H̄IS* scripto), cui in margine illius siglae explicatio adscripta erat, quam cum ipso scribendi compendio receperunt librarii. Nec vero omnes: abest enim vox superflua a Codd. nostris L. a. b. d. P. et Edd. Herw. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sturm. Lamb. Goth. Verb. Oliv. Dav. Ern. Bip. Sch. Male ego ad Cic. de Rep. VI. 11. 472. vocem *his* probavi. *Mr.*

Eo tempore ipso, cum hoc *calamitosum fieret* praelium] Dictio *praelium* non est in mss. nostris. habetque Pal. tert. *ipso hoc quo cal.* et forsan quinque voces a fine sunt scribarum. *Gruter.*

Cum hoc calamitosum proelium *fieret*] A nostris, non minus ac Pall. MSStis abest *proelium:* propterea tamen has quinque voces, cum *Grutero*, irrepticias esse non arbitrarer, sed omissionis potius damnarem librarios. *Davies.*

hoc calamitosum fieret proelium,] Restitui ordinem librorum plurimorum, cum Dav. ediderit *proelium fieret*. Illum servant Codd. L. a. d. U. P. Edd. Car. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. Grut. Verb. (quamquam in hac operarum errore expressum est *fuerit*) Ern. Oliv. (qui repetiit errorem Verb.) Bip. Hott. Sch. Vocem *proelium* omittunt Oxonn. Codd. omnes et nostri L. b. R. M. S. quam quomodo eleganter abesse posse credam cum Hott., rationem, apud Ciceronem quidem, non reperio. *Mr.*

Tantos terrae motus in Liguribus, Gallia, compluribusque insulis, totaque in Italia factos esse] Cum tam late se diffuderit, tantasque strages dederit hic terrae motus, absurde

compluribusque insulis, totaque in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factae sint, terraeque desederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque in amnes mare influxerit.

dubitat *Florus* lib. II. cap. VI, 14. an non *illum horrorem soli, equorum virorumque discursus et mota vehementius arma fecerint*. Adi *Livium* lib. XXII. cap. 5. [ubi Drak. hunc Cic. locum laudat] *Plutarchum* in Fabio pag. 175. *Plinium* H. N. lib. II. cap. 84. *Orosium* lib. IV. cap. 14. et *Silium Italicum* lib. V, 611. seqq. *Davies*.

compluribusque] Cod. R. *cum pluribusque*: idem mox *totaque Italia* omisso *in*; quod non alienum est a Ciceronis usu, v. c. Philippic. XI. 2. *et nunc tota Asia vagatur*. Verr. Act. II. L. II. 49. 120. *tota Sicilia — neminem senatorem factum esse gratis*. Caesari, Livio aliisque historicis hi ablativi omissa praepositione sunt familiares. Conf. Held. ad Caes. de B. C. I. 2. p. 5. sq. qui etiam de B. C. VI. 66. *tota Gallia* pro *toti Galliae* (imperati) ex tribus optimae notae libris fortasse recepisset, nisi verbum *imperati sunt* dativo patrocinaretur. *Mr.*

labes factae sint] Singulari utitur de Amic. XII. 41. *Videtis — quanta sit facta labes*. Quod cum vidissent librarii, saepissime Ciceronem eo substantivo ita uti, plurali rarissime, nostro quoque loco nonnulli scripserunt *facta sit*. Ita enim est in Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. Tenendum autem *labes* h. l. proprie dici pro terrae lapsu (*Erdfall*), quem *chasma* appellat Seneca Quaest. Nat. VI. 9: eodemque sensu est infra c. 43. *labes agri Privernatis*. Adde de N. D. II. 5. 14. ibiq. nostr. annot. p. 89. sq. ed. nostr. min. Heynii Opuscc. Acadd. III. p. 259. Pro *labes factae* est in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. *labefactae*, in Cod. U. *habes factae*, in L. a. *lues factae*. Tum *desiderint* legitur in Codd. M. et L. a., *descenderint* in Cod. R. *Mr.*

Atque amnes mare influxerit] Vulgo *atque in amnes*; sed illam praepositionem nesciunt Paris. Balliol. Med. Reg. aliique MSSti, nec rarae sunt eiusmodi constructiones. *Cicero* Tusc. II, 10. *Guttae, quae saxa adsidue instillant Caucasi*. *Lucretius* I, 117.

An pecudes alias divinitus insinuet se.

Infinita sunt huius generis: at unicum proferam locum *Minucii Felicis*, ut ei veterem reddam lectionem. Igitur ille cap. 5. *Caelum licet sua materia suspenderit: licet terram fundaverit pondere*, et *mare licet influxerit* e liquore. Sic MSS. Paris. et Antwerp Vulgo quidem dant, *licet terram* fundaverint pondera *et mare licet influxerit* liquor. Verum si repetatur ἀπὸ κοινοῦ *sua materia*, non est cur a Codicibus, quod *Rigaltius* et alii fecere, recedamus. *Dav.*

fluxerint — influxerit.] Vir doctus in Miscellann. Obss. III. 1. p. 7. (Iortinus) non nimis eleganter ait se excipere haec duo verba, sed tamen se locum a Cicerone ita scriptum credere. Alius vero (Dorvillius) ibidem ait: „si libri addicerent ultima verba, ut laciniam inutilem, rescinderem. Non enim in contrarias partes labi aut fluere solent flumina, nisi mare in ea influxerit: ut apud Ovid. I. VIII. 1.“ Dorvillio respondet Hott., se illa verba de cursu fluminum mutato inflexoque intelligere. Ad Iortini autem verba monet, sibi verbum *fluxerit* delendum videri, quippe quod facile anticipari potuerit ex sequenti *influxerit*. Merito autem servavit *fluxerint* Sch.; quod non magis debet offendere, quam supra c. 24. *conciderunt — deciderunt*, etiamsi parenthesis interposita abesset. *Mr.*

atque in amnes mare influxerit.] Non debebant obsequi Hott. et Sch. Davisio, praepositionem *in* delenti

36. Fiunt certe divinationum coniecturae a peritis. Midae illi Phrygio, cum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt. Divitissimum fore, praedi-
p.97.a. ctum est: quod evenit. At, Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum

auctoritate aliquot librorum et locorum, quae affert, poeticorum: nam locus quoque ex Cic. Tuscc. II. 10. quem laudat, senarius est iambicus. Et tuetur praepositionem *in* usus Ciceronis, de quo v. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 327. sq. et habent eam Codd. L. a. c. Cr. U. S. R. P. Edd. Rob. Steph. Car. Steph. Camerar. Brut. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. Verb. Grut. Gron. Oliv. Ern. Bip. Unum ex multis addemus exemplum, quo nostrum verbum de flumine dictum *in* servat: Tuscc. I. 39. 94. *apud Hypanim fluvium, qui — in Pontum influit.* Cod. S. habet *in nives* pro *in amnes:* tum *mare influxerint. Mr.*

Fiunt certe etc.] Edd. Asc. 1. 2. *fiunt certae:* quod nisi nimis abrupte dictum esset, placere posset. Neque vero alicui auctor sim, ut coniiciat: *fiunt certe certae divinationum coniecturae.* Melius esset *Fiunt autem certae.* Verba *div. coniect.* explicat Hott. *divinationes per coniecturam. Mr.*

Midae illi Phrygio] Hanc historiolam referunt *Valerius Maximus* lib. I. cap. VI, 2. extern. *Aelianus* V. H. lib. XII. cap. 45. et *Ioannes* Sarisberiensis Policr. I, 13. pag. 40. *Dav.*

Midae illi Phrygio] Cod. R. *me de illifrigio.* Scribitur *Phrygi* in Codd. Cr. L. b. c. d. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Ald. In Ox. ψ. est *Phryggi.* Ox. E. *fugi.* Ad rem et lectionem conf. Creuzeri Meletemm. I. p. 74. In Cod. S. est *esset puer* pro *puer esset.* In Co. V.i. a. citatur noster infr. II. 31. *Mr.*

Divitissimum] Balliol. habet *ditissimum;* sed ad magis usitatam loquendi rationem Tullius a librario fuit reformatus. Vide *Corn. Nepotem* Phocion. cap. 1. et *Fr. Fabricium* ad *Ciceronis* Offic. lib. II. cap. 17. Midae vero divitias cuncti fere celebrant Scriptores. Adi Scholiasten ad *Aristophanis* Plutum vs. 287. et *Diogenianum* VII, 43. *Dav.*

divitissimum] De hac forma vide, quae disputavimus ad Cic. de Rep. I. 17. p. 51. Stuttg. Tuentur autem *divitissimum* Codd. L. a. b. d. M. Edd. Rob. Steph. Grut. Ern. Hott. Sch. et Oxonn. omnes. Sequitur in Codd. M. S. *fore quod evenit praedictum est.* Vocem *est* omittit Cod. R. *Mr.*

At Platoni, cum in cunis] Sic omnes editi; sed male: non enim hoc infanti Platoni, verum iis, qui peritos eo nomine consuluerant, est responsum. Itaque legendum *At, Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est* etc. Scilicet mutandus est virgulae locus. *Dav.*

At, Platoni] i. e. Atque. *K.* — Malebat Rath. *Ac:* et aliquando se coniecisse ait: *Ac de Platone.* Hoc vero est Ciceronem corrigere. Neque priore coniectura opus esse, poterat discere ex Tursellino de Particull., qui p. 142. loca ex Cic. affert, quibus continuandae orationi inservit. *Mr.*

in cunis parvulo] Herelio l. c. p. 133. vox *parvulo* glossa videtur verborum *in cunis dormienti,* cum, Platonem ephebum non in cunis dormivisse, per se intelligatur et l. II. c. 31. de eadem re dicatur *in labris Platonis pueri.* Ego vero ita multa Ciceroni abiudicari posse existimo, quae tamen re vera scripsit. Narrat Quintus, accidisse hoc Platoni *parvulo* [puero], et quidem *in cunis dormienti,* neque vero alibi; nam poterat etiam dormire in gramine vel alicubi. — Pro *consedissent* est *conscendisset* in Cod. U. *Mr.*

Apes in labellis consedissent] *Olympiodorus* in vita Platonis pag. 583.

est, singulari illum suavitate orationis fore. Ita futura eloquentia provisa in infante est. Quid? amores ac 78 deliciae tuae, Roscius, num aut ipse, aut pro eo Lanuvium totum mentiebatur? qui cum esset in cunabulis educareturque in Solonio, qui est campus agri Lanuvini; noctu lumine apposito, experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. Quo aspectu exterrita clamorem sustulit. Pater autem Roscii ad haruspices retulit: qui responderunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore.

Γεννηθέντα τὸν Πλάτωνα λαβόντες οἱ γονεῖς, βρέφος ὄντα τεθείκασιν ἐν τῷ Ὑμηττῷ — καὶ, κειμένου αὐτοῦ, μέλιτται προςελθοῦσαι πεπληρώκασιν αὐτοῦ τὸ στόμα κηρίων μέλιτος, ἵνα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ γένηται,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Plinius H. N. lib. XI. cap. 17. *Apes sedere in ore infantis tum etiam Platonis, suavitatem illam praedulcis eloquii portendentes.* Eadem referunt *Valerius Maximus* lib. I. cap. VI, 3. extern. *Aelianus* Var. Hist. X, 21. XII. 45. ac *Ioannes* Sarisberiensis Policr. I, 13. p. 39. *Dav.*

singulari illum suavitate] Vocem *illum* omittit Cod. M. Ad v. *provisa* in marg. Edd. Lamb. Goth. Verb. est al. *praevisa.* Ita nimirum habent Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Et certe proclive est ita corrigere. Sed manum inhibet illud, quod, cum utrumque verbum simillimis compendiis scribatur, in libris semper permutari solent, neque igitur, multis certe locis, ex literarum ductibus res dirimi potest: deinde permulta sunt loca in his ipsis libris, quibus *praevidere* exspectes, *providere* reperias: denique in ipsa praepositione *pro*, si eius originem spectes, nihil est, quod impediat, quo minus *providere* sit sequentia v. futura videre, antequam fiunt. Unum ex pluribus addam exemplum: de Div. II. 6. *Qui potest provideri, quidquam futurum esse, quod neque causam habet ullam, neque notam cur futurum sit?* *Mr.*

deliciae tuae] De hoc usu monet Vorstius de Latinit. Selecta p. 10. ibique et nostrum et alia affert loca. Vocem *tuae* non habet Cod. U. De *Q. Roscio* hoc, comoedo, Ciceroni in primis caro, sunt et alia complura loca, et haec memorabilia de N. D. I. 28. de Legg. I. 4. Pro *num* est *non* in Cod. R. — Co. Victt. a. laudant nostrum II. 31. *Mr.*

cum esset in cunabulis] Ita de Rep. II. 11. *in cunabulis vagientem,* ubi vid., quae nos de usu substantivi simplicis et compositi (*incunabula*) monuimus. *Mr.* Add. Cic. de Senect. XXIII. 83. ibiq. Gernhard. p. 158. *Cr.* Laudatur in Co. Vi. a. noster I. 24. *Mr.*

qui est campus agri Lanuvini,] Eodem iure, quo supra c. 17. et 34, dixeris, haec verba glossam redolere, cum neque M. Cicero, neque lectores, qui tum erant, paullo doctiores hoc ignoraverint. Quod autem dico *eodem iure,* eâdem fieret iniuriâ. *K.* Vocem *agri* non habet Cod. R. Ceterum haec verba pro additamento glossatoris habet Frenzelius in Seebodii *Arch. f. Philol.* I. 1. p. 140. *Mr.*

lumine apposito,] De usu vocis *lumen,* quo est candela accensa et lucem praebens, v. Vorstium de Lat. Sel. p. 35. sq. — Pro *apposito* in Cod. P. est *exposito,* oculo scriptoris ad vocis sequentis initium aberrante. In seqq. Cod. R. habet *extulit* pro *sustulit.* *Mr.*

Atque hanc speciem Pasiteles caelavit argento, et noster expressit Archias versibus. Quid igitur exspectamus? an dum in foro nobiscum dii immortales, dum

Hanc speciem Praxiteles] Non intelligitur celeberrimus ille statuarius; at cognominis caelator, qui Pompeii M. vixit aetate. Vide *Fr. Iunium* in Catal. Artif. pag. 175. *Dav.*

hanc speciem Pasiteles] Dudum emendaverat Winckelmann. in *Gesch. d. K.* IV. 1. p. 83. ed. nov. Dresd. *Pasiteles.* Quod Hottingerus h. l. caelatorem *Praxitelem* intelligi vult, laudans Plinium H. N. XXXIII. 12. 55. poterat ab eodem Winckelmanno in *Monumenti antichi inediti, Tratt. prelim.* p. LXXXVI. c. 4. p. 207. sq. ed. operr. Winckelm. Dresd. T. VII. discere, etiam ibi *Pasitelem* esse *Praxiteli* substituendum. Cf. Animadverss. in Winckelmann. IV. 1. p. 168. et Siebelisii Indicem p. 328. Hinc corrigendus est etiam Iunii Catalog. Artificum p. 175. et Harduin. ad Plin. l. l. p. 632. De hoc Pasitele Plinius H. N. XXXVI. 5. 12. ex Varrone: *Thespiades admiratur et Pasiteles, qui et quinque volumina scripsit nobilium operum in toto orbe. Natus hic in Graecia, Italiae ora, et civitate Romana donatus cum iis oppidis* (oppidis magnae Graeciae: quod factum Lege Iulia U. C. 666. et Lege Plotia U. C. 668.) *Iovem fecit eboreum in Metelli aede, qua Campus petitur.* Quae in parenthesi posita sunt, Heynius adiecit. Vid. huius Opuscc. Acadd. V. p. 455, qui tamen Ciceroniani loci oblitus erat. Plinius ibid. XXXV. §. 45. Pasitelem ait, eodem Varrone teste, plasticen matrem statuariae sculpturaeque et caelaturae esse dixisse, et in omnibus summum fuisse. Adeptus autem civitatem Romanam earundem legum beneficio atque Archias poëta, de cuius rebus vid. ipse Cicero pro Archia, et adhibeantur Ilgenius in Opuscull. varr. philoll. II. 1. p. 37. sqq. et Iacobsius ad Antholog. Gr. III. 3. p. 858. Miror autem Frid. Thierschium V. Cl. in Comment. III. *Ueber die Epochen der bildenden Kunst* p. 70. et p. 95, cum locum Ciceronis attigerit, Winckelmannianae emendationis non fuisse memorem. Qui tamen cavillari velit, possit Winckelmanno opponere haec Plinii verba XXXVI. 5. 12: *Fecisse opera complura dicitur, sed quae fecerit, nominatim non refertur.* Memoraverat autem proxime eius Iovem et leonem. Sed non tantopere urgenda videntur verba illa, et poterat Ciceronis locus fugisse Plinium, cum haec scriberet, poterat etiam tum corrupta esse lectio loci nostri. Ceterum *hanc speciem* explicant *simulacrum* Ernestus in Cl. et Schützius in Lex. Cic. cf. ad I. 12. Winckelmannus contra et Thierschius ita accipiunt, ut artifex et puerum finxerit et nutricem serpentis adspectu exterritam. Hoc placet. Plinii autem locos nuper admodum tractavit Iul. Sillig., vir doctus, in Boettigeri Amalthea III. [p. 282—308.] p. 18—16. unde haec paucula excerpam: primum *Pasitelis* nomen in aliquot praestantioribus Plinii codicibus esse servatum, indeque et Ciceroni h. l. et reliquis Plinianis medicinam parandam esse; deinde Colotem Parium fuisse Pasitelis alumnum (Pausan. V. 20. 1.), magistrum autem Pompeii Magni aequalem, claruisse cum plastice sive aere affabre fundendo, tum marmoreis operibus, tum denique caelatura, quae in argento laboraret; floruisse autem videri maxime inter annos sexagesimum et tricesimum tertium ante Christ. nat. *Cr.* — In Cod. R. scribitur *pretexilis,* in Cod. S. *Prasitheles.* Sch. servavit *Praxiteles*, eumque caelatorem fuisse dicit Pompeii M. aetate. Addit tamen, Winckelmannum *Pasiteles* legi voluisse. *Mr.*

noster expressit Archias] Cod. R. *iterum* pro *noster.* In seqq. Cod. M. omittit *dum domi,* mox *non offerunt.* Cod. S. omittit *dum domi* et *non,* habetque *efferunt.* Laudatur in Copp. Victt. noster Ep. ad Att. I. 14. *Mr.*

in viis versentur, dum domi? qui quidem ipsi se nobis non offerunt, vim autem suam longe lateque diffundunt; quam cum terrae cavernis includunt, tum hominum naturis implicant. Nam terrae vis Pythiam Delphis incitabat; naturae Sibyllam. Quid enim? Non videmus, quam sint varia terrarum genera? ex quibus et

Qui quidem ipsi se nobis non offerunt, vim autem suam] Nihil quicquam mutant Codices. Nihilò minus *Ciceronem* reliquisse suspicor. *Qui quidem ipsi* SI *se nobis non offerunt, vim tamen suam longe lateque diffundunt. Dav.*

ipsi se nobis] Pravam, certe minime necessariam, esse Davisii coniecturam sibilantem *ipsi si se*, neminem esse credo, qui non sentiat. Nihil deest: sed *quidem — autem* ita sibi invicem opponuntur, ut *quamquam — tamen*. Cuius usus exempla exhibent et alii et Tursellin. de Particull. p. 846. ed. Schw. *Mr.*

quam cum] Codd. Cr. S. M. L. b. c. habent *tum*, et ita Edd. vett. pleraeque et ipse Dav. ed. pr. et Sch. Sed recte monet Rath., non dicere Quintum, deos vim suam modo terrae cavernis includere, modo hominum naturis, sed potius et illis et his. In Cod. R. est *fere* pro *terrae*, in L. d. scribitur *cavernis terrae*. Vocem *implicant* explicat Hott.: inferunt in animum, et in illo quasi includunt, vel potius cum illo ita arcte copulant, ut eius tanquam pars fiat. *Mr.*

Terrae vis Pythiam Delphis incitabat] Audiamus *Diodorum Siculum* Bibl. lib. XVI. p. 427. Ὄντος χάσματος ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, καθ' ὃν ἐστι νῦν τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον, καὶ περὶ τοῦτο γενομένων αἰγῶν —— ἀεὶ τὴν προςιοῦσαν τῷ χάσματι καὶ προςβλέψασαν αὐτῷ σκιρτᾶν θαυμαστῶς καὶ προϊέσθαι φωνὴν διάφορον, ἢ πρότερον εἰώθει φθέγγεσθαι· τὸν δ' ἐπιστατοῦντα ταῖς αἰξὶ θαυμάσαι τὸ παράδοξον, καὶ προςελθόντα τῷ χάσματι, καὶ κατιδόντα οἷόν περ ἦν, ταὐτὸ παθεῖν ταῖς αἰξίν· ἐκείνας τε γὰρ ὅμοια ποιεῖν τοῖς ἐνθουσιάζουσι, καὶ τοῦτον προλέγειν τὰ μέλλοντα γίγνεσθαι — δι' ἃς αἰτίας θαυμασθῆναί τε τὸ μαντεῖον, καὶ νομισθῆναι ΤΗΣ ΓΗΣ εἶναι τὸ χρηστήριον. Quae dein sequuntur lectu sunt digna, sed prolixiora, quam ut huc commode transferantur. Totam vero ῥῆσιν, paucis verbis omissis vel mutatis, laudat Scholiastes ad *Aristophanis* Plutum vs. 9. *Iustinus* lib. XXIV. c. VI, 9. *In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planicies exigua est, atque in ea profundum terrae foramen, quod in oracula patet: ex quo* FRIGIDUS SPIRITUS, *vi quadam velut vento in sublime expulsus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletasque Deo responsa consulentibus dare cogit.* Non multum abit et *Plinius* H. N. lib. II. cap. 93. Hinc, oraculis ibi non redditis, videbatur *vis illa terrae, quae mentem Pythiae divino adflatu concitabat, evanuisse vetustate.* Verba sunt nostri supra cap. XIX. Adi sis et cap. 50. ac *Plutarchum* de Orac. defect. pag. 431. seqq. At, *Origene* contra Celsum teste lib. VII. pag. 333. ἱστόρηται, ὅτι περικαθεζομένη τὸ τῆς Κασταλίας στόμιον ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος προφῆτις, δέχεται πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων κόλπων, οὗ πληρωθεῖσα ἀποφθέγγεται τὰ νομιζόμενα εἶναι σεμνὰ καὶ θεῖα μαντεύματα. Idem narraverat supra lib. III. pag. 125. nec dissimilia tradunt alii nonnulli. Vide *Ant. Daleum* de Orac. pag. 153. seqq. *Davies.*

Nam terrae vis Pythiam] Conf. supra cap. 19. 38. Cod. R. habet *peritiam* pro *Pythiam*. Ante *Quid enim?* subaudit Hott. „Talem vim me terrae tribuere, non est, cur quis miretur." Bene. Vocem *varia* non habet Cod. R. Post *genera* Sch. semicolon posuit, ut est in Edd. Grut. Verb. Ern.

mortifera quaedam pars est, ut et Ampsancti in Hir-
pinis, et in Asia Plutonia, quae vidimus: et sunt
partes agrorum aliae pestilentes, aliae salubres: aliae,
quae acuta ingenia gignant, aliae, quae retusa: quae
omnia fiunt et ex caeli varietate, et ex disparili ad-
80. spiratione terrarum. Fit etiam saepe specie quadam,
saepe vocum gravitate et cantibus, ut pellantur animi

Bip. Nos cum Dav. Oliv. et Sch. interrogandi signum praetulimus. Cod. S. habet *vere Sibyllam*. *Mr.*

Ampsancti in Hirpinis, et in Asia Plutonia] Hic se turpiter dedit Metaphrastes Gallicus: nam *Plutonia*, quae et χαρώνεια dicuntur, loca sunt pestilentes et lethiferos odores emittentia. Vide sis *Is. Casaubonum* ad *Strabonis* lib. v. pag. 374. Talis erat Ampsancti vel, ut alii scribunt. Amsancti lacus, de quo *Servius* ad *Virgilii* Aen. VII, 563. et *Chr. Cellarius* Geogr. Ant. lib. II. cap. IX. p. 557. seq. Alia Plutonia sub *Avernorum* nomine recenset *Lucretius* lib. VI. 738, seqq. Adi et *Plinium* H. N. lib. II. 95. *Dav.*

Ampsancti] Laudat Hott. Heynium ad Virg. Aen. VII. 563. sqq. Scribitur hoc nomen etiam *Amsanctus* et *Ansanctus*. In Cod. S. est *amplexanti:* idem mox omittit *quae*. In Cod. R. scribitur *amplius sanari:* ibid. et in Cod. L. c. Cr. *Platonia* pro *Plutonia*. Vid. Ern. Cl. Cic. h. v. Adde quem laudat Hott. *Rich. Chandler Reisen in Klein-Asien* etc. c. 69. *Mr.*

quae vidimus:] Ita correxit Pearcius in Ed. Oliv. addens: sc. quae vidit Quintus, cum Asiae proconsul esset. Recepit eam emendationem Ern., recte dicens, referri haec ad tempus, quo Cicero proconsul in Asia fuerat, et fratrem secum habuerat: et ita correxisse manum doctam in suo exemplo Ed. Ven. 1494. narrat. Receperunt eandem correctionem Hott. et Sch., quam nunc firmat auctoritas Cod. L. a. Pergit Cod. R. *etiam sunt:* idem in seqq. habet *contusa* pro *retusa*, L. b. *retunsa*. De terra Attica, quae dicebatur λεπτόγεως, quaeque *acuta* ideo gignere dicebatur *ingenia*, vid. Winckelmanni Opp. Ed. nov. Dresd. T. I. p. 140. ibiq. laudd. p. 228. n. 37. *Mr.*

quae omnia fiunt et ex caeli varietate] In Ed. Ern. Lugduni Bat. 1804. recusa est *sunt* pro *fiunt*, et ita Codd. L. a. d. In Cod. M. est *fiant*. Quod sequitur *et* abest a Cod. U. Cod. R. omittit *ex* ante *disparili*, pro quo in Cod. M. est *dispari*. Cod. S. habet *ex parili*. Illo certe verbo Cicero alibi non usus est: sed usus est eo Gellius N. A. V. 1. *Varios adeo vultus disparilesque sensus gerat:* et pauci alii. *Mr.*

Fit etiam saepe specie quadam,] Codd. R. S. *fit etiam species quaedam*. Ed. Asc. 1. habet *species quadam*. Edd. Crat. Herw. *species quaedam*. Ed. Asc. 2. omittit verba *saepe specie quadam*. Cod. P. cum Ed. Asc. 1. facit. Verba *specie quadam* explicat Hott.: „phantasmate quodam obiecto.“ *Mr.*

saepe vocum gravitate et cantibus,] „Ἓν διὰ δυοῖν, ait Hott., pro *vocum* i. e. sonorum *gravitate in cantu*. Nam loquentium voci eam vim quis tribuat?“ Quidni? ait Roosius. Et recte. De duabus rebus diversis intelligendum, de sonorum gravitate et de cantu: huc refero I. 50. *qui sono quodam vocum et Phrygiis cantibus incitantur*. *K.* Vocem *gravitate* omittit Cod. R. *Mr.*

ut pellantur animi] Dicitur *pellere* de rebus, quae animum suaviter aut moleste afficiunt; v. c. de Off. III. 10. 41. *Species enim utilitatis animum pepulit eius;* ubi vid. Beier. T. II. p. 252. Plura dabit Ern. Cl. Cic. s. v. *pellere* et Schütz. Lex. Cic. sub ead. v. Pro *qualis est illa* Cod. R. habet *qua causa illa*. *Mr.*

vehementius: saepe etiam cura et timore: qualis est illa

Flexanima tamquam lymphata aut Bacchi sacris
Commota, in tumulis Teucrum commemorans suum.

Atque etiam illa concitatio declarat vim in animis 37. b.

illa] Tecmessa, Aiacis uxor apud Pacuvium deplorans Aiacem mortuum. *Ern.* Vocem *illa* non habent Cod. U. et Ed. Asc. 1. *Mr.*

Flexa anima] Scripsi *flexa anima*. Hic admonitus a filio meo sum, locum *Varronis* lib. VI. corrigi ex hoc loco posse, et ubi legitur *flexanimat aquam lymphata*, legendum, *flexanima tanquam lymphata*. Probavi eius opinionem. *P. Manucius.*

Flexanima tanquam lymphata] *Pacuvii* sunt versus, ut patet ex *Varrone* lib. VI. L. L. pag. 79. *Davies.*

Flexanima] MS. Guelf. et Edd. vett. [Asc. 1. Crat. Herw. (duae posteriores in varr. lectt.) Car. Steph. Rob. Steph. Brut. Sturm. Sylb. Ald. Boul.] habent *flexa anima*, quod melius videtur: nam illa femina non erat *flexanima* i. e. flectens animos, sed eius anima erat conturbata et flexa. Post iidem libri habent *ut Baecha sacris*, quod rectius esse videtur: pro *ut* Lamb. de coniectura edidit *aut Bacchi*, quod et Davisius secutus est, *Bacchii* etiam alii, quod et metrum postulat. *Teucrum* int. Aiacem. *Ern.* Hott. improbans scriptionem *flexa anima*, ut quae sapiat pedestris orationis tenuitatem, non se videre ait, cur non possit compositum illud etiam passive adhiberi, cum et *flexipedes hederas* dixerit Ovid. Met. X. 99. Bene quidem haec: sed quod ait, Ernestum recepisse *flexa anima*, in eo fallitur. Ceterum Sch. in Lex. Cic. s. v. Hottingeri rationem probat. Scribitur autem *Flexanima* in Codd. L. a. b. c. d. P. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Lamb. Goth. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. itemque in Fragmm. Tragg. Vett. ed. P. Scriver. p. 71. et apud Varronem de L. L. VI. p. 79. ed. Scalig. p. 97. Bip. ubi vid. Augustin. p. 288. Bip. et Scalig. p. 147. Scal. p. 233. Bipont. Ceterum in Fragmm. Tragg. Vett. l. c. duobus his versibus additur tertius:

Alcyonis ritu litus pervolgans
feror. [Ex Varrone l. c.]

Ultima autem versus secundi vox est *meum* pro *suum*. Lectionem *aut* pro *ut* firmat Cod. M., eamque receperunt Bip. Hott. Sch. In Fragmm. l. c. est *et*. Probam lectionem *Bacchi* exhibent Cod. L. a. Edd. Car. Steph. Brut. Sylb. Ald. Boul. Lamb. Goth. Grut. et seqq. Pro *Teucrum* est *tenerum* in Cod. R. Sed M. habet *tenereum*, idemque omittit *suum*. Goerenz. in Progr. laud. p. 22. in altero suorum Codd. cum invenerit *Bacchica*, coniecit *Bacchi a sacris*, ut sit ex prisca latinitate dictum. Ego vero lectionem *Bacchica* ortam esse ex coniuncta in aliquo libro utraque Codicum lectione *Bacchi* (e superscr.), unde aliquis, ne quid pereat, de constructione parum sollicitus, fecit *Bacchica*. *Mr.*

Aut *Bacchi sacris Commota*] Legendum putat *Auratus*: AUT *Bacchi sacris commota*, cum vulgo legatur, *ut Bacchi sacris commota*. Cuius coniecturam, ut probabilem, secutus sum, *Lambinus.*

Vt Bacchi *sacris*] Sic solum Pal. sec. ceteri *Baccha*, et in nullo est, *aut*, quod Lambinus recepit in contextum ex coniectura Io. Aurati. *Gruter.*

illa concitatio] Suppl. *poetarum*: quae vox, ut e contextu patet, est anticipanda. *Hott.* — Vox *poetarum* non tam anticipanda videtur, quam excidisse. *Rath.* — Neque excidit aliquid, neque supplenda vel anticipanda est vox *poetarum*: sed *illa concitatio est ea, de qua iam locuturus sum*; poeticum certe furorem intelligit; sed nihil addendum, nam nihil deest. *K.* De pronomine *ille* ad sequentia referendo vid. Heindorf. ad

esse divinam. Negat enim sine furore Democritus quemquam poetam magnum esse posse; quod idem dicit Plato. / Quem, si placet, appellet furorem, dummodo is furor ita laudetur, ut in Phaedro Platonis laudatus est. Quid? vestra oratio in causis, quid? ipsa actio potest esse vehemens, et gravis, et copiosa, nisi est animus ipse commotior? Equidem etiam in te saepe vidi, et (ut ad leviora veniamus) in Aesopo familiari

Cic. de N. D. II. 49. 126. p. 239. sq. et ad II. 55. 138. p. 253. Add. Tursellin. de Particull. p. 858. ed. Schw. ubi laudantur loca, quibus transitioni inservit. In Cod. R. sequitur *dicitur* pro *declarat*. Quod hic scribitur *vim in animis esse*, ad regulam Goerenzii ad de Legg. II. 2. 5. refingendum esset: *vim in animis inesse*. *Mr.*

Negat, sine furore, Democritus, quemquam Poetam magnum esse posse; quod idem dicit Plato] *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VI. pag. 827. *Περὶ μὲν ποιητικῆς Πλάτων, Κοῦφον γάρ τι χρῆμα καὶ ἱερὸν ποιητὴς, γράφει, καὶ οὐχ οἷός τε ποιεῖν, πρὶν ἂν ἔνθεός τε καὶ ἔκφρων γένηται. Καὶ ὁ Δημόκριτος ὁμοίως· Ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστίν.* *Platonis* locus, quem pariter laudat *Theodoretus* Therap. II. pag. 25. exstat in Ione p. 145. C. Idem docet philosophus ille praestantissimus in Menone pag. 24. D. in Phaedro pag. 344. in Apol. Socratis pag. 360. et alibi. Vide sis *Aristidem* Tom. III. p. 26. Plura diximus ad Tusc. lib. I. c. 26. *Dav.*

Negat enim sine furore Democritus quemquam] Ern. et cum eo Hott. distinguunt post *eum*, post *furore*, et post *Democritus*. Quod nimium esse nemo negabit. Ad rem v. quae annot. Ezech. Spanhem. ad Iulian. I. p. 18. Ed. Lips. f. m. *Mr.*

Quem, si placet, appellet furorem] *Quem* proprie ad concitationem referendum, quasi dicat *quam concitationem, si placet, appellet furorem*. De hac constructione v. Ochsner. ad Olivet. Eclogg. Cic. p. 30—32. et p. 268. Pro *quem* est *quod* in Cod. R. Idem cum M. habet *appellat*. Ad constructionem laudat Hott. Cortium ad Sallust. Cat. 55. et Wopkens. Lectt. Tull. p. 31. In seqq. Cod. R. omittit *ita*: idem habet *nostra* pro *vestra*, et paullo post omittit *et* ante *gravis*. Cod. S. *non* habet pro *nisi*. Ad h. l. in Copp. Victt. b. haec est annotatio: Verba quaedam Democriti ad hunc locum pertinentia adduxit Dion Chrysostomus in principio orationis *περὶ Ὁμήρου* [Or. LIII. T. II. p. 274. ed. Reisk.]: *ὁ μὲν δημόκριτος περὶ ὁμήρου φησὶν οὕτως· ὅμηρος φύσεως λαχὼν θεαζούσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων, ὡς οὐκ ἐνὸν ἄνευ θείας καὶ δαιμονίας φύσεως οὕτω καλὰ καὶ σοφὰ ἔπη ἐργάσασθαι.* Conf. praeterea Ast. ad Phaedr. Platon. p. 281. infr. *Mr.*

In Phaedro Platonis laudatus est.] Socrates apud *Platonem* in Phaedro pag. 348. G. *Νῦν δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίγνεται διὰ μανίας, θείᾳ μέντοι δόσει διδομένης· ἥτε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, αἵ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι, μανεῖσαι μὲν πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὴν Ἑλλάδα εἰργάσαντο· σωφρονοῦσαι δὲ, βραχέα ἢ οὐδέν.* Reliqua legas apud ipsum scriptorem. *Davies.*

(ut ad leviora veniamus)] Loquitur de actione scenica. Fuit enim Aesopus histrio nobilis, tragoediarum actor: de quo vid. Schütz. Lex. Cic. T. I. p. 11. Commode ad rem laudat Hott. de Orat. I. 5. *Quae sola per se ipsa, quanta sit, histrionum levis ars et scena declarat. Mr.*

In Aesopo familiari tuo] Laudat *Charisius* Inst. Gramm. lib. I. pag.

tuo tantum ardorem vultuum atque motuum, ut eum vis quaedam abstraxisse a sensu mentis videretur. Obiiciun- 81.
tur etiam saepe formae, quae reapse nullae sunt, speciem autem offerunt: quod contigisse Brenno dicitur, eiusque Gallicis copiis, cum fano Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset: tum enim ferunt ex oraculo effatam esse Pythiam,

Ego providebo rem istam, et albae virgines.

105. licet ibi *secundus* de Divinatione liber perperam nominetur. *Dav.*

Ut eum vis quaedam abstraxisse a sensu mentis videretur] Primo loquitur de duobus, Cicerone scilicet et Aesopo: quapropter *eum* locus non recipit. Dein quid sibi velit *abstrahi a mentis sensu,* non intelligo. Scripsit *Tullius,* ut opinor, *ut tum vis quaedam abstraxisse a sensu* mentes (etiam *mentis* in accusandi casu scribebant) *videretur.* Sic *animum a corpore abstractum divino instinctu concitari* dixit noster supra cap. XXXI. *Dav.*

ut eum vis quaedam — a sensu mentis] Contra Dav. monet Rath.: „Quintus obiter commemorans de leviori histrionum arte Aesopum exempli gratia profert, unde *eum. Mentis* autem *sensus* est mentis status, in quo mens sibi sensorum suorum conscia est.“ Acquiesco ego in lectione vulgata et in hac interpretatione: sed non diffiteor placiturum mihi fuisse *abstraxisse a statu mentis videretur.* Similiter locutus est Paradox. I. 3. 15. *eo magis mentem e sua sede et statu demovet:* ubi vid. Gernhard. ibiq. laudd. p. 187. Sed nihil moveo. Pro *eum* in Cod. Cr. est *cum;* et ita operarum errore est in Ed. Rath. Idem Cod. mox habet *obitiuntur* et tum *re abs se* pro *reapse,* pro quo in Cod. L. b. est *res ab se,* in Cod. R. *res a se,* in Ed. Asc. 1. et Cod. S. *re ab se.* De voce *reapse* pro *re ipsa* vid. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. I. p. 202. ed. Stallbaum. G. I. Voss. in Aristarcho L. VI. (de Analogia L. IV.) c. 9. p. 218. ed. Amst. 1662. 4. *Mr.*

speciem autem offerunt:] Cod. R. *speciem autem ex se efferunt.* Perperam, ut pleraque. Quae sequitur narratio de Brenno Gallorum duce, cave eam referas ad Brennum illum, qui a Camillo ex Italia expulsus est. De utroque Brenno accurate et allatis veterum locis loquitur Hofmannus in Lexico Universali (Lugd. Bat. 1698.) T. I. p. 578. Pro *Copiis* Cod. L. d. habet *opibus;* idem mox *efferunt* pro *ferunt. Mr.*

Effatam *esse Pythiam*] Est e Pithoei membranis, quibus accedebant veteri ratione scribendi Pal. pr. in quibus *ecfatam.* nam reliqui *haec fatam;* ut in hunc diem evulgati. *Gruter.*

effatam esse Pythiam] Codd. quoque nostri Cr. U. L. b. c. M. habent *haec fatam,* S. *haec fatum,* Co. Vi. b. *fatam,* Co. Vi. a. et P. *ecfatam,* ut dedit Dav., R. *factam.* Sed *effatam* est in L. a. d. Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Quare certe non erat, quod Gruterus diceret se primum ita edidisse. Ceterum scriptionem *haec fatam* ex recc. Edd. servarunt Oliv. et Bip. *Mr.*

Ego providebo rem istam, et albae virgines] Graecum carmen v... Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖ[ς] κόραις. *Ursinus.*

Ego providebo rem istam] Hanc historiam sic refert *Tzetzes* Chil. XI, 388.

Γαλάται οἱ ἑσπέριοι, οὔπω δὲ καὶ ἑῷοι,
Τοῦ Βρέννου βασιλεύοντος τούτων τοῖς τότε χρόνοις,
Ἀνασκιρτήσασαι πολλαὶ τοῦ Ῥήνου μυριάδες,
Λεηλατοῦντες ἔδραμον πᾶσαν σχεδὸν Ἑλλάδα.

Ex quo factum, ut et viderentur virgines ferre arma contra, et nive Gallorum obrueretur exercitus.

38. Aristoteles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furerent et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens atque divinum. Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit nec

Ὡς δ' ἤδη παρενέβαλλον καὶ περὶ γῆν Δελφίδα,
Τὸ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἐθέλοντες συλῆσαι,
Μαντευομένοις τοῖς Δελφοῖς ἐκ φόβου περὶ τούτων
Χρησμὸς ἐκπίπτει μαντικὸς ἐν Ἰαμβείῳ μέτρῳ,
Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις,
Τὴν Ἀθηνᾶν καὶ Ἄρτεμιν λευκὰς δ' εἰρήκει κόρας etc. Vide *Vaticanam* Appendicem Proverbiorum Cent. I. 62. *Suidam* in *ἐμοὶ μελήσει*, et *Aristidem* Serm. Sacr. IV. Tom. I. pag. 602. *Dav.*

Ego providebo rem istam et albae virgines.] De hoc loco disputat etiam Th. Canterus Varr. Lectt. II. p. 75. sq. Verba *et albae virgines* desunt in Cod. R. *Mr.*

Ex quo factum, ut viderentur] Vulgo *ex quo factum, ut* et *viderentur*. At lectionem a nobis receptam vindicant Paris. et Med. Sed Balliol. Reg. et Cantab. dant *ex quo factum* est *ut viderentur*. Nec id male. De re ipsa vide *Iustinum* lib. XXIV. cap. 8. *Pausaniam* in Phocicis cap. XXIII. ac *Ioannem* Sarisberiensem Policr. VI. 17. *Dav.*

Ex quo factum, ut et viderentur] Recte indicat Hott. male eiectum esse *et* a Davisio; neque paruerunt ei Ern. Oliv. Bip. Sch. Servant autem et tuentur istam voculam Codd. L. a. b. c. d. U. S. P. M. (sed hic ante *ut*) Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sturm. Sylb. Lamb. Goth. et recc., praeter Verb., omnes. Pro *ferre arma* Cod. R. habet *arma ferre*; in Cod. P. desunt, quae post *contra* sequuntur, verba iisque ad finem capitis. *Mr.*

Aristoteles quidem etc.] Confert recentiorum populorum similes sententias Beni. Constant. *de la religion considerée dans sa source* etc. T. I. p. 332. *Mr.*

valetudinis] Verb. Ern. Dav. Hott. et Sch. scripserunt *valitudinis*. Quod cur ego non fecerim, fecerunt ea, quae afferunt Ald. Manut. Orthogr. p. 89. Nolten. Lex. Antibarb. p. 189. Cellar. Orthogr. Lat. p. 378. Grotefend. l. c. §. 127. Pro *divinum* est in Cod. R. *divinans*, quae est glossa probabilis, lectio improbabilis. *Mr.*

Censebat habere aliquid in animo praesagiens atque divinum] Respicit noster ad *Aristotelis* Problem. Sect. XXX. pag. 471. *Ὅσοις λίαν*, inquit Philosophus, *πολλὴ καὶ θερμὴ* (*ἡ χολὴ ἡ μέλαινα*) *μανικοὶ καὶ εὐφυεῖς — Πολλοὶ δὲ καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ νοεροῦ τόπου τὴν θερμότητα ταύτην, νοσήμασιν ἁλίσκονται μανικοῖς, ἢ ἐνθουσιαστικοῖς· ὅθεν Σίβυλλαι καὶ Βακίδες, καὶ οἱ ἔνθεοι γίνονται πάντες, ὅταν μὴ νοσήματι γένωνται, ἀλλὰ φυσικῇ κράσει.* Vide sis et librum de Divin. per somnum cap. 2. *Dav.*

haud scio an nec] Codd. Cr. S. M. R. *an ne*, et mox R. iterum *an ne* pro *nec*, cuius loco Cr. habet *an*. *Mr.*

cardiacis] *Cardiaci*, ait Ern. in Cl. Cic., dicuntur, qui doloribus stomachi laborant, quem veteres Graeci *καρδίαν* appellabant. V. Schol. Thucyd. ad L. II. c. 49. unde angustiae pectoris sudorque existunt. Vid. Celsus III. 19. Videtur, addit Gesn. in Thes. L. L. s. v., Cicero cardiacos phreneticis opposuisse, ut fecit Celsus l. c., quasi dixerit: *non magis phreneticis, quam cardiacis*. Conf. interprr. ad Horat. Sat. II. 3. 161. Iuvenal. Sat. V. 31. Lips. ad Senec. Epist. 15. Meyerus vertit *Hypochondristen*. *Mr.*

phreneticis: animi enim integri, non vitiosi corporis est divinatio. Quam quidem esse revera, hac Stoicorum 82.
ratione concluditur. „Si sunt dii, neque ante declarant „hominibus, quae futura sunt; aut non diligunt homi„nes: aut, quid eventurum sit, ignorant: aut existimant „nihil interesse hominum, scire, quid sit futurum: aut „non censent esse suae maiestatis praesignificare homi„nibus, quae sunt futura: aut ea ne ipsi quidem dii „significare possunt. At neque non diligunt nos; sunt p.88.a.
„enim benefici generique hominum amici: neque igno„rant ea, quae ab ipsis constituta et designata sunt:

animi enim integri] V. de hoc loco Baguet. de Chrysippo p. 224—226. Scribitur *integri enim* in Cod. L. d. Idem mox cum R. P. Cr. habet *est corporis*. Cod. S. et Co. Vi. b. *et non vitiosi est corporis divinatio. Quod*. Vocem *corporis* omittit Cod. M. Tu vero cave, ne ex hac omissione et diversa in aliis Codd. huius vocis positione eam in suspicionem vocandam esse censeas. Mox Cod. R. habet *ac* pro *hac*, et lin. seq. omittit *ante*. *Ratio* h. l. est i. q. ratiocinatio, ut saepius. *Mr.*

quae futura sunt;] Cum infra in eiusdem loci repetitione II. 49. scriptum sit: *quae futura sint*, Rathius hoc quoque loco reponi vult *sint;* cumque paullo inferius scribatur, *quae sunt futura*, et II. 49. *quae sint futura;* tum vero *quae eventura sint* et II. 49. *scire ea, quae futura sunt;* hanc inconstantiam sublatam vult Rathius, scribique omnibus his locis *sint*, ut se praecepisse ait ad Cic. Acadd. II. 15. Et praecepit sane ita. Sed vide, quae contra monet Goerenz. ad h. l. p. 88. Ceterum *sint* pro *sunt* nostro loco exhibent Codd. Cr. S. L. c. *Mr.*

ignorant: aut existimant] Cod. M. *ipsi ignorant:* quod est glossatoris non inepti. Pergit Cod. Cr. *at existimant*. M. *aut quod existimant*. *Mr.*

quid sit futurum] Ita Codd. R. Cr. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav. Hott. Sch. In rell. est minus numerose *quid futurum sit*. Cod. L. a. habet *quod futurum sit*. Tum Cod. M. pro *praesignificare* habet *praefigurare*, quo verbo usi sunt patres ecclesiae, neque vero Cicero; sed ne sententia quidem illam vocem admitteret. Cod. R. habet *praesignare*, quod non magis est Ciceronianum. Ceterum hic Cod. constanter (ex compendio, ut videtur) habet *signare* pro *significare*. *Mr.*

quae sunt futura:] Codd. S. L. d. *sint*. R. *quae futura sunt*. Pergit Cod. U. *aut non diligunt homines, aut quid eventurum sit, aut ea ne ipsi quidem* etc. perperam repetita ex superioribus linea. Vocem quidem omittit Cod. R. Scribitur infra, ubi haec repetuntur, (II. 49.) eodem loco *quae sint futura*. Utrumque latine dicitur. *Mr.*

generique hominum amici.] Cod. S. *atque hominum generi amici*. Cod. M. *atque generi*. Vocem *amici* non habet Cod. L. a. In Cod. L. d. scribitur *ignorare*. Cod. S. *neque ipsi ignorant*. *Mr.*

designata] Reg. noster *destinata*, quod quidem probi commatis esse verbum [sign. rerum futurarum eventum praeparatum] monstravit I. F. Gronovius Observatt. II. 8. Reclamantibus tamen optimae notae MSS. vulgatam lectionem non moveo, praecipue cum eam retineat ipse Cicero lib. II. c. 49. *Dav.* [ed. pr.] Cod. S. *ordinata* pro *designata*. *Mr.*

„neque nostra nihil interest, scire ea, quae eventura „sunt; erimus enim cautiores, si sciemus: neque hoc „alienum ducunt maiestate sua; nihil est enim bene-„ficentia praestantius: neque non possunt futura prae-
83. „noscere. Non igitur sunt dii nec significant futura.
b. „Sunt autem dii, significant ergo. Et non, si significant,

neque nostra — eventura sunt;] Haec omnia desunt in Cod. M. In Codd. R. et Cr. scribitur *neque nihil interest nostra.* Posterior habet *ventura* pro *eventura*. *Mr.*

Quae eventura sint] Vulgo *sunt:* contra quam iubent Paris. Med. Balliol. aliique Codices. *Dav.*

quae eventura sunt:] Ita Codd. L. a. b. d. R. U. P. M. et Edd. ad unam omnes. Quare non obsecuti sumus Davisio. Et legitur infra quoque II. 49. *scire ea, quae futura sunt.* — In seqq. Cod. L. d. *Neque enim hoc:* ferri posset *neque autem*, quod quamquam rarum apud nostrum (Tursellin. l. c. p. 520.), hoc tamen loco haud incommode ratiocinationem continuaret. Pro *maiestate* Cod. R. habet *a maiestate.* Posterior quidem adiectivi *alienus* constructio Ciceroni est frequentior, prior tamen non minus proba: ad Famm. V. 17. (Mart. Lagun. 18.) *non putavi esse alienum institutis meis:* ib. XI. 27. *quod esset alienum nostra amicitia.* Conf. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 92. ed. Stallb. Beier. ad Cic. Orat. pro M. Tullio 5. pag. 11. *Mr.*

nihil est enim] Cod. Cr. *nihil enim est.* Illum verborum ordinem praefert Beier. ad Cic. de Off. I. 20. 68. p. 158. sq. Melius etiam vocem *est* abfore iudicat. Co. Vi. b. *beneficientia.* Minus bene. V. Cellar. Orth. Lat. p. 188. ed. Harles. *Mr.*

neque non possunt futura praenoscere.] Iortinus in Miscell. Obss. l. c. p. 8: „*neque non possunt futura praenoscere* non est rectum, cum idem sit ac *neque ignorant, quae ab ipsis constituta sunt*, et quia non respondet hisce verbis: *aut ea ne ipsi quidem dii significare possunt.* Aut Cicero iis, quae scriberet, non intentus erat, aut scripsit: — *futura praesignificare, praemonstrare, praedicere,* aut aliud quoddam verbum eiusmodi significationis. Quamquam non dissimulandum est, haec verba *neque non possunt futura praenoscere* bis praeterea legi, Lib. II. c. 49. et 51. In longa periodo huiusmodi culpa facile auctori attribui potest.“ In eandem sententiam disputat Hott. addens: „inertis vero repetitionis culpa Tullium liberabit, quicunque attentius perlegerit L. II. c. 51. Inde enim patebit, in nostro hoc loco deos bis quidem *futura non ignorare* dici, sed non unam ob rationem: primum *quia omnia ab ipsis constituta sint atque ordinata*, deinde *quia* (si quis forte hoc negaverit) *res futurae omnes ex certis causis sint aptae, e quibus, quid eventurum sit, divina mens et intelligere possit et hominibus significare.*“ Vocem *non* post *neque* omittit Ed Asc. 1. *Mr.*

Non igitur — significant futura.] Sententia loci est: Fieri igitur non potest, ut dii sint, et tamen futura non significent: vel: quicunque igitur deos esse concedit et credit, non potest idem negare, futura ab iis significari. *Mr.*

Et, *non si significant*] Victorii editio, *Etsi, non*, quomodo et Pall. omnes. *Gruter.*

Et non, si significant] In vulgatis mala fuit interpunctio; dabant enim, *et, non si significant. Victorius* autem, *et si non significant;* quod sensum parit Auctoris menti contrarium. Ita tamen et omnes Pall. et Balliol. Med. Reg. ac Cantab. At nos eam commenti sumus distinctionem, quam res ipsa probat, ut et Tullius infra lib. II. cap. 49. *Davies.*

Et non, si significant,] Male Ern. cum Grutero distinxit *et, non si sign.* Male item scribitur h. l. in Codd. Cr.

„nullas vias dant nobis ad significationis scientiam; fru-
„stra enim significarent: nec, si dant vias, non est divi-
„natio: est igitur divinatio."

Hac ratione et Chrysippus, et Diogenes, et Anti- 39.
pater utitur. Quid est igitur, cur dubitandum sit, quin 84.
sint ea, quae disputavi, verissima? Si ratio mecum
facit, si eventa, si populi, si nationes, si Graeci, si
barbari, si maiores etiam nostri, si denique hoc semper
ita putatum est, si summi philosophi, si poetae, si
sapientissimi viri, qui res publicas constituerunt, qui
urbes condiderunt, an, dum bestiae loquantur, exspe-
ctamus? hominum consentiente auctoritate contenti non
sumus? Nec vero quicquam aliud affertur, cur ea, quae 85.
dico, divinandi genera nulla sint, nisi, quod difficile
dictu videtur, quae cuiusque divinationis ratio, quae
causa sit. Quid enim habet haruspex, cur pulmo inci-

S. M. U. L. d. c. b. Edd. Asc. 1. Crat. Herw. *Et si non sign.* Cod. P. habet *non et si sign.* Probam scriptionem habent Cod. L. a. Edd. Sturm. Sylb. Boul. Lamb. Goth., probam item distinctionem Asc. 2. Car. Steph. Rob. Steph. Brut. Ald. In Cod. R. omittuntur verba *ad significationis scientiam* sequiturque *at frustra.* Tum Codd. L. b. c. pro *non est divinatio* habent *non non est div.* Denique verba *est igitur divinatio* desunt in Cod. M. In Edd. Vict. et Rob. Steph. scribitur: *nec non si dant vias, non est div.* Co. Vi. b. *si non:* ibiq. laudatur noster II. 49. *Mr.*

et Chrysippus, et Diogenes, et Antipater] Ter repetitum *et* omittit Cod. R. De positione et ordine verborum *quid est igitur* v. Beier. ad Cic. de Off. I. 43. 154. p. 305. sq. In seqq. pro *quin* Cod. L. d. habet *cum.* Verba *quin sint* desunt in Cod. R. Pro *mecum* Codd. U. et L. b. habent *inesse.* Cr. pro *eventa* exhibet *eventura.* Ego vero cum Hott. et Sch. post *verissima,* loco distinctionis minoris, interrogandi signum posui. Ad hanc Q. Ciceronis disputationem de haruspicinae apud omnes populos usu v. Frandsen. Haruspices p. 46. sq. — Verba *si barbari* absunt a Cod. U. *Mr.*

Si denique hoc semper ita putatum est,] Haec verba Hott. post *condiderunt* reiicienda censuit, reiecit Schützius. Et ita certe facilius procedit oratio, durius, si librorum MSS. et Edd. serves. Tum enim verba *si summi — condiderunt* pendebunt a verbis *mecum facit,* indeque facilius intelliges ad plurales verbum plurale *faciunt.* Vulgatum ordinem si servaveris, ex verbo *putatum est* duriuscule, ut ait Hott., assumere debebis *putaverunt* ad verba sequentia *si summi — condiderunt.* Sed, quod non semel monuimus, in oratione, sermonis familiaris tonum et formam referente, ipse videtur scriptor consulto sibi nonnihil indulsisse. Quare, ne corrigere videar ipsum Ciceronem, nihil correxi. — Vocem *ita* omittit Cod. R. in eodem est *si philosophi primi. Mr.*

contenti non sumus?] Cod. L. c. *contempti.* L. d. *simus.* Prius ex prava pronunciatione, posterius ex prava correctione ortum. In seqq. post *nulla* in Edd. Vict. Rob. Steph. Crat. Herw. male *sunt* pro *sint.* Pro *dictu* est *dictum* in Cod. *Cr.* Eam

sus etiam in bonis extis dirimat tempus et proferat diem? quid augur, cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum? quid astrologus, cur stella Iovis aut Veneris coniuncta cum Luna, ad ortus puerorum salutaris sit; Saturni Martisve contraria? Cur autem

vocem omittit Cod. R. Ad v. *quid enim* recte subaudiebat Hott. *inquiunt*. Tribuitur enim oratio adversario. Post haec in Cod. R. deest verbum *habet*, et scribitur *cur etiam pulmo incisus in* etc. Ad verba *pulmo incisus* laudat Hott. Liv. 8, 9. Ov. Met. 15, 794. Conf. interprr. ad ea loca, et adde Saubertum de Sacrificiis c. xx. Lil. Gyrald. de Sacrif. p. 527. sq. Ed. Opp. Lugd. B. 1696. f. m. *Mr.*

In bonis *extis* dirimat *tempus*] Lambini editiones aliquot, *bovis*, quod nescio an sit typographi sphalma. Gulielmius maluisset *perimat tempus*. sed alterum retinent Mss. *Gruter*. Scribitur *bovis exstis* pro *bonis extis* in Ed. Lamb. 1581. et Goth. *Mr.*

Dirimat *tempus*] Non erat cur *Ianus Gulielmius* maluerit *perimat tempus*; cum latinissima sit locutio, quam praestant omnes omnino MSSti. Noster de Legg. lib. II. cap. 12. *Quid*, inquit, *gravius, quam rem susceptam* DIRIMI, *si unus Augur* ALIUM *dixerit. Servius* ad *Virgilii* Eclog. VIII, 30. *Ne quid nova nupta audiat, quo dies nuptiarum* DIRIMATUR. *Livius* lib. I. cap. 36. *Concilia populi — ubi aves non admisissent*, dirimerentur. *Idem* lib. VIII. cap. 23. *Nec quemquam mortalium exstare, qui se vidisse aut audisse quid dicat, quod auspicium* DIRIMERET. Ita loquitur et *Plinius* H. N. lib. VIII. §. 82. nec aliter *Tacitus* Hist. I, 18. *Dav.*

dirimat tempus] Contra Gulielmi coniecturam *perimat* disputavit etiam Hott., et in eandem ivit sententiam Schützius. V. etiam huius Lex. Cic. T. II. part. II. p. 115. Cod. P. omittit *a* ante *dextra*. *Mr.*

A dextra corvus, a sinistra cornix] Vide supra cap. VII. *Dav.* [Conf. Schoepflin. de Auspiciis Romanorum p. 155. sq. in ei. Comm. Hist. et Critt. 4. Bas. 1741. *Mr.*]

Cur stella Iovis aut Veneris coniuncta cum Luna etc.] *Manetho* Apotel. lib. II, 446. Luna

Ἢν μετὰ Ζῆνι συνάπτῃ, ἢ ἁβροκόμῳ Κυθερείῃ,
Ἐσθλὴ, καὶ δώτειρα βίου πλούτοιό τε πολλοῦ·
Ἢν δὲ Κρόνον προλιποῦσα, κενὸν δρόμον ἐξανύησιν,
Ἢ καὶ Ἄρει μετέπειτα συνάπτῃ, πάγχυ κακίστη
—— Τεύχει γὰρ ——
Πολλάκις ὠκομόρους τε καὶ ἐν νεότητι θανόντας.

Vide sis et *Iulium Firmicum* Mathes. lib. IV. c. 1. *Dav.*

cur stella Iovis] Cod. C. *quid stella, cur stella Iovis*. Nomen *Iovis* omittit Cod. U. Quod h. l. *stella Iovis salutaris* dicitur, aliud est, quam quod scribitur de Finn. III. 20. 66. *Iupiter Salutaris*, ubi v. Goerenz. p. 396. *Mr.* *Salutaris* nimirum dicitur nostro loco *ad ortus puerorum*, ubi *ad* ponitur, ut Graecum *πρός*, pro *quod attinet ad*. *K.* — Eiusmodi loca sunt in Catil. III. 4. 9. *fatalem esse hunc annum ad interitum huius urbis*. Or. pro Fontei. 15. 33. *virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad usum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem, ad casum fortunamque felicem*. Ubi vides illud *ad* hoc sensu adiungi adiectivis, virtutem quandam et praestantiam significantibus. Eorum item adiungi posse contrariis, non est, quod exemplis allatis demonstrem. Plura si cupis, adi Ern. in Clav. Cic. s. v. *ad* et Tursellin. de Particull. p. 81. Ed. Schwarz. Add. Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 16. 52. p. 379. Matthiae ad Cic. pro Sext. Rosc. Am. 30, 85. p. 89. et ad Or. pro lege Man. 1, 1. p. 70. In primis autem hic nominandus fuit omnium instar, qui plena manu spargit exempla, Rud-

deus dormientes nos moneat, vigilantes negligat? Quid deinde causae est, cur Cassandra furens futura prospiciat, Priamus sapiens hoc idem facere non queat? Cur 86. fiat quidque, quaeris? Recte omnino. Sed non nunc b. id agitur. Fiat necne fiat, id quaeritur. Ut, si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat et

dimannus Inst. Gramm. Lat. T. II. p. 95. sq., cui nunc add. Cic. de Rep. II. 14. *praeclarus ad diuturnitatem rei publicae. Mr.*

negligat?] Codd. M. S. *contemnat*: quod est glossatoris non nimis acuti. *Mr.*

Quid deinde causae sit] Sic vulgo. Lege vero *causae est*, ut edidit *Victorius*; haec enim a superioribus non pendent. *Dav.*

Quid deinde causae est,] Pro *deinde* Cod. Cr. in contextis habet *demum*, sed in marg. *deinde*. Servavi autem *est* cum Ern. et Sch. quorum ille: „*Sit* habent libri omnes. Victorius tamen edidit *est* de coniectura. bene. nam et supra est, *quid habet haruspex, cur* etc., et habet MS. in m. ed. L.“ Wopkensius vero l. c. p. 260. ait, pendere haec a superioribus: *cur autem Deus dormientes* etc.? scribendumque esse *Cur autem — negligat; quid deinde causae sit, cur — non queat; cur fiat quidque, quaeris. Recte omnino* etc. Quam distinctionem cum merito improbaverit Hott., eodem iure reprobare debuit, neque defendere, scriptionem *sit*. Nam quod miratur Victorium, Dav. et Ernestum non vidisse, subiunctivum esse omnino aptiorem ad dubitationem significandam; ipsum mirum est non vidisse, alium esse coniunctivum in interrogatione *cur — moneat — negligat?* aliud autem esse hoc: *Quid — causae est, cur* — rectissimeque Ernestum contulisse *Quid — habet haruspex, cur* etc. Ubi pessime legeretur *habeat*. Sed neque hoc verum est, libros omnes habere *sit*, ut existimabat Ern., Legitur enim *est* in Codd. L. a. d. Edd. Rob. Steph. Sturm. et receperunt Bip. Vocem *furens* omittit Cod. R. *Mr.*

Priamus sapiens] Confert Roosius p. 13. Iliad. VII. 366. ubi Priamus dicitur *θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος*. Haud incommode quidem: sed etiam sine hoc loco Homerico Priamus, furenti Cassandrae oppositus, cum sanae mentis fuerit, sapiens dici potuit, ut Tusc. I. 44. 105. Achilles, qui desipere desierat, dicitur *aliquando* (i. e. tandem) *sapiens. Mr.*

non queat?] Codd. R. S. *nequeat*. Hoc quidem verbo composito saepius usus est, quam simplici. Sed huius quoque satis multa exempla vel lexica suppeditant. Illud tenendum, verbi simplicis usum sine negatione nostro esse rarissimum: ita tamen dixit Philippic. XI. 2. 6. *quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Mr.*

Cur fiat quidque,] Codd. C. et M. *quicque*. Perperam. Quamquam enim recte scribitur *quicquam* et *quicquid*, ante *que* tamen *d* non mutatur. Vid. Grotefend. Orth. Lat. §. 146. Pergit Cod. R. *ratione quaeris omnino:* omisso *recte. Mr.*

Sed non nunc id agitur.] Conf. Cic. pro Rabir. 3. ib. 13. de provv. cons. 4., quae loca laudat Orell. ad Orat. pro Planc. 6. p. 42. Pergit Cod. R. *fiatne ne fiat. Mr.*

Ut, si magnetem etc.] Ante *ut* Hott. subaudit: „Superiora illa quaerens, perinde agis, ut si etc.“ Sed addit, excidisse fortasse particulam conditionalem, quam verba illa *fieri omnino neges* exigere videantur, sic restituendam: *Ut si, cum magnetem lapidem esse dicam, — fieri omnino neges.* Hanc ille emendationem ipse non admodum probavisse videtur; nam aliam insuper attulit, multis nominibus priore praestantiorem: nimirum ut locum nostrum ita refingamus: *Tu, si magnetem lapidem esse dicam, qui — — fieri omnino*

attrahat; rationem, cur id fiat, afferre nequeam; fieri omnino neges? Quod idem facis in divinatione, quam et cernimus ipsi, et audimus, et legimus, et a patribus accepimus. Neque ante philosophiam patefactam, quae nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit:

neges? Quae mihi quidem ita probatur emendatio, ut ab ea recipienda aegre me retinuerim. *Mr.* — *Ut,* sicut Graecum *ὥστε,* dictum pro *igitur.* Ceterum admodum arridet Hottingeri emendatio. *K.*

Ac *rationem, cur id fiat*] Sic et olim et nunc edi malui, quam ut vulgo *at rationem.* Quin, si mihi libere, quod sentio, dicere liceat, sic potius legendum censeam, deleto *at* vel *ac; Ut si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat et* attrahat: *rationem, cur id fiat* etc. *Lambin.*

At *rationem cur id fiat*] Ita scriptum est in antiquo, cum in impressis deesit particula *at. Ursinus.*

Ad se alliciat et trahat, *rationem*] Ita Pal. pr. et sec. item editi a Victorio. Pithoeanus, *et attrahat; rationem.* vulgati, *et trahat, at rationem.* quod etiam in Pal. tert. et quarto, sequioris notae codicibus. *Gruter.*

Et attrahat, rationem, cur id fiat] *Victorius, Aldus* Nepos, et *Gruterus* ediderunt, *et* trahat; *at rationem, cur id fiat.* Sic et *Ursini* liber, et omnes nostri. Cum vero Pithoeanus Codex daret, *et* attrahat; *rationem, cur id fiat,* sic imprimendum curavi. Quod *Lambinus* etiam felici coniectura praeceperat. *Dav.*

ad se alliciat et attrahat; rationem, cur idfiat,] Lambini emendationem, a Cod. Pithoeano firmatam, a Dav. Hott. et Sch. receptam, nos quoque recipiendam duximus. Illud *at* ante *rationem* omittunt nostri Codd. Cr. L. a. c. d. P. Edd. Sturm. Rob. Steph. Ald. Grut. Verb. Oliv. Ern. Bip. Et intelligitur *at* sono, ut saepissime. Ut vero cum illis triumviris *at* reponerem ante *trahat,* id fieri iussit usus Ciceronis, qui tale in re composita amat, neque unquam *traho* eo, qui hic requiritur, sensu posuit. Quod vero Rathius verbo *trahat* ex Plinii H. N. et Lucretio patrocinium petiit, id ex more eorum est, qui neque tempora, neque genus scribendi, neque ipsos scriptores distinguere solent. Et his ipsis, quae hic proprie posuit, verbis translate usus est noster, sed ut ad magnetem spectari appareat, de Amicit. 14, 50: *etiam illud addimus, — nihil esse, quod ad se rem ullam tam alliciat et tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo:* ubi vid. Gernhard. p. 108. — Pro *afferre* Cod. R. habet *auferre,* quod correxit manus sec. Interrogandi signum post *neges* sustulit Sch. Fortasse id eo invito factum est. Vocem *et* ante *cernimus* omittit Cod. L. b. Cod. S. habet *ideo* pro *idem. Mr.*

Et audimus] Aliae edd. *audivimus,* sed nostra est in omnibus Pall. habetque Victoriana. *Gruter.*

et audimus,] *Audimus* scribitur in Codd., exceptis P. et U., nostris omnibus, itemque in Edd. Asc. 2. Crat. Rob. Steph. Sturm. Grut. Verb. Ern. Bip. Hott. Sch. In Cod. R. scribitur *et legimus et audimus,* inverso ordine. Post *accepimus* plene distinximus cum Hott. et Sch., cum, quae sequuntur, a praecedentibus non pendeant. Dav. distinctionem minorem posuerat. Verba *et audimus* absunt a Cod. S. *Mr.*

quae nuper inventa est,] Eodem modo *nuper* usurpatum est de Nat. Deorr. II. 50. *Quid ea, quae nuper, id est paucis ante seculis, medicorum ingeniis reperta sunt? Mr.*

communis vita] Wopkensium l. c. p. 260. contendentem, *vita* esse i. q. *homines* vel *homo,* eo refellit Hott., quod monet, additum *communis* hoc non pati, cum *communis homo, communes homines* ne cogitari quidem possint. Recte. Sed illud addendum

et, postea quam philosophia processit, nemo aliter philosophus sensit, in quo modo esset auctoritas. Dixi de 87. Pythagora, de Democrito, de Socrate: excepi de antiquis, praeter Xenophanem, neminem: adiunxi veterem Academiam, Peripateticos, Stoicos. Unus dissentit Epicurus. Quid vero? hoc turpius, quam quod idem nullam censet gratuitam esse virtutem?

fuit, *communem vitam* esse i. q. homines, et, cum additum sit verbum *dubitavit*, id omnino esse singulariter dictum, cum, ubi aliis locis apud nostrum legitur *vita communis*, ponatur pro *usu* et *moribus*. Ceterum *hominum vita* pro *hominibus* minus infrequens est, v. c. Tuscc. III. 28. *omni doctrina hominum vita erudiretur*. Et Tuscc. I. 45. translate dicitur *vita occidens* pro *homine vita defuncto: „cum suis se laudibus vita occidens consolari potest."* Quae loca laudavit Wopk. *Mr.*

nemo aliter philosophus] Scribitur *alter* pro *aliter* in Cod. R. Ad v. *nemo philosophus* vid. nostras annott. ad Cic. de N. D. I. 28. 78. p. 50. sq. et II. 38. 96. p. 186. sq. ed. nostr. min. Cod. S. *censet* pro *sensit*. *Mr.*

in quo modo esset auctoritas.] Vocem *esset* omittit Cod. R. sed man. sec. adscripsit *sit*, quod a temporum iusta consecutione abhorret. *Mr.* Ita Graeci relativum cum optativo iungunt ponuntque pro εἰ. E. g. Plat. Men. c. 26. c. ed. Buttmann. οὐ μήτε διδάσκαλοι εἶεν pro εἴ τινος μὴ — εἶεν. Itaque noster dixit *in quo — esset* pro *si* v. *dum in eo modo esset auctoritas*. *K.*

praeter Xenophanem, neminem.] Cod. R. omittit *praeter*, et exhibet *virum* pro *neminem*. In Cod. M. scribitur *Xenophontem*, qui nimirum scribae esset notior Xenophane. In Copp. Victt. a. citatur noster I. 3. *Mr.*

Quid *vero hoc turpius*, quam *quod idem*] *Lambinus* ex coniectura dedit, *quid vero hoc turpius, quod idem*. Sed scopum non tetigit: nam legendum, *quid vero? hoc turpius, quam quod idem* etc.? *Nullam* autem censuit Epicurus *gratuitam esse virtutem*, quia διὰ τὴν ἡδονὴν καὶ τὰς ἀρετὰς αἱρεῖσθαι, οὐ δι' αὐτάς statuit. Vide *Menagium* ad *Laertii* x, 138. *Davies.*

Quid vero? hoc turpius, quam quod etc.] Cod. S. *quis vero*. Dav. in Ed. pr. emendaverat *Qui vero hoc turpius*, idque recepit Lallemannus. Quod tum quidem probari posse monet Hott., si quis turpius esse negaret. Ipse autem eam distinctionem excogitavit, quam proposuit in ed. alt. Dav. et ita explicat: *Quis miretur? nonne turpius etiam est, quod idem sensit* etc. Rathius consilii plenus, vel *hoc* delendum censet (quod item in mentem prius venerat Hottingero), vel *quam* vult eiici (quod iam fecerat Lamb.), vel scribendum esse existimat: *Quid vero hoc turpius, quid quod idem nullam — esse virtutem?* Egregie scilicet. Sch. nobiscum Dav. et Hott. rationem secutus est. *Mr.*

nullam censet gratuitam esse virtutem?] Satis mirari nequeo, quod, ne inspectis quidem libris MSS. et Edd. vett., omnes, excepto Oliveto, Gruterum secuti sunt editores, scribentem, nescio unde, *sensit:* quod si vel in Codd. legeretur compluribus, suspicionem tamen movere debuisset, quia non de animi sententia tacita, sed de sententia publice dicta et in libris, quasi in philosophorum concilio, prolata sermo est. Hoc vero si vituperare voluit (et voluit certe), aptius ex suo usu scripsit *censet*. Neque Perfecto opus est, cum, cuius libri quotidie possunt legi, mortuus quoque semper praesens adesse et loqui videatur. Ceterum de usu verborum *sentio* et *censeo* locutus sum ad Cic. de Rep. I. 29. p. 78. ed. pr.,

40. Quis est autem, quem non moveat clarissimis monumentis testata consignataque antiquitas? Calchantem augurem scribit Homerus longe optimum, eumque ducem

quae nunc non repeto. Illud addo, *censet* legi in Codd. nostris omnibus (nisi quod U. habet *censeat*) Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Sylb. — Pro *gratuitam* Cod. R. habet *gravitatem*. *Mr.*

Quis est autem,] Hunc verborum ordinem gravius negare ait Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 34. 115. p. 292, quam si scribatur: *quis autem est*. Omittitur *est* in Cod. L. b. et Ed. Asc. 1. In Cod. M. scribitur: *quid est autem, quod*. *Mr.*

Testata *consignataque antiquitas*] Prima vox hic in significatione passiva sumitur, quod olim notavit *Agellius* N. A. lib. XV. cap. 30. Sic et ad Atticum lib. I. Ep. 16. *Neque dixi quicquam pro testimonio, quod non erat ita notum atque* testatum, *ut non possem praeterire*. Ita *publicis literis* testata *omnia* dixit pro Murena cap. XI. *Dav.*

testata consignataque] Usus passivus participii *testatus* nostro ita familiaris est, ut facilius eius decem exempla afferas, quam unum activi. Activo sensu legitur de Finn. II. 20. 66. *Stuprata per vim Lucretia a regis filio, testata cives, se ipsa interemit:* Passivo Or. pro Flacc. 11, 26. in Verr. Act. I. 16. 48. Epp. ad Famm. XI. 27. I. 9. p. 27. Ed. Ern. min. I. 3. V. 20. p. 146. pro Cael. 27. 64. ad Att. VIII. 9. Partit. Oratt. 9. 32. Philippic. X. 3, 7. Vid. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. I. p. 299. ed. Stallbaum. *Mr.*

Calchantem] De Calchante, Mopso, Amphiarao, Tiresia vid. quos laudavi ad Cic. de N. D. II. 3. p. 216. ed. nostr. et Moser. *Cr.*

Ducem classium *fuisse*] Ita Marsi editio et Victorii, neque aliter Pal. sec. aut Pithoeanus. nam pr. *classici*, cum linea iacente supra literam extremam. tert. ac quart. *classicis*. S. Victoris *classicum*. vulgati *classis*. *Gruter.*

ducem classium fuisse ad Ilium,] Ita rationibus ponderatis scribendum duximus Dedimus autem *classium* iisdem, quibus Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 34. 112., rationibus moti. Fuerunt enim *classes* τῶν βασιλέων καὶ ἀνάκτων Graeciae. Accedit auctoritas Codd. L. c. d. R. Cr. Edd. Rob. Steph. Sturm. quibus accedunt Verb. Dav. et Oliv. In Cod. P. est *classici*, in Cod. S. *classi*, in rell. *classis*. Singulari numero si Cicero usus esset, elegantius fortasse scripsisset *classi*, quod lectioni *classis* praeferebat Hott. Idem malebat *eundemque* pro *eumque;* qua medicina non eget noster. Neque magis, semel reperta egregia Gulielmi emendatione *ad Ilium*, ad glandes redire malui cum Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. qui *at illum* servarunt, in qua lectione Hott. etiam nescio quid elegantiae subodoratus est, quamquam, cum modo praecesserit *eumque*, parum suaviter statim adiungitur *at illum*. Nihil autem facilius fuit, quam ut ex ILIVM fieret ILLVM. Quo facto AD mutare in AT proclive fuit. Et exstat probae lectionis vestigium in Cod. L. d. qui habet *ad*. Videtur autem Quintus secutus esse pressius Homeri vestigia, cuius etiam mox versum unum accurate reddit. Amplexi sunt Gulielmi coniecturam post Davisium Lallemannus, Sch. et censor Ed. Hott. Ienensis 1794. 272. p. 461. Verb. in marg. narrat Davisium pro *classium* dedisse *classi Graeciae*. Quod factum esse videtur in ed. pr., quae nunc ad manum non est. In ed. Oliv. perperam expressum est *fuisset*. *Mr.*

At illum *auspiciorum*] Corrupti heic omnes libri. vix tamen cordato dubium, quin rescribendum sit cum Gulielmio, *ducem classium fuisse* ad Ilium, *ausp.* etc. emendatio palmaria. *Gruter.*

Ducem classium fuisse ad Ilium] Vulgo *ducem classium fuisse; at*

classium fuisse ad Ilium, auspiciorum credo scientia, non locorum. Amphilochus et Mopsus Argivorum reges 88. fuerunt, sed iidem augures: iique urbes in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt. Atque etiam ante hos Amphiaraus et Tiresias, non humiles et obscuri, neque eorum similes, ut apud Ennium est,

Qui sui quaestus causa fictas suscitant sententias;

sed clari et praestantes viri, qui avibus et signis admoniti futura dicebant. Quorum de altero etiam apud

illum, sensu parum commodo: quare nos egregiam *Iani Gulielmii* coniecturam recepimus, quam *Homerus* diserte firmat. Sic enim loquitur Il. A, 69.

Κάλχας Θεστορίδης, οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος·
Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν ἼΛΙΟΝ ΕΙΣΩ
Ἣν διὰ μαντοσύνην. — *Davies.*

Auspiciorum credo scientia] Cod. R. *credo auspiciorum scientia.* Cod. P. *scientiam.* Ex vaga vocis *credo* positione Schützii suspicioni aliquis patrocinium petere possit, dicentis: „*Credo* hic aptum non est. Homerus enim diserte dicit: ἣν διὰ μαντοσύνην.“ Verum est, verbum *credo* ita interpositum plerumque ironiae inservit, nonnunquam etiam pro *existimo* ponitur. Quorum neutrum hic locum habere videtur. Sed nihil impedit, quo minus *credo* urbane dictum sit et modeste pro *nimirum nosti, ut est apud Homerum.* Similis est sententia loci de Clar. Orat. 93. 320. *Mr.*

augures — ante hos] Desunt haec omnia in Cod. R. In eodem omittuntur in versu, qui mox sequitur, verba *sui* et *causa.* Pro *fictas* Cod. L. b. et Ed. Asc. 1. habent *factas.* Verbum *suscitant* explicat Hott. *excudunt ac proferunt.* Poeticus est hic usus, quem in pedestrem sermonem transtulit scriptor Orationis falso Ciceroni tributae Antequ. iret in exil. §. 15. *novam rationem suscitant. Mr.*

Amphilochus et Mopsus] De his vide *Lindenbrogium* et *Valesium* ad *Ammiani Marcellini* XIV, 8. *Davies.*

Qui sui quaestus caussa] Tale quiddam dixit *Sophocles* in Oedipo:

——Ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσι
Μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός. Ursinus.

qui avibus et signis admoniti] Cod. L. d. *visibus* pro *avibus.* Ad sustentandam magis lectionem *dicebant,* contra Lambini coniecturam *praedicebant,* exemplis a Davisio allatis haec addit Wopkens. l. c. p. 261. de Fato 14. *ne Apollinem quidem futura posse dicere.* Alia dedit ex Lactantio, Plauto et Silio Italico. Poetas non moramur. Ille scripsit Inst. I. 11. *nisi Themis futura dixisset;* et Epitom. 73. *a vatibus futura dicuntur. Mr.*

Futura dicebant] *Lambinus* reponit *futura praedicebant.* At noster cap. 41. pari modo dixit: *partim auguriis, partim coniectura quae essent futura* dicebat. Illic etiam viro erudito placet *praedicebat.* At infra lib. II. cap. 33. Tullius, *non enim,* inquit, *sumus ii nos augures, qui avium reliquorumque signorum observatione* FUTURA DICAMUS. Qui locus ab eo praetermissus est intactus. Et certe nihil opus est, ut MSStorum deseratur lectio: nam qui rem quampiam *futuram dicit,* omnino rem quampiam praedicit. *Davies.*

Homerus ait, solum sapere] Odyss. K, 494.

Τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Vide *Platonem* Menone pag. 24. F. et *Tzetzem* ad *Lycophronis* vs. 683. *Dav.*

inferos Homerus ait, *solum sapere, ceteros umbrarum vagari modo.* Amphiaraum autem sic honoravit fama Graeciae, deus ut haberetur, atque ut ab eius solo, in

Quorum de altero — Homerus ait, solum sapere,] Quis non exspectet, a Cicerone esse scriptum: *Quorum alterum Homerus ait solum sapere —?* Sed videtur Cicero ante oculos habuisse locum Platonicum in Menone c. 42. ed. Buttm. p. 69: λέγων περὶ αὐτοῦ, ὅτι οἷος πέπνυται τῶν ἐν ᾅδου, αἱ δὲ σκιαὶ [ita, non τοὶ, est apud Platonem] ἀΐσσουσι: [p. 100. Ed. Steph. p. 389. Ed. Bekker.] eumque pressius ad verbum reddidisse. *K.* Cod. R. *ut Homerus ait. Mr.*

ceteros umbrarum vagari modo.] „Ex Homeri verbis, ait Hott., aliquis suspicetur Ciceronem scripsisse: *ceteras umbras autem vagari modo.* Ex *umbras* et *autem* per compendium scriptis, facile fieri potuit *umbrarum.* Sed et in lectione vulgata *ceteros umbrarum* dictum videri potest pro *ceteras umbras.*" In quo mireris virum doctissimum ita alucinari potuisse, ut neque versum Homericum intelligeret, neque probam Ciceronis versionem: τοὶ δὲ σκιαί dictum est pro τοὶ δὲ ὡς σκιαί, et idem vult Ciceronis *umbrarum — modo* i. e. *umbrarum more* v. *ritu.* Ita intellexit etiam locum scriptor Codicis M., vel is, cuius hic exemplar descripsit: exhibet enim loco verbi *modo* glossam *more.* Idem mox cum Cod. S. pro *deus ut* habet *ut deus.* De illo verborum ordine v. Ochsner. ad Oliveti Eclog. Cic. p. 192. *Mr.*

atque ut ab eius solo,] Codd. Cr. et M. omittunt *ut.* Eius loco Cod. L. b. habet *aut.* Cod. S. *atque ab eis.* Pro *eius* fore fortasse ait Hott. quempiam, qui malit *eo.* Quod probat Roosius p. 14. Equidem fateor, neque mihi valde probari a Cicerone dictum *solum alicuius hominis, quo est humatus,* pro *loco, quo aliquis homo est humatus.* Quare probare non possum, quod coniecit Hott. verba *in quo est humatus,* supervacanea indicans, si scribas *ab eius solo;* quasi dici possit *eius solum* simpliciter pro: *locus, quo est humatus.* Magis probari potest, quod supervacaneum existimat *eius.* Quamquam malim scriptum *eo.* In Cod. R. scribitur *humatus erat.* Verbum *humatus* omittit Cod. U. Sed id etiam Hottingerum male habet, quod *humatus* dicitur is, qui terrae hiatu absorptus est: idque is parum aut nimis (?) proprie dictum existimat. Idem movit Meyerum, interpretem Germanicum, ut aliam etiam de Amphiarao famam, quam quae est apud plerosque scriptores, obtinuisse existimaret. Sed utriusque suspicio de nihilo est. Certe adhuc nemo, neque nostro loco, neque apud Valer. Max. VIII. 15. 3. (Hott. male 16.), ubi item scribitur de Amphiarai oraculo: *locus, in quo humatus est,* nemo, inquam, dubitavit, quin *humatus* dici possit non is tantum, qui manibus hominum humi defossus est, sed etiam qui terrae hiatu absorptus, et ita ab ipso Iove, qui terram fulmine diffidisse dicitur, quasi humatus est. Tum istis dubiis locus esset, si scriberetur *sepultus:* nunc vana sunt. *Mr.*

Oracula peterentur] Pithoeanus addit, *vel praestarentur,* et vero; Pal. pr. *praeterentur.* ut forsan *praestarentur* verum sit. *Gruter.*

Ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur] *Theodoretus* Therap. X. p. 136. Ἐν Ὠρωπῷ, Ἀμφιαράου μαντεῖον. *Strabo* lib. IX. pag. 612. Ψῶφις ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιαράειόν ἐστι, τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάραον, ὥς φησι Σοφοκλῆς,

Ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις
Αὐτοῖσιν ὅπλοις, καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ.

Licet autem de loco, quo Amphiaraus, hiante terra, fuit absorptus, nonnulla sit dissensio, tamen Θεὸν Ἀμφιάραον πρώτοις Ὠρωπίοις κατέστη νομίζειν, ὕστερον δὲ καὶ οἱ πάν-

quo est humatus, oracula peterentur. Quid? Asiae rex 89.
Priamus nonne et Helenum filium et Cassandram filiam p.90. a.
divinantes habebat, alterum auguriis, alteram mentis incitatione et permotione divina? Quo in genere Marcios quosdam fratres, nobili loco natos, apud maiores nostros fuisse scriptum videmus. Quid? Polyidum Corin-

τες Ἕλληνες ἥγηνται. Vide *Pausaniam* lib. I. cap. 34. et lib. IX. cap. 8, 19. *Dav.*

oracula peterentur.] Ad Gruteri annot. haec addit Gronovius: „Immo *praeberentur*, ut palam est in Pal. pr.“ Quibus merito haec respondit Wopk. l. c. p. 261: „Codicum monstris nimium tribuisse videntur doctissimi duumviri Gruterus ac Iac. Gronovius. Ineleganter locutus esset Tullius, si Amphiaraum sic honoratum fuisse diceret, ut ab eo solo, in quo humatus esset, oracula *praestarentur* vel *praeberentur*. Est quoque phraseologia, quam comminiscuntur isti viri, insolens atque rara; quum ea, quam tollunt, sit Tullio familiarissima. Si nescis, vide supra cap. 34. et infra cap. 43.“ *Mr.*

oracula] De Amphiarai oraculo veterum loca congessit D. Clasen. de Oraculis Gentilium. 4. Helmst. 1673. p. 412—420. *Mr.*

nonne et Helenum] Cod. R. *numne*. De Heleno vid. Creuz. ad Cic. de N. D. II. 3. p. 216. Pro *habebat* Cod. U. habet *habebant*, ex more scribarum, verba ad proxima vocabula, neglecta sententia, accommodantium. *Mr.*

Incitatione et permotione *divina*] Illud, *et permotione*, manavit ab editione Victorii, restatque in S. Victoris et Pall. omnibus, nisi quod sec. *promotione*. *Gruter.*

incitatione et permotione divina] Non manavit illud *et permotione* ex Ed. Victorii, ut existimabat Gruterus, cui nemo contradixit. Sed est iam in Edd. Asc. 2. Crat. Herw., quae comparuerunt ante Victorianam, et ex Edd. vett., praeter illas, in Sylburgiana. Ea autem vocabula exhibent etiam Codd. nostri omnes, exceptis U. et P. Rathio ea vehementer displicebant, isque nata putat ex interpretatione vocabuli antecedentis, cui adscripserit aliquis: *pro motione*, ut est in Pal. sec., unde factum esse existimat *permotione*. Ceterum, nisi Codd. MSS. istas voces exhiberent, iis commode careremus. Similis tamen locus est infra II. 3. 9. *Numquid in iis rebus est, quod provisione aut permotione mentis magis, quam ipsa natura sentiamus? Mr.*

Fuisse scriptum videmus] Supervacua videri queat dictio ultima *videmus*. *Grut.*

fuisse scriptum videmus.] Cod. R. *scriptum fuisse videmus.* Aliud egit Gruterus, cum verbo *videmus* litem moveret. *Mr.*

Marcios quosdam fratres — — fuisse scriptum videmus] Ultima vox *Grutero* perperam supervacua videbatur: eodem enim modo sexcenties loquitur noster. *Marciorum* vero *fratrum* meminit *Servius* ad Aen. VI, 70, 72. *Symmachus* lib. IV. Epist. 34. *Marciorum quidem vatum divinatio caducis corticibus inculcata est. Plinius* lib. VII. H. N. cap. 33. *Divinitas et quaedam caelitum societas fuit — apud Romanos in Marcio.* Quinctiam Marcium vatem illustrem fuisse tradit, et ex eius carminibus duo recenset *Livius* lib. XXV. cap. 12. Vide *Macrobium* Saturn. I, 17. *Festum* in *negumate*, *Arnobium* lib. I. p. 48. *Amm. Marcellinum* XVIII, 1. et nostrum infra cap. 50. ac lib. II. cap. 55. *Davies.*

Polyidum *Corinthium*] Ita sine dubio legendum est, non, ut antea, *Polybum Corinthium*, ex *Homeri* loco, quem *Cicero* significat, qui est Iliad. N, 663. his verbis:

Ἦν δέ τις Εὐχήνωρ, ΠΟΛΥΙΔΟΥ
μάντιος υἱός,

thium nonne Homerus et aliis multa, et filio ad Troiam proficiscenti mortem praedixisse commemorat? Omnino apud veteres, qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant. Ut enim sapere, sic divinare regale ducebant. Testis est nostra civitas, in qua et reges

Ἀφνειός τ', ἀγαθός τε, Κορινθόθι οἰκία ναίων·
Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς Κῆρ' ὀλοὴν, ἐπὶ νηὸς ἔβαινε.
Πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
Ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.

Sic et lib. II. de Legg. cap. 13. inter vates nominatur. *P. Manucius.*

Polyidum *Corinthium*] Polyidi mentionem faciunt etiam *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. I. pag. 399. et *Lucianus* Dissert. cum Hesiodo Tom. II. pag. 487. *Davies.*

Quid? Polyidum] Codd. Cr. L. b. c. d. Ed. Rob. Steph. Car. Steph. Crat. Herw. Brut. Ald. Boul. Sturm. Lambb. [Lamb. pr. ut nos] Goth. Sylb. *Polybum.* Cod. R. *Polibum.* Ox. E. *Polyibum;* quae scriptio proxime accedit ad veram, sed abiit in pessimam *Polybium,* quam exhibent Cod. U. et Ed. Asc. 1. Probam scriptionem iam habet Ed. Asc. 2. et post Grut. omnes. *Mr.*

Polyidum Corinthium] Conf. de Legg. II. 13. ibiq. p. 262. sq. ed. Moser. et nostr. ubi pro *Pollete Polyidum* recte tuetur Davisius. Contrariam rationem in Marini Vita Procli p. 24. p. 9. ed. Boissonad. secutus est I. A. Fabricius, recte suffragante Boissonadio. Conf. notas ibid. p. 28. sq. Suidae loco nunc adhibe Reinesii Observatt. Ed. Mülleri p. 204. Uti Suidae, ita etiam Eudociae in Violeto p. 316. reddendus *Πόλλης* pro *Πόλλις,* quod ex altero loco eoque primario eiusdem Violarii p. 364. intelligitur. Aliud vitium hac data occasione eluam ex libro primo Galeni in Hippocrat. de morbis acutis p. 41. infr. Basil. *ἐδείκνυε δὲ καὶ Ἀπόλλητος* (leg. *Πόλλητος*) *καὶ Ἀθηναίου καὶ Χαιρημόνος καὶ Ἀρτεμιδώρου τοῦ Φωκᾶ ἄλλων τε τινῶν οἰωνιστῶν ἐνδόξων βίβλους αὐτῷ μαρτυρούσας.* Unde fortasse expleri possit Io. Laur. Lydi locus de Ostentis p. 6., ubi ante verba *καὶ Πόλλης* lacunae signum posuit Hasius. Conf. eius animadvers. p. 292. Redeo ad nostrum locum, cui ex Homero Iliad. N. 663. Polyidum restituit Manutius. Divinavit autem futura ex avium volatu et sedibus. Aelian. H. A. VIII. 5., qui formam pedestri in sermone rariorem *Πολύειδος* [p. 453. ed. Gronov. quem v. p. 1052.] retinet, de qua v. Heynii Obss. ad Homer. l. l. et Müller. ad Reinesii Obss. in Suid. p. 206. De homine autem, qui idem Glaucum Minois filium herbae usu in vitam revocasse ferebatur, vid. Apollodori III. 3. 1. ibiq. Heynium. Palaephat. de Incredibill. c. 27. cum interprr. Valckenarii Diatrib. Euripid. p. 200. sqq. Sturz. ad Pherecyd. p. 174. ed. alter. et nos ad Xanthi Lydi Fragmm. p. 193. sq. *Cr.*

filio ad Troiam proficiscenti] Cod. M. *consilio* pro *filio.* Paullo inferius Cod. R. *dicebant* pro *ducebant:* de quarum vocum permutatione paullo superius diximus. *Mr.* *Ad Troiam* scripsit, quia non intravit Troiam. Hoc non observavit Caesar in simili re, cum de B. C. I. 16. dicit: *Caesar — Corfinium contendit;* et tamen paullo post narrat, eum *ad urbem constitisse, iuxtaque murum castra posuisse.* Et saepius abest *ad. K.*

ducebant. Testis est nostra civitas] Codd. et Edd. habent: *ducebant; ut testis est* etc. Nos vero Hottingeri emendationem, ut nobis videtur, palmariam recepimus. Primum enim displicet *ut,* tam parvulo intervallo repetitum: deinde vix latine dicitur *ut testis est* pro *cuius rei testis est:* denique ex duabus ex-

augures, et postea privati, eodem sacerdotio praediti, rem publicam religionum auctoritate rexerunt.

Eaque divinationum ratio ne in barbaris quidem gen- 41.
tibus neglecta est: siquidem et in Gallia Druidae sunt, 90.
e quibus ipse Divitiacum Aeduum hospitem tuum laudatoremque cognovi; qui et naturae rationem, quam

tremis verbi *ducebant* litteris facile oriri poterat illud *ut*. Hae sunt Hottingeri rationes, quas nostras facimus. Laudat idem Cic. de Off. II. 7. *Nec vero ulla vis — possit esse diuturna. Testis est Phalaris* etc. ib. II. 12. *Ficta omnia celeriter — decidunt. — Testes sunt permulti in utramque partem.* *Mr.*

et reges augures,] Sustuli cum Hott. distinctionem post *reges*, locumque cum eo ita explico: reges tanquam augures rem publicam rexerunt, s. cum res publica sub regibus esset, iidem augures fuerunt, et cum a privatis regeretur, illi quoque hoc sacerdotium tenuerunt, adeoque summus magistratus cum auguratu semper fuit coniunctus. In Cod. R. *et* abest ante *reges* et additum ante *augures*. S. M. habent *et reges et augures*. In seqq. R. habet *sacerdocio eodem predicti*. *Mr.* — Hottingerianam huius loci distinctionem comprobat *Ballhorn genannt Rosen* in libro *Ueber Dominium* p. 291. sq. not. 122. quem cf. de hoc loco. *Cr.* — Pro *religionum* in Cod. R. scriptum est *religionis*, quod cave praeferas. Pluralis, si de auspiciis, prodigiis et huiusmodi rebus loquitur, nostro familiaris est. Vid. Schütz. Lex. Cic. v. *religio* n. 5. — S. habet *auctione* pro *auctoritate*. *Mr.*

ne in barbaris quidem gentibus] Cod. R. *barbariis* pro *barbaris*. Vocem *siquidem* in seqq. omittit Cod. M. *Mr.*

Druidae *sunt*] Sic fere Pall. omn. et Gulielmiani; non *Druides*, ut editi ante Victorium, quem tamen nemo sequi ausus, cum niteretur procul dubio auctoritate librorum antiquorum, ut nos. *Gruter.*

Druidae] Caesar de B. G. VI. 13. sq. ibiq. interprr. Diodor. Sic. V. 31. Qui postquam Gallorum theologos memoravit, ita pergit: *χρῶνται δὲ καὶ μάντεσιν, ἀποδοχῆς μεγάλης ἀξιοῦντες αὐτούς. οὗτοι δὲ διά τε τῆς οἰωνοσκοπίας καὶ διὰ τῆς τῶν ἱερείων θυσίας τὰ μέλλοντα προλέγουσι καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἔχουσιν ὑπήκοον.* ubi vid. Wessel. p. 354. Adde interprr. ad Ammian. Marcellin. XV. 9. p. 157. sq. ed. Wagneri et cf. Martin. *Religion des Gaulois* I. p. 176. Moeseri *Vermischte Schriften* II. p. 271. et Eckhel. D. N. V. I. p. 63. et VIII. p. 190. *Cr.* — Scribitur *Druydes* in Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Lamb. Goth. Sylb. Quare Sylb. ad h. l. annotavit: „Ergo Ciceroni *Druydes*, tertia inflexione, qui Straboni, Laertio, Suidae *Δρυΐδαι* sunt.“ In Ed. Ven. 1494. est *Dryides*, in Cod. Cr. *Driadae*; in Cod. R. scriptum est: *in galia divi desunt*. Rell. Codd. et Edd. habent *Druidae*, praeter Codd. P. S. in quibus est *Dryadae*. Exstat docta dissertatio I. G. Frickii, Ulmensis, de Druidis Occidentalium populorum philosophis. 4. Ulmae 1731. cum figg. — In seqq. Cod. Cr. habet *divitiarum haeduum*. R. *diviciatum divum hospitemque tuum*. Idem *vere* pro *naturae*. *Mr.*

Naturae rationem] Sic solebant Druidae. *Pomp. Mela* lib. III. cap. 2. *Hi terrae mundique magnitudinem et formam, motus caeli ac siderum, ac quid Dii velint scire profitentur.* *Caesar* B. G. lib. VI. cap. 14. *Multa de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum immortalium vi ac potestate disputant.* *Strabo* lib. IV. pag. 302. *Δρυΐδαι πρὸς τῇ ΦΥΣΙΟΛΟΓΙΑι καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι.* Quin et *augurandi studio Galli praeter ceteros*

physiologiam Graeci appellant, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis, partim coniectura, quae essent futura, dicebat. Et in Persis augurantur et divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa atque inter se colloquendi: quod etiam idem vos quon-
91. dam facere Nonis solebatis. Nec quisquam rex Persa-

callent, ut ait *Iustinus* lib. XXIV. c. 4. Vide *Diodorum Siculum* Bibl. lib. V. pag. 308. *Davies.*

physiologiam] Physicam, quam nostri dicunt, intelligendam esse, neque vero recentiorum physiologiam, in vulgus notum est. Infra in refutanda Quinti disputatione Marcus eodem verbo ita utitur, ut dicat II. 16. *nam dum haruspicinam veram esse vultis, physiologiam totam pervertitis.* Vid. I. Lipsii Manuduct. ad Stoic. Philos. II. 5. p. 694. Opp. T. IV. p. 694. Ed. Vesal. In seqq. Cod. L. d. habet *esse sibi* pro *sibi esse*. Vocem *sibi* plane omittit Cod. R. Tum idem: *et partim augurio et partim.* Pro *augurantur* est *augurant* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed duae posteriores *augurantur* habent in varr. lectt. Cod. S. omittit *et* ante *naturae;* pro *dicebat* exhibet *dicebant*. *Mr.*

Augurantur et divinant Magi] Loca veterum huc pertinentia congessit *Barn. Brissonius* de Regn. Pers. lib. II. cap. 63. *Dav.*

congregantur in fano] Persae templa, aedes non habebant. Fanum igitur est locus consecratus, in quem religionis causa coeunt. *Ern.* — Commode ad hanc vocis *fanum* significationem laudat Hott. Livium X. 37. *In ea pugna Iovis Statoris aedem votam, ut Romulus ante voverat, sed fanum tantum, id est locus templo effatus, iam sacratus fuerat.* Add. Cic. Lael. II. 7. fin. Ceterum de verbo *fanum* praecipit I. G. Vossius in Etymolog. L. L. p. 204. Verba *in fano* omittit Cod. L. b. Pro *colloquendi* Cod. R. habet *collocandi*. Verbum *commentari* h. l. habet deliberandi significationem, ut Epp. ad Famm. IV. 6. *Ego autem cum multis de causis te exopto quam primum videre: tum etiam, ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. Mr.* Conf. Plutarch. Artax. 3. et Gesenius ad Iesai. prophet. XIX. 11. p. 619. Conf. etiam Io. Clerici Opera Philosoph. T. II. p. 287. sq. ibiq. indic. s. v. *Magus*. *Cr.*

quod etiam — solebatis.] Hoc certe M. Cicero non minus, imo melius noverat, quam Q. frater, cum augur esset. An ideo hic quoque locus in suspicionem *νοθείας* cadet, ut I. 17. coll. I. 23. 34. et 36? Non meliore quidem iure. *K.* Vocem *Nonis* omittit Cod. Cr. In R. est *novi*, in Cod. P. *Nis.* S. habet: *quod etiam iidem nos quosdam novis. Mr.*

Rex Persarum . potest esse] Ita *Philo* Iudaeus de Spec. Leg. pag. 711. F. *Τὴν μὲν οὖν ἀληθῆ μαγικὴν, ὀπτικὴν ἐπιστήμην οὖσαν, ᾗ τὰ φύσεως ἔργα τρανωτέραις φαντασίαις αὐγάζεται, σεμνὴν καὶ περιμάχητον δοκοῦσαν εἶναι, οὐχ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς, καὶ βασιλέων οἱ μέγιστοι, καὶ μάλισθ' οἱ Περσῶν, διαπονοῦσιν οὕτως, ὭΣΤ' ΟΥΔΕΝΑ ΦΑΣΙΝ ἘΠΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ΠΑΡΑΛΗΦΘΗΝΑΙ ΔΥΝΑΜΙΝ* (Leg. *δύνασθαι*, vel *δυνάμενον*) *ΠΑΡ' ΑΥΤΟΙΣ, ΕΙ ΜΗ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΤΟΥ ΜΑΓΩΝ ΓΕΝΟΥΣ ΚΕΚΟΙΝΩΝΗΚΩΣ ΤΥΓΧΑΝΕΙ.* Hinc Persici Regis filius natu maximus, quatuordecim natus annos, Magica Zoroastris disciplina fuit imbutus, ut tradit *Plato* Alcib. I. pag. 32. [p. 121. cf. Olympiodor. p. 153. sq.] et ex eo *Apuleius* Apol. p. 447. *Davies.*

rex Persarum] Contra Davisianam Philonis emendationem Wopk. l. c. p. 262. haec monet: „Quod D. pro *δύναμιν* legit *δύνασθαι* vel *δυνάμενον*, coniectura est probabilis illa qui-

rum potest esse, qui non ante magorum disciplinam scientiamque perceperit. Licet autem videre et genera quaedam et nationes huic scientiae deditas. Telmessus in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina. Itemque Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum unam, alteram Clytidarum, haruspicinae nobi-

dem, sed vide tamen an, leviore cum mutatione, sensus haud incommodior exsurgat, si reposuerimus: *ὥστ' οὐδέν φασιν ἐπὶ βασίλειον παραληφθῆναι δύναμιν παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ κ. τ. λ.* nam *βασίλειος* vel *βασιλικὴ δύναμις* saepius, nisi fallor, idem denotat, quod *βασίλεια*." — Vocem *rex* omittunt Codd. U. S. et M. et Ed. Asc. 1. *Mr.*

qui non — perceperit.] i. q. *si non — perceperit:* ut supra c. 39. extr. *K.* — Ad v. *licet autem videre* v. similes locos apud Ochsner. ad Olivet. Eclogg. Cic. p. 176. Pro *autem* Cod. R. habet *etiam*. Idem omittit proximum *et*. — *Genera* esse i. q. familias recte monuit Hott. Quod ut in istius nominis singulari numero frequentissimum est, ita est singulare in numero plurali. *Mr.*

Telmessus in Caria est; qua in urbe excellit haruspicum disciplina] Diserte tradit *Arrianus* de Exped. Alex. lib. II. cap. 3. *εἶναι τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν.* Et eos quidem haruspicinae peritos habitos fuisse patet ex *Herodoti* lib. I. capp. 78, 84. Ast hos *τὴν δι' ὀνείρων μαντικὴν* invenisse dicunt *Tatianus* cap. 1. *Clemens Alexandrinus* Strom. I. pag. 361. et *Gregorius Nazianzenus* Or. III. pag. 100. Hinc *Tertullianus* de Anima cap. XLVI. *Telmessenses nulla somnia evacuant, imbecillitatem coniectationis incusant.* Utrumque coniunxit *Nonnus* Hist. LXXI. *Τελμισσεῖς λέγονται πρῶτοι τοὺς ὀνείρους εὑρεῖν καὶ διακρίνειν τὰ τέρατα· ἔλεγον γάρ, εἰ γέγονέ τι παράδοξον, ὅ, τι τόδε σημαίνει, καὶ πάντως, ὡς ἂν εἶπον, συνέβαινεν ἐξέρχεσθαι.* *Telmessum* vel *Termessum* alii Cariae, alii Pisidiae, alii denique Pamphyliae tribuunt, nisi forsan variae sint urbes, eodem vel non longe diverso nomine insignitae. Vide praestantissimum Virum *Ezech. Spanhemium* Diss. IX. de usu et praest. Numism. pag. 563, 564. *Davies.*

Telmessus in Caria est,] Cod. Cr. et Edd. aliquot vett. *Telmesus*. *Mr.* — Herodot. I. 78. ubi Wessel. locum classicum laudat Arriani Exped. Alex. II. 3. unde adscribam, quae potissimum huc faciunt: *Εἶναι γὰρ τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν.* Adde, quos alios ibidem citavit Wesseling. et conf. Larcher. ad eum locum Vol. I. p. 348. *Cr.* Copp. Victt. a.: Steph. *τελμισσὸς πόλις καρίας:* praeterea citatur noster I. 42. Ibid. ad v. *Iamidarum*. Clem. Al. Strom. I. [p. 399. infr. ed. Potter.] *καὶ ἴαμος ἄλλος ἐν ἤλιδι, ἀφ' οὗ οἱ ἰαμίδαι. Mr.*

Itemque Elis — Iamidarum — Clytidarum] V. de re Herodot. IX. 33. et ibi Valckenarium et Wesselingium. Secundum Herodotum sunt *Clytidae* [Scripsit enim Ern. cum multis libris *Clutidarum*]; sed nil interest. V. collecta de Clytidis a Leopardo Emend. IV. 18. *Ern.* — Valckenarius l. l.: Triplex hoc genus, *οἱ Ἰαμίδαι, καὶ οἱ Τελλιάδαι καὶ οἱ Κλυτιάδαι*, ubi memorantur Philostrato de Vita Apollon. Lib. v. cap. 25. infelix prostat Olearii coniectura, nescientis, veram lectionem iam demonstrasse Kühnium ad Pausan. p. 300. cf. ad Pausan. III. 11. 6. Siebelisii notam p. 30. sq. Iami prosapiam explicuit Larcher. in Herodoto suo T. IV. p. 223. Clytii T. VI. p. 118. sq.; unde idem Olearius non felicius Clytum effinxit. Tu vide modo Pausan. VI. 19. 4. ubi

litate praestantes. In Syria Chaldaei cognitione astro-
92. rum sollertiaque ingeniorum antecellunt. Etruria autem de caelo tacta scientissime animadvertit: eademque
b. interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris atque portentis. Quocirca bene apud maiores nostros senatus, tum, cum florebat imperium, decrevit, ut de principum

sine varietate est ὁ Κλύτιος. *Cr.* — Pro *Elis* Cod. M. habet *diis*. Scripsit nimirum aliquando unus *elis*, alter *clis* unde factum *dis* et dilatatum sine sensu *diis*. Pro *duas* Codd. L. b. d. P. S. *die*, R. *dic*. Vocem *certas* explicat Hott. easdem semper, in quibus isthoc munus perpetuo moneat. *Mr.*

Iamidarum unam; alteram Clutidarum] De Clytidis vide *Pausaniam* lib. VI. c. 18. Iamidas autem ex variis scriptoribus notos fecit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XIII. cap. 15. Addatur *Philostratus* vit. Apoll. lib. V. cap. 25. qui Κλυτιαδῶν simul ac Ἰαμιδῶν meminit. *Dav.*

Glutidarum] *Clytidarum* scribendum est, auctoribus *Herodoto* et *Pausania*. *Herodoti* verba sunt, Καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων καὶ ΚΛΥΤΙΑΔΩΝ etc. Pausaniae; Ἀρχίδαμος τεθρίππῳ νενικηκώς, καὶ Ἐπέραστός ἐστιν ὁ Θεογένους ὅπλον νίκην ἀνηρημένος εἶναι δὲ καὶ μάντις ὁ Ἐπέραστος τοῦ ΚΛΥΤΙΔΩΝ γένους. Facile autem Librarius labi in eo nomine potuit, cuius primam literam *c* in *g* mutabant antiqui, et *u* scribebant pro *y*; ut pro *Sylla* et *Myrrha*, *Sulla* et *Murrha*; pro *Cycnus* et *Caius*, *Cygnus* et *Gaius*. *Ursinus.*

Iamidarum unam, alteram Clytidarum,] Scribitur *Iamidarum* in Codd. L. a. c. d. M. Ed. Car. Steph. in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. in Edd. Brut. Boul. Sylb. Ald. Lamb. Goth. et seqq., *Iamindarum* in Codd. P. L. b. *Iam indarum* in Cod. R. In rell. *Ianuidarum*. Tum *Clutidarum* in Codd. R. L. a. b. c. M. Edd. Lamb. Goth. Verb. (ita certe voluit edi: sed expressum est Cluditarum) Grut. Ern. Oliv. (ut Verb.) Bip. Hott. In Cod. Cr. *Glucidarum*. R. *Clucidarum*. P. *Gludarum*. Asc. 1. *Glacidarum*. In rell. est *Glutidarum*. Nos Graecam nominis scriptionem secuti sumus cum Sch. Pro *nobilitate praestantes* P. Pithoeus in marg. Ed. Lamb., quae habet lectiones Cod. P., coniecit *haruspicinae nobiles praestantia:* quod, quamquam admodum arridet, nolim tamen recipere, ne Ciceronem ipsum correxisse videar. *Mr.*

In Syria Chaldaei] Res vulgatissima. Χαλδαίους tamen ἔθνος Περσικόν dicit *Nonnus* ad *Gregorii Nazianzeni* Stelit. I. Hist. 70. Ita vero locutus est iste consarcinator, quod Chaldaea aliaeque regiones Asiaticae Persicum iugum subierint. Inde etiam est, quod Babylonem Persarum civitatem vocârit Scholiastes *Iuvenalis* ad Satir. X. 171. cui praeivit *Propertius* lib. III. Eleg. IX, 21. Vide *Sextum Rufum* Brev. cap. XV. Idem hac de causa Anthemusium quae Mesopotamiae pars est, *opimam Persidis regionem* dixit. Quin et *Persidem* pro *Assyria* posuit *Isidorus* Pelusiota. Vide *Conr. Rittershusium* ad lib. II. Ep. 74. *Davies.*

Etruria autem de caelo tacta] Cod. R. *data* pro *tacta*. Ad v. *scientissime* v. annot. nostram ad Cic. de rep. I. 14. p. 62. Explicat Hott. non temere, sed ad certas regulas illa observat, varia eorum genera diversasque significationes distinguens accurate: laudatque Plin. H. N. II. 52. sqq. Pro *interpretatur* Cod. L. d. habet *interpretatione*. *Mr.*

De principum filiis sex singulis Etruriae populis] *Valerius Maximus* non *sex*, sed *decem* fuisse tradit, qui singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur. *P. Manutius.*

filiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam trade-

Sex singulis Etruriae populis] Lipsius libro II. Electorum cap. 11. fine putat insinuasse heic se errorem, reponendumque *duodecim*. non putarim. etsi enim totidem fuerint populi, non id negat Tullius, sed vult forte duodecim illis Etruriae populis concreditos in universum sexaginta duos filios principum Romanorum. Aliter haec Valerius, scio; sed quid si et ille locus in menda cubat? Verum ego non pertendo, neque nisi ipsi mea satisfacit interpretatio. *Gruter*.

Ut de principum filiis SEX *singulis Etruriae populis — traderentur*] *Livius* lib. IX. cap. 36. *Habeo auctores, vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis ita Etruscis litteris erudiri solitos*. Vide nostrum de Legg. II, 9. [p. 216. Ed. nostr. ib. annotatt.] Rem sic narrat *Valerius Maximus* lib. I. cap. 1. *Tantum autem studium antiquis, non solum observandae sed etiam amplificandae religionis fuit, ut e florentissima tum et opulentissima civitate* DECEM *principum filii singulis Etruriae populis percipiendae sacrorum disciplinae gratia traderentur*. In hunc vero locum sic animadvertit *Iust. Lipsius* Elect. lib. II. cap. XI. *Etruriae populos* XII. *fuisse didici; quomodo* DECEM *ergo discipuli singulis attribui potuere? Rescribam* duodecim principum filii. *Etsi in* Cicerone *senos tantum legas. Fortasse cum errore*. Haud sane conveniunt inter se *Valerius* et *Cicero:* sed id vitio fit librariorum; nam scriptor ille nostrum fere ducem sequitur. Apud utrum vero recte se numerus habeat, aliis rem memoriae non tradentibus, diiudicari vix potest: probabile tamen videtur pro *principum filiis* X. Librarios repetita litera, aliaque perperam intrusa, *sex* inculcasse. Sed, ut ut sit, *Lipsii* manifestus est error; nam *Valerius* aperte statuit, decem principum filios singulis Hetruriae populis, qui XII. erant, fuisse traditos; adeo ut CXX. nobilitatis Romanae liberos in disciplinam receperit Hetruria. Nec aliter *Tullius* est interpretandus, ut et *Grutero* placuit. Is tamen calculos male posuit; nam, pro receptis numeris, *septuaginta*, non *sexaginta, duos principum filios* debuit recensere. *Davies*.

Ut de principum filiis etc.] *Ern.* nihil ad h. l.; *Hott.* Davisii partibus se applicat. *Roosius* haec: „apud Valer. Max. l. c. [p. 10. Ed. Torren. ubi v. interprr.] post *decem principum filii* est *S. C.* ante vocem *singulis*, quod neglexerunt Dav. et Hott. Ego Ciceronem sic puto scripsisse: *ut* d e c e m *principum* f i l i i *singulis* etc. Sine dubio librarius, collato Valerii loco, post vocem *filii* margini adleverat *S. C.;* quod deinde alius acuminis obtusioris in *sex* mutatum textui intrusit et reliqua aptavit. Ceterum placet Davisiana ratio prae Lipsiana." — *Rathius* in hanc sententiam disputat: „Equidem malim cum Lipsio legi *duodecim*, ut singulis populis unus traditus sit in disciplinam. Vulgo legitur *sex*, et Davisius coniecit *decem*. Sed si ita voluisset Cicero, dixisset potius *seni* aut *deni*. Sit autem satis latine dictum *sex* aut *decem;* uterque iste numerus profecto maior est, quam ut verisimilis videatur. Quid enim? LXXII aut CXX etiam percipiendae sacrorum disciplinae gratia in Hetruriam missi sunt? et quoties tandem?" — Iam vide, quae dixit *Goerenz*. ad Cic. de Legg. II. 9. p. 194. *Creuzer*. Symb. u. Myth. II. p. 896. sq. id. ad Cicer. de Legg. l. c. p. 216. ibiq. *Wytt*. et *Handii* sententiam. Data autem opera eundem nuperrime lapidem volvit *Frandsen*, Danus, in libello, quem inscripsit Haruspices (Berol. 1823. pp. 59.). Qui quidem dum probare studet, Etruscos, non Romanos, fuisse haruspices, nostro quoque loco, quod iam Goerenz. l. c. censuerat, contendit *de Tuscorum filiis esse sermonem*, et *principes esse Etruscorum principes*. Probat sententiam suam et aliis rationibus et ex Cic. de Legg. II. 9. *Etruriae principes* [quam vocem accusativum esse ait] *disciplinam doceanto:* Tacit. Annal. XI. 15. *Primo-*

rentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum a

res Etruriae sponte aut patrum Romanorum impulsu retinuisse scientiam et in familiis propagasse. Tum dicit, fieri posse, ut corrigendus sit locus, et post *sex* exciderit *e* vel *ex*, ut nimirum legendum sit: *sex ex singulis* etc.; deinde vero, abiecto hoc emendandi consilio, verba *singulis Etruriae populis* Dativum Graecum esse vult pro *a singulis Etr. populis in disc. traderentur*, prouti dixerit Cicero de Off. I. [locus est III. 9. 38.] *honesta bonis viris, non occulta quaeruntur.* In loco autem Valerii primum illud monet, non expressis verbis eum de haruspicina loqui, quamquam de haruspicina locum esse intelligendum ipse credit: neque se, quin ex Cicerone Valerius sua depromserit, dubitare ait. Deinde vero ait, fieri potuisse, ut Valerius (siquidem verba sint genuina) Ciceronem non recte intellexerit: cum certe homo ille, undequaque sua sine iudicio congerens, non admodum recto valuisse iudicio videatur. In loco autem Livii IX. 36. *Habeo auctores, vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Etruscis literis erudiri solitos:* hoc igitur loco nullum esse ait de haruspicina sermonem. Tuscorum autem, non Romanorum, eam fuisse artem, ipsum testari Ciceronem II. de Div. 51. Tuscos igitur, dum res publica Romana libera erat, solos Romae haruspicinam exercuisse et haruspicum nomine esse gavisos: id ex omnibus patere veterum locis; nullamque huic sententiae definite obstare et obloqui. Hunc ego Frandsenii libellum cum legissem et, quae huc pertinerent, excerpsissem ex Ephemeridd. Litt. Halensibus (1824. 214 — 216. pp. 41 — 61.) comperi, prodiisse iam a. 1822. duas super eadem re scriptiones, videlicet Gottingae: *Haruspices Romae, utrum natione Etrusci an Romani fuerint? Quaestionem diiudicavit Raven, advocatus et notarius publicus Harburgi.* 16. pp. 4. et Ienae: *Dav. Ruhnkenii in Antiquitates Romanas lectiones academicae, editore Eichstadio. Part.* VI. 4. Unde illud primum cognovi: tempore quidem principem fuisse Ruhnkenium, qui haruspices Etruscos natione fuisse viderit, Ravenium autem eandem sententiam prius publice protulisse: illum, quid verum sit, suspicatum potius esse, hunc demonstrare et, quae obstarent, removere studuisse. Ravenianae sententiae summa huc redit: *Nullo civitatis Romanae tempore, dummodo istae vaticinii superstitiones florerent, cives Romanos haruspicinam didicisse, neque unquam principum Romanorum filios, ut edocerent eos Etrusci hanc artem, missos esse in Etruriam, sed omnes haruspices, et qui Romae collegium haberent, et qui gravioribus quibusdam portentis prodigiisque consulendis Romam publice arcesserentur, fuisse natione Etrusca.* Ruhnkenius autem ait: *Romani non ipsi haruspicinam excoluere, sed, quoties opus esset, haruspices ex Etruria arcessivere.* Sed paullo post, perperam intellecto Ciceronis loco, pergit: *missi quidem sunt in Etruriam aliquot de principum virorum filiis, huius artis discendae caussa, non tamen, ut illam profiterentur, sed ne ab Etruscis falli possent.* Strabonis quidem locum, qui hanc litem facilius dirimere potuisset, neglectum esse ait Censor Halensis ab omnibus videlicet L. XVI. p. 524. ed. Casaub., ubi in recensendis omnium populorum vatibus ait: παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις οἱ Τυῤῥηνικοὶ ἱεροσκόποι [ita nimirum sine dubio legendum esse pro ὡροσκόποι]. Contra Frandsenium idem monet, verbum *tradi* non esse in iis verbis ponendum, quae apud Cic. Dativo Graeco iungantur, minimeque latine dici posse *patri traditur filius magistro in disciplinam*, pro *a patre*. Ravenius in voce *sex* Praepositionem *ex* latere dicit, eique assentit Censor. Idem vero etiam ante *de principum* numerum *decem* excidisse acute suspicatus est. Iam, hac quoque coniectura ex parte probata, idem, quem diximus, Censor locum ita constituit: *ut de-*

religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quaestum. Phryges autem, et Pisidae, et Cilices, et Arabum natio, avium significationibus plurimum obtemperant: quod idem factitatum in Umbria accepimus. 93.
Ac mihi quidem videntur e locis quoque ipsis, qui 42.
a quibusque incolebantur, divinationum opportunitates

cem principum filii ex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur. Quod si placeat, cum Frandsenio, Ciceronis locum a Valerio non recte intellectum esse, existimat, qui *principum filios* Romanos esse opinatus sit. Ravenius contra Valerium quoque corrigendo cum veritate in concordiam redigere vult, scribens: *ut e florentissima — civitate decem principum filii e singulis Etruriae populis* etc. quod propter incommode repetitum *e* placere non potest. Addit denique Censor idem, iam a Goerenzio (ad locum de Legg. supra laudatum) vere haruspicinam didicisse non Romanorum principum filios, sed Etruscorum, monitum esse: neglectam vero esse eius sententiam, quia argumentis fuerit destituta. Ad me quod attinet, ad loci sententiam facio cum istis viris; lectionem probo censoris Halensis: recipere tamen eam non sum ausus, cum fieri possit, ut aliquando ex aliquo libro verior, et his, quae nunc leguntur, propius etiam accedens, lectio reperiatur. *Mr.*

in disciplinam] Quinque exstant vocis *haruspex* explicationes. Prima est Perizonii ad Aelian. V. H. II. 31. 7. a voce hebraica הַרְוִיגָה, quam refutavit Kosegarten apud Eichstadium p. 6. Alteram proferunt a voce obsoleta *arviga*, *harviga* vel *haruga*, quae nonnisi apud Varronem, Festum et Donatum reperitur, et *hostiam* significasse dicitur. Sed monet Censor, quem dixi, Halensis, neque contractionem vocis *arvigispex* in *haruspex* facile concoqui posse, neque alicunde innotescere, vocem *haruga* Etruscam esse, neque Ruhnkenianam vocis *haruga* explicationem a Graeco *ἄριξ*, *aries*, iusto niti fundamento. Neque eidem tertia placet ab *ara* (Polydor. Verg. de invent. rer. I. 24.) cum veteres Romani dixerint *asa*. Quartam profert ex Isidor. Origg. 8, 9. p. 1021. ed. Godofr.: *Aruspices nuncupati quasi horarum inspectatores: dies enim et horas in agendis negotiis operibusque custodiunt, et, quid per singula tempora observare debeat homo, intendunt.* Quae nemini, opinor, ita probabuntur, ut refutatione egere videantur. Quintam unice probat Cens. Hal., ut sit a Graeco *ἱροσκόποι*, ut apud Dionysium Halicarn. dicuntur. Esse enim antiquissimam vocis *ἱερός* formam *ἱαρὸς* in dialecto Boeotica servatam (Osann. Sylloge Inscrr. p. 186.); ultimam vero syllabam *spex* quin a *σκόπος* sit ducenda, nemini fore dubium. Factum autem esse ex Graeco *ἱαρὸς* Etruscum *harus* et *herus*, probat ex Lanzio (Saggio di lingua Etrusca II. p. 464. n. 468.) ubi est *here*, quod Lanzius l. c. et p. 216. explicat *sacra*. Cf. Vossii Etym. L. L. s. v. *aruspex*. *Mr.*

ne ars tanta] Cod. Cr. *et* pro *ne*. Codd. L. d. et P. *nec*. *Tenuitatem hominum* intellige cum Hott., si homines plebeii, humiles atque inopes, eam artem quaestus faciendi causa exercerent. Proximum *a* omittit Cod. M. Circa finem capitis Cod. R. habet *obtemperabant* pro *obtemperant*, et *ficitatum* pro *factitatum*. *Mr.*

Ac mihi quidem videntur] Cod. R. *videtur*. Codd. P. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Lamb. Goth. pro *e locis* habent *ex locis*. Pergit L. b. *ipsis quoque*. Pro *quibusque* Cod. M. habet *quibusdam*. R. *quibuscunque*. Idem mox *ductas* pro *ductae:* quod cum lectione superiore (*videtur*) convenit. *Mr.*

esse ductae. Ut enim Aegyptii, ut Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi caeli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Etrusci autem, quod religione imbuti studiosius, crebrius hostias immolabant, extorum cognitioni se maxime dediderunt: quodque propter aëris crassitudinem de caelo apud eos

Ut enim Aegyptii, ut Babylonii] *Ut Aegyptii, ut Babylonii,* libentius legerem, vel *etenim Aegyptii et Babylonii. P. Manucius.*

Et enim *Aegyptii,* et *Babylonii*] Sic optime Reg. et Cantab. ac ita legendum coniecerat *Paull. Manucius.* Vulgo, Ut *enim Aegyptii,* ut *Babylonii.* Omnino male; nihil enim est, quod illi *similitudinis* particulae respondeat. *Davies.*

Ut enim Aegyptii, ut Babylonii] Haec mihi lectio contra Manutii, Davisii, Ernesti, Hottingeri [Bruti, Oliveti, Bip., Lallemanni, Schützii] sententiam vera videtur. Est anacoluthon. Incipit Cicero, quasi perrecturus : *sic Etrusci* — *sic Arabes:* sed, vel consulto vel casu, oblitus propositi pergit *Etrusci autem* — *Arabes autem. K.* — Lectionem *Ut enim Aegyptii, ut Babylonii* tuentur Codd. nostri omnes, (nisi quod R. habet *et Bab.*) itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Boul. Sturm. Ald. Grut. Verb. In Edd. Car. Steph. Brut. Sylb. est *Ut* — *aut :* in Ed. Oliv. *et* — *ut.* Equidem existimo, viros illos satis multos et satis doctos, qui servarunt librorum MSS. scriptionem, aeque atque illos, qui eam immutarunt, vidisse, similitudinis particulae ut nihil respondere in sequentibus, sed eos in hoc quidem sermone familiari orationem ἀνακολούθως procedentem ferendam existimasse nobiscum. *Mr.*

camporum patentium aequoribus] Vocem *patentium* non habet Cod. R. Substantivum *aequor* de planitie terrestri poetis etiam raro usurpatum, apud nostrum hoc loco plane singulare est: neque saepius eo de maris planitie utitur. In fragmento Acadd. I. apud Nonium v. *aequor* est: *Quid tam planum videtur, quam mare? Ex quo etiam aequor illud poetae vocant.* — In seqq. Codd. R. S. habent *contemplatione caeli.* Tum S. L. a. *possit* pro *posset.* S. M. *causam* pro *curam.* Post *siderum* sequitur in Cod. L. b. *contemplatione cognitioneque* et ita Ed. Asc. 1. Sed Cod. U. habet *contemplatione cognitione,* ubi vides glossematis originem: Paullo superius ad v. *ex* ante *terra* Ed. Crat. in marg. habet *extra :* ubi syllaba *tra* ex compendio sequentis orta est. Cod. S. *qui religione. Mr.*

quod, religione imbuti studiosius,] Reposui post *studiosius* distinctionem minorem, quae vulgo est post *imbuti:* idque faciendum, et, quod sequebatur, *et* delendum esse monuit Herelius l. c. p. 183. sq. fecitque ante nos Sch. Et merito. Quid enim? nonne plane otiosum esset illud *religione imbuti?* nam ceteri quoque populi religione erant imbuti, Etrusci vero *studiosius.* Quod si concesseris, non ultra feres cum Hott., qui item post *studiosius* distinxit, coniunctionem *et,* ita quidem contra Ciceronis constantem fere morem positam. Pro *immolabant* Cod. L. b. habet *immolant :* mox R. *maxime se;* tum M. *dederunt.* Ad rem cf. Heynii Opuscc. Acadd. III. p. 270. *Mr.*

de caelo apud eos multa fiebant,] Iortinus in Misc. Obss. III. 1. p. 9. „Legerem, ait, ego: *de caelo apud eos multa feriebantur.* Quod paullo ante dictis videtur confirmatum esse : *Etruria autem de caelo tacta scientissime animadvertit.*" Cui ibidem obloquitur Dorvillius, dicens: „*Fiebant* non moverem: quia si *feriebantur* legatur, unius tantum

multa fiebant, et quod ob eandem causam multa inusitata partim e caelo, alia ex terra oriebantur, quaedam etiam ex hominum pecudumve conceptu [et satu,] portentorum exercitatissimi interpretes exstiterunt. Quo-

fulminis observatio intelligenda; sed cum plura augures de caelo servarent, et omnia meteora darent saepe auspicium, ad unam speciem restringi non posse haec putem. Sic cap. 43. *duos soles, tres lunas, faces* et alia in caelo visa memorat, et in fine demum capitis *e caelo icta* refert." Huic vero opponit Hott. eum non attendisse ad sequentia: *et quod ob eandem causam multa inusitata e caelo — oriebantur:* ideoque sibi Iortini dubitationem non de nihilo videri ait. Interdam tamen potius sibi mendum haerere visum esse in illis: *partim e caelo:* pro quibus legendum subierit *partim e caeno;* quod dictum foret de animalibus e limo formatis, quam vim tribuit in primis Nilo vetustas. V. Pomp. Mel. I. 9. 20. Ovid. Met. I. 421. Quod vero sequitur *e terra,* illud de regno, quod dicunt, vegetabili dictum existimari posse. Magis certe mihi placet Iortini suspicio, quam Hottingeri *e caeno.* Si enim dicere voluisset Cic., quod volebat vir doctissimus, aliter certe locutus esset. Quamquam nec Iortini coniectura animum plane explet. Ceterum conf. Frandsen. l. c. p. 3. et Creuzeri Dionysum p. 113., qui favere videtur Hottingeri rationi, quamquam hoc loco iam de Etruria, neque de Aegypto sermo est. Vid. etiam Heynii Opuscc. Academm. III. p. 258. Nostro loco similis est locus Livii V. 1. qui de Etruscis *Gens,* ait, *ante omnes alias eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas. Mr.*

et quod ob eandem causam] Codd. S. M. *quod ob eam,* omisso *et.* R. omittit *et quod.* Lectionem *invisitata,* quam recepit post Lallemannum Schützius, nullus habet ex nostris Codd. et Edd. vett., ipseque Cicero patrocinatur vulgatae, infra II. 22. dicens *res usitatas* sensu contrario, quamquam ibi quoque Dav. malebat *visitatas,* praeter necessitatem, iudice Hottingero. Neque alicubi apud Ciceronem adiectivum *invisitatus* certum habet locum. Nam quod infra II. 67. est apud Ern. et alios *forma invisitata,* pro eo in plerisque libris est *inusitata.* Cod. S. non habet *multa. Mr.*

Multa inusitata] MS. *Vossianus* à prima manu repraesentabat *invisitata,* quod placet: ita enim dicuntur ea, quae raro nec frequenter visuntur. Hanc vocem *I. F. Gronovius Livio* saepius restituit. Eum vide ad XXVII, 39. XLV, 42. *Dav.*

partim e caelo, alia ex terra] Codd. U. R. et Edd. aliquot vett. *ex caelo.* Pergit R. *partim e terra,* quod est correctoris, qui nesciret, nostram lectionem aeque probam esse. Ita locutus est de rep. IV. 3. *et id hominibus effici ex re publica debet, partim institutis, alia legibus.* Plura v. ap. Tursellin. de Particull. p. 638. sq. ed. Schwarz. In seqq. Cod. R. *quidam* pro *quaedam. Mr.*

Et satu] Hasce voces nesciunt Paris. Med. Reg. Cantab. Balliol. aliique Codices, eaeque supervacaneae videntur: quapropter uncinis cinctae prodeunt. *Dav.*

conceptu [*et satu,*]] Uncinis liberaverunt verba inclusa Verb. Ern. Bip. Oliv. et Hott. Hic quidem addit simpliciter: „ego damnare non ausim." Sch. vero ait: „sane videntur insititia. Certe inverso ordine legendum esset *satu et conceptu.*" In qua sententia me adsentientem habet. Non agnoscunt ea verba Codd. R. L. b. In Ed. Asc. 1. est *et situ. Mr.*

Portentorum *exercitatissimi interpretes*] Sic Paris. Merton. Reg. Balliol. et Cantab. Vulgo *ostentorum. Dav.*

portentorum] Ita etiam Codd. Oxonn. nostri R. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Crat. Herw. Brut.

rum quidem vim, ut tu soles dicere, verba ipsa prudenter a maioribus posita declarant. Quia enim osten-
94. dunt, portendunt, monstrant, praedicunt; ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Arabes autem, et Phryges, et Cilices, quod pastu pecudum maxime utuntur, campos et montes hieme et aestate peragrantes, propterea facilius cantus avium et volatus notaverunt. Eademque et Pisidiae causa fuit et huic nostrae Um-
p. 100. briae. Tum Caria tota, praecipueque Telmesses, quos ante dixi, quod agros uberrimos maximeque fertiles incolunt, in quibus multa propter fecunditatem fingi gignique possunt, in ostentis animadvertendis diligentes fuerunt.

43. 95. Quis vero non videt, in optima quaque re publica plurimum auspicia et reliqua divinandi genera valuisse?

Boul. Sylb. Lamb. Goth. Dav. Hott. Sch. Sequitur in Cod. R. *excitiesimi*. *Mr.*

Quorum quidem vim, ut tu soles dicere, — dicuntur.] „Isthaec omnia, ait Hott., parum ad rem faciunt, et loco alieno intrusa sunt. Neque tamen non genuina videntur. Verba illa, *ut tu soles dicere*, forte (?) maxime respiciunt ad locum simillimum de N. D. II. 3.“ Verum est, in hac sententiae continuatione non exspectes hanc expositionem et, ut ita dicam, originationem. Sed ut, qui ex tempore loquuntur, nonnunquam uno vocabulo, quod iis excidit, inviti quasi ad digressionem aliquam perliciuntur; ita noster sive *portentorum* sive *ostentorum* in praecedentibus scripserit, his eorum, quae non ita pridem in libris de N. D. posuerat, admonitus, eadem loco paullo alieniore addidisse videtur. — Ceterum in Cod. R. scriptum est *posita a maioribus*. *Mr.*

Quia enim ostendunt] Ad h. l. conf. Frandsen. l. c. p. 80. Pro *praedicunt* Cod. R. habet *praedicant*. Nullus, nec scriptus nec editus, *prodicunt*. In marg. Cod. Cr. scriptum est ad h. l.: *prodigia a praedicendo*. *Mr.*

Praedicunt] *Lambinus*, coniectura ductus, edidit *prodicunt*. At omnes repugnant MSSti. Quin et ipse *Cicero* lib. II. N. D. cap. 3. haec habet: *Praedictiones vero et praesensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quae sint, ostendi, monstrari, portendi*, praedici? *Ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur*. Ad hunc locum respicit noster. *Dav.*

Arabes autem, et Phryges,] Ad haec conf. Cic. de Legg. II. 13. p. 263. ed. Mos. et nostr. ibiq. interprr. Mytholog. nostr. II. p. 938. sq. *Cr.* — Pro *pastu* Cod. R. habet *partu*: idem in seqq. *urbi* pro *Umbriae*. S. *pecudum pastu*. *Mr.*

praecipueque Telmesses,] Conf. c. 41. Cod. Cr. *thelmesenses*. R. *temelenses*. S. *Thelmesses*. Vict. Lamb. *Telmessenses*. Asc. 1. 2. *Telmēses*, ut voluisse videantur *Telmenses*. Reliqui, ut nos edidimus. Scripsit post haec Sch. *foecunditatem*, minus bene. V. Cellar. Orth. Lat. ed. Harles. p. 108. Conf. Herodot. I. 78. ibiq. interpret. et Plutarch. Alcib. cap. 2. Heynii Opuscc. Acadd. III. p. 268. Mox Cod. S. *gigni fingique*. *Mr.*

Quis vero non videt,] Verba *vero* et *videt* desunt in Cod. R. et in fine huius propositionis idem exhibet *valuisse dicatur?* Quod si scriptum esset *dicat*, sensu certe non careret.

Quis rex umquam fuit, quis populus, qui non uteretur praedictione divina? neque solum in pace, sed in bello multo etiam magis; quo maius erat certamen et discrimen salutis. Omitto nostros, qui nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis [domi habent. Auspicia] externa videamus. Namque et Athenienses omnibus

Pro *plurimum* in eodem Cod. est *plurima*. Ad rem cf. Frandsen. l. c. p. 86. *Mr.*

praedictione divina] Cod. R. *praedicatione*. Vocem *divina* intellige: divinandi arte facta et accepta. In seqq. Cod. L. d. habet *multoque* pro *multo etiam* et S. M. *maius* pro *magis*. Tum Cod. Cr. omittit verba *et discrimen:* quae si abiicerentur, haberemus *certamen salutis*. Sed quamquam noster de Off. I. 12. 38. scripsit: *cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et famae:* minime tamen tam nude dixisse nostro loco existimandus est *certamen salutis*, cum in tali locutione addere soleat *discrimen:* v. c. de Or. I. 1. 3. *devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen*. Est igitur nostro loco zeugma constructionis. *Mr.*

Nihil sine auspiciis domi habent. Auspicia externa videamus] *Is. Vossius* ex suo Codice legit, *nihil sine auspiciis, dum habent auspicia. Externa videamus*. Et ita sane repraesentant Paris. Merton. Balliol. Reg. et Cantab. Sed verius est, ut *domi* vel *dum habent auspicia* prorsus deleantur; easque voces merito praetermittit Med. Itaque legendum puto *nihil sine auspiciis. Externa videamus. Davies.*

nihil sine auspiciis [*domi habent. Auspicia*] *externa videamus*.] Nunquam *τὸ habent* concoquere potui. Placet Davisii coniectura, id esse delendum, insititium quippe, et a librariis undecunque assumtum. *Ern.* Assentit Ernesto Lallemannus. — „Sine causa, ait Hott., displicuisse videtur verbum *habent*, quod bene opponitur praecedenti *agunt*, ubi de rebus consultandis sermo est. Ita comitia *haberi* dicuntur, ut supra 17. Sed vocem *auspicia*, tanquam manifestum glossema, delere non dubitavi." Admodum dubito, an *nihil* vel *rem habere* dici possit ea significatione, ut sit i. q. *suscipere*, *agere*, ut Ern. vult in Clavi: [igitur contra eam sententiam, quam in annot. exposuit.] Quod vero ponit discrimen Hott. inter *agere* et *habere*, ut *habere* dicatur de consultationibus, *agere* de rebus bellicis: id a nostro loco plane est alienum. Verum est, recte dicitur *comitia habere:* sed *nihil habeo* pro *nihil ago*, *suscipio* non item. *K.* — Mireris sane, Hottingerum, qui alibi non vocabula tantum, sed verba et sententias contemplari et explorare solet, ita caecutire potuisse. Sch. omisit *habent. Auspicia*, scripsitque *nihil sine auspiciis domi. Externa videamus*. In annotatione non unus est error: fortasse operarum culpa. Lectio non displicet. Codd. nostri variant, ut in locis corruptis vel interpolatis. Cr. habet *domi habent auspicio*. L. b. *dum habent auspicia*. L. d. *dum haberent auspicia*. Reliqui ut vulgo editi. Ego vero in lectione Cod. L. d. interpolationem primitivam mihi reperisse videor. Si enim scripsit Cicero: *Omitto nostros, qui nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis domi. Externa videamus:* interpres aliquis vel glossator ad v. *auspiciis* margini allevit: *dum haberent auspicia*. Quae verba cum semel in contexta essent recepta, turbas fecerunt. Similis nostro est locus supra c. 23. *Age nunc ad externa redeamus:* eod. cap. extr. *Haec de Indis et Magis. Redeamus ad somnia.* Infra II. 9. *abeamus a fabulis. Propiora videamus. Mr.*

Namque et Athenienses] Ita Codd. nostri Cr. R. M. L. c. d. Edd. Rob. Steph. Dav. Hott. Reliqui *Nam*

semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos *μάντεις* vocant, adhibuerunt: et Lacedaemonii regibus suis augurem assessorem dederunt: itemque senibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse voluerunt: iidemque de rebus maioribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Hammone, aut a
96. Dodona petebant. Lycurgus quidem, qui Lacedaemoniorum rem publicam temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit. Quas cum vellet Lysander commutare, eadem est prohibitus religione. Atque etiam, qui praeerant Lacedaemoniis, non contenti vigilantibus curis, in Pasiphaae fano, quod est in

et. — *Divinos sacerdotes* intellige *divinandi arte insignes et instructos*. Pro *μάντεις* scribitur in Cod. Cr. *mantis*, in Cod. R. *montes*; in Codd. U. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Boul. Brut. Sturm. Ald. Sylb. *mantes*; in Ed. Lamb. *manteis*. In seqq. Cr. *Lacedaemoniis* propter sequens *regibus*, errore, quem supra notavimus. Pro *regibus* Cod. R. *legibus*. M. *obsessorem* pro *assessorem*. Verbum *dederunt* omittit Cod. R. Pro *itemque* M. habet *item*. *Mr.*

senibus (sic enim consilium publicum appellant)] *Senes* dicit, qui Spartae *γερουσία* dicebantur. De eo Senatu, *γερῶα* etiam dicto teste Hesychio, vid. Cragium de rep. Lacedaem. II. 3. p. 65 — 72. Ceterum verba parenthesi inclusa ad perspicuitatem pertinent, neque magis sunt supervacanea, quam quae mox sequuntur post *fana*, nimirum *quod — urbem* et I. 45. post *Vestae, qui — deversus est*. Scribitur autem *publicum consilium* in Cod. Cr. *Mr.*

iidemque] Cod. L. b. *iidem*. Ad v. *Delphis* Rathius fidenter, scribe, ait, *a Delphis*, ut est *a Dodona:* vetans nimirum variari orationem. Quid facturus fuisset, si *a* ante Dodone in Cod. R. deesse scivisset? Mira in seqq. eiusdem Cod. est lectio *rex primus* exhibentis pro *rem publicam*. Idem in proximis omittit *suas*, quod abesse nequit. *Mr.*

Leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit] Ingenue rem narrat *Polyaenus* Strateg. lib. I. c. 16. *Λυκοῦργος Λακεδαιμονίους θειοτέρῳ φόβῳ κατηνάγκασεν ὑπακοῦσαι τοῖς νόμοις. Εἴ τινα νόμον ἐξεῦρε, κομίσας εἰς Δελφοὺς ἠρώτα τὸν Θεὸν, εἰ συμφέροι. Ἡ δὲ προφῆτις χρήμασι πεπεισμένη ἀεὶ συμφέρειν ἔχρα· οἱ Λάκωνες δὲ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, τοῖς νόμοις ὡς χρησμοῖς ὑπήκουσαν.* Praeter innumeros scriptores, quorum bene multos laudarunt *Cragius* de Rep. Laced. lib. III. c. 1. et *Meursius* in Miscell. Lacon. lib. II. cap. 5. adi *Theodoretum* Therap. IX. pag. 124. et X. pag. 140. *Dav.*

Cum vellet Lysander commutare] Ad id, nisi fallor, respicit, quod tradit *Corn. Nepos* in Lysandro cap. 3. *Dolore incensus iniit consilia, Reges Lacedaemoniorum tollere: sed sentiebat id se sine ope Deorum facere non posse, quod Lacedaemonii omnia ad oracula referre consueverant. Primum Delphos corrumpere est conatus. Cum id non potuisset, Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus, dixit se vota suscepisse, quae Iovi Ammoni solveret, existimans se Afros facilius corrupturum.* Vide sis *Diodorum Siculum* lib. XIV. pag. 244. et *Plutarchum* in Lysandr. p. 447. *Dav.*

vigilantibus curis] Singulariter dictum est de divinatione, quae fit *ὕπαρ*. Conf. I. 3. *tranquillitas mentis quaerens vera. K.* Poetae magis, quam solutae orationis scriptori conveniens

agro propter urbem, somniandi causa incubabant, quia

est locutio, eamque reperis apud Claudian. in Eutrop. I. 362:

— — — *vigilantibus undique curis.*
Nocte dieque patet. — — —

Cod. S. *vigilam curis. Mr.*

In Pasiphaae *fano, quod est* etc.] Sic prorsus legendum, non, ut vulgo, *in* Pasitheae *fano*. Hanc enim vulgatam lectionem historia refellit. *Plutarchus* in Agide et Cleombr. pag. 797. *Ἱερὸν δὲ ΠΑΣΙΦΑΗΣ, καὶ μαντεῖον, ἐν Θαλάμαις τιμώμενον* etc. *Tertullianus* de Anima cap. XLVI. *Nam et oraculis hoc genus stipatus est orbis, ut Amphiarai apud Oropum: Amphilochi apud Mallum: Sarpedonis, in Troade: Trophonii, in Boeotia: Mopsi, in Cilicia: Hermionae, in Macedonia:* Pasiphaae *in Laconica* etc. LAMBIN. Vide *Ioan. Meursii* Miscell. Lacon. lib. I. cap. IV.

in Pasiphaae fano,] Apud Pausaniam III. 26. dicitur *Paphiae* fanum, ubi tamen Meursius et Sylb. corrigunt *Pasiphaës*, consentitque Plutarch. in Agide et Tertullianus de anima c. 46. et Leopard. Emend. VIII. 4. *Ern.* Scribitur *Pasiphe* in Codd. R. S. *Pasiphae* in Cod. Cr. Sed *Pasiphaae* in Codd. reliquis omnibus, et iam ante Lambinum in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Pro *fano* est *domo* in Cod. L. d. *prope* pro *propter* in Cod. S. *Mr.* — Fr. A. *Wolf.* in *Beitrag zur Geschichte des Somnambulismus aus dem Alterthum* (in eius *Vermischten Schriften und Aufsätzen; Halle* 1802. p. 407.) — „*Von eben dem Traumorakel spricht vielleicht Cicero* de Divin. I. 43. *wo er sagt, dafs die Ephoren von Sparta* (qui praeerant Lacedaemoniis) *in bedenklichen Lagen des Staats im Tempel der Pasiphaë geschlafen hätten. Dann müfste aber nach* propter urbem *der obige Name* Thalamae (urbis Laconicae) *eingeschoben werden. Sonst kann Cicero unter* urbs *nur Sparta verstehen, in deren Gegend ich aber kein solches Orakel kenne. In der Gegend von Thalamae war ausserdem noch ein solches Orakel, unweit Oetylus, der Iuno heilig.* (Pausan. III. 26.)“ *Cr.* De nomine *Pasiphaae* vid. etiam, quae monuit Meyerus in versione horum librorum vernacula p. 79. sq. *Mr.*

Somniandi causa excubabant] Videtur esse legendum *incubabant;* quo verbo et *Virgilius*, de Latino Rege loquens, in simili sententia lib. VII. usus est, cum inquit.

Pellibus incubuit *stratis, somnosque petivit.*

Incubabant enim, ut somnos caperent; at *excubare* contrarium significat. *P. Manucius.*

Somniandi causa excubabant] Nonnulli libri habent *incubabant*, quod malo; et ita *Manucius. Lambin.*

excubabant] *Incubabant* ratione certa innixus et Virgilii loco ex lib. VII. Manutius contendit legi oportere. Quis autem ignorat, verbum *excubare* contrariae notionis *esse? Brut.* — Enimvero constat dormivisse, non vigilasse. Manutius corrigebat *incubabant*, quod est verbum in hac re usitatum, idque Lambinus in quibusdam libris se dicit reperisse: non dicit quibus. Probat coniecturam etiam Davisius, nec minus ipse sic legendum puto, aut *cubabant;* nisi vero *excubabant* est: dormiebant, dum evigilarent satiati somno. nam et vigiles dicuntur *excubare*, quia per totam noctem cubant vigilantes. Xenophontem in hac re ἐκκαθεύδειν dixisse ait Valckenarius ad Herodot. p. 688. b. *Ern.* [Locus Herodoti est VIII. 134. p. 208. ed. Schweigh. Tom. VI. Locus autem Xenophontis Hist. Gr. II. 4. 24. ubi Schneiderus in Ind. Graecitatis ad v. ἐκκαθεύδειν recte, ait, Ciceronis *excubare* de Div. I. 43. comparavisse Valckenarium ad Herodotum. Male, si quid video; nam apud Xenophontem de excubiis militum vel etiam de eorum pernoctatione in Odeo sermo est. Add. Ruperti Mag. f. Philol. I. p. 241. sq. *Mr.*]

Somniandi causa excubabant] Recepit Lambinus coniecturam P. Manutii *incubabant;* non bonam; certe

97. vera quietis oracula ducebant. Ad nostra iam redeo. Quoties senatus decemviros ad libros ire iussit? Quantis in rebus, quamque saepe responsis haruspicum pa-

contra Mss. nostros sex. nam *excubabant* a domo sua foris in aede sacra. quamobrem et *excubiae* Plauto dicuntur; ut monuit Gulielmius. *Grut.*

Somniandi caussa excubabant] Veram puto *Paulli Manucii* coniecturam. qui reponit *incubabant*; licet *Ianus Gulielmius* vulgatam lectionem defendat, quasi vellet noster eos a domo sua foris cubuisse: nam, praeterquam quod *excubandi* verbum semper apud *Ciceronem vigilare* denotet, INCUBARE *dicuntur proprie hi, qui dormiunt ad accipienda responsa*, quemadmodum docet *Servius* ad Aen. VII, 85. adeoque vox est hac in re signata. *Plautus* Curcul. Act. I. Sc. I, 61. *Leno aegrotus* INCUBAT *In Aesculapi fano.* Et Act. II. Sc. II, 16. *Namque* incubare *satius te fuerat Iovi.* Eodem modo loquuntur *Mela* I, 8. et *Tertullianus* de Anima cap. 48. Sic et ἐγκοιμᾶσθαι Graecis usurpatur. *Davies.*

incubabant,] Solebant veteres in templis deorum dormire, quorum ope atque consilio indigebant, responsa ab eis oraculave accepturi: Quos proprie *incubare* dicebant: et qui id faciebant, *incubatores.* Plautus Curcul. I. 1. 61. *Leno aegrotus incubat in Aesculapi fano.* Vide Basilii Fabri Thesaurum, verbo *cubo. Olivet.* — Recepit eandem lectionem Hott. laudans praeterea Plaut. Curcul. II. 16. et H. *Meibomii* dissert. *de incubatione in fanis deorum, medicinae causa olim facta,* in Dissertationum rariorum fasciculo a C. Schlaegero Helmstadii a. 1742. edito itemque F. A. *Wolf. Vom Somnambulismus der Alten,* in *Berliner Monatsschrift.* Septemb. 1788. Adde Clasen. de Oraculis Gentilium p. 66. sq. et p. 425., et quos laudat Hofmannus in Lex. Universal. s. v. *incubare,* qui hunc morem usque ad tempora Prudentii mansisse narrat, cuius laudat Apoth. v. 254. [186. ed. Cell.]

Et quis in idolio recubans inter sacra mille.

Recepit etiam *incubabant* Sch. estque ea lectio in Codd. Oxonn. E. O. U. et nostro M. *Mr.*

vera quietis oracula] Cod. Cr. *vere,* sed suprascripto *a. Quietis oracula* paullo insolentius dictum, pro: oracula, quae per somnum et somnia contingunt. Ceterum *quies* pro somnio in his libris (addito nimirum *visum est*) non semel legitur v. c. I. 21. 43. I. 25. 53. — In seqq. pro *Quoties* est *quotiens* in Codd. Cr. et R., de qua scriptione vid. Cellar. Orthogr. Lat. p. 336. sq. ed. Harles. *Mr.*

Quoties — ire iussit?] Haec verba repetuntur in libris initio cap. 44. Inde huc retulit verba ibi sequentia Davisius: *quantis in rebus — paruit:* quem nos imitati sumus, quia in exemplis hic subiectis haruspicum mentio. *Ern.*

Quantis in rebus quamque saepe responsis haruspicum paruit?] Haec nos addidimus, qua de re vide notata ad cap. XLIV. *Davies.*

Quantis in rebus — paruit?] Transtulerunt eadem eodem, quo Davisius, post Ernestum Hottingerus quoque Lallem. Bip. et Sch., deleverunt cap. seq. prc. Sed errat Hott. dicens vulgo hic legi *ad libros adire:* nam omnes ad unum Codd. et Edd. habent *ad libros ire:* Sibyllinos nimirum. Ad Ernesti autem coniecturam monet, eam sensum inferre non satis Ciceronis consilio accommodatum. „Nimirum, ait, Quintus ante omnia hisce exemplis monstrat, *senatum saepius et libros Sibyllinos et haruspicum responsa consuluisse.* Hoc primum. Deinde etiam illud subiungit: *responsa haruspicum cum Sibyllae versibus congruisse.* Isthaec duo confundenda non sunt. Atqui Ernesti coniectura ad posterius omnia refert. Fortasse igitur ad omnia illa: *nam et cum duo* cet. e superioribus assumendum: *se-*

ruit? Nam et cum duo visi soles essent, et cum tres lunae, et cum faces, et cum sol nocte visus esset, et cum e caelo fremitus auditus, et cum caelum discessisse visum est, atque in eo animadversi globi. Delata

natus decemviros ad libros ire iussit. Ea vero si cui durior ellipsis videatur, una voce geminata locum restitui posse putem, ita nimirum legendo: *Nam et cum duo visi soles essent, et cum tres lunae — atque in eo animadversi globi, delata. Delata etiam ad senatum labes* cet.“ — Mihi neque Ernesti neque Hottingeri coniectura locus egere videtur: Cicero omisit, quae ex antecedentibus sponte intelliguntur, nimirum: *hoc fecerunt*, sc. decemviros ad libros ire iusserunt, vel haruspicum responsis paruerunt. Quod si durius videatur, anacoluthon per me dicas licet. *K.* — Sch. ad h. l. ne quis, ait, anacoluthon esse putet, intelligendum est ex antecedentibus *iussit, paruit. Mr.*

Nam et cum — labes agri Privernatis,] „Mirae sunt huius loci turbae, qui vel ex transpositione illa, quam Davis. verissimam fecit, memorandus erit. In verbis, quae nos exscripsimus, duplex etiam labes haeret. Alteram Hott. tollere studuit, cum vocem *delata* dupliciter scriberet; quod vix probarim. Coniicio: *delatum: delata etiam* — nam in altero a nobis collatorum est *delatum etiam* etc. Altera loci labes verba *ad senatum* occupata tenet, quae necessario in glossa ponenda sunt. Glossator ea margini appinxerat, qui neque ad contexta attendebat, nec videbat, vocem *delata* ad haruspices pertinere. *Deferre* autem de iis, qui de portentis ad haruspices referunt eosque consulunt, proprie dicitur.“ *Goerenz.* in Progr. p. 23. — Cod. S. non habet *et* post *Nam. Mr.*

Nam et cum duo visi soles essent etc.] Intellige: *haruspicum responsis senatus paruit,* ut oratio cohaereat. Paullo inferius corrige: *cum coelum discessisse visum esset.* Nec, quae sequuntur, integra esse possunt. Liceat mihi locum sic refingere: *Delatum etiam ad eos a senatu, labe agri Privernatis cum ad infinitam altitudinem terra desedisset, — inque his omnibus responsa haruspicum cum Sibyllae versibus congruebant. Rath.* Non diffiteor, Rathii mihi rationem haud improbari: ceterum in tanta et librorum et iudiciorum discrepantia praeter ea, quae a Davisio facta sunt, aliquid novare nolui: suum cuique iudicium liberum relinquens. Est vero in Cod. L. b. *aut cum tres;* in Cod. U. desunt verba *et cum faces:* tum scribitur in R. *et cum nocte visus sol esset, et cum caelo,* omisso *e. Mr.*

Atque in eo animadversi globi] Miror sane memoriae non prodidisse nostrum, cuius naturae colorisque fuerint isti globi. Forte vero defectus hic Librariis est imputandus; scripsitque noster, *atque in eo* IGNEI *animadversi globi.* Nam *sunt chasmata, cum aliquando caeli spatium discedit, et* FLAMMAM *dehiscens velut in abdito ostentat,* ut ait *Seneca* Nat. Quaest. lib. I. cap. 14. Sane *caelum visum discedere:* (sic enim cum *Scheffero* legendum, non *descendere*) *cuius hiatu* VERTICES FLAMMAE *apparuerunt,* tradit *Iulius Obsequens* de Prodig. cap. 112. *Dav.*

atque in eo animadversi globi.] Recte contra Davisium monet Wep.: „Vox *globi,* ubi de meteoris sermo est, per se satis valere videtur, absque epitheto *ignei.* Sic enim saepenumero *columnae, trabes, virgae, coronae* absolute nominantur. Seneca Epist. XCIV. *nocturni ignium tractus,* etc. *columnaeque ac trabes, et varia simulacra flammarum.* Vide quoque Nat. Quaest. I. 10. et alibi.“ Plus probat Wopkensii ratio, quam exemplum: in eo enim ante voces *columnae ac trabes* praecedit *ignium,* sequitur *flammarum.* Sed pro eo facit alter, quem laudavit, locus, ubi est

b. etiam ad senatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset, Apuliaque maximis terrae motibus conquassata esset: quibus portentis magna populo Romano bella perniciosaeque seditiones denuntiabantur. Inque his omnibus responsa haruspicum cum
98. Sibyllae versibus congruebant. Quid? cum Cumis Apollo sudavit, Capuae Victoria? quid? ortus androgyni nonne fatale quoddam monstrum fuit? quid? cum fluvius atratus sanguine fluxit? quid? cum saepe lapi-

sermo de *coronis*, *virgis*, *arcubus*, neque unquam additur vocabulum, quod ignem significat, sed ex toto loco apparet, de meteoris esse sermonem. *Mr.*

Delata etc.] Tota oratio, inde ab initio *Nam etiam*, non cohaeret. Conieci hic [hinc?] legendum esse *labe* pro *labes*, et post *in his omnibus* pro *inque his omnibus*. *Ern.*

labes agri Privernatis] De v. *labes* v. quae monuimus ad I. 35. 78. Pro *agri* Cod. M. habet *agitur:* idem mox *descendisset* pro *desedisset:* L. d. *desidisset* et statim *Apulia*, omisso *que*. R. *Appuliaque:* de cuius nominis scriptione v. Cellar. et Harles. l. c. p. 176. et Grotefend. Orth. Lat. §. 142. Ad v. *Apuliaque* in marg. Cod. Cr. adscriptum est: *Idem etiam illic contigit anno XIƆI MccccLVI°*. In eodem mox scribitur *protentis:* in R. *seditionesque:* in M. *nunciabantur:* tam in Cod. R. *in iis omnibus*. Frenzelius in Seebodii Archiv. f. Philol. u. Paedag. I. 1. p. 140. sq. distingui vult: — *atque in eo animadversi globi; delata etiam ad senatum labes agri Privernatis:* ut sit sententia: dum ista Romae ostenta comparebant, delata sunt alia ad senatum ex longinquioribus Italiae regionibus. *Mr.*

Cumis Apollo sudavit] Simulacrorum sudorem saepe memorant Historici. Vide *Ioan. Freinshemium* ad *Flori* lib. II. cap. VIII, 3. At aliud erat mirabilius, quod de Cumano tradiderunt Apolline: nam *quatriduo flevisse nuntiatus est*, ut refert *Augustinus* C. D. lib. III. cap. XI. Saltem *triduum ac tres noctes lacrimavit*, si *Livio* fides lib. XLIII. cap. 15. De huiusmodi vero portentis *Plutarchus* optime. *Ἰδίοντα μὲν γάρ*, inquit, *ἀγάλματα φανῆναι καὶ δακρυῤῥοοῦντα, καί τινας μεθιέντα νοτίδας αἱματώδεις, οὐκ ἀδύνατόν ἐστι· καὶ γὰρ ξύλα καὶ λίθοι πολλάκις μὲν εὐρῶτα συνάγουσι γόνιμον ὑγρότητος, πολλὰς δὲ χροιὰς ἀνιᾶσιν ἐξ ἑαυτῶν, καὶ δέχονται βαφὰς ἐκ τοῦ περιέχοντος.* Adi vitam Coriolani pag. 232. cap. 38. *Dav.*

Quid? cum Cumis Apollo sudavit,] Vocem *cum* omittit Cod. L. d., quod factum est, quia sequens vocabulum ab iisdem litteris incipit. Cod. R. habet *quid cum bis Ap*. Ad v. *androgyni* v. Boettigerum in praefat. ad T. II. Amaltheae, p. XVIII. Ad eandem rem vid. etiam Idsinga Variorum Iur. Civil. cap. XII. p. 99 — 111. inpr. p. 104. (8. Harlingae 1788.). — Pro seq. *nonne* Cod. L. b. habet *non*, R., ut solet, *numne*. *Mr.*

quid? cum fluvius] Ita scripsi cum Schützio, monente Herelio l. c. p. 184. sq., cum reliquae Edd. servent *quid quod fl.* Praecedit enim et sequitur in eadem constructione *quid? cum*, et idem debet etiam esse huius propositionis tenor. Sequens vocabulum in Codd. Cr. et R. scribitur *attractus* eademque lectionis varietas est in loco Propert. III. 5. 34. Cod. S. habet *Atracus:* a Dav. et Hott. littera initiali maiuscula *Atratus*, ut sit nomen fluvii: de quo aliunde nihil innotescit. Videtur incidisse in eam cogitationem, quia infra II. 27.

dum, sanguinis nonnumquam, terrae interdum, quondam etiam lactis imber defluxit? quid? cum in Capitolio ictus Centaurus e caelo est, in Aventino portae et homines, Tusculi aedes Castoris et Pollucis, Romaeque Pietatis? Nonne et haruspices ea responderunt, quae evenerunt, et in Sibyllae libris eaedem repertae praedictiones sunt?

[Quoties senatus decemviros ad libros ire iussit? 44. 90.

scriptum est *atratum etiam fluvium fluxisse sanguine;* ubi vox *atratum* a principio posita nomen fluvii esse videri potest. Sed potest tantum videri. *Mr.* Nemo, quod sciam, fluminis *Atrati* mentionem fecit: quid Davisio ansam dedit eius fingendi? Fortasse scripsit Cicero *atro sanguine,* unde glossa *atratus* originem ceperit. v. II. 27. *K.* — „Recte Edd. *atratus,* ut opinor: iungendum *sanguine atratus,* totumque fortasse ex vetustiori aliquo poeta huc translatum. Rhythmicam certe orationem, quicunque habent aures teretes, facile agnoscent.“ *Roos.* in progr. laud. p. 14. — Agnoscis certe hexametri exitum. Cum vero tam saepe *ater* dicatur *sanguis* (Virg. Aen. III. 28. 622. ab Ennio apud nostrum Tuscc. I. 44. 107.); si *sanguis ater* in flumine esse dicitur, nonne recte dicetur *fluvius sanguine atratus?* In seqq. pro *quondam* Cod. R. habet *quoddam. Mr.*

Lactis imber effluxit] Sic Aldus senior, sic Pith. sic S. Vict. et Pall. sequentes *defluxit,* etiam Victorius. *Gruter.*

lactis imber defluxit?] Libri vulgati fere habent *effluxit:* neque ad Victorium [hoc verum non esse, videbis ex annot. mea. *Mr.*], qui *defluxit* dedit. *effluxit* quidem est alienum. *Ern.* Rescripsi *defluxit* non tam librorum auctoritate permotus, quamquam haec quoque non de nihilo est: ita enim habent Codd. Oxonn. E. O. U. nostri P. et L. a. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sylb. Lamb. Goth. Oliv. Ern. Hott. Bip. Sch.; sed motus ipsa ratione et Ciceronis usu, qui eodem verbo usus est de N. D. II. 57. 143. dicens *sudorem — a fronte defluentem,* neque vero *effluentem.* Nam alia plane ratio est in seqq. *ictus — e caelo est,* ut etiam scripsit supra I. 10. extr.; ibi ita dici potest *e* positum pro *de,* ut tamen quam maxime proprie dictum esse *e* fateri debeas de fulmine, quod exit *e caelo,* e nube. Sed imber non *effluit,* sed cum ipsa quasi nube, vel potius eo cadente ipsa nubes *defluit.* Translate etiam noster dixit de Amic. 16, 58. *ne quid in terram defluat,* ubi vid. Gernhard. p. 123. Quid? quod in re naturali, qualis haec est, etiam Appuleii adhiberi potest exemplum, qui de deo Socrat. p. 233. ed. Bip. *nubes — quibus omnis — defluxus in terras est.* Sola Ed. Sturm. habet *fluxit:* operarum fortasse errore. In seqq. Cod. R. habet *e caelo Centaurus est?* Cod. U. *ex caelo* ut Ed. Asc. 1. Mox L. b. *Aventione.* R. omittit *et* ante *homines,* eamque voculam reponit ante *aedes:* idem mox exhibet *pietas.* Tum in Cod. L. b. scribitur *Sibyllae in libris,* et in Cod. Cr. *praeditiones.* S. habet *peccatis* pro *Pietatis.* Idem pergit *Non* pro *nonne. Mr.*

Tusculi aedes Castoris et Pollucis] Quia Tusculani Castorem et Pollucem in primis colebant. L. Servius Sulpicius Rufus ad celebrandum gentis suae, quae obsidione Tusculum exemerat, factum praeclarum, in una parte aurei nummi Tusculum ipsum, in altera, signa Castoris et Pollucis pileata impressit. *Ursinus.*

Quoties senatus decemviros etc.] Haec iterata (nam et hic et paullo ante posita sunt) mihi mendi suspicionem commovent. *Lambin.*

quantis in rebus quamque saepe responsis haruspicum paruit?] Caeciliae Q. filiae somnio, modo, Marsico bello, templum est a senatu Iunoni Sospitae restitutum.

Quoties senatus —— paruit] Omissis quinque vocibus, MS. Regius dat, *quoties senatus, quantis in rebus, quamque saepe responsis haruspicum paruit.* At ne hac quidem ratione sanatur vitium, quod intulit Librariorum negligentia. Revera horum verborum pars exstat supra cap. 43. isque locus est solus, cui tota ῥῆσις convenit: hic enim importuna prorsus est et incongrua. Quapropter eam uncinis cinximus, et quod ibi deerat, hinc a nobis est translatum. *Davies.*

[*Quoties senatus — haruspicum paruit?*]] Servavi haec h. l. cum Davisio, ut monumentum scriptionis Codd. omnium et Edd., quamquam eadem cum eodem et aliis, quos nominavi, supra suo loco reposuisse mihi videor. Ceterum ad v. *quantis* in marg. Edd. Lambb. scriptum est: fort. *quam multis*. Cod. R. habet *viros decem* et in fine omittit *paruit*. Cod. S. non exhibet verba *senatus* et *haruspicum*: pro *paruit* habet *patuit*. *Mr.*

Caeciliae Q. filiae] Scribitur *Caeciliaeque somnio* in Codd. L. d. U. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Mr.*

Marsico bello] Quod etiam *sociale*, vel *Italicum* dicitur. Vide supra c. 2. *Davies.*

somnio, modo, Marsico bello, templum etc.] Ita distinxi cum Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip., ut *modo* referatur ad *est — restitutum*, verba autem *Marsico bello* ad explicandum tempus, voce *modo* non satis accurate definitum, addita existimentur. Hott. vero distinctionem post *somnio* sustulit, ut *modo* sit i. q. nonnisi somnio, nulla alia causa, nisi somnio illo permotum senatum templum refecisse. Cui obloquitur primum Roosius p. 14. sq. laudans L. I. c. 2. *quin etiam memoria nostra templum Iunonis Sospitae L. Iulius — de senatus sententia refecit ex Caeciliae, Balearici filiae, somnio;* Idem igitur h. l. valere *modo* ac c. 2. *memoria nostra*. In eandem sententiam disputans Rathius, „*modo*, ait, est paucis ante annis i. e. ante annos fere quinquaginta [accuratius XLVI.] Conf. Cic. de Off. II. 21. ibiq. Heusing. Sed, pergit, ut mihi videtur, melius haec vocula abfuerit. Cum per compendium scribatur *mo*, natum fortasse est ex syllabis duabus prioribus *sio*.“ In quo me non adsentientem habet. Meyerus l. c. dicit, *modo* Ciceronem de rebus suo tempore gestis commode dicere posse, cum de N. D. II. 50. dixerit *nuper, id est paucis ante seculis*. In eadem sententia est etiam Sch. Adde quod loco a Rathio excitato de Off. II. 21. *modo* dicitur de tempore septuaginta amplius annorum. Vid. Beier. ad eum locum T. II. p. 145. sq. *Mr.*

Iunonis *Sospitae*] Sic recte Paris. Vulgo *Iunoni*. *Dav.*

Iunoni Sospitae restitutum.] Restitui scriptionem librorum tantum non omnium: ex nostris certe assentiunt Davisio nonnisi Codd. L. c. S., qui pro *Sospitae* habent *Hospitae*. Hott. tamen et Sch. Davisium secuti sunt, prior laudato cap. II. huius libri: *templum Iunonis Sospitae — refecit*. Quasi vero haec scriptio nostro loco dativum poni vetet. *Mr.* — A. U. 663. L. Iulio Caesare P. Rutilio Coss. Narrat etiam Iul. Obsequens de Prodigiis cap. CXV. p. 159. sq. ed. Oudendorp., qui ibidem cum Scheffero consulendus. Videtur autem hanc rem tangere noster in libris de N. D. I. 29. p. 131. ed. nostr. et Moser.: *tam, hercule, quam tibi illam nostram Sospitam, quam tu nunquam, ne in somnis quidem, vides nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis*“: ubi vid. annot. De L. Cornelio Sisenna vid. de Legg. I. 2. ibiq. annott. p. 16. et p. 20. sq. ed. Moseri et nostr. Adde Christoph. Saxium in Miscell. Lipsiens. Novv. Tom. III. p. 278. *Cr.*

Quod quidem somnium Sisenna cum disputavisset mirifice ad verbum cum re convenisse, tamen insolenter, credo ab Epicureo aliquo inductus, disputat somniis credi non oportere. Idem contra ostenta nihil disputat, exponitque initio belli Marsici et deorum simulacra sudavisse, et sanguinem fluxisse, et discessisse caelum, et ex occulto auditas esse voces, quae pericula belli nuntiarent, et Lanuvii clypeos, quod haruspicibus tristissimum visum esset, a muribus esse derosos. Quid? 100.
quod in annalibus habemus, Veienti bello, cum lacus

Quod quidem somnium] Cod. R. pro *Sisenna cum* habet *et si semia tum*. Tum Cod. Cr. *disputasset*. R. *id verbum* pro *ad verbum*. *Mr.*

Tum *insolenter*] Legendum *tamen* pro *tum*, ut habet liber manuscriptus. *Ursinus.*

tamen insolenter] Ita scripsi cum Sch. adstipulante Cod. Oxon. ψ. et ipsa ratione flagitante. Ait quidem Hott., saepe ita voces *cum* et *tum* ita se excipere diversas enunciationes vel coniungentes vel disiungentes, ut ab init. lib. I. de N. D. Sed non vidit vir doctissimus, eo, et quovis simili loco, *cum* cum coniunctivo ita praemitti sequenti *tum* cum indicativo, ut prior propositio latior quodammodo sit, posterior, quam illa complectitur, speciatim et ut potissimum respicienda significetur. Idem *insolenter* explicat: praeter decorum, neque ex persona Sisennae, ut qui contraria sensisset. Roosius contra l. c. „*insolenter*, ait, i. e. arroganter ac pertinaciter, *credo inductus* i. e. permotus etc. Opponuntur deinceps: *Idem contra ostenta nihil disputat*. Sisenna igitur *somniis* fidem abrogaverat, *ostentis* non item.“ Rathius vero plane non est audiendus, ex tripode pronuncians *cum* non magis esse idem, quod *quamquam*, quam de Off. III. 2. cuius tamen plane alia, quam nostri, ratio est. Vid. ad eum locum Beier. T. II. p. 190 — 192. *Mr.*

ab Epicureo aliquo] Codd. C. S. U. R. Edd. Asc. 1. et 2. *Epicuro*. Male Oliv. post *credo* colon posuit, ne quis, dicens, ita coniungat: *credo* (ego) *inductus:* sed recte monet Hott., ad illum sensum sufficiebat poni virgulam. Sententia est aperta: inductus, ni fallor, ab Epicureo, nescio quo. Idque ex contemtu Epicureorum dictum est. *Mr.*

Idem contra] Cod. L. d. *idemque*. Idem mox *belli Marsici initio*. Cod. S. *Item contra — in initio*. *Mr.*

Sanguinem fluxisse] Restituenda videtur haec φράσις *Obsequenti*, qui de Prodig. cap. 83. ait: *In Graecostasi et comitio* sanguine *fluxit*; ubi vix, ac ne vix quidem, se *Ioan. Schefferus* expedivit. Lego *sanguen fluxit*. Praeter veteres, eadem forma *Petronius* utitur Satir. cap. 59. *Davies.*

sanguinem fluxisse] Cod. R. *sanguine fluxisse*. Conf. Liv. XXII. 1. ibiq. interprr. Vid. etiam nostram annotationem ad II. 27. 58. *Mr.*

Lanuvii clypeos] Vide nos ad lib. II. cap. 27. *Dav.*

quod haruspicibus] Cod. R. *aruspicis;* idem mox *visum est*. Ad v. *derosos* Ern. haec: „*Derosos* pro *corrosos* etiam aliis dictum: est tamen durius. Conieci *erosos:* sed Cicero videtur pro eo *derosos* dixisse ad vitandum hiatum.“ Verum est, *derosus* aliis etiam dictum est, sed alio sensu. Quare vix me continui, quin ex Codd. nostris Cr. (a pr. m.) et R. rescriberem *corrosos*, cum hoc etiam his rationibus accedat, quod infra II. 27. 59., ubi de eadem re sermo est, bis verbo simplici, bis verbo composito, semel ipso participio *corrosus* utitur. *Mr.*

Albanus praeter modum crevisset, Veientem quendam ad nos hominem nobilem profugisse, eumque dixisse, p. 101. a. ex fatis, quae Veientes scripta haberent, Veios capi non posse, dum lacus is redundaret: et, si lacus emissus, lapsu et cursu suo ad mare profluxisset, perniciosum populo Romano; sin autem ita esset eductus, ut ad mare pervenire non posset, tum salutare nostris fore. Ex quo illa admirabilis a maioribus Albanae

Veientem quendam ad nos, hominem nobilem, profugisse] At, si *Livio* credimus lib. v. cap. 15. *Senior quidam Veiens, qui inter cavillantes in stationibus ac custodiis milites Romanos Etruscosque vaticinantis in modum cecinit,* Priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret, nunquam potiturum Veiis Romanum —— *Unus ex statione Romana, postquam audivit haruspicem esse — caussatus de privati portenti procuratione consulere velle, ad colloquium vatem elicuit. Quumque progressi ambo a suis longius essent inermes sine ullo metu; praevalens iuvenis Romanus senem infirmum in conspectu omnium* RAPTUM, *nequicquam tumultuantibus Etruscis, ad suos transtulit. Qui Romam ad senatum missus,* quae essent Veiorum fata docuit. Et ad eundem fere modum rem narrant *Plutarchus* in Camillo pag. 130. et *Valerius Maximus* lib. I. cap. VI, 3. *Dav.*

profugisse] Cod. L. c. Co. Vi. b. *perfugisse.* S. et M. *confugisse.* Mox R. *e fatis,* L. b. *et fatis.* Fata Hott. recte explicat *vaticinia*, laudatque Livium V. 15. ubi est *libris fatalibus traditum esse.* Mox Cod. R. *haberent scripta.* Quod ad sententiam loci tenendum, superiora ita esse intelligenda: Veienti bello Veientem quendam hominem nobilem, culpâ quadam vel factione patriâ pulsum, ad Romanos profugisse, utque eorum sibi gratiam conciliaret, quae, ut quondam nobilis, rei publicae secreta ex libris Veientum fatalibus sciret, prodidisse. *Mr.*

dum lacus is redundaret:] Cod. Cr. *iis* pro *is.* In seqq. Cod. U. *postfluxisset;* L. c. simpliciter *fluxisset.* S. *perfluxisset.* Pergit R. *perniciosus in.* An voluit *perniciosum id populo Romano?* quod non displiceret. Cod. L. c. habet *populum* pro *populo.* In marg. Ed. Verb. annotatum est *emissus* deest in MS.; ubi intellige Gruteri MS. *Mr.*

Si lacus emissus] Pal. sec. non agnoscit *emissus.* quid fuerit in primo, incertum est, utpote heic mutilo. *Grut.*

perniciosum populo Romano;] Fr. L. Stolbergius Comes in Itinerarii sui Vol. II. p. 227. sqq. ed. noviss. non tam oraculis, si qua vulgi caussa prodita fuissent, quam utilitatis, inde ad agros Romanos redundantis, permotum Senatum Romanum esse, ut tam grande opus, qualis ille emissarius in Lacu Albano est, quodque ibidem a Stolbergio describitur, efficiendum curaret. *Cr.* — In seqq. vocem *esset* omittit Cod. L. d.; *adductus* pro *eductus* est in Cod. M. *deductus* in Cod. S.; *ut* deest in Cod. R.; idem habet *non posset pervenire:* ut est etiam in Cod. Cr., sed signis additis ordo, quem habent reliqui, restitutus est. Denique Cod. R. habet *salutaris* pro *salutare. Mr.*

Illa mirabilis] Vulgo *illa admirabilis:* sed refragantur Paris. Med. et Cantab. *Dav.*

illa admirabilis] Quamquam non desunt loca apud nostrum, quibus *mirabilis* eo sensu ponitur, qui proprius est verbo *admirabilis,* non tamen video cur aliquot libris contra reliquorum fere omnium auctoritatem obtemperandum sit. Ex nostris nullus habet *mirabilis* exceptis L. d. c. R. Co. Vi. b. et Ed. Rob. Steph., idemque est in Oxonn. E. et O.: unde recepit Hott., repudiavit Sch.

aquae facta deductio est. Cum autem Veientes bello fessi legatos ad senatum misissent, tum ex his quidam dixisse dicitur, non omnia illum transfugam ausum esse senatui dicere: in iisdem enim fatis scriptum Veientes habere, *Fore, ut brevi a Gallis Roma caperetur*. Quod quidem sexennio post Veios captos factum esse videmus.

Saepe etiam et in proeliis Fauni auditi; et in rebus 45.
turbidis veridicae voces ex occulto missae esse dicun- 101.

In seqq. Cod. R. habet *deductio facta est*. Cod. S. *deditio*. In Cod. M. mox abest *enim;* tum in R. sequitur *factis* a pr. m., et *scriptum* omissum est. Pro *senatui* est *senatu* in Cod. M. De hoc dativo quartae declinationis in *u* vide disputantem, exemplaque ex variis scriptoribus afferentem Ruddimannum Inst. Ling. Lat. p. 102. sq. T. I. ed. Stallbaum. Add. Cort. ad Cic. Epp. Famm. XIII. 71. K. L. *Schneider* Lat. Gr. II. (*Formenl.* 1.) p. 332. sq. *Mr.*

Post Veios captos factum esse vidimus] Nihil decederet sententiae, quamvis recideretur *esse vidimus*. Vulgati adhuc ineptius, *videmus*, versu fere longo. *Gruter.*

Esse videmus] Vulgo *vidimus*. Nos vero MSStos Paris. Med. Merton. Balliol. Reg. Cantab. ac veteres editos nostrae lectionis auctores habemus. Supra cap. XVI. *M. Crasso quid acciderit* videmus, *dirarum obnuntiatione neglecta*. Et cap. XL. *Marcios quosdam fratres — apud maiores nostros fuisse scriptum* videmus. Ac, ne pluribus exemplis congerendis immorer, noster *praesens tempus* in hisce formulis passim adhibet. *Davies.*

factum esse videmus] Sic MSS. plures apud Davisium, item Guelf. et Edd. vett. quaedam pro vulgato *vidimus:* atque id et res postulat: itaque recepi cum Davisio. Sed ita fit clausula versus, quam Cicero vitat. Itaque *esse* a glossatore natum delendumque puto. *Ern.* Sch., ne clausula hexametri prodiret, scripsit facillima mutatione *esse factum videmus:* quem ego tamen invitis omnibus libris imitari nolui, praesertim cum ipse Cicero non ubique a clausula poetica sibi caverit. Vide modo Schelleri Praecepta styli bene latini T. II. p. 754. sq. Ceterum scribitur *videmus* (excepto S.) in Codd. nostris omnibus, in Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Brut. Bonl. Sturm. Ald. Lamb. Goth. [in harum duarum margine annotatum est, Lambinum dedisse, ut dedit Sch., *esse factum*] Sylb. Dav. Ern. Bip. Hott. Sch. Sequitur in Cod. S. *Saepe etiam in*. *Mr.*

Saepe etiam et in proeliis Fauni auditi — ara enim Aio Loquenti consecrata est.] Wyttenbach. in Bibl. Crit. III. 1. p. 60. et in Animadvv. in Iuliani Orat. I. p. 60. sq. p. 153. sq. ed. Schaefer. „Sed quum sint plura divinationis genera, quae voce continentur, haec cum universe tum peculiariter dicta sunt φῆμαι. Et primum de *peculiaribus* videamus. Cic. de Divin. I. 45. ex interiori disciplina duo memorat genera, quorum alterum constat voce, quae, ex occulto ad hominum aures accidens, divinitus mitti creditur: alterum ex humana voce colligitur. [Sequitur noster locus: tum pergit Wyttenb.] Atqui hanc aram a Camillo exstructam Plutarchus T. I. p. 144. D. vocat νεὼν φήμης καὶ κληδόνος· item Tom. II. Fortun. Rom. p. 319. A. (p. 307. Ed. Wytt. ad quem locum consule huius Animadvv. p. 98. ubi etiam Cic. de Divin. laudatur.) Talem vocem κληδόνα primum et proprie, deinde etiam φήμην appellatam, et utramque postea promiscue usurpatam putem. — Certe ex hoc genere est, quod Cicero loco memorato ait: *Neque solum Deorum voces Py-*

tur. Cuius generis duo sunt ex multis exempla, sed maxima. Nam non multo ante urbem captam exaudita vox est a luco Vestae, qui a Palatii radice in novam viam devexus est, „Ut muri et portae reficerentur; futu„rum esse, nisi provisum esset, ut Roma caperetur." Quod neglectum, cum caveri poterat, post acceptam illam maximam cladem expiatum est. Ara enim Aio

thagorei observitaverunt, sed etiam hominum, quae vocant, omina. Verba, quae tanquam Diogenis Laertii VIII. 20. adfert Davisius, sunt apud Iamblichum Vita Pythag. §. 149. *προςεῖχε δὲ καὶ φήμαις, καὶ μαντείαις, καὶ κληδόσιν, καὶ ὅλως πᾶσι τοῖς αὐτομάτοις*: nam apud Diogenem, ut minus accuratum compilatorem, brevius est, *μαντικῇ τε ἐχρῆτο τῇ διὰ τῶν κληδόνων καὶ οἰωνῶν.*" *Cr.*

Saepe etiam et in proeliis] Vocem *et* omittit Cod. M. Pro *proeliis* Sch. minus bene scripsit *praeliis.* V. Cellar. Orth. Lat. p. 326. Grotefend. §. 131. Pro *Fauni* Cod. R. *Fanii.* Tum Cod. U. *aut in rebus turbidis.* Sequitur in R. *verifice voces.* Verba *ex multis* desunt in Cod. M. quibus aegre carueris. In seqq. Cod. L. d. habet *Nam multo,* omisso *non.* Male post *captam* distinxit Hottingerus. *Mr.*

Exaudita vox est a luco Vestae] *Livius* lib. V. cap. 32. *M. Caedicius de plebe nuntiavit Tribunis, se in nova via, ubi nunc sacellum est, supra aedem Vestae, vocem noctis silentio audisse clariorem humana, quae Magistratibus dici iuberet, Gallos adventare.* Ac cap. 50. *Expiandae vocis nocturnae, quae nuntia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset, mentio illata, iussumque* TEMPLUM *in nova Via Aio Locutio fieri.* Vide sis et cap. 52. Sic etiam *ΝΕΩΝ φήμης καὶ κληδόνος* aedificatum tradit *Plutarchus* in Camillo pag. 144. Ast *aram Aio statutam, quae est infima nova via,* cum nostro ponit *Varro* apud *Agellium* lib. XVI. cap. 17. *Dav.*

in novam viam devexus] De usu vocis *devexus* et proprio et metaphorico v. Schwarz. ad Plin. Panegyric. 71. p. 349. In seqq. Cod. M. habet *provisum est.* Pro *cum caveri poterat* Codd. Guelf. Oxon. E. Ed. Mediol. *tum caveri poterat:* quod si crederem cuiquam placere posse, refutarem. Cod. S. *provideretur ut. Mr.*

Explicatum *est*] Hanc vocem repraesentant omnes MSSti, et patienter ferunt editores: attamen ad rem nihil omnino facit. Certissima coniectura rescribo, *expiatum est;* nam EXPIANDAE *voci nocturnae templum Aio factum fuisse* vidimus ex *Livii* lib. V. cap. 50. *Davies.*

explicatum est.] Non bene oppositum *τῷ neglectum* videtur. Itaque Davisius corrigit *expiatum est,* bene. nam etsi explicare et explanare de huiusmodi rebus dicitur, quoad interpretes talium rerum adhibebantur, tamen ratio subiecta ostendit, de expiatione esse sermonem. *Ern.* — Ego *explicatum* servaverim: est antecedens pro consequenti positum, neque excluditur eo expiatio, sed vel continetur verbo *explicatum* vel significatur. *K.* — Videtur callide posuisse *explicatum est* (*ward es verständlich*), quo etiam, quod sequitur, *enim* retulerim. Stoicos noster nonnunquam invitos facit sibi ipsis contradicentes. Aius autem ille Loquens et ara ei consecrata re vera *nihil explicabant.* Quae explicatio si subtilior visa fuerit iustis rei aestimatoribus, ad Davisii partes me applicaverim. *Meyerus.*

expiatum est] Ego Ernesti potissimum rationibus motus recepi *expiatum* cum Hott. et Sch., idque malebat etiam Rathius. Praeterea illud quoque reputavi, Quintum Ciceronem a Marco fratre induci, ut cui persuasum sit quam maxime de harum rerum veritate; neque autem id con-

Loquenti, quam septam videmus, exadversus eum locum consecrata est. Atque etiam scriptum a multis est, cum terrae motus factus esset, *Ut sue plena procuratio fieret*, vocem ab aede Iunonis ex arce exstitisse: quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. Haec igitur et a diis significata, et a nostris maioribus iudicata contemnimus? Neque solum deorum voces Pythagorei ob- 102.
servitaverunt, sed etiam hominum, quae vocant omina.
Quae maiores nostri quia valere censebant, iccirco omni- b.

silii fuisse Marco, ut, quo facilius eum posthac reprehenderet, frater res sibi repugnantes proferret. Neque nihil ad obsequendum Davisio me impulit Livii auctoritas. *Mr.*

Aio Loquenti] Sive *Aio Locutio*, ut habet Livius V. 50. Quamquam ibi *Locuto* legendum suspicor. De quo Romanorum deo vide Varr. apud. Gell. XVI. 17. *Passerat.* — Conf. interprr. ad Liv. l. c. et ad eiusdem libri epitomen p. 10. sq. ed. Drakenb. Stuttg. Pro *Aio* Cod. S. habet *animos*. Add. Wytt. in Bibl. Crit. III. 1. p. 57. sq. Pro *septam* est *VII* i. e. *septem* in Codd. U. L. b. Ed. Asc. 1. Pro *exadversus* scribitur *ex adversum* in Cod. R.; *adversum* in Edd. Crat. et Herw.; *adversus* in Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Lamb. Goth. Sylb. Olivet.; sed *exadversus* in Codd. Cr. U. P. M. L. a. b. c. d. Edd. Rob. Steph. Ald. Grut. Verb. Ern. Bip. Hott. Dav. Sch. In seqq. Cod. R. habet *a multis scriptum est:* idem mox *sua plene:* tum idem et M. S. *procreatio;* M. etiam pro *Aio Loquenti* habet *annos loquentes*. Ad v. *procuratio* v. interprr. ad Tibull. I. 5. 13. Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 125. Vix necessarium videtur monere, *plena* ad *sue*, non ad *procuratio* esse referendum. Ponitur quidem *plenus* pro *gravidus*, *fetus* plerumque a poetis: sed est haec formula, qua noster utitur, solennis, ideoque non ex usu Ciceronis iudicanda. Dixit autem Columella de R. R. VI. 24. *forda plena fetu*. *Mr.*

Iunonem illam appellatam Monetam] A monendo, Ἥραν Μονήταν similiter σύμβουλον interpretatur *Suidas* in *Μονήτα:* sed nominis causam atque fontem modo longe diverso tradit. *Dav.*

Iunonem illam appellatam Monetam.] Cod. R. in marg. habet: *quare Iuno moneta appellata est.* In seqq. Cod. L. d. post *igitur* omittit *et:* pergit R. *a diis signata*. *Mr.*

a nostris maioribus iudicata] Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. *indicata*. Quod cum in Ed. Crat. reperisset Hott., merito reiicit, laudans Cic. de Off. I. 43. 154. Tuscc. I. 47. 114. I. 48. [perperam Hott. 84.] 116. ubi scribitur: *His et talibus auctoribus usi, confirmant, causam rebus a diis immortalibus iudicatam.* Sequitur in Cod. M. *contemnamus*, quod est correctoris, Ciceronianae elegantiae et urbanitatis ignari. Correctoris item est, quod habet Cod. R. *solas* pro *solum*. *Mr.*

Observitaverunt] Ita Mss. nostri sex, nec non editio Victorii. Vulgati, *observaverunt*, ex iisdem supra etiam reposui *exadversus*, cum prius legeretur *adversus* tantum. *Gruter.*

Neque solum deorum voces Pythagorei observitaverunt, sed etiam hominum] Hoc, exemplo Pythagorae, fecerunt: is enim χροςεῖχε καὶ φήμαις, καὶ μαντείαις, καὶ κληδόσι, καὶ ὅλως χᾶσι τοῖς αὐρομάτοις. Adi sis *Diogenem Laertium* lib. VIII. §. 20. *Dav.*

observitaverunt,] Vid. quae monuimus de hoc verbo supra ad I. 1. Hoc quoque loco Ern. ex quatuor Edd. vett. Ven. 1494. Med. Asc. Ald. scripsit *observaverunt*. Sed frequentativum tuentur Codd. Guelf. R. M. Cr. P. L. c. d. Edd. Crat. Herw. (hae in

bus rebus agendis, *Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset*, praefabantur: rebusque divinis, quae publice fierent, ut *faverent linguis*, imperabatur; inque feriis imperandis, *ut litibus et iurgiis se abstinerent*. Itemque in lustranda colonia, ab eo, qui eam deduceret; et cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur.

varr. lectt.) Vict. Rob. Steph. Grut. Verb. Oliv. Hott. Sch. Pro *quae vocant* Cod. R. habet *qui vocant*. De *ominibus* multa congessit Hofmannus in Lexico, quod non semel laudavimus, Universali v. *omen*. *Valere*, quod sequitur, est id quod ratum esse, eventum habere. Male distinxit Hott. post *nostri*. In seqq. scripsi pro *idcirco* cum Sch. *iccirco*, quod faciendum praecipiunt Cellar. Orth. Lat. p. 255. Grotefend. O. L. §. 146. *Mr.*

omnibus rebus agendis—praefabantur] Dativus rei, cui praefamur, quamquam alibi apud nostrum non legitur, probus tamen est et ad analogiam aliorum eiusmodi verborum positus, qualia sunt apud Ruddimannum Inst. Gramm. Lat. II. p. 128. cum praepositione *prae* composita. Rathius in seqq. verbis *rebusque divinis* additum malebat *in*. Cur non id maluit ante *rebus agendis?* Certe parum eleganter dixisset noster *in rebusque divinis*, et, paucis interiectis, *inque feriis imperandis*. Quod vero *inque fer. imp.* scripsit, cum praepositione, id fecit variandae orationis causa. *Mr.*

Quod bonum — se abstinerent] De hisce formulis diligenter egit vir eximius *Barn. Brissonius* Form. lib. I. pagg. 8, 66, 118. *Dav.*

rebusque divinis,] Cod. R. *rebus divinis*. Conf. Plutarch. Gracch. p. 838. sq. *Cr.* — Ad v. *faverent linguis* v. interprr. ad Virg. Aen. v. 71. Hor. Od. III. 14. 11. III. 1. 2. Pro *imperabatur* est *imperabant* in Cod. R. Idem pergit *idemque feriis*. Cod. S. *ferrent* pro *fierent*. *Mr.*

feriis imperandis] Iac. van Vaassen in Animadvv. hist. crit. ad Fastos Rom. Sacros p. 25. vocem *imperandis* deletam voluit, eique assensit Hott. Rathius vero ait: „Vulgata non nimis quidem elegans, quia idem verbum praecedit: sed quod elegantius, id non idem [item] rectius. Solennis vox hac in re est *indicere*.“ Nimirum Liv. III. 5. 14. et passim. *Mr.* Potest etiam excusari eadem ratione, qua plura in Ciceronis dialogis excusantur: ut aliquid sermoni quasi colloquentium inter se tribuendum et concedendum h. l. sit, ut dicat *in feriis imperandis imperabatur* vel *praefabantur*. *K.* Quod explicat Hott. *litibus et iurgiis* „in foro nempe, causis agendis,“ id merito Mayerus l. c. iusto angustius et arctius circumscriptum esse monet. *Mr.*

in lustranda colonia,] Codd. P. M. R. S. *illustranda*. Ad haec laudat Hott. Barthium ad Stat. Theb. IV. p. 1078: nimirum ad v. 418. Conf. etiam Hofmanni Lex. Univ. v. *Lustratio*. Potissimum huc facit Lomeieri liber de veterum Gentilium Lustrationibus. (Ultrai. 1681. 4. pp. 371.) *Mr.* — Conf. Sigon. de Antiquo Iure Italiae II. 2. Pitiscus in Lex. Antt. Romm. I. p. 501. nostrum locum ita laudat, ut legisse in suo libro videatur *bonis ominibus*, nisi typographicum vitium subest. *Cr.*

qui eam deduceret,] Cod. L. b. *quia* pro *qui*. Ad v. *Censor populum lustraret* conf. eosdem, quos annotatione proxima laudavimus. Fiebat autem haec lustratio *suovetaurilibus*, de quibus vid. interprr. ad Liv. I. 44. Add. Tiraquellus ad Alexandri ab Alexandro Dierr. Geniall. V. 27. pag. 804. sq. *Mr.*

Bonis nominibus — esse voluerunt] Ratio est, quod, ut *Ovidius* Fast. I, 178.

Quod idem in dilectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine. Quae quidem a te scis et con- 103.
sule et imperatore summa religione esse servata. Praerogativam etiam maiores omen iustorum comitiorum esse voluerunt.

Atque ego exempla ominum nota proferam. L. Paul- 46.

Omina principiis, inquit, inesse solent. Sic cum sub Vespasiano restituendum fuit Capitolium, *Ingressi milites, queis* fausta nomina *felicibus ramis.* Rem narrat *Tacitus* Hist. IV, 53. ubi nonnulla *Lipsius* hanc in rem notavit. Vide eis et *B. Brissonium* Form. lib. I. pag. 92. ac Interpretes ad *Ciceronem* pro Murena cap. XVIII. *Dav.*

bonis nominibus] Cod. R. *hominibus.* Cr. *ominibus.* Pro *ducerent* in Ed. Asc. 1. est *aducerent* (sic). *Mr.*

Quod idem in dilectu consules observant,] Vocem *idem* omittit Cod. M. Pro *delectu* Cod. R. habet *eligendo.* Codd. L. c. et P. *dilecto.* In marg. Lamb. et Goth. dicitur Lambinum dedisse *dilectu:* et ita nos scripsimus: de qua scriptione praecipiunt Cellar. l. c. p. 219. sq. Grotefend. l. c. §. 150. — Aldus in Orthogr. p. 32. praefert *delectus.* Tum Cod. R. exhibet *observabant* pro *observant* Cod. L. d. pro *primus* habet *primo:* sequitur in R. *fiat miles:* vocem *bono* omittit Cod. L. a. Pro *nomine* est *homine* in Cod. S., *omine* in Codd. Cr. et U. Ed. Asc. 1. Eiusmodi bona nomina fuisse *Valerius, Salvius, Statorius,* discimus ex Festo s. v. *Lacus Lucrinus. Mr.*

Quae quidem] Cod. M. *quae quod.* Tum scribitur in vet. Cod. Caroli Steph., nostris M. L. c. d. Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. *summa cum religione* pro *summa religione;* non male. Sic dixit noster pro Cluent. 18. 51. *semper equidem magno cum metu incipio dicere.* Exempla vide apud Ruddimann. Inst. Ling. Lat. II. p. 268. not. 18. add. Tursellin. de Particull. p. 183. sq. ed. Schwarz. *Mr.*

Praerogativam etiam maiores omnes iustorum comitiorum esse voluerunt] Non *omnes,* sed *omen* veram lectionem esse puto; quomodo etiam legitur infra lib. II. cap. 40. *P. Manucius.*

Praerogativam] Ea tribus eave centuria, quae, omnium Tribuum aut Centuriarum nominibus in sortem coniectis, prima de sitella sorte exierat, suffragium ferebat: eaque *praerogativa* appellabatur, quod prima rogaretur a magistratu, qui comitia habebat. V. Rosini Antt. Romm. p. 552. Nieupoort. Antt. Rom. p. 54. Ed. Gesn. ibiq. laudd. *Haymann. Anmerk. z. Nieupoort* p. 22. In primis autem N. Gruchium de comitiis Romanorum p. 266. 112. 107. sqq. 52. sq. 182. 123. 107. et 229. Nuperrime de ea re praecepit Franckius de Tribuum etc. ratione p. 105. *Mr.*

Praerogativam etiam maiores omen] Cod. R. *praerogativas.* Vocem *maiores* omittit Cod. M. Pro *omen* scribitur *omnes* in Codd. L. d. R. P. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sturm. In Codd. Cr. L. b. c. est *oẽs.* Verb. in aliis esse *omnium* ait, in quibus, non dixit. *Omen* habet Cod. L. a. Edd. Lamb. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Ern. Dav. Bip. Hott. Sch. eamque lectionem exhibere iam volebat Brutus. Firmatur loco plane gemino II. 40. *Iam illa, favete linguis, et praerogativam, omen comitiorum. Mr.*

Omen *iustorum comitiorum*] Ita est in P. Manutii editione, secutusque est Lambinus; sed vetustiores et Mss. nostri, *omnes. Gruter.*

Atque ego exempla ominum] Vulgati, solita confusione, habent *omnium,* pro quo recte Davisius *ominum* reposuit. non omnium generum, quae posuerat, exempla attulit, sed tantum ominum. *Ern.* — Cod. R. *At* pro *atque.*

lus cónsul iterum, cum ei, bellum ut cum rege Perse gereret, obtigisset; ut ea ipsa die domum ad vespe-

L. d. omittit *ego*. Pravum illud *omnium* occupat nostros etiam libros plerosque: in quibus esse Edd. Oliv. Bip., atque adeo Sch., merito mireris. Probam lectionem habent Codd. Cr. R. P. M. L. a. Edd. Asc. 2. Herw. Car. Steph. Lamb. Goth. Dav. Ern. Hott., eamque in annott. probarunt Brut. et Sylb. Posterior locum etiam a Cantero Novarum L. 1. ita fuisse emendatum docet, eo capite, quo *omnia* pro *omina* apud varios scriptores, nec semel depravate, positum demonstrat. *Mr.*

L. Paullus consul iterum] In Cod. P. deest *L.* Pro *iterum* Cod. M. habet *tantum*. Quem in annot. seq. laudat Davisius Nicephori Gregorae locum hic adscribemus, ut eum docta manus margini Ed. Lamb., quae habet collationem Codicis P., allevit: *ὥςπερ συνεπεπτώκει ποτὲ καὶ Παύλῳ τῷ Αἰμιλίῳ τῷ ἐκ Ῥωμαίων ἀποσταλέντι στρατηγῷ εἰς ἀντίπαλον μάχην τοῦ Πέρσεως τοῦ τῶν Μακεδόνων βασιλέως. μέλλοντα γὰρ ἐξιέναι φασίν, ἀσπαζόμενον τὸ θυγάτριον, εὑρεῖν αὐτὸ δεδακρυμένον· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς λύπης ἀκηκοέναι παρ' αὐτοῦ, ὅτι φησὶν ὁ Περσεὺς ἐτεθνήκει· ἦν δ' ὁ Περσεύς, ὃν ἔφασκε, κυνίδιον σύντροφον τῷ θυγατρίῳ. Τὸν δὲ, Ἀγαθῇ Τύχῃ, φάναι, ὦ θύγατερ, καὶ δέχομαι τὸν οἰωνόν. Ταῦτα διέξεισιν ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς ὁ σοφὸς Κικέρων.* Conf. etiam Plutarch. in Apophthegmm. Regum et Ducum p. 197. F. p. 785. ed. Wyttenb. *Mr.*

L. Paullus, consul iterum] Hoc narrat *Valerius Maximus* lib. I. cap. V, 3. *Plutarchus* in Paullo Aemilio pag. 260. *Λέγεται δ' αὐτὸν (Αἰμίλιον) ὡς ἀνηγορεύθη κατὰ τοῦ Πέρσεως στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ δήμου παντός, οἴκαδε προπεμφθέντα λαμπρῶς, εὑρεῖν τὸ θυγάτριον τὴν Τέρτιαν δεδακρυμένην, ἔτι παιδίον οὖσαν· ἀσπαζόμενον οὖν αὐτήν, ἐρωτᾶν ἐφ' ὅτῳ λελύπηται· τὴν δὲ περιβαλοῦσαν καὶ καταφιλοῦσαν, Οὐ γὰρ οἶσθα, εἶπεν,* (Leg. *εἰπεῖν,*) *ὦ πάτερ, ὅτι ὁ Περσεὺς τέθνηκεν; λέγουσαν κυνίδιον σύντροφον οὕτω προσαγορευόμενον. Καὶ τὸν Αἰμίλιον, Ἀγαθῇ τύχῃ, φάναι, ὦ θύγατερ, καὶ δέχομαι τὸν οἰωνόν. Ταῦτα μὲν οὖν Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς ἱστόρηκεν.* Eandem historiolam ex *Cicerone* refert etiam *Nicephorus Gregoras* in *Synesium* de Insomn. pag. 359. *Ioannes* Sarisberiensis Policr. I, 13. p. 45. *Alius quoque consul cum a Senatu destinaretur ad expugnandum* Regem Persarum, *a filia, quam in ostio domus flentem obviam habuit, causam quaesivit; cumque illa responderet,* Persam periisse, (*sic enim catulus qui forte perierat dicebatur*) *profectus in expeditionem triumphum non invenit, eo quod* Rex Persarum *perierat, quando filia consulis catulum flebat amissum.* Vides ab eo scriptore *Persen* de Rege Persarum, qui saepe Perses dicitur, perperam intelligi. *Davies.*

cum rege Perse] Cod. L. d. *Persarum.* De nominis *Persae* declinatione accurate praecepit K. L. Schneider. in Gramm. Lat. II. Formenl. I. p. 315—321, cui nihil, quod operae pretium sit, addi posse videtur. Pro *obtigisset* Cod. M. habet *contigisset.* Sed illud verbum in hac re proprium esse, multa Ciceronis loca demonstrant; v. c. Or. in Vatin. 5, 12. Epp. ad Famm. II. 19. ad Att. I. 20. In marg. Edd. Lamb. et Goth. ad v. *ea ipsa die* in marg. adscriptum est: fort. *eo ipso die.* Libri non addicunt. Praeclare, ut solet, de huius substantivi genere praecipit idem, quem modo laudavimus, K. L. Schneider. l. c. p. 347—352. *Mr.*

Ad vesperum] Sic omnes nostri. Vulgo *ad vesperam*: quod eodem sane redit; sed audiendi sunt MSSti. *Davies.*

ad vesperum] Non MSS. modo, cum quibus nostri quoque (exceptis S. P. et L. d.) consentiunt, habent *vesperum*, ut ait Dav., sed ante eum iam sic ediderunt Asc. 2. Car. Steph. Brut.

rum rediit, filiolam suam Tertiam, quae tum erat admodum parva, osculans animadvertit tristiculam. *Quid est*, inquit, *mea Tertia? quid tristis es? — Mi pater*, inquit, *Persa periit.* — Tum ille arctius puellam complexus, *Accipio*, inquit, *mea filia, omen:* erat autem mortuus catellus eo nomine. L. Flaccum, flaminem 104. Martialem, ego audivi cum diceret, Caeciliam Metelli, cum vellet sororis suae filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa;

Boul. Ald. Sturm. Sylb. et Lamb. cum Goth. in marg. ex v. c. De hac voce eiusque formis v. K. L. Schneider. l. c. p. 465. sq. Pro *rediit* Cod. L. d. habet *redigit*. Verba *Tertiam — parva* desunt in Cod. R. In Ed. Asc. 1. scribitur *Tratiam* et mox *Tratia*. Vocem *tum* omittit Cod. L. d. In Cod. U. scribitur *oscula*. *Mr.*

Animum advertit tristiculam] Vulgo *animadvertit tristiculam*. Sed elegantiam MSStorum Paris. et Reg. apernere non potuimus; nec aliter *Victorius* edidit. Vide nos ad Tusc. V, 23. *Dav.*

animadvertit] Ita rescripsi, cum Davisianae scriptioni ex omnibus libris nostris nullus, praeter Ed. Rob. Steph., assentiat. Scio equidem, etiam cum accusativo obiecti scripsisse nostrum ad Famm. xv. 4. 36. p. 789. ed. Cort. *Equidem etiam mihi illud animum advertisse videor:* sed rarius hoc est, neque Ciceroni invitis libris obtrudendum. *Mr.*

mea Tertia? quid tristis es?] Verba *mea — inquit* omittit Cod. L. d., propter repetitum *inquit* oculo scribae aberrante. Pro *Tertia* Cod. R. habet *filia*. In Cod. M. scribitur: *Persa periit, mi pater, inquit*. Cod. P. habet *perit*. *Mr.*

Accipio, inquit, mea filia, omen:] Dav. dedit *Accipio omen, inquit, mea filia:* ego cum Ern. Hott. et Sch. eum verborum ordinem praetuli, quem habent Codd. P. M. L. a. b. c. d. S. Edd. Grut. Verb. Oliv. Bip. Scribitur autem *Accepi* in Codd. R. U. Cr. P. Edd. Asc. 1. 2. Cod. Cr. habet: *Accipio omen inquit mea filia omen*. *Mr.* „*Accipere* audire est cum assensu et voluptate, ut *accipere omen* apud Cic. de Div. I. 46.“ Oberlin. ad Tacit. Annall. xiv. 4. Est formula de bono omine solemnis. V. Ernest. Cl. Cic. Plura Barn. Brisson. de Formull. I. 152. p. 82., qui ad nostrum locum Plutarch. in Paullo Aemil. p. 260. adhibuit. Turneb. Advers. V, 7. et Bulenger. de Augur. cap. 9. *Cr.* — In Co. Vi. b. citatur noster II. 40. *Mr.*

Erat autem mortuus catellus] Est a nostris Mss. et editione Victoriana. vulgata enim *mortua catella*. *Grut.*

mortuus catellus] Ita Codd. nostri omnes, excepto U., itemque Editiones Crat. et Herw. (in varr. lectt.) Rob. Steph. Sturm. Grut. Verb. Dav. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Vocem *autem* omittit L. d. *Mr.*

flaminem Martialem] Haec verba desunt in Cod. R.; in P. scribitur *flamenem*. in Cod. S. *Samnitem*. De *Flaminibus* vid. Rosini Antt. Romm. p. 209 — 212. Ed. Schrevel. Amst. 1685., ubi quatuordecim inter se diversi enumerantur. Constructio *audivi cum diceret* pro *audivi dicentem* nostro admodum familiaris est, neque exemplis eget. *Mr.*

in matrimonium collocare] Accusativus ponitur ad consilium significandum, sicut I. 23. *ad mortem proficiscens*, I. 29. *ad quietem ire*. Ceterum Philippic. II. 18. est *locare in matrimonio*. *K.* — Pro *quoddam* Cod. R. habet *quemdam*. *Mr.*

Exisse in quoddam sacellum] Et nocte quidem concubia, prout auctor est *Valerius Maximus* lib. I. cap. V, 4. *Davies.*

ominis capiendi causa] Auspices nuptiis interponere. Conf. Grupen. de

quod fieri more veterum solebat. Cum virgo staret, et Caecilia in sella sederet, neque diu ulla vox exstitisset, puellam defatigatam petisse a matertera, ut sibi concederet, paulisper ut in eius sella requiesceret: illam autem dixisse, *Vero, mea puella, tibi concedo meas sedes.* Quod omen res consecuta est. Ipsa enim brevi mortua est; virgo autem nupsit, cui Caecilia nupta

Uxore Romana p. 308. sq. et *Dirksen. Uebersicht der bisherigen Erklärungen der Zwölftafel-Fragmente* p. 282. sq. *Cr.*

quod fieri more etc.] Cod. Cr. *quod veterum more fieri solebat.* R. *quod more fieri solebat veterum.* Rursus narrat Quintus his verbis fratri aliquid, quod nescire non poterat. Verborum ordo, ut vides, variat. Quid inde? Nonne suspecta sunt? Mihi non magis, quam permulta similia, quae et supra legimus et inferius videbimus. Pergit R. *tum virgo staret in Caecilia* (omissis quae sequuntur *in sella*) *sedisset.* Tum Dav. dedit *defetigatam*, forma comicis usitata, quam nullus ex nostris libris, nec scriptus nec editus, agnoscit. *Mr.*

ut sibi concederet] „Etsi, ait Hott., *concederet* dictum videri possit pro *permitteret*, tamen ego potius prima notione accipiam pro *locum faceret*, quod maius [magis?] id convenit cum Caeciliae responso, *tibi concedo sedes meas.* Ita vero sequentia, *ut in eius sella requiesceret,* abesse sine desiderio patiar, ut quae speciem habeant satis similem glossematis.“ Cui applaudens Roosius, „Bene! ait, displicet quoque repetitio τοῦ *ut.*“ Optime! Hoc vero est interpretem et criticum agere. Primum perperam interpretatur locum; quo facto cum verba aliquot scriptoris genuina non amplius necessaria, sed supervacanea, videntur, in glossematis suspicionem vocantur. Totus nimirum error inde ortus est, quod iam inde ab editionibus principibus perperam distingui solet post *paulisper*, quasi dixerit puella: *concede mihi paulisper, ut in tua sella requiescam* (quo motus Hott. existimabat, satis esse dictum *concede paulisper* i. e. cede paulisper loco): cum tamen voluerit: *concede mihi, ut paulisper in tua sella requiescam.* Igitur distinguendum fuit, ut nos fécimus: *ut sibi concederet, paulisper ut in eius sella requiesceret.* Quid, si ita locum intellexeris et distinxeris, cuiquam supervacaneum videbitur? Imo vero parum comiter et urbane puella simpliciter dixisset materterae: *concede mihi paulisper.* Quod vero priore loco *concederet* ponitur pro *permitteret,* altero *concedo meas sedes* significat *cedo mea sede, ut tu ea uti possis:* id minime est incongruum et inconcinnum, sed elegans potius et facetum. Vocem *in* ante *eius* omittit Cod. M. In R. est *cella* pro *sella.* Somniabat monachus de coenobio monialium. *Mr.*

Vere *mea puella*] Veneti *vero:* nam quamvis haec particula fere alteri verbo soleat subiungi, tamen et initialis reperitur in significatione earum, quae *interiectiones* dictae fuere. *Camerarius.*

Vero, mea puella,] Conf. Schützii Lex. Cic. in *vero,* et interprr. ad Cic. de Legg. I. 24. p. 157. ed. Moser. et nostr. Adde Ruddimanni Gramm. Lat. ed. Stallbaum. I. p. 323. Cic. de Republ. I. 37. post initium: *Videsne igitur minus cccc annorum esse hanc urbem, ut sine regibus sit? Laelius: Vero, minus.* [ubi v. meam annot. p. 150. *Mr.*] *Cr.* — Adde Schelleri Praecepta Styli bene Latini I. p. 467. Ceterum residet prava scriptio *vere* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Sturm. Cod. S. habet *sedes meas. Mr.*

cui Caecilia nupta fuerat.] Vocem *cui* omittit Cod. R. In Cr. est *nupta*

fuerat. Haec posse contemni, vel etiam rideri, praeclare intelligo: sed id ipsum est deos non putare, quae ab iis significantur, contemnere. p. 102. a.

Quid de auguribus loquar? Tuae partes sunt: tuum, 47. inquam, auspiciorum patrocinium debet esse. Tibi App. 105. Claudius augur consuli nuntiavit, addubitato Salutis au-

Caecilia. L. b. habet *erat* pro *fuerat.* Sequitur in Cod. R. *Hoc posse rideri etiam contemni praeclare intelligo.* Cod. Cr. habet *irrideri* pro *rideri*, quod est interpretis. *Mr.*

sed id ipsum est — contemnere] Omittitur *id* in Codd. L. d. P. 8. M. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Ald. Boul. Sylb. Male. Pergit R. *etiam deos* pro *est deos*, ex perperam lecto scripturae compendio. *Mr.*

deos non putare,] Rectius: *sed id ipsum est, esse deos non putare.* Ut in I. 6. *mihi vero satis est argumenti et esse deos* etc. *Pearcius.* Huius vero loci alia est ratio, quam nostri, et verba tantum congruunt, constructio non item: nam quaeritur, utrum *putare* possit poni pro *putare esse*, neque vero probari debet *esse* poni pro *exstare*. Debebat afferre loca, qualis hic est de Amicit. II. 6. *quia prudens — esse putabatur.* Et ego fateor, placiturum mihi fuisse additum *esse*. Sed a corrigendo me abstineo, motus loco Or. pro Rosc. Am. 46, 135. *ut hominem prae se neminem putet:* et similibus. *Mr.*

quae ab iis significantur, contemnere.] Reponendum videtur *quaeque. Rath.* An credimus viro consultissimo? Modeste ille quidem ait: videtur. Sed nobis quidem nihil videtur minus. Quid? ut Rathius Ciceronem intelligat, Cicero a Rathio ieiune et insulse loqui discat? Egregie scilicet haec fingerentur, ut, qui talia *contemnant*, primum deos (esse) non putent, deinde vero *contemnant* ea, quae a diis, quos nimirum esse non putant, significentur. Sententia loci est: *contemnere ea, quae a diis significantur, id ipsum est deos* (*esse*) *non putare.* Scripsi autem *iis* [Dav. *his*], ut habent Codd. nostri, exceptis U. et M., omnes, Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Pro *significantur* rursus Cod. R. *signantur.* Ad initium cap. seq. conf. Cic. de Rep. I. 47. prc. ibiq. nostr. ann. p. 187. et in Additamm. *Mr.*

Tibi P. Claudius] Puto legendum *Ap. Claudius*; qui fuit P. Clodii, Ciceronis inimici, frater, augur peritissimus; qui etiam de augurali scientia libros edidit, Ciceronique inscripsit, ut ex lib. III. Epist. 9. ad Appium colligitur, et augurales Appii libros nominat *Festus. P. Manucius.*

Tibi App. *Claudius*] Sic recte dedit *Lambinus* ex coniectura *Paulli Manucii.* At MSSti simul ac libri vulgati habent, *tibi Claudius.* Male: huic enim auguri nomen fuit *Appium.* Vide lib. I. Divin. cap. 16. lib. II. cap. 35. et lib. II. de Leg. cap. 13. *Davies.*

auspiciorum patrocinium] Cod. Cr. *Hospitiorum patrocinium.* Quae sequitur P. Manutii annotatio, eam pleniorem, quam a Dav. factum est, h. l. ex Manutiana et Verb. editione adscribemus. Sequitur enim ibi post verba *libros edidit:* „Quod si hunc esse App. Claudium probabitur, constabit ex hoc loco, vel iis, qui iuvenes admodum essent, Romae olim fieri augures licuisse, quippe cum triennio ante Appii Aedilitatem Cicero Consul fuerit, Aedilitas autem Consulatum quinquennio praecesserit: qui ante XLIII. aetatis annum nemini nisi extra ordinem dabatur: eoque anno qui Consules fiebant, suo anno Consules fieri dicebantur; quod alibi sibi Cicero contigisse dicit. Sed hac de re et plenius et distinctius in eo libro, quem de Magistratibus Rom. aggressi sumus.“ *Mr.*

Addubitato Salutis augurio] *Ta-*

gurio, bellum domesticum triste ac turbulentum fore: quod, paucis post mensibus exortum, paucioribus a te est diebus oppressum. Cui quidem auguri vehementer assentior. Solus enim multorum annorum memoria, non decantandi augurii, sed divinandi tenuit disciplinam. Quem irridebant collegae tui, eumque tum Pisidam, tum Soranum augurem esse dicebant. Quibus nulla

citus Annal. XII, 23. *Salutis augurium quinque et viginti annis omissum repeti ac deinde continuari placitum.* Quale vero fuerit *Salutis augurium*, docet *Dion* lib. XXXVII. p. 40. *Τότε δὲ οἱ Ῥωμαῖοι*, inquit, *πολέμων ἀνάπαυσιν τὸν τοῦ ἔτους χρόνον ἔσχον· ὥστε καὶ τὸ ΟἸΩΝΙΣΜΑ τὸ τῆς ὙΓΙΕΙΑΣ ὠνομασμένον διὰ πάνυ πολλοῦ ποιῆσαι. Τοῦτο δὲ μαντείας τις τρόπος ἐστὶ, πίστιν τινὰ ἔχων, εἰ ἐπιτρέπει σφισὶν ὁ Θεὸς ὙΓΙΕΙΑΝ τῷ δήμῳ αἰτῆσαι· ὡς οὐχ ὅσιον οὔτε αἴτησιν αὐτῆς, πρὶν συγχωρηθῆναι, γενέσθαι. Καὶ ἐτελεῖτο κατ' ἔτος ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ μηδὲν στρατόπεδον μήτε ἐπὶ πόλεμον ἐξῄει, μήτε ἀντιπαρετάττετό τις, μήτε ἐμάχετο. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς συνεχέσι κινδύνοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐμφυλίοις, οὐκ ἐποιεῖτο — Ἀμέλει καὶ τότε ἠδυνήθη μέν πως τὸ οἰώνισμα ἐκεῖνο ποιηθῆναι, οὐ μέντοι καὶ ΚΑΘΑΡΟΝ ἐγένετο· ἔξεδροι γάρ τινες ὄρνιθες ἐπέπταντο, καὶ διὰ τοῦτ' ἀνεμαντεύσαντο· καὶ ἄλλα δὲ αὐτοῖς σημεῖα οὐκ αἴσια συνηνέχθη.* *Salutis augurium* τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας vocat etiam lib. LI. pag. 457. sed τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς Σωτηρίας rectius dixerat, ut olim monuit *Is. Casaubonus* ad *Suetonii* August. cap. XXXI. Vide sis et *I. C. Bulengerum* de Aug. et Ausp. lib. III. cap. 17. *Davies.*

addubitato Salutis augurio] Cod. P. *at dubitato*. Ed. Asc. 1. *a dubitato*. Verbo *addubitandi* raro quidem usus est noster, sed bis in libris de N. D. I. 6. 14. et II. 46. 118. Ceterum hic locus primus est, quo huius ritus, quamvis antiquissimi, mentio fit a scriptore veteri. Exstat *De Augurio Salutis* docta prolusio a I. P. *Millero*, quondam Gymnas. mei patrii Rectore, conscripta a. MDCCLX. pp. octo, cum gemmae effigie ex thesauro Mediceo, cui insculptus est Aesculapius cum Telesphoro et Hygiea. *Mr.*

Quod paucis post mensibus exortum] De Bello Catilinario loquitur. *Dav.*

paucioribus a te] Cod. M. *ante te*, L. d. *an* (sic) pro *ante*. Posterior in antecedentibus habet *domesticum bellum*. Seqq. referuntur ad *App. Claudium* cognomine *Pulchrum*. *Mr.*

decantandi augurii — disciplinam] ut tantum sc. formulas auguriorum teneret et recitare posset memoriter. *Ern.* Quid sit *decantare augurium* optime intelligitur ex II. 34. *K.* De verbi huius significatione et usu nuper disputavi in Prolusione ad Examina Gymn. Ulm. MDCCCXXV. inscripta: Symbolae Criticae ad aliquot Ciceronis de Finn. et Tusc. Disp. loca. p. 10. *Mr.*

eumque tum Pisidam, tum Soranum augurem] Cod. L. b. *quumque* pro *eumque*, quod ortum est, cum aliquando aliquis *cumque* pro *eumque* vel scripsisset vel legisset. Pro *augurem esse* habet *esse augurem* Cod. L. d. Haec duo verba se aliquando ut glossema deleta maluisse ait Hott., ut a populis et urbibus superstitiosis simpliciter *Pisida* et *Soranus* diceretur. Tum vero ait, voces istas defendi posse, si intelligas, Claudium a collegis fuisse irrisum, quod non augur esset talis, quales erant plerique, istas religiones sapienter ad opinionem imperitorum fictas existimantes, sed vere atque ex animo huic superstitioni deditus: ita ut *Pisida* aut *Soranus augur*,

videbatur in auguriis aut auspiciis praesensio [aut scientia] veritatis futurae; sapienter, aiebant, ad opinionem imperitorum esse fictas religiones. Quod longe secus est: neque enim in pastoribus illis, quibus Romulus praefuit, nec in ipso Romulo haec calliditas esse potuit, ut ad errorem multitudinis religionis simulacra fingerent. Sed difficultas laborque discendi disertam negligentiam

utpote superstitiosus, opponeretur *Romano auguri.* Et fuerunt *δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι. Mr.*

Aut scientia] Hasce voces cum editt. Ven. 1471. ac Ascens. praetermittunt Paris. Merton. Balliol. et Reg. iisque reiectis, constat sententia. Et sane nihil aliud exhibent quam variam lectionem: quapropter eas uncinis cingendas putavimus. *Dav.*

praesensio [*aut scientia*]] Cum supra I. 1. 1. definiat noster divinationem *praesensionem et scientiam rerum futurarum,* patrocinari haec definitio possit verbis, a Dav. et Hott. uncinis inclusis, a Sch. plane eiectis. Nemo dubitaret, quin genuina sint, nisi abessent ab haud paucis libris; quare neque liberare ea neque abiicere voluimus. Absunt a Codd. Oxonn., nostris L. b. S. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae ista verba habent in varr. lectt.). Vocem *auspiciis* omittunt Codd. P. et L. c. d. *Mr.*

veritatis futurae] Memorabilis est haec locutio de rebus futuris quae certo evenient intelligenda. *K.* Ita in libro de Fato 9. 17. et 20. dixit *verum futurum. Mr.*

sapienter, aiebant,] Codd. P. S. L. d. *agebant* pro *aiebant.* Verba *ad opinionem imperitorum* commode explicat Hott. *ad errorem atque imbecillitatem vulgi,* et, ut nos fere dicimus, *ad hominem.* Pergit Cod. R. *religiones esse f a c t a s.* Paullo alio sensu hodie nonnulli, qui sibi soli sapere videntur, veteres religiones omnes *factas fictasque* esse contendunt ad opinionem imperitorum. *Mr.*

quibus Romulus praefuit,] Cod. R. *i n quibus Romulus f u i t.* Idem mox habet *caliditas,* omisso, quod sequitur, *esse:* tum loco verbi *potuit* in marg. habet *fuit,* denique *fingeret* pro *fingerent.* Car. Steph. se in veteri libro reperisse ait: *neque enim in ipso Romulo, neque in pastoribus illis, quibus Romulus praefuit, haec calliditas* etc. qui verborum ordo primo adspectu rei accommodatior videri potest; nimirum ut Romulus nominetur ante pastores, quibus praefuit: sed in ordine vulgato est elegans quaedam gradatio, ut dicat: *non tantum pastores sed ne Romulus quidem, qui iis praefuit, ita fuit callidus,* etc. Verba *religionis simulacra* explicat Hott. *religionem simulatam,* ut in v. *simulacra* vocis etymon spectaverit Cicero. *Mr.* Mihi potius videntur intelligendae praestigiae in rebus ad religiones spectantibus. *K.* — Verba *ad errorem* Meyerus intelligit quasi scriptum esset: *quo multitudinem in errorem inducerent.* Sed de activa vocis *error* significatione merito dubitare debuit. *Mr.*

disertam negligentiam reddidit] Cod. Cr. a pr. m. *desertam:* supra lin. i. P. *dissertam.* R. *d e s e r t a m r e l i g i o n e m reddidit.* „Quae sequuntur, *Malunt — ediscere,* mihi, ait Hott., plane subolent putidam glossargi (?) alicuius eruditionem, qui explanatum vellet, cur Cicero illam negligentiam *disertam* diceret: quia nempe *dissererent* etc." Mihi quidem secus videtur: neque ego in his minus agnosco Ciceronis manum, quam in multis similibus additamentis. *Mr.* — Poterat afferre Hott., ad suam sententiam firmandam, verba: *nihil esse in auspiciis,* quae significare debent, quod supra dixit c. 45. *nihil valere auspicia,* et fere Germanismum redolent [*es sei nichts an den Auspicien*].

reddidit. Malunt enim disserere, nihil esse in auspi-
106. ciis, quam, quid sit, ediscere. Quid est illo auspicio divinius, quod apud te in Mario est? ut utar potissimum auctore te.

Hic Iovis altisoni subito pinnata satelles,
Arboris e trunco, serpentis saucia morsu,
Subigit ipsa feris transfigens unguibus anguem
Semianimum et varia graviter cervice micantem.
Quem se intorquentem lanians rostroque cruentans,

Sed tamen similiter loquitur c. 50. *nihil esse in observatione. K.*

malunt enim disserere,] Cod. R. et Ed. Asc. 1. *discere* pro *disserere*. Cod. U. et Ed. Asc. 1. omittunt *esse*. Ad v. *Mario*, quod est nomen poematis epici, a Cicerone iuvene compositi, Wytt. in schedis laudat vitam Ciceronis a Franc. Fabric. Marcodurano conscriptam ad annum Ciceronis XVII. Vid. nos ad Cic. de Legg. I. 1. 1. p. 2. Turneb. ib. p. 526. Ad hos vero Ciceronis versus conferri merentur Iliad. M. 200. sqq. Virg. Aeneid. XI. 751. sqq. XII. 247. *Mr.*

auctore te.] Ita scripsi cum Dav. ex Codd. nostris Cr. L. e. d. et Ed. Rob. Steph. Vict. In aliis est *te auctore*. Sed si voluisset praemittere *te*, scripsisset potius: *ut te potissimum, auctore utar*, vel *ut utar te potissimum auctore. Mr.*

Hic Iovis altisoni etc.] Cod. R. *haec:* tum *pennata*. S. *privata*. M. *pumata*. Mox R. *arboris in trunco. Mr.*

Subigit *ipsa feris*] Ita Pall. et Pithoeanus. Lambinus duplicavit litteram tertiam, ut versus staret. Gifanius, in Lucretiano indice, vult sic quoque longam syllabam. Gulielmius emendabat, *Subicit* pro *subiicit. Grut.*

Subigit *ipsa feris*] Metri causa literam tertiam duplicabat *Lambinus*. Verum *Turnebus* et *Aldus* nepos, inverso verborum ordine, legunt *ipsa feris subigit. Gulielmio* denique placebat, *subiicit ipsa feris*. Balliol. *subigat*, unde forsan non male rescribi possit, *subiugat ipsa feris* etc. *Davies.*

Subigit ipsa feris] Nihil tentarunt post Davisium Editores: nisi quod in Ed. Milleri, ad exemplar, ut est in titulo, Londinense expressa, scriptum est *subvolat*. Roosius et Meyerus excusant brevitatem primae huius versus syllabae, dicentes esse h. l. diastolen. Sed, quae diastolae in versibus hexametris afferuntur exempla ex probis poetis, alius sunt generis. Malim igitur transponere haec verba cum Turnebo. Scribitur *subiit* pro *subigit* in Cod. L. a.; *foris* pro *feris* in R. Idem habet *morsibus* pro *unguibus;* quod est etiam in contextis Cod. Cr.: sed in marg. scriptum est: al. *unguibus* Synizeseos exempla, qualis est in v. *semianimum,* multa sunt, et in hoc ipso vocabulo Virg. Aen. IV. 686. ubi scribitur: *Semianimemque sinu germanam amplexa fovebat.* In Cod. M. est inverso ordine *graviter varia. Mr.*

graviter cervice micantem] Hott. explicat: „Hostiliter appetentem. Ita rectius, puto, quam de sibilis, intelligas.“ Ad quae Roosius l. c. p. 16: „Quidni *celeriter cervicem agitantem,* quae prima et propria huius vocis significatio?“ Bene, quod ad verbum *micantem*. Est enim in verbo *micare* idem, quod in graeco αἰολέω et eius adiectivo αἰόλος. Sed *graviter* recte explicavit Hott., quamquam melius dixeris esse i. q. Graecum δεινῶς. Wakefieldii coniectura, *minantem* pro *micantem* legere nos iubentis, unicuique supervacanea videbitur, qui recte intellexerit verbum *micare*. Pergunt Codd. S. R. *quod se:* tum L. b. *torquentem* ut Ed. Sturm.,

Iam satiata animos, iam duros ulta dolores,
Abiicit efflantem, et laceratum affligit in unda,
Seque obitu a solis nitidos convertit ad ortus.
Hanc ubi praepetibus pinnis lapsuque volantem
Conspexit Marius, divini numinis augur,
Faustaque signa suae laudis reditusque notavit; b.

quod cave praeferas vulgato. Cod. S. *sauciata* pro *satiata* —; *et flantem* pro *efflantem*, ut Co. Vi. b. *Mr.*

iam duros ulta dolores,] Pro *iam* est *et* in Cod. U. et Edd. Asc. 1. 2. Pro *duros* est *diros* in Cod. L. b. Eademque varians lectio est apud Virgil. Aen. V. 5. ubi est *duri magno sed amore dolores:* ibi Heynius ex Cod. Montalb. enotavit *diri*. Mox Cod. L. a. *abiecit:* tum R. *laceratam effigit*. Hott. edidit *effligit*, sed, ut ex annot. patet, operarum errore. Quod est in libris omnibus *in unda* mutavit Lamb., scribens *in undas*, idque probabat Brutus, scribique vult invitis libris Rathius, absorptam ultimam vocabuli litteram existimans vocabuli subsequentis prima. Quod ut fieri potuisse et saepissime factum esse concedo, ita hoc loco non admodum desidero accusativum, cum noster similiter locutus sit de N. D. II. 49. 124. *aves, quae se in mari mergerent.* Conf. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 325. sq. ed. Stallb. ibiq. laudd. annot. 10. Ita Virg. Aen. XII. 255., eadem, quae Cicero, Homeri vestigia secutus: *Praedamque ex unguibus ales proiecit fluvio* pro *in fluvium*. Add. Baguet. ad Dion. Chrysostom. Or. VIII. p. 29. sq. *Mr.*

seque obitu a solis] Cod. R. *sepeque obiectum ad nitidos solis convertit ortus*. Cod. S. *obvia* pro *obitu a*. Quod Hott. supra c. 12. scripsit *generosa ab stirpe profectam*, addiditque: amant Latini excipiente littera *s* potius *ab* ponere: Rathius ad eum locum quaerit, cur neque hoc loco rescripserit *ab solis*, neque c. 49. *neque se ab societate divina*. Saepe quidem *ab* scribitur ante *s*, sed regula inde fieri nequit. V. Ruddimann. l. c. p. 337. Illud verum est, quod praecipit Goer. ad Cic. de Legg. III. 16. 35., ideo scribendum esse de Div. I. 12. *generosa ab stirpe*, nec vero *generosa a stirpe*, quia Cic. concursum duplicis *a* sedulo vitare soleat. *Mr.*

Praepetibus pinnis] Sic *Virgilius* de Daedalo Aen. VI, 15.

Praepetibus pennis *ausus se credere caelo*.

Ubi *Servius* haec habet: *vel velocibus, vel felicibus*. Praepetes *autem dictae, vel quod priora petant; vel summi volatus. — Quidam* praepetes *tradunt non tantum aves dici, quae prosperius praevolant, sed etiam locos, quos capiunt, quod idonei felicesque sunt; unde bene Daedali* pennas praepetes, *quia de locis, in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pervenit;* praepetes *enim sunt aves boni augurii; quod huic dat, quia pervenit, quo cupiebat*. Ob hanc sane locutionem *Virgilius* olim ab *Hygino* fuit reprehensus; sed immerito, prout multis ostendit *Agellius* N. A. lib. VI. cap. 6. qui tamen huiusce loci *Ciceroniani* non meminit. Vide *Statium* Thebaid. II, 89. et *Amm. Marcellinum* lib. XXVII. cap. XI. pag. 546. *Dav.*

praepetibus pinnis lapsuque] Cod. R. *praepetuis pennis*. Cod. U. v. seq. vocem *numinis* omittit. Ad v. *firmavit* commode monet Hott., sumtum esse hoc verbum ex augurali disciplina, secundum quam veteres ominum petebant confirmationem. Ita Anchisen Aeneid. II. 691. post ostentum illud flammae in capite Iuli micantis precari: — *si pietate meremur, da deinde auxilium pater atque haec omine firma:* ubi conf. Serv. Add. Brisson. de Formulis I. 106. Schoepflin. de Auspiciis Romanorum p. 167.

Partibus intonuit caeli pater ipse sinistris.
Sic aquilae clarum firmavit Iuppiter omen.

48. Atque ille Romuli auguratus pastoralis, non urba-
107. nus fuit; nec fictus ad opiniones imperitorum, sed a

in ei. Comm. Historr. et Critt. 4. Basil. 1741. *Mr.*

Sic aquilae clarum firmavit Iuppiter omen] Apposite *Servius* ad Aen. II, 691. *Secundum Romanum,* inquit, *morem petit, ut visa firmentur: non enim unum augurium vidisse sufficit, nisi confirmetur ex simili; nam si dissimilia sunt posteriora, solvuntur priora: unde est* (Eclog. IX, 13.)

Quantum Chaonias aquila veniente columbas;

nam aquila sine dubio columbis plus potest. De aquilae auspicio videri possit *I. C. Bulengerus* de Aug. et Ausp. lib. III. cap. 5. Nec indignus est qui legatur hac de re *Ioannes* Sarisberiensis Policr. I, 13. pagg. 40, 41. *Dav.*

Romuli auguratus pastoralis, non urbanus *fuit*] *Urbanus,* inquit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XIV. cap. 12. hic valet, nisi fallor, *iocularis,* et, quod alii dixerunt, *fabulosus,* quique tanquam ioco haberi risuve explodi possit. At, quod pace viri doctissimi sit dictum, iste significatus huic voci non competit, nec ad rem quidquam faciunt *urbani competitores,* quos memorat *Cicero* lib. I. ad Attic. Epist. I. Aut in errore versor, aut emendandus est locus, ut inde sensus eliciatur commodus. Legendum videtur, *Romuli auguratus pastoralis, non* VANUS *fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum. Vanus* est mendax, futilis, seu cui nihil inerat veri. Alibi confunduntur hae voces. *Capitolinus* in Gordiani cap. 1. pag. 75. *Sed ne ego, qui longitudinem librorum fugi multitudinemque verborum, in eam incurrisse videar, quam me* URBANE *declinare confingo, iam rem aggrediar.* Lege *quam me* VANE *declinare confingo. Is.* quidem *Casaubonus* id vocabulum delet: sed, ut videtur, minus recte. *Dav.*

Atque ille Romuli auguratus] Cod. U. *ille* Romae *auguratus.* Nimis diligenter et curiose Sch. post *auguratus* distinctionem posuit minorem, vel potius servavit ex Ed. Ern. *Mr.*

pastoralis, non urbanus fuit;] Haesere in hoc verbo viri docti. Itaque P. Victorius male interpretatus est *iocularis,* Davisius sine necessitate correxit *vanus:* immo *urbanus* bene habet: i. e. non in urbe natus est, ubi homines sunt callidiores et ad fraudem aptiores. *Ern.* — Similiter Iortinus in Miscellann. Obss. III. 1. p. 9. sq.: „Victorii expositio certe falsa est. Mihi locus videtur sic explicandus: non erat res iis, qui in urbe degebant, inventa, quique ritus sacros ob politicas causas instituere poterant, sed fuit pastoralis, erat ritus a pastoribus, aratoribus, rusticis observatus, qui non satis callidi erant, ut res, ad opiniones imperitorum fictas, invenirent. Ita dixit c. 47. *neque enim in pastoribus illis, quibus Romulus praefuit, nec in ipso Romulo haec calliditas esse potuit, ut ad errorem multitudinis religionis simulacra fingerent.*" In eam quoque merito abit sententiam Hott. addens: „Omnino quidquid callidum, arte compositum, denique ab agresti morum simplicitate alienum est, id *urbanum* dicunt scriptores latini. Ita Horat. Epist. I. 9. 11. *frontem urbanam* eius dicit, qui rusticum in petendo pudorem excussit. Itemque Cicero pro Caelio 15. corruptis moribus hominem, *urbanissimum.*" Accedunt Rath. et Sch. Scribitur autem in Cod. R. *non* inurbanus, quod profectum est ab homine, qui sententiam verbi *urbanus* non caperet. Ridicule in Ed. Asc. 1. et in Cod. U. scribitur *imperatorum* pro *imperitorum.* Repetit consulto sententiam augurum ex cap. 47: *ad opinionem imperitorum esse fictas religiones:* eamque evertere studet. Co. Vi. a. laudant Ep. ad Att. I. 1. *urbanis competitoribus. Mr.*

sed a certis acceptus,] Haesi

certis acceptus, et posteris traditus. Itaque Romulus augur, ut apud Ennium est, cum fratre item augure,

Curantes magna cum cura, concupientes
Regni, dant operam simul auspicio augurioque.

subinde in *certis*. In libris nil auxilii: nam *ceteris*, quod habet MS. Guelf., nihili est. *Certi* homines sunt, qui verum tenebant, nec decipere alios figmentis cuperent; quibus fides haberi recte poterat. *Ern.* Contra Ernestum disputans Hott., non hoc agi, ait, ut pateat, Romulum' et Remum, ipsos verum tenuisse (quod quidem probare neganti perquam fuerit difficile): sed ut ab omni fraudis suspicione liberentur. Contextui igitur nonnisi alteram aptam esse significationem, qua *certi* sint *fide digni* s. *fallere nolentes*. Ita vero non quadrare additum *acceptus*. Quid enim, ait, attinet dicere, quo animo fuerint *erga alios*, cum auguratum *ipsi acciperent?* Nimirum sine dolo *dedisse* poterant, cum dolo *accepisse* pro se non poterant. [Subaudit nimirum ad *certis* nomina *Romulo* et *Remo*, neque vero *hominibus*, a quibus illi haec acceperint.] Coniicit igitur *certantibus*, additque: Ita iusta erit oppositio: Romuli auguratus pastoralis fuit, non urbanus: non fuit *fictus* ad alios decipiendos, sed *acceptus* ab ipsis auctoribus ad litem inter se diiudicandam. Quod ipsum dicitur paullo post: *Certabant, urbem Romam Remoramne vocarent.*" *Mr.* — Elegans est Hottingeri coniectura, necessaria non item. Intellige: *certa traditione ad posteros perlatus:* quod opponitur verbis *fictus ad opinionem imperitorum:* Certa eaque firma et constanti traditione nititur Romuli auguratus, neque ad errorem multitudinis fictus est atque inventus. *K.* — Roosius l. c. Ernesti rationem Hottingerianae praeferens „*certi*, ait, erant illi, a quibus Romulus auguratum *acceperat* s. didicerat; *certus* igitur et ipse *Romuli auguratus, nec fictus* etc. eademque ratione, i. e. sine fraude, *posteris traditus.*" *Mr.*

et posteris traditus] Cod. U. *a posteris*. Voluit fortasse scriptor *ac*. Verba *Romulus augur* absunt a Cod. R., idemque habet *ut est apud Ennium*. Quae sequuntur, sunt in nova Annalium Ennii editione (Lips. ap. Hahn. 1825.) L. I. v. 94. sqq. p. 21—24. Cod. S. habet *Itaque duodecim dedit vultures Romulus augur*. Idem mox omittit *cum*. *Mr.*

Curantes *magna* etc.] Ciofanus, in notis ad Ovidii Tristia, reponit e veteri libro *certantes*. sed sic non est in ullo nostrorum. *Gruter.*

Curantes *magna cum cura*] Loquendi modus *Herc. Ciofanum* male habuit; quapropter ex vetere libro reponit, *certantes magna cum cura*. Sed alii omnes MSSti vulgatam lectionem servant, nec ipsa φράσις haberi vitiosa debet: eodem enim modo *Plautus* Menaechm. Act. V. Sc. IV, 7. *Magna cum cura ego illum curari volo*. Ac iterum vs. 9. *Ita ego illum cum magna cura curabo tibi*. Vide *Hier. Columnam* ad *Ennii* Fragm. p. 19. *Dav.*

Curantes magna cum cura] Ed. Ennii nova post *Curantes* habet distinctionem minorem. Hanc vocem omittit Cod. R. In eodem, et Co. Vi. b. L. b. c. d. P. U. S. Ed. Asc. 1. est *tum cupientes* pro *concupientes:* cuius praesentis forma cum hoc loco sit singularis, a librariis oblitterata est. Quod v. sq. est *auspicio augurioque* Hott. ait, si haec sint distinguenda, *auspicia* de *volatu* avium, *augurium* de *cantu* accipiendum videri. Fortasse tamen haec, suadente versu, pro uno esse posita. Accurate distinguuntur *augurium* et *auspicium* ab Ausonio Popma de Different. Verborum p. 124. sq. ed. Messerschmid. Columna ad hunc locum annotavit: *Curantes magna cum cura* est Atticismus, pro *valde curantes*. Plaut. Menaechmis V. 4. 7. *magna cum cura ego illum curari volo;* et

Hinc Remus auspicio se devovet, atque secundam
Solus avem servat. At Romulu' pulcer in alto
Quaerit Aventino, servans genus altivolantum.

paullo post v. 9. *Ita ego illum cura magna curabo tibi.* Cod. S. habet *nigra cum cura. Mr.*

Hinc *Remus auspicio*] Pithoei liber et Pall. quatuor : *In monte Remus ausp. Gruter.*

Hinc *Remus auspicio se* devovet atque *secundam Solus avem servat.* At *Romulus pulcher in alto Quaerit Aventino*] Pall. quatuor, Pithoean. Paris. Balliol. Med. aliique Codices *In monte Remus auspicio devovar atque* (vel *devoveratque*) *secundam.* Med. *Tum Romulus.* Ut ad Historiae fidem revocarentur haec Enniana, sic a Poëta scribi debuerunt:

Monte in Aventino Remus auspicat, atque secundam
Solus avem servat. Tu, Romule pulcher, in alto
Quaeri' Palatino, servans etc.

Sed ita posita fuisse nullus adfirmo. *Davies.*

Hinc Remus auspicio se devovet,] Ita solus noster Cod. L. a. et, ut videtur, Oxonn. Edd. Car. Steph. Crat. Herw. Sturm. et seqq. Sed Codd. L. b. c. d. Cr. U. P. R. S. habent *in monte Remus,* ut Ed. Asc. 1.; Cod. M. *in montem Remus;* Ed. Rob. Steph. *Hic Remus.* Ed. Asc. 2. *Auspicio Remus* se etc. Tum est *devoveratque* in Codd. S. L. b. d. P. R. sed *devoverat atque* in Cod. U. et Asc. 1. Pergit Cod. R. *Sol autem servatur Romulus:* est *autem* pro *avem* in Codd. P. Cr. S. L. b. Pro *servat* est *servans* in Edd. Rob. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. In marg. Ed. Verb. scriptum est MSS. exhibere *servans,* quamquam id a nullo adhuc editore in MSS. repertum esse narratum est. Ceterum ut Ennius cum historia in concordiam redeat, Wopkensius Lectt. Tull. p. 262. sq. coll. p. 195. sq. coniecit, sed dubitans:

——— *augurioque. Hinc*
Romulus auspicio se devovet, arte secundam
Solus avem servans. Remus illinc pulcer in alto
Quaerit etc.

Additque: „sane vix est, ut in re tam vulgari tanto opere ab reliquis Ennius dissenserit.“ Hott. dicit non esse aliquid mutandum; esse enim memoriae lapsum, in poeta non eodem modo, quo in rerum scriptore, aestimandum. Utraque certe, et Davisii et Wopkensii, emendatio vim infert librorum omnium scriptioni. Vocem *secundam* Columna explicat *prosperam, felicem. Mr.*

Solus avem servat.] Sic Pall. et Ciofanianus, item editio Victorii, editi *servans. Gruter.*

avem servat.] Propria voce utitur poeta. Ovid. Trist. I. 8. 50. *Linguave servatae pennave dixit avis.* Aves autem servatae dicebantur *admittere, addicere, secundare, arcere, remorari:* unde *admissivae, addictivae, secundae, arculae, remores* aves. *Merula.* Huc etiam pertinet illud, quod est infra II. 35. *servare de caelo,* de quo v. Ern. in Cl. Cic. v. *servare.* Scripsi autem *Romulu'* cum Sch. et Ed. Enn. Nam Hott. cum Ern. et aliis scripsit *Romulus* et tamen infra *faucibu'* et *albu'* ante consonantes, ut syllaba sit brevis. Epitheto *pulcer* Roosius credebat Romulum insigniri, ut victorem et Romani generis auctorem. *Mr.*

Romulu' pulcher in alto Quaerit Aventino] *Livius* aliter; non enim Romulum, sed Remum in Aventino observasse tradit. *P. Manucius.*

Quaerit Aventino] Nisi menda forte subsit, *Ennio* cum reliquis scriptoribus non convenit: hi enim Romulo *Palatinum,* Remo *Aventinum* tribuunt montem. Vide *Livium* lib. I. cap. 7. *Dionysium Halicarnassensem* lib. I. cap. 86. *Florum* lib. I. cap. I, 6. et *Festum* in *Remurinus ager.* Certe Remum illic auspicatum fuisse tam constabat, ut ea de causa mons Aven-

Certabant, urbem Romamne Remamne vocarent.
Omnis cura viris, uter esset induperator:

tinus extra pomoerium fuerit. Vide *Senecam* de Brev. vitae cap. IV. et *Agellium* N. A. lib. XIII. cap. 14. *Dav.*

Servans *genus altivolantum*] Est a Ciofani codice, nam Pall. *servat*, quomodo etiam publicati alii. Aldus Manutius Nepos videtur legisse, *cernens*. Pithoeanus habet *cernit*. *Grut.*

Servans genus altivolantum.] Codd. Cr. U. R. L. c. d. *servat*, ut Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. In Ed. Sturm. est *cernens*; quod reperit etiam Car. Steph. in v. c.; sed est interpretis. Codd. L. c. d. Cr. R. S. *altevolantum*, et ita Ed. Asc. 2. sed metro adversante. *Mr.*

Urbem Romam Remuramne *vocarent*] Sic legendum est, non, ut vulgo, *Romam Remamne vocarent*. Mendose autem hic olim operae iterarunt *ne*, et excuderunt *Romamne*, *Remuramne vocarent*. *Lambinus*.

Romam Remoramne] Quidam *Remamne*; alii *Remuram*: *Remoram* firmat Dionys. Halic. I. 85., qui habet in MSS. melioribus Ῥεμορίαν. add. Turneb. Adv. XXIV. 4. *Ern.* — Copp. Victt. b.: leg. *Remoramque ne*. *Mr.*

Romam Remoramne *vocarent*] Victorius *Romam Romamne*, Aldus Nepos *Remamne Remamne*, quod et in scripto Ciofani. sed Pall. quatt. item S. Victt. et Pith. habent illud nostrum exstatque item in Aldi vetere edit. Lambinus expressit, *Remuramne*; quod eodem redit. *Grut.*

Remam Remoramne *vocarent*] Alii *Remamne*; alii *Romamne Remamne*; sed recepta praestat lectio, quam firmat Med. *Festus*: Remurinus ager *dictus, quia possessus est a Remo. Et habitatio Remi*, REMORA. *Sed et locus in summo Aventino Remoria dicitur, ubi Remus de urbe condenda fuerat auspicatus.* Hinc apud *Plutarchum* in Rom. pag. 22. non ῥεμώνιον, sed ῥεμώριον legendum, licet hunc locum Ῥεμορίαν rectius vocet *Dionysius Halicarnassensis* lib. I. cap. 85. si modo Codicem Vatic. sequamur. *Paullus* in Compendio: *Romam Romulus de suo nomine appellavit; sed ideo Romam, non Romulam, ut ampliore vocabuli significatu prosperiora patriae suae ominaretur.* Et Romam quidem ἐπώνυμον Romuli fuisse quamplurimis traditur: dissentiunt tamen aliqui. Vide sis interpretes ad *Festum* voce *Roma*, *Servium* in Aen. I, 277. et *Panc. Maasvicium* ad *Polyaeni* Strateg. lib. VIII. cap. XXV, 2. *Davies.*

Romamne Remamne vocarent;] Frustra insumsit doctrinam Davisius, docens ex variis scriptoribus, quomodo ager et habitatio Remi et locus in summo Aventino, ubi de condenda urbe Remus fuerat auspicatus, appellatus fuerit. Non enim de eo quaeritur; sed, quomodo urbem novam vocarent, certabant. Recepi igitur eam scriptionem, quam exhibet novissima Ennii editio et Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Proxime accedunt Codd. Cr. L. c. Edd. Rob. Steph. Ald. Sturm. Boul. Brut. Sylb. in quibus est *Romam Remamne*. Eam lectionem, quam post Gruterum receperunt Edd. seqq., reperimus in Codd. L. b. d. M. U. et Ed. Asc. 1. In Cod. R. est *Romam Remamve*: in Cod. P. *Romam Remunnus*; in Cod. Oxon. E. *Romulam Remulamque*. Nostram lectionem habet etiam Petr. Crinit. de Honesta Discipl. XVI. 5. Cod. S. *urbem Romamve vocarent*. *Mr.*

Omnibus *cura viris*] Sic Pall. pr. sec. ac Pithoeanus, neque aliter edidit Victorius. aliae editiones, *omnis cura*. *Gruter*.

Omnibus *cura viris*] Balliol. Reg. Cantab. et veteres editi dant *omnis cura viris*. Nec male se habet ea lectio. *Davies*.

Omnis cura viris] Hanc lectionem praetulimus cum Hott. Sch. et novissimo Ennii editore, quamquam hic refert Petrum Crinitum de Honesta Disciplina XVI. 5. non male legere *Omnibu'*. Mihi quidem cum Hott. *Omnis* melior videtur lectio, ut *omnis*

Exspectant, veluti, consul cum mittere signum
Volt, omnes avidi spectant ad carceris oras,
108. *Quam mox emittat pictis e faucibu' currus:*
Sic exspectabat populus, atque ora tenebat

cura dicatur pro *summa cura,* ut Graeci solent dicere πᾶσα ἀνάγκη pro *summa necessitate.* Neque vero male, sed melius etiam, interpreteris: universa utriusque cura in eo erat intenta et defixa, uter etc. Laudat Hott. Cic. de Off. I. 20. I. 30. Virg. Aen. I. 646. *Omnis in Ascanio cari stat cura parentis:* et ei. Cir. 126. Addit Roosius locum ex his ipsis libris cap. proxime sequenti: *qui — ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur.* Est autem *Omnis* in Codd. Oxonn. E. U. ψ. nostris Cr. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. *Mr.*

uter esset induperator.] Cod. R. *esse* pro *esset.* Ad v. *induperator* pro *imperator* v. G. I. Vossii Etymol. L. L. v. *Indu.* Quomodo *imperator* a poeta dici potuerit pro *rege,* non est quod doceamus eos, qui, quale fuerit regium apud Romanos imperium, cognitum habent. Rem adumbravit Bachius in Hist. Iurispr. Rom. I. 1. In seqq. Codd. R. S. pro *cum mittere* habent *committere. Mr.*

cum mittere signum] Mappam sc. e podio, qua missa exeunt carceribus currus. v. Liv. VIII. 40. *Ern.* Addit Hott. Liv. XLV. 1. sed idem male Liv. IX. 40. laudavit. Adde Quinctilian. I. 5. p. 66. Ed. Burmann. ibiq. interprr. Ad rem haec monet Merula: Ludos, praeter funebres, edere initio regum erat, quibus eiectis nunc Consules, nunc Praetores, aliquando Aediles, tum Imperatores eos curabant. *Mr.*

omnes avidi spectant] Lindemannus in Selectis e poetis Latinis carminibus hoc loco edidit *exspectant.* Cuius censor Lipsiensis (1825. 89. p. 709.) monet, huius correctionis vel mutationis causam nequaquam esse manifestam. Mihi quidem *spectant* ita probatur, ut *exspectant* aberrante in priorem versum vel editoris vel typothetae oculo ortum esse existimem. *Carceribus* coërcebantur equi, ne inde exirent, antequam signum missum esset. Ita Varro de L. L. IV. p. 37. ed. Scalig. Amst. 1623. (Dordr. 1619.). *Mr.*

Quam *mox emittat*] Ita omnino Pal. sec. neque aliter volebat Turnebus lib. V. Advers. c. 22. Vulgg. *Qua mox. Gruter.*

Quam *mox emittat*] Sic ex Pal. sec. dedit *Gruterus;* ac ita legendam coniecerat *Turnebus* Advers. V, 22. At Paris. Balliol. et veteres editi *qua mox;* sed alteram lectionem praefero. *Davies.*

Quam mox emittat] Meliorem lectionem *quam* exhibent Codd. L. a. b. d. M. Edd. Sturm. Lamb. Verb. Ern. Bip. Hott. Dav. Sch. et Ed. Enn. Gruterus, qui item probat *quam,* edidit tamen *qua.* Scripsi autem *e faucibu'* ex Codd. L. b. c. Cr. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. et Dav. Reliqui habent *ex.* Quod cur ponatur, nulla est causa idonea. Conf. Ruddimann. Inst. L. L. II. p. 387. in primis Ramshorn. Gr. Lat. §. 150. p. 284. *Picti fauces* dicuntur, quia anteriora carcerum ornamenti causa variis picturis erant obducta. Sunt enim *fauces* ostia circi, in quibus stabant currus. Pro *currus* est *curus* in Cod. R. (qui habet *et* pro *e*) Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.; in Cod. M. *ortus.* In voce *populus* ultima syllaba productionem habet, notissimam illam, ante caesuram, cuius multa collegit ex poetis Latinis exempla Glonerus in Prosodia p. 166., in primis autem huc facit Erythraei Tractatus de Licent. et Diligent. Carm. Virg. praemissus Editioni Virgilii Sylburgianae (Hanov. Wechel. 1603.) p. 35 — 37. *Mr.*

Atque ora tenebat Rebus] Sic edendum curavi, *Turnebi* coniecturam secutus; nam vulgata lectio ferri non potest. *Lambin.*

Atque ore timebat] *Lambinus* ad-

Rebus, utri magni victoriu sit data regni.
Interea sol albu' recessit in infera noctis;
Exin candida se radiis dedit icta foras lux:
Et simul ex alto longe pulcerrima praepes

misit *Turnebi* coniecturam, *atque ora tenebat*, nolentibus MSStis, et ratione ipsa: belle enim tribuit Poeta spectatoribus eam sollicitudinem, quae et ipso se vultu proderet, ut fere solet. *Gruterus.*

ore timebat] Intelligo de silentio alto, quod esse stupentium atque timentium solet. Ed. Med. habet *ora tenebat*, sed non convenit *rebus*: aut de vultu, qui timorem prodebat. *Ern.* — Vulgata non ferri modo potest, sed pulcherrima est, de sollicitudine ac timore accipienda, qui in spectantium vultu sese proderet, ut intelligenter monuit Gruterus. Eodem plane modo Virgilius de columbae trepidatione Aen. V. 505. *Intremuit malus, timuitque exterrita pennis ales. Hott.*

ora tenebat rebus] Quidquid obloquantur Ern. et Hott., Grutero assentientes, non fero populum *ore timentem*. Quid? quod ne timebat quidem populus, sed suspensus erat exspectatione eventus, vel quis auspiciorum futurus esset exitus. Neque vero sola Turnebi coniectura nititur ea, quam recepimus, lectio, sed totidem litteris legitur in Codd. U. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw., ex quibus libris, qui recentissimus est, editus fuit cum Turnebus ageret annum XXII, duo priores ante Turnebum natum scripti et excusi sunt. Merula quoque ad Enn. praeferebat *ora tenebat* et nuperrimus Ennii editor, qui „*Ora tenere rebus*, ait, est cum silentio quodam oculos habere intentos rebus, quae agebantur. Virg. Aen. II. initio: *Conticuere omnes intentique ora tenebant*: ad quem locum Servius: *Aut, ora intuebantur loquentis*, aut, *immobiles vultus habebant*.“ Addit Servius: ut: *Tenuitque inhians tria Cerberus ora*, id est *immobilia habuit*. Vid. Vorstium de Latinit. Falso Suspecta p. 86. sq. qui nostrum locum ita explicat: *immobiles vultus tenebat*. Scribitur *timebant* in Cod. L. d. et Ed. Rob. Steph. Sed Sturmius, praeter eos, quos supra appellavimus, nobiscum facit. Ceterum non diffiteor, duriuscule mihi dictum videri *ora tenebat rebus* pro *rebus intenta*: sed malo Ennium dure loquentem, quam dicentem, quae ne cogitare quidem poterat. *Mr.*

sol albu' recessit in infera noctis;] Albus quidem sua ipsius natura videtur sol, quamquam intermediis vaporibus eius aspectus interdum nobis variatur. *Columna.* — Videtur triplex hic tempus tribus versibus describi, Lunae recessus, Solis ortus, et quoddam inter duo haec medium. *Sol* (audeam enim hoc dicere) Ennio vocabulum commune magnis istis in caelo luminibus, quorum alterum *sol aureus* paullo post, alterum, discrimini indicando, illi *sol albus* hoc loco. Sic eidem Ennio Luna, *albus iubar*, in versu: *Interea fugit albu' iubar Hyperioni' cursum. Merula.* — *Sol albus*: venit, rediit in eum locum, ubi nox erat i. e. *noctem fugat. Wyttenb.* — Haec ex poetarum usu intelligenda, qui fingunt, noctem surgere venientem, praecipitari decedentem. Ovid. Met. IV. 9. — *lux tarde decedere visa praecipitatur aquis, et aquis nox surgit ab iisdem.* Conf. Heynii Excursum II. ad Aeneid. II. Itaque sol occidens nocti occurrit et in illam quasi praecipitatur. *Hott.* Mihi Merula verum vidisse videtur. *Mr.*

Exin candida se radiis dedit icta foras lux:] Cod. R. *Ex vi* pro *exin*; *se* omittit; *forax* habet pro *foras*. Verba *radiis icta* explicat Hott.: cum solis radiis emicantibus simul erumpens. — Est aurorae descriptio. Wakefield. in Silva critica T. IV. p. 78. legit *acta foras lux*. Vocem *lux* omittit Cod. S. pergitque *Se simul*. Idem vocem *aureus* non habet. *Mr.*

longe pulcerrima praepes] Dum Romulus servaret augurium, in ipso solis

Laeva volavit avis: simul aureus exoritur sol.
Cedunt ter quatuor de caelo corpora sancta
Avium, praepetibus sese pulcrisque locis dant.
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
Auspicio regni stabilitaque scamna solumque.

ortu, multae simul aves e longinquo illi apparuerunt, quarum numerum cum is minime distinguere potuisset, poeta omnes συνεκδοχικῶς Avem dixit. *Columna.* — Quod probat etiam Merula, adiiciens, quum autem propius accessissent, duodecim (*ter quatuor* ait infra) fuisse cognitas. *Praepetes* in disciplina augurali dicebantur aves, quae secundum auspicium facerent, sive, ut docet Hyginus apud Gell. N. A. VI. 6. *quae aut opportune praevolant, aut idoneas sedes capiunt.* Quod autem mox dicitur *praepetibus sese pulcrisque locis dant,* explicat idem Gellius l. c.: ipsae sedes sive loca, quae aves illae capiunt, *praepetia* dicuntur, i. e. prospera, secunda. — Secundum Festum sunt *aves praepetes,* quae se ante auspicantem ferunt, nam praepetere dicebatur anteire. *Mr.*

Laeva volavit avis:] *Laeva* i. e. sinistra, quae sinebat fieri, quod Romulus meditabatur et optabat. Haec sinistra avis erat Romulo praenuncia futurae victoriae. Alii legunt *laeta — avis. Merula.* — Nostri quidem libri omnes et MSS. et Edd. habent *laeva. Laeta* ubicunque reperiretur, glossatoris esse existimandum foret. Ceterum in Edd. Asc. 1. Sturm. et Ern., quae Lugd. Bat. prodiit, male scribitur *Leva.* Sequitur in Codd. P. et L. d. *et simul. Mr.*

Ter quatuor *corpora sancta*] Sic scripsi, non *quattuor,* cum vox illa pro disyllaba sit habenda. Vide *Chr. Wasium* de Senar. cap. IX. p. 108. *Dav.*

Cedunt ter quatuor de caelo corpora sancta] Hunc verborum ordinem dedi ex Codd. Oxonn. omnibus, nostris Cr. U. P. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Bonl. Sturm. Lamb. Goth. Sylb. et Ed. Ernnov. In reliquis est *cedunt de caelo ter quatuor c. s.;* nisi quod Ox. E. habet *ceduntur q.* R. omittit *de;* Ed. Brut. male exhibet *Caedunt. Mr.*

Avium, *praepetibus sese pulchrisque locis dant*] Vultures dicit. Hunc autem versum paullo aliter effert *Agellius* N. A. lib. VI. c. 6. *Dav.*

Avium — dant] Gellius l. c. hunc versum ita laudat:

Praepetibus hilares sese pulcrisque locis dant.

Avium legendum esse διςυλλαβῶς monet Ern. Qua de re praecipiunt, quos laudavimus, Gionerus l. c. p. 202. sq. N. Erythraeus p. 33 — 35. Enunciandum videlicet *avjum*, quo facto prima vocis syllaba, alibi brevis, positione fit longa. Scribitur autem *praetebitus* in Cod. U.; *sic se* pro *sese* in Codd. M. S.; *si esse* in Cod. P. Vocem *avium* non habet Cod. S. *Mr.*

conspicit — priora,] De v. *conspicit,* quae est vox propria in auguriis, v. Varron. de L. L. VI. p. 67. ed. Scal. Cod. R. habet *datam Romulus omine primam.* Cod. L. b. *Romulus inde proprimam.* L. d. *esse propriam.* P. *esse propria. Mr.*

Stabilita *scamna*] Ciofani liber *stabilitaque.* sed praeter mss. nostros. *Gruter.*

Auspicio regni stabilita scamna solumque.] *regni scamna solumque* est periphrasis *regni. Ern.* — Quid *solum* hic significet, difficile est dictu, nisi forte pro *fundamento* positum, quod tamen duriusculum. *Hott.* — Addere poterat Ern., ita nusquam alibi dici. Virgilius certe Aen. I. 852. *Pulsus solio sceptrisque paternis.* ibid. IX. 9. *sceptra sedemque petit.* Ovid. Heroid. XIV. 113. *solio sceptrisque potitur. Rath.* — His in verbis nullus virorum doctorum haesit, praeter unum Hottingerum, qui quaerit, quid sibi *scamna solumque* velint. *Solum* pro *fundamento* positum vult, sed ipse durius id indicat. Rescribendum

Sed unde huc digressa est, eodem redeat oratio. 49.
Si nihil queam disputare, quam ob rem quidque fiat, 109.
et tantummodo, fieri ea, quae commemoravi, doceam,
parumne Epicuro Carneadive respondeam? Quid? si p. 103.
etiam ratio exstat artificiosae praesensionis, facilis; divi- a.
nae autem, paullo obscurior? quae enim extis, quae
fulguribus, quae portentis, quae astris praesentiuntur,

est *soliumque*, sic ut *solium* sit bisyllabum. *Goerenz.* in Progr. p. 23. — *Solum* i. e. *solium* regium. Vid. Festum v. *Solla.* — *Ed. Enn. nov.* Pessime Ed. Sturm: *esse priora. Auspicio, regni stabilita semina solumque.* Cod. R. *stabilitas canna.* Cod. U. *stabilitas scamna.* Ed. Asc. 1. *stabilitas scamna.* Enotavit *semina* pro *scamna* Car. Steph. ex c. v. *Mr.*

Auspicio regni stabilitaque scamna solumque] Longum est refutare VV. DD. errores in hoc versu commissos. Ego paucis defungar. Intellige: *et stabilita* (esse sibi) *auspicio scamna* (i. e. solium, imperium) *solumque regni* i. e. ambitum totius regni, vel quantum soli terra Romana complectitur v. totum imperium. Scripsi autem *stabilitaque* ex Cod. Ciofani et Ed. Enn. nov. quamquam scio brevem syllabam *ta* aeque ferri posse, quam in illo tritissimo Virgilii versu: *ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.* Sed addidi *que*, ut rite cohaereat versus cum priore. Deinde *scamna* pro *solio regali*, istius certe temporis, dici posse nemo dubitabit, qui sedes equitum in theatro dictas fuisse *scamna* cogitat: Martial. V. 42. 7. Quod autem Goer. rescribere iubet *soliumque*, ut legamus *soljumque*, in eo graviter lapsus est, non reputans, in omnibus iis vocabulis, quibus *i* mutatur vel scribendo vel pronunciando in *j*, praecedentem syllabam, prius brevem, fieri longam. Vide modo loca apud Glonerum et Erythraeum, quos laudavimus ad v. *Avium*, in qua ipsa voce verum esse vides, quod modo dixi. Denique ad v. *solumque* v. Festum v. *Solum*, qui explicat *terram*, additque: *Ennius libro tertio* [v. 6. Ed. nov. p. 54.] *Tarquinio dedit imperium simul et sola regni, et alibi: sed sola terrarum postquam permensa parumper.* Ubi Columna versu priori *sola* item intelligi volebat *solium regium:* sapienter sibi cavens de altero idem contendere, quem ne adscripsit quidem. Est autem hic apud Enn. Ann. VII. 12. Locum vero Festi s. v. *solla* iam dudum correxit Scaliger p. CXCI. unde vides eum huc nihil facere. *Mr.*

Sed unde huc digressa etc.] Pall. duo: *Sed* ut *unde huc*, et revocandum videtur. *Grut.*

Sed unde huc digressa est,] Codd. Cr. M. P. S. L. c. *sed ut unde.* L. a. *sed ut inde.* Pergit Cod. R. *redeat oratio eodem.* Quod sequitur *nihil — disputare* non est i. q. *non — disputare*, sed *disputando nullam causam afferre.* Pro *Epicuro* Cod. L. d. *Epicurei. Mr.* — De Epicureorum Carneadisque super divinatione dubitationibus adeoque facetiis conf. *Morin.* in Dissert. *des Augures* in *Memoires de l'Academie des Inscriptt.* Vol. I. p. 296. sqq. ed. Hagan. 1719. 8vo. min. ubi horum Ciceronis librorum summa describitur. *Cr.* Vid. eiusdem operis version. Germanic. Gottschedianam (*der Kön. Acad. d. Aufschr. u. sch. Wissensch. ausführl. Schriften*) I. p. 308 — 321. *Mr.*

ratio exstat artificiosae praesensionis] Cod. L. b. *est* pro *exstat* R. *constat.* Idem mox inverso ordine *obscurior paullo. Mr.* — *Divinae* est i. q. naturalis, quae referenda est ad naturam deorum; ut mox ipse explicat et cap. 50. 113. *naturaliter divinat. K.*

fulguribus] Ita rescripsi cum Sch. ex Codd. Oxonn. O. ψ. nostris L. a. b. c. d. M. U. S. Edd. Asc. 1. 2. Car.

haec notata sunt observatione diuturna. Affert autem vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam: quae potest esse etiam sine motu

Steph. Brut. Ald. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Ern. Bip. Reliqui habent *fulgoribus*, quod poetice dicitur pro *fulguribus* et *fulminibus* II. 39. 82.

Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit:

in soluta idem oratione minus probaverim. Certe ea in his libris loca, quibus ita positum videtur, v. c. I. 52. II. 19., si libros MSS. inspicias, valde sunt dubia. — In seqq. Cod. R. habet *arte* pro *astris*. Idem mox *diuturna observatione*. Codd. P. S. *diurna*. Vocem *autem* post *affert* delet Cod. R. *Mr.*

Adfert autem vetustas] Vide quae de Aegyptiis narrat *Herodotus* lib. II, 82. Nimirum

Per varios usus, artem experientia fecit
Exemplo monstrante viam —

ut canit *Manilius* I, 66. *Davies.*

Fulguribus] Nescio, sitne ab antiqua ratione scribendi, an vero alio significatu, in Pall. *fulgoribus*. idem reperit in suis Gulielmius expressitque sua editione Victorius. idem tamen infra c. 52. p. servat *fulguribus*, ubi iidem nostri habent *fulgoribus*. *Grut.*

incredibilem scientiam:] Hott. ex coniectura dedit *credibilem*, additque se mirari, quod viri docti *incredibilem scientiam* concoquere potuerint, quo ipsae paene aures offendantur. „*Credibilis*, ait, *scientia* ea est, quae non certa, sed probabilis. Loquitur enim Quintus de divinatione *artificiosa*, quam idem supra c. 14. simillimo vocabulo *opinabilem* dixerat: *Quae tandem id ars non habet? earum dico artium, quae coniectura continentur, et sunt opinabiles*. Paulloque post: *similis est haruspicum responsio omnisque opinabilis divinatio*. Eodem modo *coniecturam credibilem* dicit inf. II. 26." — Assentit Rath., plaudit Censor Ienensis (1794. 272. p. 460.). Sch. silentio transit Hottingeri correctionem: obloquitur Roosius, dicens *incredibilem scientiam* esse i. q. *eximiam scientiam*, quam effici diuturna observatione dicat Quintus: laudatque Cic. de Orat. II. 1. *eloquentiam incredibilem consequi*, ib. I. 172. *Antonii incredibilis quaedam et prope singularis et divina vis ingenii*. Plin. Epist. II. 3. *incredibilis memoria*. — Quod ad rem et exempla Roosius recte. Sed accuratius debebat docere, falli Hottingerum, cum de divinatione artificiosa loqui Quintum his verbis dicat. Quod quomodo dicere potuisset, si inspexisset totum locum, neque tantum vocabulum, quod emendare cupiebat, non potest intelligi. Nonne enim disertis verbis universe loquitur? nonne ait *omnibus in rebus* (neque tantum in divinatione) longinquam observationem afferre *incredibilem*, i. e. prorsus admirabilem, *scientiam*—? Quid? quod ne probavit quidem, fieri posse vel unquam factum esse, ut *credibilis* idem significet, quod in exemplis allatis *opinabilis*: nam, quod affert *coniectura credibilis*, plane alienum est ab hac sententia. Neque magis huc facit, quod est de Invent. I. 30. 48. *Credibile est, quod sine ullo teste auditoris opinione firmatur, hoc modo: Nemo est, qui non liberos suos incolumes — esse cupiat.* Imo hic ipse locus probat, Ciceronem eam istius adiectivi sententiam esse statuisse, qua ne iungere quidem posset *scientiam credibilem*, imo ne *opinabilem* quidem *scientiam*. Opinioni autem opponit scientiam de Orat I. 23. 108. *res ab opinionis arbitrio seiunctae, scientiaque comprehensae*. Sed plane, ut nostro loco, locutus est Cicero Philipp. IX. 5. *admirabilis quaedam et incredibilis, ac paene divina scientia*. *Mr.*

quae potest esse etiam] Cod. R. *quid potest etiam esse*. Duo posteriora verba transposita sunt etiam in Cod. L. b. Pergit R. *sine motu*

atque impulsu deorum, cum, quid ex quoque eveniat, et quid quamque rem significet, crebra animadversione perspectum est. \ Altera divinatio est naturalis, ut ante 118. dixi; quae physica disputandi subtilitate referenda est ad naturam deorum, a qua, ut doctissimis sapientissimisque placuit, haustos animos et libatos habemus: cumque omnia completa et referta sint aeterno sensu et mente divina, necesse est cognatione divinorum animo-

etiam pulsu. L. d. habet *quid ex quo.* R. omittit *eveniat* et verba *quamque rem.* Mox exhibet *significat quam crebra.* Verbum *quodque* intellige *quodque signum;* et *quid* ponitur pro *quodnam signum.* In seqq. Sch. male distinxit post *divinatio*, praeeunte nimirum Ernesto. *Mr.*

physica disputandi subtilitate] i. e. si φύσιν spectas, et rei naturam accurate perscrutaris. *K.*

ut doctissimis sapientissimisque placuit,] De hoc usu accurate, ut solet, monuit Vorstius de Latinitate selecta p. 225. sq. docuitque, verbum *placendi* saepe ad actionem intellectus significandam transferri. *Mr.*

Haustos animos aut libatos] Vulgg. *delibatos*, verum restat alterum in mss. Pall. et S. Victoris, neque aliter Victoriana, sicque iterum loquitur lib. 2. cap. 11. *Grut.*

Haustos animos et libatos habemus] Animos nostros ex mente divina decerptos esse docuerunt Pythagorici, Platonici, Stoicique, quos e veteribus Haereticis plurimi sunt secuti. *Cicero* de Senectute cap. XXI. *Audiebam Pythagoram, Pythagoreosque — nunquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus.* Idem Tusc. v, 13. *Humanus autem animus, decerptus ex mente divina, cum nullo alio nisi cum ipso deo — comparari potest.* Ubi nos plura. *Plutarchus* Quaest. Plat. pag. 1001. Ἡ δὲ ψυχὴ νοῦ μεταςχοῦσα καὶ λογισμοῦ καὶ ἁρμονίας, οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν. Vide *Iust. Lipsium* Phys. Stoicae lib. III. Diss. 8. *P. D. Huetium* Origen. lib. II. Quaest. VI, 3. et *I. B. Cotelerium* ad *Clementis* Hom. XVI. cap. 16. *Davies.*

haustos animos et libatos habemus] Ad sententiam loci vid., quae plurima attulit Buherius ad Cic. de N. D. I. 1. p. 382. ed. Olivet. T. II. Cod. R. habet *haustos et libatos animos.* Lectionem *libatos* habent Codd. nostri omnes, Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Oliv. Dav. Hott. Sch. In marg. Edd. Lamb. et Goth. est: q. v. c. *delibratos:* quod nemini facile se commendaverit. Eodem plane modo, quo nostro loco, variat lectio in loco de Senect. 21. ubi vid. Gernhard. p. 148. *Mr.*

Omnia completa *ac referta sint*] Gulielmius adnotavit, codicem S. Victoris servare *complexa*, neque aliter exstare in fragmento Busbequiano. nostri nihil variant. *Gruter.*

omnia completa et referta sint] Cod. R. *complexa.* Codd. Cr. et L. c. *sunt.* Ad sententiam conf. I. 30. *plenus aer immortalium animorum.* Pro *aeterno sensu* Gronov. (in Ed. Verb.) coniecit *aethereo sensu:* quod non videtur necessarium. *Aeternus* ponitur pro *divinus.* Hott. explicat *aeterno sensu:* naturis sentientibus: coll. II. 88. (volebat 58.) Post haec scribitur *divina mente* in Codd. M. et S. *Mr.*

Cognatione divinorum animorum] Omnino legendum crediderim *contagione*, quae vox *contactum* passim denotat: cum enim *omnia completa et referta sint aeterno sensu et mente divina;* non tam *cognatione*, quam *contactu* divinorum animorum com-

rum animos humanos commoveri. Sed vigilantes animi vitae necessitatibus serviunt, diiunguntque se a societate
III. divina, vinclis corporis impediti. Rarum est quoddam genus eorum, qui se a corpore avocent, et ad divina-

moventur animi humani. Est autem hoc dogma Stoae de Pythagoricis et Platonicis haustum fontibus. Praeter alios bene multos, vide *Ciceronem* N. D. lib. I. cap. XI. et *Originem* contra Celsum lib. VI. p. 324, 325. *Dav.*

cognatione divinorum animorum] Pro *cognatione* Dav. malebat *contagione:* eleganter. Sed et *cognatione* bene habet, quam ante clare commemoravit, cum animos nostros haustos e natura divina dixit: et eam alibi quoque in hoc libro ita commemorat, ut inde vim divinandi ducat: v. II. 11. et 14. *Ern.* — Hott. quoque merito in lectione librorum acquiescit, addens locum de N. D. II. 7. 19. Adde de Div. I. 30. 64. de N. D. I. 32. 91. *Contagione* si scripsisset, addidisset opinor *quasi*, quia isto verbo hoc sensu, qui h. l. requiritur, nunquam usus est. Neque enim congruit, quod est infra II. 43. 92. *quae potest igitur contagio ex infinito paene intervallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram?* In Codd. Cr. U. R. L. c. S. est *cognitione*. In seqq. Cod. L. d. exhibet *anima nos humanos*. *Mr.*

Sed vigilantes *animi*] At pro Quinti sententia vel *in somnis vigent*, et adeo vigilant, animi. Vide cap. 51. Legendum puto *sed* vigilantium *animi:* ut *castus animus purusque vigilantis* dicitur infra cap. LIII. *Dav.*

vigilantes animi] „Nihil obstat (quae est sent. Wopkensii Lectt. Tull. p. 263. sq.) quo minus Quintus in uno loco populari modo loquatur, quum sit in alio philosophice locutus. Et eadem plane loquendi ratio est infra II. 62. *animus — vigilans*, et c. 63. *animus — quod vigilans viderit*.“ Hottingero quoque indice nimis subtiliter disputat Dav. Incertus haeret Iortinus in Miscellann. Obss. l. c. p. 10. Lallemannus solus recepit Davisianam emendationem. Cupidius, credo, quam debuit. *Mr.* — *Vigilantes animi* significant animum hominis vigilantis, ut I. 43. dixit *vigilantes curae*. Possis etiam *animos vigilantes* intelligere, ut Rathius, ut sit i. q. *homines vigilantes*. *K.*

vitae necessitatibus serviunt,] Vocem *vitae* omittit Cod. R. Mox Cod. L. d. habet *necessitatibus vivunt iunguntque*. Ad v. *a societate* v. quae monuimus c. 47. ad v. *obitu a solis*. *Mr.*

Rarum est quoddam *genus*] Cantab. *quidem:* nec male. *Dav.*

Rarum est quoddam genus] Cod. quoque noster R. *quidem*. Quod quomodo Davisius probare potuerit, usus Ciceroniani alibi satis gnarus, vix intelligo. Eum usum, quando nimirum *quidam* iungatur cum vocabulo gravi et magni momenti, et ratione et exemplis egregie docet Schwarzius ad Tursellin. de Particull. p. 842. Add. Weberum in libro egregio, qui inscribitur *Uebungsschule f. d. Lat. Styl.* (8. Frcof. Broenn. 1824.) I. p. 1. sq. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 12. 46. p. 72. *Mr.*

Qui se a corpore avocent] Hoc fit, cum *ἡ ψυχὴ καϑ' ἑαυτὴν ἐπισκέπτηταί τι τῶν νοητῶν· καὶ τότε γάρ, ὡς οἷόν τε, τοῦ σώματος ἑαυτὴν χωρίζει καὶ καϑ' ἑαυτὴν γίνεται, ἵν' οὕτως ἐπιβάλῃ τοῖς οὖσιν*, ut loquitur *Nemesius* de Nat. Hom. pag. 98. Affectiones enim corporeae tantum veritatis cognitioni ferunt impedimentum, ut *τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτο ἢ τῶν φιλοσόφων λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος*. Quae verba sunt *Platonis* in Phaedon. p. 379. Ad ea respicit *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. IV. pag. 569. *Ὁ τοίνυν τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς χωρισμὸς* (Legendum *ὁ τοίνυν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸς*) *ὁ παρ' ὅλον τὸν βίον μελετώμενος τῷ φιλοσόφῳ, προϑυμίαν κατασκευάζει γνωστικὴν* etc.

rum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur. Horum sunt auguria non divini impetus, sed rationis humanae: nam et natura futura praesentiunt, ut aqua-

Vide sis et lib. v. pagg. 686, 712. Plato videlicet, ut ait *Macrobius* in Somn. Scip. lib. I. cap. 13. *duas mortes hominis novit — quarum unam natura, virtutes alteram praestant. Homo enim moritur, cum anima adhuc in corpore constituta, corporeas illecebras, philosophia docente, contemnit, et cupiditatum dulces insidias reliquasque omnes exuitur* (lego *exuit*) *passiones*. Plura diximus ad Tusc. lib. I. cap. 31. et 30. *Davies.*

qui se a corpore avocent] Cod. R. *evocent*. M. *advocent*. De constructione *est — genus eorum, qui se — avocent* vid., quos laudat et quae disputat Stallbaum. ad Ruddimann. l. c. p. 349. sq. *Mr.*

cura omni] Vid. quae supra monuimus c. 48. ad versum: *omnis cura viris, uter esset induperator*. Scribitur in Cod. R. *studio omni curaque*. Verbo *rapere* saepe noster usus est in rebus malis: in re laudabili id posuit de Off. II. 10. 37. *Quae qui in utramque partem excelso animo magnoque despiciunt, cumque aliqua his ampla et honesta res obiecta est, totos ad se convertit et rapit.* In seqq. Cod. R. habet *et rationis humanae* pro *sed rationis humanae*. Voce *impetus* pro afflatu divino alibi non usus videtur noster. Similis est locus Ovidii Ep. ex Ponto IV. 2. 25.

Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit,
Qui prius in nobis esse solebat, abest.

Pro *praesentiunt* est *praesentit* in Codd. R. et L. b. Prior pro *et* ante *deflagrationem* habet *ut*, quod videtur habere vim ab huius loci sedata oratione alienam: quamquam Hott. idem *ut*, in Ed. Crat. repertum, se non spernere dixit. Est vero praeter Crat. *ut* in Edd. Asc. 1. 2. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Ceterum non de nihilo est Rathii sententia, repetitum *ut* ideo commendantis, quia non solum praesentiant aquarum eluviones et deflagrationem caeli atque terrarum, sed etiam multa alia: quae ipsa omissa copula significari existimat. *Mr.*

Horum sunt auguria non divini impetus, sed rationis humanae] *Maximus Tyrius* Diss. XIX. §. 5. *Αὐχμοὺς μὲν καὶ ἀνομβρίας*, (ex MSto Harleiano scribendum *ἐπομβρίας*, quod pluribus olim demonstrabo) *καὶ σεισμοὺς γῆς, καὶ πυρὸς ἐκβολὰς, καὶ πνευμάτων ἐμβολὰς, καὶ ἀέρων μεταβολὰς οὐ θεὸς οἶδε μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων ὅσοι δαιμόνιοι.* Supposititius *Clemens* Hom. III. cap. XI. *Ἃ γὰρ* (Leg. *καὶ γὰρ*) *οἱ ἰατροὶ προλέγουσιν ὑποβεβλημένην ὕλην ἔχοντες τὸν σφυγμὸν, καὶ οἱ μὲν πτηνὰ, οἱ δὲ θύματα, καὶ ἄλλοι ἄλλας ὕλας πολλὰς διαφόρους ὑποβεβλημένας ἔχοντες, προλέγουσι, καὶ προφῆται οὐκ εἰσίν.* Hinc est, quod Chilon Lacedaemonius dixerit *πρόνοιαν περὶ τοῦ μέλλοντος, λογισμῷ καταληπτὴν, εἶναι ἀνδρὸς ἀρετήν.* Vide *Diogenem Laertium* lib. I. §. 68. At *ἰατροῖς καὶ συμβούλοις καὶ κυβερνήταις* artificiosam divinationem tribuit *Suidas* in *προφήτεια*. Vide sis et *Augustinum* de Divin. Daem. c. IV. *Dav.*

Ut aquarum eluviones] Sic legendum censet *Turnebus* Advers. lib. v. cap. 23. et recte, meo iudicio: nam vulgati libri habent, *ut aquarum fluxiones*, quod tamen non damno *Lamb.*

Aquarum fluxiones] Acute Turnebus divinat, *eluviones*. membranae tamen nihil variant. *Gruter.*

ut aquarum eluviones] Recepi cum Hott. et Sch. Turnebi coniecturam verissimam. Nam primum quidem alibi vocabulum *fluxio* Ciceroni est inusitatum; et, si eo usus esset alicubi, vocabuli ipsius sensus et significatio loco nostro non conveniret: deinde, quod monuit Hott., dixit noster Somn. Scip. 7. *eluviones exustionesque terrarum*: coll. de Off. II. 5. 16: denique, ut ait Rath., „E et

rum eluviones, et deflagrationem futuram aliquando caeli atque terrarum. Alii autem in re publica exercitati, ut de Atheniensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo ante prospiciunt: quos prudentes possumus dicere, id est providentes, divinos nullo modo possumus; non plus quam Milesium Thalem: qui, ut obiurgatores

F tam similes sunt litterae, ut facile confundi potuerint, iisque permutatis pronum erat scribere V pro X." Voluit certe X pro V: nam ex FLUVIONES facile fiebat FLUXIONES. *Mr.*

deflagrationem futuram aliquando] De Stoica hac mundi deflagratione et exustione vid. Davis. ad Cic. de N. D. II. 46. p. 402. ed. nostr. et Cr. mai.; sed plura nos dedimus ad eund. locum p. 150. ed. nostr. min. Add. Iust. Lips. Physiolog. Stoic. II. 22. p. 955—960. T. IV. Edit. Vesal. Copp. Victt. a. in marg. ἐκπύρωσιν. *Mr.*

Ut de Atheniensi Solone accepimus] *Valerius Maximus* lib. V. cap. III, 3. extern. *Solon Pisistrati Tyrannidem primus vidit orientem, et solus armis opprimi debere palam dictitare ausus est. Diogenes Laertius* lib. I. §. 49. Ἧξας γὰρ (Σόλων) εἴς τινα ἐκκλησίαν μετὰ θώρακος καὶ ἀσπίδος προεῖπεν αὐτοῖς τὴν ἐπίθεσιν τοῦ Πεισιστράτου· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοηθεῖν ἕτοιμος εἶναι· λέγων ταῦτα, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν μὲν σοφώτερος, τῶν δὲ ἀνδρειότερός εἰμι. Σοφώτερος μὲν τῶν τὴν ἀπάτην Πεισιστράτου μὴ συνιέντων· ἀνδρειότερος δὲ τῶν ἐπισταμένων μὲν, διὰ δέος δὲ σιωπώντων. Vide sis et §. 65. Similia tradunt *Plutarchus* in Solone pag. 95. et *Aelianus* V. H. lib. VIII. cap. 16. *Davies.*

de Atheniensi Solone] Cod. L. d. *de Atheniensibus solenne.* In seqq. Cod. R. *dicere possumus, id providentes,* omisso *est.* Ad v. *prudentes — id est providentes,* conferri merentur haec loca: primus, ubi eadem sententia reperitur, de Legg. I. 23. 60. *ex providendo est appellata prudentia:* alter, ubi iuxta se posita, distingui videntur: Partitt. Oratt. 5, 15. *orator prudens et providus:* tertius, quo *providentia* subiicitur *prudentiae:* Fragmm. Hortensii p. 106. Ed. Sch. (T. XVI. P. II.) *Prudentiae partes sunt memoria, intelligentia, providentia.* Cum primo convenit Fragm. Hortens. p. 104. *Id enim est sapientis, providere: ex quo sapientia est appellata prudentia.* Monendum vero hoc loco videtur de singulari hac Ciceronis loquendi ratione, qua, cum instituisset universalem aliquam sententiam expromere, eique adiungere exemplum unum, quasi argumentum sententiae suae, iam statim nominato Solonis nomine ad exemplum transit, omissa universalis sententiae expositione. Voluerat enim ita loqui: *Alii autem in re publica exercitati, quae multo post rerum conversiones eventurae sunt, certis quibusdam signis multo ante prospiciunt: veluti Solon dudum ante prospexit orientem tyrannidem.* Sed postquam Solonis nomen, qui orientem tyrannidem prospexit, elocutus fuerat, propositi oblitus, loquitur, quasi viri isti politici tyrannidem potissimum, neque aliam quamcunque status rei publicae mutationem, prospicere soleant. *Mr.*

Non plus, quam Milesium Thalem] Sumpsit hoc ab *Aristotele* ex lib. I. c. XI. Polit. Οἷον καὶ τὸ Θάλεω τοῦ Μιλησίου· τοῦτο γάρ ἐστι κατανόημά τι χρηματιστικόν· ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν διὰ τὴν σοφίαν προσάπτουσι τυγχάνει δὲ καθόλου τι ὄν. Ὀνειδιζόντων γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν πενίαν, ὡς ἀνωφέλους τῆς φιλοσοφίας οὔσης, κατανοήσαντά φασιν αὐτὸν ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος, εὐπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων, ἀῤῥαβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργιῶν τῶν τ' ἐν Μιλήτῳ καὶ Χίῳ πάντων ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ' οὐδενὸς ἐπιβάλλοντος· ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἧκε, πολ-

suos convinceret, ostenderetque etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, antequam florere coepisset, in agro Milesio coëmisse dicitur. Animadverterat fortasse quadam scientia, p. 112 olearum ubertatem fore. Et quidem idem primus defectionem solis, quae Astyage regnante facta est, praedixisse fertur.

50. Multa medici, multa gubernatores, agricolae etiam multa praesentiunt: sed nullam eorum divinationem voco;

λῶν ζητουμένων ἅμα καὶ ἐξαίφνης, ἐκμισθοῦντα, ὃν τρόπον ἠβούλετο, πολλὰ χρήματα συλλέξαντος, ἐπιδεῖξαι ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις. Ursinus.

Thalem, qui] De huius nominis declinatione v. K. L. Schneider. Lat. Gramm. II. (Formenl.) I. p. 41. Infra II. 27. idem accusativus scribitur *Thalen*, itemque de Orat. III. 34., quae forma Schneidero suspecta est. Priore loco post *Thalen* sequitur *aut*, quod probabilem facit scriptionem illam; altero sequitur *civitatibus* interposita distinctione minore; praecedit *Milesium*, ut nostro loco. Conf. Schneider. l. c. p. 48. sq. In Cod. R. scribitur *talem*. In seqq. Cod. L. b. omittit *ut;* R. habet *vinceret* pro *convinceret*. Dixit noster *adversarium convincere* de Finn. I. 5. 13. Pergit Cod. M. *ostenderetque philosophum*, omisso *etiam;* Cod. R. *ostenderetque se esse philosophum:* quae est ridicula correctio. In Copp. Victt. a. cit. praeter Aristot. Polit. I. 11. eiusdem *οἰκονομ. β*. Add. Diog. Laërt. I. 26. Democrito tribuit Plin. H. N. xxx. 8. *Mr.*

pecuniam facere posse,] Cod. L. b. *pecunia* pro *pecuniam*. Huius loquendi formulae *pecuniam facere* plura exempla collegit Vorstius de Latinit. Falso suspecta p. 98. sq. additis etiam Graecis et Hebraicis exemplis. *Mr.*

Omnem oleam] Vide sis *Menagium* ad *Laertii* lib. I. §. 26. et 23. *Dav.*

antequam florere coepisset] Cod. R. *florem* pro *florere*. Cum locutione *omnem oleam* conferri potest Or. in Verr. Act. II. L. III. 10. 25. *praetor — poscet omne, quantum araverо.* Pro *animadverterat* Cod. U. habet *animadvertit*, et ita Ed. Asc. 1. Pergit Cod. R. *quadam fortasse:* mox *et quod idem:* tum omittit *solis*. Ad rem v. praeter laudd. Plin. H. N. I. 12. Plutarch. de Plac. Philos. II. 24. 28. *Mr.*

Quae Astyage regnante facta est] Astyage quidem regnante, factum est solis deliquium quod praedicere potuit Thales. Sed prior est Eclipsis illa, quam ab hoc philosopho praenuntiatam sub Cyaxare Astyagis patre contigisse referunt scriptores, *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. I. p. 958. *Θαλῆν δ' Εὔδημος, ἐν ταῖς Ἀστρολογικαῖς ἱστορίαις, τὴν γενομένην ἔκλειψιν τοῦ Ἡλίου προειπεῖν φησι, καθ' οὓς χρόνους συνῆψαν μάχην πρὸς ἀλλήλους Μῆδοί τε καὶ Λύδοι, βασιλεύοντος Κυαξάρους μὲν, τοῦ Ἀστυάγους πατρὸς, Μήδων, Ἀλυάττου δὲ τοῦ Κροίσου, Λυδῶν.* Idem tradit *Herodotus* lib. I. capp. 74, 103. De ea diligenter egit *D. Petavius* Doct. Temp. lib. x. cap. I. Adi sis et *Th. Stanleium* ad *Aeschyli* Persas vs. 767. *Dav.*

sed nullam eorum divinationem voco;] Est breviloquentia, pro: *sed nullam eorum praesensionem vel praedictionem divinationem voco.* In seqq. omissum est in Cod. S. *physico:* scribitur in Cod. Cr. inverso ordine *sunt Lacedaemonii*. Praeter Plinium, quem laudat Davis. annott. seqq., alii quoque narrant Pherecydis vaticinium scriptores, idque adscribit Ammianus Marcellinus L. xxii. 16.

ne illam quidem, qua ab Anaximandro physico moniti Lacedaemonii sunt, ut urbem et tecta linquerent, armatique in agro excubarent, quod terrae motus instaret, tum, cum et urbs tota corruit, et ex monte Taygeto extrema montis quasi puppis avulsa est. Nec Pherecy-

Anaxagorae [*Anaxagoras-putealem limum contrectans, tremores futuros praedixerat terrae:*]; Eusebius Praeparat. Evang. x. Pythagorae; Pherecydi vero, praeter Tullium, Maximus Tyrius Serm. III. ubi hoc Sami accidisse narrat. Haec Harduinus ad Plinii locum T. I. p. 111. Idem ad eundem locum annot. LXX. p. 131. nostrum affert locum, et ad verba: *qui cum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit instare:* monet: „hoc in loco cave libentius legas *bibisset*, quam *vidisset*, aut ex hoc Plinii contextu, aut ex Apollonio, qui in Hist. Mirab. cap. v. *τὸν δὲ πιόντα*, bibentem id sensisse scribit. Nam *vidisset* rursum scribitur de Divin. II. [13. 31.] et *haustu* Plinius, non *potu* dixit.“ Hoc quidem posterius non satis, quod vult Harduinus, probaret. Notum enim est *haustum* pro *potu* dici non poetis modo seculi aurei, sed etiam seculi argentei prosae orationis scriptoribus. Ceterum pro *ex monte* Cod. L. c. et Ed. Rob. Steph. Vict. habent *in monte;* praepositionem plane omittit Cod. L. d. In Cod. R. scribitur *Taieto extremo. Mr.*

ut urbem et tecta linquerent,] Codd. M. et R. *relinquerent.* Id certe verbum Ciceroni usitatius est. Sed de relinquenda terra vel patrio solo non Horatius tantum Od. II. 14. 21. dixit:

Linquenda tellus, et domus, et placens
Uxor:

sed Cicero quoque Or. pro Planc. 10, 26. *quod [C. Marium] linquentem terram eam, quam servaverat — lacrimis prosecuti sunt.* Scripsit etiam de Fato 16, 36. *fore, ut [Philoctetes] in insula Lemno linqueretur.* Cod. S. habet *motus exstaret — de monte. Mr.*

Extrema montis *quasi puppis avulsa est*] In Reg. et Cantab. est *extrema pars montis, quasi puppis.* Mihi noster scripsisse videtur, *ex monte Taygeto quasi puppis avulsa est,* ut altera illa pro glossemate sint habenda. Nempe cum *puppim* pro montis extrema parte *μεταφορικῶς* dixerat *Cicero;* librarii translationem hanc sibi putarunt explicandam: vix enim est ut tersissimo scriptori odiosa MONTIS exciderit repetitio. Porro de re ipsa sic *Plinius* H. N. lib. II. §. 81. *Praeclara quaedam esse et immortalis in eo (si credimus) divinitas perhibetur Anaximandro Milesio Physico, quem ferunt Lacedaemoniis praedixisse, ut urbem ac tecta custodirent;* (nisi diversus abit a *Tullio,* forsan reliquit *fastidirent;*) *instare enim motum terrae, cum et urbs tota eorum corruit, et Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta.* Nisi fallor, ex male intellecta *Ciceronis* locutione, montis parti, quae abrupta est, *puppis* formam tribuit vir ille diligentissimus. De hoc terrae motu, qui contigit Archedamo regnante, plura *Ioan. Meursius* Misc. Lacon. II, 16. *Davies.*

extrema montis quasi puppis] Contra Davisii coniecturam primus exortus est Wopkens. Lectt. Tulliann. p. 265 — 268. cuius summa disputationis huc redit: metaphoricam nominis puppis significationem, qua extremitatem cuiusque rei quamlibet denotet, Ciceroni minime fuisse usitatam, idque iam ex addita vocula quasi manifestum esse. Si enim *puppis* Ciceroni idem esset, ac *pars extrema,* additum *quasi* idem fore, ac si dixisset balbutiens: *avulsam esse quasi extremam partem.* Plinium igitur recte intellexisse Ciceronis locum, qui magnam montis partem, *ad formam puppis eminentem,* abruptam esse de-

des quidem ille, Pythagorae magister, potius divinus

claraverit. Quae vero in Cod. Cantab. addita sit vox *pars*, eam deberi librario cuidam, veri esse simillimum, quippe qui vel *quasi puppis* haud dici posse autumaret, vel, cum *puppis* per se sit extremum aliquid, additum adiectivum *extrema* alio substantivo esse fulciendum existimaverit. Illud probari locis, qualis est Tuscc. IV. 29. *recentes quasi tumores animi:* hoc refutari locis, qualia sunt de N. D. II. 40. *extrema ora;* de Legg. III. 8. *primus ortus*. Denique, quod ultimo loco posset offendere, quod *montis* tam subito sequatur post *monte*, id minime debere quemquam commovere, ut corrigat, vel: *et ex monte Taygeto extremitas quasi puppis avulsa est*, vel: *extrema navis quasi puppis avulsa est;* eam enim nominis substantivi repetitionem Ciceroni et optimo cuique scriptori satis esse familiarem; eique rei probandae nubem exemplorum congessit, quorum pleraque huc plane non pertinent, hoc vero huc facit optime. Dispp. Tuscull. III. 26. *sed ad hanc opinionem mali cum illa etiam opinio accessit.* — Ern. ad h. l. haec: „Frustra in verbo *puppis* haeret Davisius, substituere iubens *pars*. non intellexit artem. Cicero interdum verbo proprio sic substituit tropum: cum dicendum esset: *extrema pars*, dixit *puppis* addito *quasi;* quod est longe venustius, quam *pars*. Firmat Plin. H. N. II. c. 79. [sect. 81.] ubi eadem res memoratur, ut opinor, ex hoc loco." Hott. autem ad Davisii et Wopkensii rationem haec disputat: „Ego, si quid mutandum videatur, malim, *monte* priori loco deleto, sic legere: *et ex Taygeto extrema montis quasi puppis avulsa est*. Wopkensii autem coniectura [*extremitas*, aut *extrema navis*] nihili est. Sed nihil muto." Schützius denique dedit: *et ex Taygeto extrema pars montis quasi puppis avulsa est:* et in annot. haec addit: „Vulgo: *et ex monte Taygeto extrema montis quasi puppis avulsa est*. Davis. coni. *ex monte Taygeto quasi puppis avulsa est* *extrema pars montis*, ut est in Codd. Reg. et Cantab. Lectionem a nobis receptam confirmat Plinii locus Hist. nat. c. 81. [q. v. in ann. Dav.]" Et hoc quidem loco satis mirari non possum, neque Ernestum neque Schützium accurate inspexisse Davisii annotationem, eiusque sententiam cepisse, Hottingerum vero Wopkensii annotationem tam negligenter legisse, ut contrariam etiam inde sententiam eliceret. Neque enim *puppis* deleri volebat Dav., eiusque loco substitui *pars*, ut ait Ern.; neque Wopkensius coniecit *extremitas* aut *extrema navis quasi puppis*, ut vult Hott., sed eas et eiusmodi coniecturas plane supervacaneas esse disertis verbis contendit. Sch. autem quatuor duabus lineis errores admisit; neque enim Davisius servari volebat verba *extrema pars montis*, sed ea glossatori deberi existimavit; neque Codd. Reg. et Cantab. eam exhibent lectionem, quam Sch. eis tribuit; neque cap. 81. legitur Plinii locus sed cap. 79. Sect. 81: denique non addidit Sch., quonam libro, quorum sunt 37., Plinii legatur locus: nimirum libro secundo, Ed. Harduin. p. 111; p. 182. Ed. Bipont. *Mr.*

et ex monte Taygeto extrema montis quasi puppis avulsa est.] Abiectis Davisii, Hottingeri et Schützii coniecturis, servandam existimavi scriptionem librorum omnium. Satis enim, credo, Wopkensius demonstravit, primum, repetitum *montis — monte* minime esse reiiciendum; deinde, commode, non praeeunte substantivo (*pars*), dici posse *quasi puppis;* denique, non esse ad vocem *puppis*, extremitatem significantem, supervacaneam vocem *extrema*, ideoque nec recidendam eam, nec vocem *pars* addendam. *Mr.*

Nec Pherecydes quidem ille,] Indicent eruditiores, an corrigendum sit *Nec Pherecydes*, pro eo, quod vulgo scribitur *Ne Pherecydes*. Istud *quidem* nomini proprio additum est, ut fit in principiis, et reliqua ita cohaerent, *nec — potius, quam;* sic alibi

habebitur, quam physicus; quod, cum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motum dixit instare.
113. Nec vero unquam animus hominis naturaliter divinat, nisi cum ita solutus est et vacuus, ut ei plane nihil sit cum corpore. Quod aut vatibus contingit aut dormien-

oratio iungi solet, Caes. B. G. I. 45. *Nec se iudicare Galliam potius esse Ariovisti, quam Caesaris.* Sin vero nihil mutandum censuerint, monstrent, quaeso, locum huic similem. *Rath.* — Probam ego esse censeo Rathii coniecturam. *K.* — Firmatur ea Cod. R. De scriptione *nec* ante *quidem*, tum tantum admittenda, si *nec* et *quidem* per se valent, nec altera alterius causa est necessaria, vid. Gernhard. ad Cic. de Sen. IX. 27. p. 50. Nimirum cum praecedat: *ne illam quidem, qua ab Anaximandro – moniti Lac. sunt,* [divinationem voco]; hoc loco pergit quasi dicat: *neque adeo Pherecydes potius divinus habebitur, quam physicus,* vel: *Quid? quod Pherecydes adeo (ne dicam de Anaximene) physicus potius, quam divinus habebitur.* Scribitur autem *habebatur* pro *habebitur* in Cod. U. et Ed. Asc. 1. Ad rem v. infr. II. 13. Plin. H. N. II. 79. Diog. Laërt. I. 116. *Mr.*

Quod cum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motum *dixit instare*] Vulgo *qui cum – terrae motus;* sed hoc fide MSStorum Reg. et Cantab. mutavimus; illud autem ex Paris. Balliol. Reg. et Cantab. *Maximus Tyrius* Diss. XIX. §. 5. *Φερεκύδης σεισμὸν Σαμίοις προεμήνυσε.* *Plinius* N. H. lib. II. §. 81. *Perhibetur* Pherecydes HAUSTU AQUAE EX PUTEO *praesensisse et praedixisse ibi terrae motum.* Quod autem *Apollonius* Hist. Mir. cap. 5. aliique nonnulli tradant hoc praedixisse Pherecydem *ἀνιμηθέντος ἐκ φρέατος ὕδατος ΠΙΟΝΤΑ*, *Conr. Rittershusius* ad *Porphyrii* vit. Pythag. n. 29. *Th. Aldobrandinus* et *Aeg. Menagius* ad Laertii I, 116. nostrum scripsisse censent, cum BIBISSET *haustam aquam de iugi puteo.* Sed nihil est mutandum: nam noster infra lib. II. cap. 13. receptam lectionem servat, et, quod Librarios omni culpae suspicione liberat, addit *etiamne futurum esse aquae iugis* COLORE *praesentiunt?* adeo ut *visui*, non *gustui*, rem tribuat *Cicero.* Certe in parvi momenti circumstantiis frequens est auctorum dissensus. Nec visus huic rei peragendae censeatur ineptus: nam, *futuro terrae motu, est in puteis turbidior aqua,* ut ait *Plinius* lib. II. §. 83. Hanc vero praedictionem nonnulli Pythagorae discipulo Pherecydis adscribunt. *Iamblichus* vit. Pythag. §. 136. *Λέγεται δ' ὅτι καὶ σεισμὸν ἐσόμενον ἐπὶ φρέατος, οὗ ἐγεύσατο, προηγόρευσε.* Sane quod de Pythagora narravit Andron, id Pherecydi dedit Theopompus. Vide *Eusebium* Praep. Evang. lib. X. cap. 3. *Dav.*

quod – terrae motum – instare.] Scripsi pro vulgato *qui — motus* cum Dav. et Hott. *quod — motum.* Utrumque habent etiam Cod. Oxon. E. et noster M., prius Codd. L. c. d. Praetuli *quod,* nam positum est pro *ideo, quod,* vel pro *quamquam: motum* scripsi, et quia rei est accommodatius, et quia infra II. 13. ita scribitur. Scribitur *aquam exhaustam* in Cod. Cr. Pro *de iugi* est in Cod. R. *deiugi.* Praeter II. 13. hac locutione etiam usus est noster de N. D. II. 9. 25. ex *puteis iugibus aquam calidam trahi. Mr.*

Nec vero unquam] Vocem *vero* omittit Cod. R. Tum habet: *divinat naturaliter,* mox: *solutus et vacuus est. Mr.*

Quod aut *vatibus contingit* aut *dormientibus*] Leg. *quod* et *vatibus contingit* et *dormientibus,* prout monuit vir eruditus. *Dav.*

Quod aut vatibus contingit] Nobis quoque cum Dav. et Hott. haud improbatur coniectura *et — et* pro *aut — aut.* Sed sine libris nihil mutare voluimus, quamquam aliquantum ei fa-

tibus. Itaque ea duo genera a Dicaearcho probantur, et, ut dixi, a Cratippo nostro. Si propterea, quod ea proficiscuntur a natura, sint summa sane, modo ne sola. Sin autem nihil esse in observatione putant; multa tollunt, quibus vitae ratio continetur. Sed quoniam dant aliquid, idque non parvum, vaticinationes cum somniis; nihil est, quod cum his magnopere pugnemus, praesertim cum sint, qui omnino nullam divinationem probent. Ergo et ii, quorum animi, spretis corporibus, 114. evolant atque excurrunt foras, ardore aliquo inflammati

vet Cod. R. in quo est: *Quod aut vatibus convenit et dormientibus;* idem in marg. habet *contingit:* mox *comprobantur,* quo verbo noster saepe usus est eodem sensu, quo verbo *probare.* Commode vero laudat Hott. ad defendendum *aut — aut* cap. 51. *quomodo autem aut vates, aut somniantes ea videant* etc. et cap. 57. *Quod maxime contingit aut dormientibus aut mente permotis.* Quod vero scribitur *genera a,* non admodum placet, cum vere observatum sit a Goerenzio ad Cic. de Legg. III. 16. 35., Ciceronem concursum duplicis *a* sedulo cavere solere. Vid. nos ad huius libri I. c. 47. 106. ad. v. *obitu a solis.* Ad eam igitur regulam vel rescribendum videtur *ab Dicaearcho,* cum *ab* ante *d* saepe ponatur (vid. Ruddimann. l. c. II. p. 337. n. 38.); vel delendum *a,* ut scribatur: *ea duo genera Dicaearcho probantur;* ut saepe locutus est Cicero; vid. Ruddimann. l. c. II. p. 99. Posterius tamen vetat, quod sequitur *a Cratippo.* Quod sequitur *si* abest a Cod. R., idem habet *quod ipsa proficiscantur:* in seqq. *in observatione esse.* De hac constructione v. supra c. 47. ad v. *nihil esse in auspiciis. Mr.*

quibus vitae ratio continetur] Explicat Hott.: quae valent in vita quotidiana, et ad quae nos in rebus gerendis componimus. Mox Cod. R. *idemque non parum* pro *idque non parvum. Mr.*

Vaticinationes cum somniis] Videntur Glossema. *Dav.*

Vaticinationes cum somniis] Haec mihi non magis, quam Hottingero, spuria videntur. Scribitur autem *vaticinationis* in Cod. Cr. Pro *somniis* dedit Sch. *somnis,* invitis libris omnibus: sed ipsum credo invitum sic edidisse, cum in annot. scripserit *somniis.* Cod. S. exhibet *vaticinationis causa somniis.* In seqq. Codd. Cr. M. R. habent *cum iis magnopere:* sed omnes reliqui libri, scripti et editi, tuentur *his. Mr.*

Probant] Sic Paris. at vulgo *probent. Dav.*

cum sint, qui — probent.] Necessario restituendum esse *probent,* vidit Hott. Nam si vel maxime concedas, dici aliquando *sunt, qui probant* (qua de re praeceperunt Stallbaum. ad Ruddimann. l. c. II. p. 349. sq. ibiq. laudd. Ramshorn. Gramm. Lat. p. 550 — 552. coll. p. 547 — 549. Zumpt. Gr. Lat. p. 413. sq. ed. 4.): tamen praecedente locutione *cum sint, qui*— indicativo locum esse, nemo facile probaverit. Vocem *qui* omittit Cod. U.; *probent* omnes libri nostri tuentur. In seqq. scripsi *Ergo et ii,* ex Codd. nostris omnibus (exceptis M. et R.), et Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch.; sed Dav. cum rell. habet *hi. Mr.*

spretis corporibus,] Conf. I. 49. *qui se a corpore avocent et ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur:* et hoc ipso capite: *animus ita solutus et vacuus, ut ei plane nihil sit cum corpore:* et mox: *corporibus non inhaerent. K.*

evolant atque excurrunt foras] Cod.

atque incitati, cernunt illa profecto, quae vaticinantes praenuntiant: multisque rebus inflammantur tales animi, qui corporibus non inhaerent; ut ii, qui sono quodam
p. 104. a. vocum et Phrygiis cantibus incitantur. Multos nemora silvaeque, multos amnes aut maria commovent: quorum furibunda mens videt ante multo, quae sunt futura. Quo de genere illa sunt:

Eheu, videte: iudicavit inclytum

R. *et* pro *atque*. Ad verba conf. de Rep. II. 4. *animo — excurrunt et vagantur*, ubi ego ex codicis vestigiis correxi *excursant*. Verba *sono quodam vocum* Hott. explicat: *modis quibusdam in cantu:* coll. I. 36. sub fin. *Mr.*

cernunt illa profecto] Codd. S. M. *dicunt* pro *cernunt;* male. In Cod. U. desunt omnia inde a *cernunt* usque ad *praenuntiant*. Codd. S. M. et R. habent *pronunciant*, et in Cod. Cr. literae *ae* superscriptum est *o*. *Mr.* — „Pro *illa* coniicere aliquis possit *illi*, ad Ciceronis elegantiam fortasse accommodatius. Sic cap. 20. *Ea conquirens, quae, Antiphontis interpretatione explicata, declarant illa quidem acumen interpretis* cet.“ *Roos*. l. c. p. 18. Non male. *Mr.*

Phrygiis cantibus] Hi *ἐνθουσιαστικοὶ* putantur, et ad insaniam saepe

— Phrygio stimulat numero cava
tibia mentes,

ut ait *Lucretius* lib. II, 620. *Aristoteles* de Rep. lib. VIII. cap. 6. *Ἐνθουσιαστικοὺς δ' ἡ φρυγιστὶ (ἁρμονία ποιεῖ.)* Iterum cap. VII, p. 613. *Ἔχει γὰρ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἡ φρυγιστὶ τῶν ἁρμονιῶν, ἥνπερ αὐλὸς ἐν τοῖς ὀργάνοις· ἄμφω γὰρ ὀργιαστικὰ καὶ παθητικά.* *Seneca* Epist. CVIII. *Nec aliter concitantur, quam solent Phrygii tibicinis sono semiviri, et ex imperio furentes.* Sed hunc, ut video, locum aliosque nonnullos huc pertinentes olim protulit *Ioan. Brodaeus* Miscell. lib. V. cap. 13. Adde *Maximum Tyrium* Dissert. XXXVIII, 2. et *Aretaeum* de causis et signis Diuturn. Morb. I, 6. pag. 38. *Davies.*

Phrygiis cantibus] Praecedens *et* omittit Cod. R. Ad rem conf. Alexand. ab Alexandro Dierr. Geniall. IV. 2. ibiq. Tiraquell. p. 439. Quod sequitur *commovent* de vehementiore animi commotione intelligendum, cuius usus exempla haud rara sunt. Cod. S. habet *ac maria*. In Copp. Victt. a. ad h. l. cit. Plutarch. *ἐρωτ.* 918. [Ed. Ald. — Tom. IV. p. 29. ed. Wytt. *ταυτὶ δὲ τὰ βακχικὰ καὶ κορυβαντικὰ σκιρτήματα τὸν ῥυθμὸν μεταβάλλοντες ἐκ τροχαίου, καὶ τὸ μέλος ἐκ φρυγίου, πραΰνουσι καὶ καταπαύουσιν. ὡς δ' αὔτως ἡ πυθία τοῦ τρίποδος ἐκβᾶσα καὶ του πνεύματος, ἐν γαλήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ διατελεῖ* etc. Ad h. l. Plutarch. a Victorio citatur Aristot. *ἐν προβλ.* 69. ed Ald. p. 143. sq. *τμῆμα τὸ ιθ'*, *μή* ed. Sylb.] *Mr.*

ante multo] Ita dixit noster de Senect. II. 6. *si — ante multo a te didicerimus*. Caesar de B. C. I. 20. *post paullo tamen — de L. Domitii fuga cognoscunt:* ubi vid. Held. p. 29. Cod. S. *ante multa*. *Mr.*

quae sunt futura.] Ita dedimus cum Dav. Hott. Sch. Unde ita scripserit Davisius, se ignorare ait Hott.; eum tamen ordinem esse in Ed. Crat. Est autem in Codd. R. M. L. c. d. Cr. Edd. Crat. Herw. Asc. 1. 2. Et est certe hic ordo numerosior vulgato *quae futura sunt*. Scribitur autem *quam* pro *quae* in Cod. R., *sint* pro *sunt* in Codd. Cr. M. L. c. d. *Mr.*

Eheu videte; iudicavit inclytum] Hi versus erant confusi in omnibus libris. Eos restituit *Adr. Turnebus*, cui assentimur. *Lambinus.*

Eheu videte] Suum hisce versibus numerum sic restitui posse putat *Hadr. Turnebus* Advers. lib. V. c. 23.

Iudicium inter deas tris aliquis:
Quo iudicio Lacedaemonia
Mulier, furiarum una, adveniet.

Eodem enim modo multa a vaticinantibus saepe praedicta sunt, neque solum verbis, sed etiam

Eheu videte: iudicavit inclytum
Iudicium inter deas tris aliquis;
quo iudicio
Lacedaemonia mulier, furiarum
una, adveniet;

virumque doctissimum secutus est *D. Lambinus*. Quasi scilicet Anapaestico pede concludi possit versus Iambicus! nam voces, *iudicio* et *adveniet*, trisyllabas esse, Musis et Apolline prorsus invitis, statuunt. Eos equidem hoc modo disponendos arbitror:

Eheu videte, iudicavit inclytum
Iudicium inter deas tres aliquis,
Quo iudicio Lacedaemonia
Mulier, furiarum una, adveniet.

Primus est Iambicus, reliqui vero tres, Anapaestici. *Davies.*

Eheu videte etc.] Edidit hos versus, ut eos constituit Davis. in annotatione, Schützius: sed idem ait, fortasse tamen, ut sint tres senarii, legendum esse:

Eheu videte: iudicavit inclytus
Inter deas tres aliquis, quo iudicio
Lacedaemonia mulier furiarum una
advenit.

Ego nihil tento, et donec vir aliquis in arte metrica habitans de his versibus melius adornandis nos edoceat, in Davisii dispositione acquiesco. Illud scio, Schützii rationem probari nequaquam posse. Primus enim versus ut constet, abiicitur vocabulum, quod habent libri omnes [*iudicium*]; alter claudicat pede penultimo; tertius metri iambici legibus plane adversatur, quippe in quo Tribracho subiiciatur anapaestus, et hoc metrum plane inauditum prodeat:

υυ ⏊, υύυ | υυ ⏊, υυ ⏊ | — ⏊, υύ

Vide modo Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 126. 20. et 137. 24. Neque eum adiuvat, quod posuit Hermannus p. 188: nam non est post Tribrachum in secundo pede caesura, sententiae fine atque posita distinctione constituta. Quae vero in his versibus variant libri, haec sunt: Codd. S. Cr. R. U. habent *heu*, cum Ed. Asc. 1. Pro *inter deas tris* Codd. S. R. et Ox. E. *intus de astris*, Edd. Asc. 1. 2. *in terra de astris*. Cod. U. *in terram de astris*. In fine R. *advenit*. Proxime ad veritatem Cr. *inter de astris. Mr.*

aliquis — Lacedaemonia mulier] *Aliquis* est Paris. *Lacedaemonia mulier* est Helena, quam furiam appellat ob perniciem per eam Troiae illatam. *Ern.*

Eodem enim modo] Abundat vox secunda. *Dav.*

Eodem enim modo] Quod displicet Davisio *enim*, pro eo fortasse aliquis malit *etiam*. *Roos.* l. c. p. 18. — Codd. L. d. S. omittunt *enim*. Defendit *enim* Hottingerus dicens: „Dixerat Quintus, mentem eorum, qui per furorem vaticinentur, quae sint futura velut si coram agerentur, cernere. Id *illustrat* magis, quam *probat* versibus illis, quibus Cassandra inducitur, illud Paridis iudicium quasi oculis spectans. Tum pergit: *Nam non aliter in vita vaticinantes saepe futura praedixerunt.*" Bene. Pro *modo* est *non* in Cod. R., sed in marg. *mo*. Ad verba *multa a* v. quae diximus paullo superius ad §. 113. Abest *a* in Cod. L. b., in M. scribitur *multa ante. Mr.*

Multa a vaticinantibus saepe praedicta] Codex S. *Victoris* interiicit *vaticinantibus et avantibus*, quod bene mutat in *evantibus* noster *Gulielmius*. Verum Pall. consentiunt cum vulgatis. GRUTERUS. Ib. Paris. *vaticinantibus* et cinantibus. Cum *Gulielmio* tamen haud fecerim: sed eas voces potius ex priore natas statuerim. *Davies.*

a vaticinantibus] Cod. R. *vaticinantibus et divinantibus*: unde ortae videri possunt, quas ex suis libris protulerunt lectiones Gruterus

Versibu', quos olim Fauni vatesque canebant.

115. Similiter Marcius et Publicius vates cecinisse dicuntur. Quo de genere Apollinis operta prolata sunt. Credo

et Davisius. In Cod. Cr. est *et saepe,* quod non displicet. Sed admodum displicet, quod est in Ed. Sch.: *multa a vaticinationibus saepe praedicta sunt.* Sed hoc sine dubio operis debetur. Est vero *vaticinationibus* in Cod. S. *Mr.*

neque solum verbis, sed etiam versibu'] Ex oppositione vides, *verbis* esse i. q. oratione soluta vel, quam dicunt, prosa. Cuius usus cum ex latinis scriptoribus exempla non facile sint obvia, ea ab iis, qui Lexica conscripserunt, plane sunt neglecta. Respondet autem vox *verba* Graecae *λόγος,* quae saepe opponitur *poesi:* vide modo Ammonium de Diff. Vocabb. p. 90. ed. Valck. p. 88. Ed. Lips. *λόγος ποιήσεως διαφέρει. λόγος μὲν γάρ ἐστιν ἡ δίχα μέτρου σύνταξις· ποίησις δὲ, ἡ σύνθεσις ἡ μέτρῳ κοσμουμένη.* Sed v. hac de re *Creuzer. d. Histor. Kunst d. Griechen.* p. 180. sq. ibiq. laudd. *Mr.*

Versibu' quos olim] Cod. R. *solum* pro *olim.* Post *Marcius* (de quo v. supra ad c. 40. 89.) Cod. R. omisso *et* pergit *publicus,* ut scriptum est etiam in Cod. U. Sed Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. habent *Publius.* Mox R. *dicitur* pro *dicuntur.* Cod. S. *veteresque* pro *vatesque. Mr.*

Quo de genere] Ita Codd. nostri Cr. R. M. L. c. Edd. Rob. Steph. Dav. Oliv. Hott. Sed Codd. P. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Sturm. Brut. Boul. Lamb. Goth. habent *ex.* Codd. L. b. d. Edd. Grut. Ern. Bip. Sch. *e. Mr.*

Apollinis operta prolata sunt] Male cum Ern. distinguit Sch. ante *Apollinis.* Scribitur *Apolline* in Cod. M.; in Ed. Crat. est *opera,* in Cod P. *perta.* Ad rem Hott. haec: „*operta,* opinor, vocat Apollinis oracula, ab nescio quo collecta unoque libro comprehensa, qui eo titulo esset inscriptus. Fortasse illud Chrysippi volumen intelligendum, oraculis Apollinis impletum, de quo legimus infra II. 56. [v. Baguet. de Chrysippo p. 228 — 232.] Certe de utroque eadem praedicat: II. 56. *Nec Marciis vatibus, nec Apollinis opertis credendum existimo.*" Pro *prolata* est *probata* in Cod. R. *Mr.*

Quo de genere etc.] „Vox *prolata* mihi vehementer suspecta est: nam est ea hoc in contextu satis ieiuna. Quare equidem non improbem, si illa in glossa ponatur. Infra II. 55. 113. simpliciter dicitur: *nec Apollinis opertis credendum existimo.* Sed datur etiam alia ratio. Appellabatur enim Romanis, Festo auctore (v. *Apollo*) Apollo *Aperta, quia patente cortina responsa ab eo dabantur.* Quid igitur, si *Apollinis Apertae prolata* legatur? Quod si placuerit, infra etiam II. 55. 113. *nec Apollini Apertae credendum existimo* scribendum. Habet ista coniectura suam quandam probabilitatem: sed inde argutiarum invidiam subire nolim." *Goerenz.* l. c. p. 23. — Ad locum Festi vid. quae annotavit Scaliger p. XXI. ed. Santandr. Si h. l. in verbis *operta prolata* corruptio est, similem nos deprehendisse et sanasse nobis videmur in libris de Rep. II. 31. p. 193. ed. Rom., ubi in Cod. scriptum est *provocatione sublataperta.* Ceterum mihi emendatio Goerenzii admodum dubia est: malim cum Hott. locum explicare, quam corrigere. *Mr.*

Credo etiam anhelitus quosdam] „Haec, ait Hott., quomodo cum superioribus cohaereant, fortasse quis primo adspectu miretur. Sed nimirum coniungenda sunt, non cum proximis, sed referenda ad illa: *multisque rebus inflammantur tales animi* etc. Ibi commemorat Quintus causas illas, quibus vaticinantium animi possint commoveri. Deinde interserit exempla nonnulla eius furoris, quo mens videat ante, quae sint futura. A quibus iterum pergit ad eius furoris causas." Bene. Voce *anhelitus* Delphicum oraculum significat, qua de

etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatae mentes oracula funderent.

Atque haec quidem vatum ratio est: nec dissimilis sane somniorum. Nam quae vigilantibus accidunt vatibus, eadem nobis dormientibus. Viget enim animus in somnis, liberque est sensibus et omni impeditione curarum, iacente et mortuo paene corpore. Qui quia vixit ab omni aeternitate versatusque est cum innumerabilibus 51.

re supra I. 19. scribitur: *potest autem vis illa terrae, quae mentem Pythiae divino afflatu concitabat, evanuisse vetustate*. Ad rem v. van Dale de Oracc. Gentill. p. 242—246. Clasen. de Oraculis p. 247. sqq. Pro *quosdam* Cod. Cr. *quoddam*. Meyerus in vers. vern. existimat, transpositione sanari posse, quae offendere videantur, ut scribamus nimirum: *Credo etiam anhelitus — funderent. Quo de genere Apollinis operta prolata sunt*. Quae non plane videntur reprobanda. *Mr.*

quibus inflatae mentes] Herelius l. c. p. 130. hoc quoque loco vult *afflatae*, ut volebat I. 6. extr. *afflatuque divino*. Non male: sed v. ibi annott. *Mr.*

Vatum *ratio est*] Pall. pr. et sec. *vatium*. *Gruter.*

vatum ratio] Cod. L. c. *vatium ratio*. De ea forma vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 8. 20., et nos ad eundem locum p. 210. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

Viget enim animus in somnis] Vulgati *somniis*, sed alterum haeret in Pith. et Pall. quatuor. *Grut.*

Viget enim animus in somnis,] Vocem enim omittit Cod. L. d. Pro *somnis* est *somniis* in Cod. M. Edd. Vict. Manut. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. (hae duae in marg. habent: fort. *in somnis*) Sylb. Sed in his semper peccant Codd. et Edd. vett.; qua de re non semel monuimus. *Mr.*

Liberque sensibus ab *omni impeditione curarum*] Omnino legendum *liberque est sensibus* AC *omni impeditione curarum*. Ne plura memorem, hanc emendationem aperte stabilit noster lib. II. cap. XI. *Illud*, inquit, *naturale, aut concitatione mentis edi et quasi fundi videbatur, aut animo, per somnum* SENSIBUS ET CURIS VACUO, *provideri*. De re ipsa egimus supra cap. 30. *Dav.*

liberque est sensibus et omni] Recepi Davisii coniecturam a Schützio correctam. *Est* addidi, quod post e, si compendio scriberetur, facillime potuit excidere: *et* substitui scriptioni *ac*, quod ante *omni* stare nequit, quamquam *ac omni* receperunt Verb. Oliv. Hott. Conf. Stallbaum. ad Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 348. Ern. ait Davisium coniecisse *et*, cuius in annot. contrarium videmus. Herelius, cum vidisset Hottingero supervacaneum videri *que*, eumque coniecisse *liber sensibus ac omni*, probam lectionem esse censuit: *liber sensibus atque omni*. Rathio denique placet, quod est in Ed. Lamb. pr., *liber a sensibus atque ab omni*: quamquam se prius coniecisse ait: *liber quum sit sensibus ac omni*. Quod ad rem conf. Cic. de Sen. XXII. 81. ibiq. Gernhard. p. 153. *Mr.*

impeditione curarum,] Conf. I. 49. *vigilantes animi vitae necessitatibus serviunt. K.* — Sequitur in Cod. R. *iacente et paene mortuo corpore*. Erat, quum coniicerem *iacente ut mortuo paene corpore*, quia est de Sen. 22. 80. *Iam vero videtis nihil esse morti tam simile, quam somnum. Mr.*

Qui quia vixit ab omni aeternitate] Ad h. l. v. Kühner. de Ciceronis in philosophiam meritis p. 128. sq., qui laudat Moshemium ad Cudworth. System. Intellect. T. II. p. 248. — In Codd. R. et Cr. est *quia qui*. Tum

animis, omnia, quae in natura rerum sunt, videt; si modo temperatis escis modicisque potionibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse vigilet. Haec somnian-
116. tis est divinatio. Hic magna quaedam exoritur, neque ea naturalis, sed artificiosa, somniorum Antiphontis interpretatio; eodemque modo et oraculorum et vaticinationum sunt explanatores, ut Grammatici Poëtarum. Nam

Cr. *ab omnibus aeternitateque versatus est.* R. *in numerabilibus* (omissa negatione). Ad rem conf. c. 30. et 49. *Mr.*

omnia, quae in natura rerum sunt, videt;] Cod. R. *in rerum natura sunt, Mr.* — Nonne h. l. in mentem veniant alicui, quae hodie narrantur de somno magnetico eorum, qui clausis oculis et praesentia et absentia clare perspiciunt? *K.*

si modo temperatis escis] Cod. M. *si nimis.* Pro *escis* est *cibis* in Cod. R. ex glossemate. Scribitur in seqq. *potationibus* pro *potionibus* in Codd. Cr. U. P. M. Edd. Manut. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae nostram lectionem habent in varr. lectt.) Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Boul. Sylb. Lambb. Goth. (sed Lamb. pr. habet *potionibus*). In seqq. L. d. pro *vigilet* habet *evigilet:* male. *Mr.*

Antiphonis] Sic Pall. exemplarque S. Victoris, expressitque editione sua Victorius. vulgg. *Antiphontis. Grut.*

Antiphonis interpretatio] De hoc homine videas licet *Aeg. Menagium* ad *Diogenis Laertii* lib. II. §. 46. *Davies.*

Antiphontis] Hanc ego formam restitui cum Sch. ex praecepto K. L. Schneideri in Lat. Gramm. II. (Formenl.) I. p. 146. coll. p. 279., eamque habent Codd. L. a. d. Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Ern. Bip. *Mr.* — Fuit hic Antiphon ὀνειροκρίτης s. somniorum interpres, item τερατοσκόπος s. haruspex. Scripsit περὶ ἀληθείας, et ante Epicurum providentiam divinam sustulit. De eo dicendi otium fecerunt Taylor in Lectt. Lysiacc. capp. VII. p. 269. sqq. ed. Reisk. Ruhnken. Diss. de Antiphonte in Opuscull. T. I. p. 158. p. 175. sqq. ed. Bergmann. 2. [Ed. L. B. 1807. p. 214 — 256.] Conf. insuper Fabric. B. Gr. Vol. II. p. 752. ed. Harles. et Reiff. ad Artemidori Oneirocrit. p. 442. Diversus est Antiphon Philosophus et Mathematicus, qui in loco de natura lunae inter Philosophos Ἀντίφαντος dicitur in editionibus Stobaei I. 37. Eclogg. p. 558. Quam nominis corruptelam quum suspicatus esset Heerenius, fidenter corrigere poterat ibidem et in Commentat. de Fontib. Eclogg. Stob. II. 2 p. 169., si meminisset Plutarchi de placit. philoss. II. 28. p. 589. ed. Wyttenb., et Io. Laur. Lydi de Mens. III. 5. p. 39., qui pro more Plutarchum, atque adeo Pseudoplutarchum secutus, et ipse Ἀντιφῶν habet. Hunc philosophum memorat Ruhnken. in Dissert. laud. p. 181. sq. *Cr.* — Ad v. *somniorum Antiphontis interpretatio* Hott. monet: Sic brevius dixit pro: *somniorum interpretatio, ab Antiphone* [ita scripsit Hott.] *tentata.* Vid. I. 20. II. 70. *Mr.*

Sunt enim explanatores] Aliquid deesse vidit acutissimus *Lambinus:* quapropter rescribendum coniecit, *sunt enim harum rerum explanatores.* At cum Reg. et Cantab. habeant, *sunt enim explanatores somniorum:* forsan optime rescripseris, *sunt enim explanatores omnium horum;* somniorum videlicet, oraculorum et vaticinationum. *Dav.*

vaticinationum: sunt enim explanatores,] Mihi, leviore mutatione, quam quae Davisio placet, reponendum videtur: *interpretatio: eodemque modo et oraculorum et vaticinationum sunt etiam explanatores. Wopkens.* Lectt. Tull. p. 268. — Videtur aliquid deesse, ut *somnio-*

ut aurum et argentum, aes, ferrum frustra natura divina genuisset, nisi eadem docuisset, quemadmodum ad eorum venas perveniretur: nec fruges terrae bacasve arborum cum utilitate ulla generi humano dedisset, nisi earum cultus et conditiones tradidisset: materia deinde

rum: sed potest intelligi *eorum,* vel potest totum coniungi cum praecedentibus, omisso *enim.* Sed illud melius. *Ern.* — Hott. ait, sibi neque sensum obscurum, neque ita duram ellipsin videri, ut aliquid addendum censeat. Roosius l. c. p. 18. abiectum vult *enim,* sublatamque ante *sunt* distinctionem: sed post *interpretatio* semicolon ponit. „Favere, ait, videtur huic coniecturae, quod Antipho, si recte memini, *somniorum* interpres fuit, *oraculorum* non item.“ Rathio Davisii emendatio recipienda visa est. „*Somnia,* ait, et *omnia* alibi etiam confusa sunt: sic infr. c. 55. pro *vis omnis* reperi *vis in somnis,* et II. 13. pro *si omnium* MSS. exhibent *somnium.*“ *Mr.*

interpretatio; eodemque — et vaticinationum sunt explanatores,] Ita ex mente Ern. et Roosii dedi cum Schützio, quia sic tantum recte procedere visa est sententia loci et orationis structura. *Mr.*

Nam ut aurum et argentum, aes,] Propter interrogationem *materia — haberemus?* Wopkens. l. c. p. 269. ne oratio absoluta in interrogatoriam convertatur, scribi et distingui volebat: *Nam et aurum — haberemus? Sic* etc. Et favet ei Cod. R. ubi est *nam et aurum.* Sed recte monet Hott. ut abesse non posse; *et* locum non habere propter enunciationum coniunctionem; neque offendi debuisse Wopkensium constructione, qualem ipse defenderit p. 109. Tuscc. v. 27. *Sint sane illa genera bonorum — caelumque contingant, ut, ea qui adeptus sit, cur eum beatum modo, et non beatissimum etiam dixerim?* Iortinus l. c. p. 10. eiectum volebat *et* ante *argentum:* cui respondet Burmannus et alibi coniungi haec metalla copulandi particula ab aliisque metallis segregari, et a nostro de Legg. II. 18. — Scribitur *et ferrum* in Cod. L. d. quod est correctoris, qui iungere vellet *aes et ferrum,* ut iuncta sunt *aurum et argentum. Mr.*

natura divina genuisset,] Cod. L. b. *natura genuisset divina.* Cod. Cr. pergit *si eadem non,* sed in marg. habet: al. *nisi eadem.* Tum Cod. R. *fuisset* pro *docuisset.* Voce *vena* de metallorum venis etiam usus est noster de N. D. II. 39. 98. et 60. 151. *Mr.*

conditiones] „i. e., ait Ern., modi earum condiendarum, ut cibo essent aptiores et iucundiores.“ Hoc quidem sensu vox *conditio* posita est de N. D. II. 58., ubi legimus: *compositiones unguentorum, ciborum conditiones:* sed nostro loco aptius, iudice Schützio in Lex. Cic. T. II. 1. p 339., de variis fruges et bacas condendi sive asservandi rationibus accipitur. In quo nos assentientes habet: in eademque sententia Schellerum in Lex. v. *conditio* et Meyerum esse video. Cod. S. omittit *tradidisset* et *deinde. Mr.*

Materia deinde quid iuvaret, nisi confectionis eius fabricam haberemus?] Meliores libri *confectionis* habent; quemadmodum etiam lib. II. de N. D. cap. 60. *Arborum autem confectione omnique materia et culta et sylvestri, partim ad calefaciendum corpus igni adhibita, et ad mitigandum cibum utimur* etc. Est autem varius et multiplex huius verbi usus apud optimos auctores, quemadmodum omnibus notum est. Emendavimus etiam, quod nunc mihi ex proxima allegatione succurrit, eorundem librorum auctoritate moti in secundo libro huius operis cap. 26. *Mitificato cibo,* ubi antea *modificato* legebatur. Vides enim ex hoc loco etiam *mitigare cibum,* concoquere significare. *Victorius.*

quid iuvaret, nisi consectionis eius fabricam haberemus? sic cum omni utilitate, quam dii hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa utilitas percipi possit. Item igitur somniis, vaticinationibus, oraculis, quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes
117. adhibitae sunt interpretum. Quo modo autem aut vates

Materiave quid iuvaret] Est ab editione Victorii, neque aliter Pal. pr. aut sec. sicque etiam Pithoeanus. vulgg. *materia deinde quid. Gruter.*

Materia deinde] Vulgo *materiave*. Nos MSStis Reg. Med. Balliol. adhaeremus: ac ita dant veteres editi. *Davies.*

Materia deinde] Ita dedi cum Dav. Hott. et Sch. ex Codd. Oxonn. omnibus, nostris R. [quamquam hic ex male lecto compendio habet *mare deinde*] L. b. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Oliv. In Cod. U. est *materia quid demum iuvaret;* in Ed. Asc. 1. *materia quid deinde iuvaret;* in Cod. M. *materia quid iuvaret.* Reliqui cum Grutero faciunt. Memorabilis autem est constructionis immutatio, consulto facta. Cum enim pergere debuisset: *materia deinde ut nihil iuvaret, nisi — haberemus: sic cum omni* etc.; eleganter convertit negationem in interrogationem, *quid iuvaret,* et tamen, quasi eodem, quo coeperat, tenore permansisset, pergit in apodosi comparationis. *Mr.*

Nisi confectionis *eius fabricam*] Ita Pall. duo meliores. nam tert. et quart. *consectionis*, quod invenit etiam in S. Victoris Gulielmius, et tantum non probabat. *Gruter.*

Confectionis *eius fabricam haberemus*] Pall. tert. quart. Paris. Med. Balliol. et Reg. repraesentant *consectionis eius*. Cantabr. aliique MSSti vulgatam servant. Sed nec haec nec illa lectio, sane videtur et sincera. Rescribendum puto *consectionibus*, vel *confectionibus, eius fabricam haberemus;* aliter enim sensum nequeo commodum expiscari. *Davies.*

consectionis eius fabricam] i. e., ut ait Hott., instrumenta ad materiam consecandam; vel, ut Rath., nisi artem calleremus materiae consecandae. *Fabricam* pro *arte* posuit noster de Off. I. 35. 115. de N. D. II. 47. 121. Lectio *confectionis* male defenditur a Victorio loco de N. D. II. 60. 151., nam ibi quoque legendum est *consectione:* v. ed. Cr. et nostr. mai. p. 665. nostr. min. p. 171. Et certe nihili est *confectio materiae:* quod enim habemus natura procurante, non conficimus, sed ex materia a natura exhibita conficimus demum aliquid arte nostra et opera. Davisii *consectionibus* vel adeo *confectionibus* non desiderabis, si locum recte intellexeris. Et habent *consectionis* Codd. R. M. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Venet. 1494. Crat. Herw. Hott. Sch. In Cod. L. a. est *confectiones*. *Mr.*

quam dii hominibus dederunt,] Vocem *quam* omittit Cod. M. In Cod. Cr. est *diu* pro *dii*. In seqq. Cod. R. habet *utilitas illa*. *Mr.*

percipi possit.] Fortasse legendum *posset*. *Ern.* Minime. *Coniuncta est* Praesens est, ut paullo superius: *si modo ita est affectus, ut ipse vigilet. K.* — Accurate de ea re praecepimus ad Cic. de N. D. II. 56. p. 448. ed. Cr. et nostr. mai. p. 165. ed. min., ubi tamen, me invito, perperam in contextis expressum est *possemus*. *Mr.*

Item igitur somniis] Cod. R. *item etiam somniis*. Mox idem bis *multum* pro *multa*. Cod. S. *oraculisque, erant*. *Mr.*

explanationes] Vid. Ducker. ad Livium xxv. 12. p. 978. Drakenborchii. [p. 79. sq. ed. Stuttg.] *Cr.*

Quomodo autem — magna quae-

aut somniantes ea videant, quae nusquam etiam tunc sint, magna quaestio est. Sed explorata si sint ea, quae ante quaeri debeant; sint haec, quae quaerimus, faciliora. Continet enim totam hanc quaestionem ea ratio, quae est de natura deorum a te secundo libro explicata dilucide. Quam si obtinemus, stabit illud, quod hunc

stio est.] „Sunt viri docti, qui lacunam statuunt in huiusmodi locis: sed falluntur. Exemplo sit locus ille de N. D. I. 1. *utrum nihil agant ... an .... magna quaestio est;* ubi Manutius legebat: *magna de eo quaestio est:* Lambinus: *de eo magna dissensio est.* At pari quoque modo et Cicero passim, et Min. Felix. cap. XI. *culpam tamen vel innocentiam fato tribui, ... vestra consensio est.* Lactantius Lib. III. cap. VIII. 16. *quae ipsa quae sint, magna contentio est.*" *Wopkens.* l. c. p. 269. — Vocem *aut* post *autem* omittunt Codd. L. d. S. errore saepius obvio. Mox Codd. R. S. *viderant* pro *videant.* R. mox *nusquam enunciata sint.* Cod. S. *etiam de eo sint:* et *quomodo* pro *quaestio.* *Mr.*

Sed explorata si sint ea,] Cod. S. *explanata.* Verba *si sint ea — quae quaerimus* Cod. U. nonnisi in marg. habet. Mox Cod. R. *debebant, sunt* pro *debeant; sint.* Est etiam *sunt* in Cod. L. a. *Mr.* — Coniunctivus est h. l. [*sint*] vel potentialis, vel urbanitatis, ut saepe Optativus Graecorum. *K.*

Totam hanc quaestionem ea ratio] Reg. et Cantab. inverso ordine dant, *totam hanc rationem ea quaestio.* Sed recepta lectio, quae Paris. Med. aliisque stat MSStis, loco temere non est movenda. *Dav.*

Continet enim totam hanc quaestionem ea ratio] Cod. R. *Continet etiam totam istam* rationem *quaestionem haec ratio. Mr.*

quae est de natura deorum a te secundo libro explicata] Vulgo post *deorum* scribitur *quae,* et post *libro* additur *est.* Hanc orationem balbutientem recte correxit Hott., eumque secutus est Sch. Nam pro *ratio, quae est de natura deorum,* dicendum fuisset *quaestio, quae est* etc. Quid vero esset: *Continet hanc quaestionem ea quaestio — ?* Sed nolumus latius causas emendationis exponere, cui et totius disputationis tenor favet, et ex parte certe libri addicunt. Abest enim *est* post *libro* a Codd. S. Cr. Oxonn. E. U. Edd. Grut. Verb., et vocem *quae* post *deorum* non agnoscit Cod. noster *M.* Traiecta sunt, quod item solet esse in locis interpolatis, ea verba in Cod. R. ubi scribitur *quae est a te sec. libro explicata:* in eiusdem vero Cod. margine scriptum est: *ratio, quae est de natura deorum secundo libro explicata.* In Cod. L. d. est *secundo in libro.* In Cod. S. *ante* pro *a te. Mr.*

explicata] Videlicet *ratio,* i. e. disputatio, tractatio, *quam* exposuisti secundo de N. D. libro, vel *qualem* exposuisti: nimirum ad Stoicam rationem, cui Quintus in tota materia exponenda et defendenda divinatione potissimum insistit [*Stoice Stoicorum sententiam defendisti*, ait Marcus II. 3.]. Quid Epicurus sentiat de ea re, parum curat. Mihi quidem Hottingeri emendatio non plane necessaria videtur. *K.* — Mé quoque non tam rationes Hottingeri moverunt, satis contortae illae, quam inconcinnitas scriptionis *quae est — quae — est,* ingrataque eiusdem constructionis repetitio, accedente librorum nón plane contemnenda auctoritate. Cod. S. *explanata* pro *explicata. Mr.*

Quam si obtinemus,] Cod. M. omittit *si.* Cod. R. habet *obtinebimus.* Cr. *optinemus,* ut scriptum est in Codice librorum de Rep. ab A. Maio repertorum. V. Niebuhrii conspectum orthographiae codicis Vaticani pag. ult. *Mr.*

Stabit illud, quod hunc locum continet] Vulgo *stabit illud* quidem,

locum continet, de quo agimus: Esse deos, et eorum providentia mundum administrari, eosdemque consulere rebus humanis, nec solum universis, verum etiam singulis. Haec si tenemus, quae mihi quidem non videntur posse convelli; profecto hominibus a diis futura significari necesse est.

52. Sed distinguendum videtur, quonam modo. Nam
118. non placet Stoicis, singulis iecorum fissis aut avium cantibus interesse deum: neque enim decorum est, nec diis

quod hunc locum continet. Sed tertiam vocem non agnoscunt Paris. Med. Balliol. et Cantab. eaque temere videtur intrusa. *Dav.*

stabit illud,] Non agnoscunt *quidem*, quod vulgo minus bene hic additur, Codd. L. b. c. d. Cr. R. P. M. U. et abest idem ab Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. et Codd. Oxonn. E. et U. Defendere tamen aliquis posset additum *quidem* post *illud*, ut diceret, *quidem* addi, ut vis elocutionis augeatur (vid. Tursellin. de Particull. p. 848.), nec vero ut eius vis limitetur, quod fieret, si scriptum esset *stabit quidem illud.* In seqq. scribitur *hunc locum* in Codd. Cr. L. b. c. d. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav.; in rell. *locum hunc.* Quae sequuntur *de quo* absunt a Cod. R. Ed. Vict. *eosdem* pro *eosdemque.* Cod. R. in seqq. exhibet *verum etiam et singulis:* mox *quae quidem mihi:* utrumque male: in fine capitis idem cum S. *significari futura.* Ad rem conf. Bakium in Posidonii Stoici Reliquiis p. 45. sqq. *Mr.*

A diis futura significari necesse est.] Quia, secundum Stoicos, *si dii sunt, est divinatio.* Vide supra c. VI. *Davies.*

Sed distinguendum videtur,] Brevius dictum pro: sed distinguenda sunt genera diversa et diversi modi significationis divinae declarandae. *Ern.* Non distinguenda sunt *diversa genera* et *diversi modi;* non enim diversa esse genera statuit Q. Cicero, sed, altero reprobato, unum tantum recipit. Ita explicaverim: distinguenda est ratio, qua deus hominibus, quae futura sint, significat: non singulis quasi significationibus deus ipse interest, sed inde a principio ita constitutum est a deo, ut certis rebus certa praecurrant signa. Neque Hott. recte intellexit locum, dicens: „Hoc vult Quintus, haud perinde esse, quonam modo dicas deos hominibus futura significare. Nam, ut recte Stoici statuant, parum decorum esse, deum singulis iecorum fissis cet. interesse.“ *K.*

Nam *non placet Stoicis*] A vulgatis abest prima vox, quam nos ex Paris. Med. Balliol. Ven. 1471. et Victor. repraesentamus: et sane habet quod hic agat. *Dav.*

Nam non placet Stoicis] Addidi *Nam* e MS. Guelf. et Edd. vett. In MS. reperit et iam recepit Davisius. *Ern.* Habent *Nam* Codd. Oxonn. nostrique L. a. b. c. d. P. R. Cr. M. U. Edd. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Crat. Herw. Sturm. Sed quod ait Rath., primum Lambinum omisisse *nam*, in eo falsus est: abest enim ea vox iam ab Edd. Steph. et Boul., quae ante Lambinianam comparuerunt. Receperunt *nam* post Dav. et Ern. etiam Bip. Hott. et Sch. *Mr.*

singulis iecorum fissis] Vocem *fissa* explicamus supra ad I. 10. Nicephorus ad Synesium de Insomniis fol. 358. — *οὐ πᾶσι δὲ τοῖς σπλάγχνοις οἱ μάντεις ἐχρῶντο πρὸς δήλωσιν τῶν ἐσομένων, ἀλλὰ τῷ ἥπατι μόνῳ.* Vid. Elmenhorst. ad Appuleium de Deo Socratis p. 160. ed. Bosschae, haec: „Enimvero cum Aulide desidibus et obsessis ab ventis, ac taedio abnuentibus difficultati belli, et facultas iti-

dignum, nec fieri ullo pacto potest: sed ita a principio inchoatum esse mundum, ut certis rebus certa signa praecurrerent, alia in extis, alia in avibus, alia in fulguribus, alia in ostentis, alia in stellis, alia in somniantium visis, alia in furentium vocibus. Ea quibus bene percepta sunt, ii non saepe falluntur. Male coniecta maleque interpretata, falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscitia. Hoc autem posito atque concesso, p. 106. a.

neris et tranquillitas maris, et clementia ventorum, per fibrarum notas et alitum vias, et serpentium escas explorandae" etc. ubi doctissimus ille interpres etiam Cod. Theodosiani Lib. XVI. tit. X. leg. 9. ad partes vocat: „Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione iecoris extorumque praesagio vanae spem promissionis accipiat" etc. *Cr.* — Pro *iecorum* est *eorum* in Cod. L. d. *iecurum* in Cod. R. qui habet etiam *fibris* pro *fissis:* omisso, quod sequitur, *aut,* in marg. Pro *decorum est* Codd. S. M. habent *deorum est:* tum R. *neque diis. Mr.*

nec fieri ullo pacto potest,] Videmus inde, veteres, certe Stoicos, numen ubicunque praesens mente concipere non potuisse. *K.* Vid. tamen Nahmmacheri Theolog. Ciceronian. p. 97. in primis autem Pfanneri Systema Theologiae Gentilis purioris (4. Basil. 1679.) p. 105. sqq. ibiq. in primis Plotinum Enn. VI. 5. 4. Ἰδὲ δὲ, εἰ βούλει, καὶ τόνδε τὸν θεὸν οὐ πῆ μὲν εἶναι, πῆ μὲν οὐκ εἶναι φαμέν. Ἔστι γὰρ ἀξιούμενόν τε παρὰ πᾶσι τοῖς ἔννοιαν ἔχουσι θεῶν — ὡς πανταχοῦ παροῦσι, καὶ ὁ λόγος δή φησι δεῖν οὕτω τίθεσθαι. *Mr.*

a principio] Solus Hott. omisit *a*, ut id eo invito excidisse existimem. Verbum *inchoatum* bene explicat idem: „Non *inceptum*, sed ita *descriptum* ac constitutum": eam rerum causarumque inter se factam esse [a principio] coagmentationem." Sequitur in Codd. L. d. S. *mundum esse.* Mox R. *praecurrant:* quod stare posset, si praecederet: *sed ita constitutum esse mundum. Mr.*

fulguribus] Ita rursus rescripsi pro *fulgoribus,* eadem, qua c. 49., ratione motus. Et habent *fulguribus* Codd. Oxonn. O. U. ψ. nostri L. a. b. c. d. Cr. P. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Sturm. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. Ern. Bip. Oliv. Sch. Verba *alia in stellis* desunt in Cod. L. d. In Cod. R. post *ostentis* sequitur: *alia in momentis, alia in stellis.* Mox L. d. *in vocibus furentium.* M. *in furentium motibus.* Verba *alia in avibus — in ostentis* desunt in Cod. S. *Mr.*

Ea quibus bene percepta sunt,] Cod. R. *Ea a quibus.* Sed v. de constructione *quibus percepta sunt* praecipientem Ruddimannum Inst. Gramm. Lat. II. p. 98. not. 68. ed. Stallb. Vocem *sunt* omittit Cod. M. Scripsi autem *ii* pro *hi* quod dedit Dav., ex Codd. nostris omnibus excepto R. et Edd. plerisque, exceptis Asc. 2. Car. Steph. et Sturm. Plane abest hoc pronomen a Cod. L. a. *Mr.*

Maleque interpretata] *Agellio* in mentem fuit hicce locus, cum *interpretata* significatione passiva dixisse *Tullium in libro primo de Divinatione* memorarit N. A. XV, 13. *Dav.*

maleque interpretata] Adde, quae collegit talium participiorum exempla Ochsnerus ad Oliveti Eclogg. Ciceronn. p. 79. sq. Ruddimann. l. c. I. p. 299. Cod. R. *male* pro *maleque:* idem: *non vitio rerum.* U. *non rerum vitium.* Pro *interpretum* est *interpretantium* in Cod. L. d. *Mr.*

interpretum inscitia.] Vulgo *inscientia.* Sed culpat et vituperat interpretes, qui male coniiciant maleque interpretentur, quare rescripsi *inscitia,* ut est in Codd. Cr. P. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Brut.

esse quandam vim divinam, hominum vitam continen-
tem; non difficile est, quae fieri certe videmus, ea qua
ratione fiant, suspicari. Nam et ad hostiam deligendam
potest dux esse vis quaedam sentiens, quae est toto con-
fusa mundo: et tum, ipsam cum immolare velis, exto-
rum fieri mutatio potest, ut aut absit aliquid, aut super-
sit: parvis enim momentis multa natura aut affingit, aut
119. mutat, aut detrahit. Quod ne dubitare possimus, ma-
ximo est argumento, quod paullo ante interitum Cae-

Boul. Sylb. Quid vero intersit inter *inscitia* et *inscientia* egregie exposuit Gernhard. ad Cic. Paradox. III. 1. 2. in Excursu p. 298 — 302. *Mr.*

vim divinam, hominum vitam continentem;] Cod. S. *divinam vim.* Codd. Cr. et R. *vim hominum divinam vitam continentem. Mr. Continentem* est i. q. complectentem. Videtur intelligendum de cognatione i. e. coniunctione, contagione, divinorum animorum. I. 49. nimirum de humani animi cum mente divina, qua omnia sunt repleta, cohaerentia. *K.*

non difficile est] Cod. R. *eaque qua* pro *ea qua:* tum in marg. *non est difficile suspicari rationem ea que fieri certe videmus.* Cod. L. b. *ea quae* et ita Ed. Sturm. Mox R. *Nam ad,* omisso *et:* tum *diligendam* pro *deligendam:* pro eo habet Cod. M. *disiungendam.* S. *dirigendam. Mr.*

Vis quaedam sentiens, quae est toto confusa mundo] Pro Pythagoreorum aliorumque philosophorum sententia

— *Caelum, ac terras, camposque liquentes,*
Lucentemque globum Lunae, Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet,

ut loquitur *Virgilius* Aen. VI, 724. Vide *Lactantium* Div. Inst. lib. VII. cap. 3. et *Iust. Lipsium* Phys. Stoicae lib. I. capp. 7. 8. Ille autem *elementorum omnium Spiritus, utpote perennium corporum praesentiendi motu semper et ubique vigens, ex his, quae per disciplinas varias adfectamus, participat nobiscum munera divinandi — — Hinc extis pecudum attenti fatidicis, in species converti suetis innumeras, accidentia sciunt.* Verba sunt *Ammiani Marcellini* XXI. 1. *Dav.*

vis quaedam sentiens,] Conf. infra II. 15. 35. In seqq. Cod. R. habet: *quae tota confusa est mundo.* Vocem *confusa,* quae item redit infra l. c., explicat Hott. „Mundum pervadens eique velut infusa"; laudatque Virg. Aen. VI. 726. *totamque infusa per artus mens agitat molem et magno se corpore miscet.* Confugiebat, ut videtur, ad poetam, ut simili certe voce (*infusa*) rariorem hunc vocis *confusa* usum illustraret. Sed eadem fere, qua hic, significatione dixit Cic. de N. D. II. 55. 137. *cibus — in eam venam, quae cava appellatur, confunditur.* Magis vero convenit de Orat. II. 79. 322. *est id quidem in totam orationem confundendum.* Pergit Cod. R. *et tamen:* P. S. *ipsum cum.* In marg. Edd. Lambb. est: fort. *et tum cum ipsam hostiam imm. Mr.*

cum immolare velis,] Aut *velis* ponitur pro *vis,* ut *cum,* si ad tempus refertur, cum coniunctivo etiam iungatur: aut *cum* est i. q. *si,* ut videtur paullo inferius positum, *cum — eae partes, — reperiuntur. K.* — Est nimirum modus potentialis ideo positus, quia de re, quae *fieri potest,* loquitur, neque vero de ea, quae fieri solet. — Quod mox sequitur *aut* ante *absit,* deest in Cod. L. d. *Mr.*

parvis enim momentis etc.] *Momenta* sunt causae motus atque effe-

saris contigit: qui cum immolaret illo die, quo primum in sella aurea sedit, et cum purpurea veste processit, in extis bovis opimi cor non fuit. Num igitur censes ullum animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse posse? Qua ille rei novitate perculsus, cum Spurinna

ctus cuiuscunque. Admodum similis est locus Philippic. v. 10. *minimis momentis-maximae inclinationes temporum fiunt.* Mox Cod. R. *quod non dubitare possumus, magno est argumento.* Pro *quod ne* Cod. M. habet *idem ne.* Ad verba convenit aliquantum de N. D. I. 1. 1. *ut magno argumento esse debeat* etc. *Mr.*

contigit] Cod. Cr. a pr. m. *contingit:* correxit altera. Mox Cod. M. *eo die* pro *illo die.* Mox idem *quo cum in sella:* deinde *in extis bonis.* R. *bovis optimi. Mr.*

paullo ante interitum Caesaris contigit:] Sic, non *interitu*, ut in vulgatis, habet MS. Guelf. item MS. in m. Ed. L. ediditque etiam tacite Davisius. Sed sic et Edd. vett. ut Ven. 1494. Mediol. Asc. Ald. Vict. etc. Fortasse casu littera ultima excidit in Ed. Grut. *Ern.* Iam videmus, quid Ernesto fuerit vulgata, quinam libri vulgati. Nullus plane liber MS. nulla ex omnibus Edd. quae ad manum sunt (sunt autem xxv.), neque prior neque posterior Gruterianâ, praeter hanc ipsam Hamburgi 1618. f. m. expressam, errorem illum, qui typographo debetur, exhibet; et tamen dicere sustinuit Ern. *in vulgatis* esse *interitu. Mr.*

In extis bovis opimi, cor non fuit] Ad hunc locum respicit *Plinius* H. N. lib. xi. §. 71. *Caesari Dictatori, quo die primum veste purpurea processit, atque in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis* (cor) *defuit. Unde quaestio magna de divinatione argumentantibus, potueritne sine ullo viscere* (Leg. *sine illo viscere,* prout habent editi nonnulli) *hostia vivere, an ad tempus amiserit. Valerius Maximus* lib. I. cap. vi, 13. Accepimus Iul. Caesarem, *mactato opimo bove, cor in extis non reperisse: ac responsum ei a Spurinna haruspice, pertinere id signum ad vitam et consilium eius, quod utraque haec corde continerentur.* Vide *Plutarchum* in Caes. p. 737. nostrum infra lib. II. cap. 16. et *Iul. Obsequentem* de Prodig. cap. 127. *Dav.*

Num igitur censes] Cod. R. *non igitur censes.* Vocem *ullum* omittit idem; Cod. Cr. habet *illum.* Mox M. *habet* pro *habeat:* utrumque stare potest. Ad v. *quod sanguinem habeat* in Co. Vi. a. adscriptum est ἔναιμον. *Mr.*

Qua ille *rei novitate* perculsus — *postero die caput in iecore non fuit*] Reg. et Cantab. exhibent, *qua ille rei novitate perculsus* est — *postero* vero *die caput in iecore non fuit.* Sed illae voculae pro librariorum additamentis sunt habendae, nec in optimis MSStis visuntur. Legendum videtur, *qua* illo *rei novitate* perculso — *postero die caput in iecore non fuit;* nisi forte locutionum sit mistura, qualis in veterum monumentis non est infrequens. Vide doctissimum virum *Ioan. Clericum* Art. Crit. Part. II. S. I. cap. x, 10. seqq. et Interpretes ad *Aeliani* V. H. lib. II. cap. xi. *Dav.*

Qua ille rei novitate perculsus,] Reiecta Davisii emendatione Hott. ait commodius certe eum scripturum fuisse *qua ille rei novitate est perculsus*, quia *est* praecedente *e* facile potuerit absumi. Sed eiiciendum esse potius *ille,* tum ne oratio aliter progrediatur, quam instituta est, tum quia re vera Caesar ea re non admodum fuerit perculsus: esse enim apud Suetonium in Caesare 77. *Eo arrogantiae progressus est* (Caesar), *ut, aruspice tristia et sine corde exta sacro quodam nunciante, futura diceret laetiora, quum vellet; nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset:* [ubi de usu ambiguo locu-

diceret, timendum esse, ne et consilium et vita deficeret; earum enim rerum utrumque a corde proficisci.

tionis *cor defuisset* consulendus est Ern. Ed. Wolf. p. 98.]. Plaudit Censor, quem diximus, Ienensis: Meyerus item, interpres Germanicus. „At, ait Rathius, quaesierit quispiam, qui potuerit Spurinna perculsus esse, cum is ipse ex bovis extis cor demsisset? Esto autem: duo vel tria sunt, quae scrupulum iniiciunt, meque impediunt, quo minus correctionem amplectar. Primum non placet ἀπόδοσις illa: *postero die caput in iecore non fuit:* deinde, si voluisset, quod Hott. vult, Quintus, scripsisset potius: *qua rei novitate perculsus Spurinna cum diceret:* denique nullus liber huic coniecturae favet; in omnibus enim comparet pronomen *ille*. Scribamus igitur, ut historiae satisfiat: Qua *ille rei novitate non perculsus est, cum* [i. e. etiamsi] *Spurinna diceret, — a corde proficisci. Postero die caput in iecore non fuit. — Non* saepissime a librariis perperam vel intrusum vel eiectum est. *Est* addidi ex Codd. Reg. et Cantabr.“ Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 21. 54. emendat nostrum locum ita: *Qua illa rei novitate percussus:* non admodum feliciter, si quid video: neque eius usus exemplum afferre potuit. Quod enim ibi est: *Vir iste fuit ille quidem*, et similia loca, eorum alia est ratio. Et ipse isti emendationi non ita multum tribuisse videtur: nam cum eundem locum ad Acadd. II. 4. 10. laudaret, eius non meminit. Sch. tacitus locum transit. Ego vero in tanto omnium fere librorum consensu nihil muto. Concedo Ciceroni, ut negligentiore structura utatur, alio modo progrediens, quam instituerat: fero item eum a Suetonio dissentientem. Sed tamen in annotatione liceat coniecturam proponere, paullo audaciorem quidem illam, quam in contexta recipere non ausim, quamquam ea recepta et Cicero cum Suetonio in concordiam rediret, et orationis structura expeditior fieret. Conieci igitur a Cicerone profectum esse QVAILLERENONITAEST vel QVAILLERENOVANŌITAST *perculsus*, unde facile potuit fieri QVAILLEREINOVITATE *perculsus*. Quod si placeret, *cum* intelligerem, quasi dictum sit *quamquam:* v. Tursellin. de Particull. p. 190. Post *proficisci* plene distinxi: alii colon posuerunt. *Mr.*

perculsus] Hic sine dubio legendum *percussus:* cui saepe in libris male substituitur *perculsus*. *Ern.* — „*Percussus*, ait Hott., recte habet, si ad Spurinnam refertur: sin ad Caesarem, illud praestabat. Vid. Cortius ad Sall. Catil. 48. 2. Iug. 42. 1.“ Scriberem ego quoque *percussus*, si vulgatam sanam esse crederem: *perculsus* enim tum esset nimis graviter dictum. Sed cum non plane nihil tribuam coniecturae meae, quam in superiore annotatione proposui, ei commode convenire verbum *perculsus* video. Et tuentur eam lectionem Codd. Cr. U. P. L. c. et Edd. ante Ern. omnes, nisi quod in marg. Lambb. ex v. c. profertur *percussus*. *Mr.*

et consilium et vita] Prius *et* omittunt Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Sed tuentur reliqui. Mox Cod. R. *efficeret* pro *deficeret*. *Mr.*

Utrumque] Ascens. et Ven. 1471. *utraque*. Leg. *utramque:* ut exhibet Paris. *Dav.*

earum enim rerum utrumque] Non parui Davisio, neque paruerunt, qui post eum hos libros ediderunt, nisi quod Rathius in annott., suae editioni Davisianae praemissis, *utramque* probat, allata auctoritate duarum Edd. Ven. itemque Asc. et Hervagianae, quae habeant *utraque*, neglecta super litt. *a* lineola. Sed consulto omissam esse eam lineolam, et *utraque* pro neutro esse habitum, illud videtur significare, quod Edd. Crat. et Herw. *utrumque* habent in varr. lectt. Laudat Hott., ut neutrum post femininum excuset, nostrum de Div. II. 57. *ut ea non modo* etc. de Finib. IV. 10. *earum rerum* —

Postero die caput in iecore non fuit. Quae quidem illi portendebantur a diis immortalibus, ut videret interitum, non ut caveret. Cum igitur eae partes in extis non reperiuntur, sine quibus victima illa vivere nequisset; intelligendum est, in ipso immolationis tempore eas partes, quae absint, interisse.

Eademque efficit in avibus divina mens, ut tum huc, 53. 120.

quamplurima: Sall. Iug. 41. *earum rerum — quae prima mortales ducunt.* Addit Roosius de Off. II. 4. *rebus iis, quae sunt inanima:* Ita certe Heusing. Sed Gernh. et Beierus ibi rescripserunt *inanimae:* quos vide. Ego vero servavi neutrum, motus et auctoritate Codd. et loco Suetonii simillimo in Claud. 38. *Irae atque iracundiae conscius sibi, utrumque excusavit edicto:* quem locum cum multis aliis laudavit Ochsnerus ad Oliveti Eclogg. Cic. p. 44: ad eum Suetonii locum cf. Oudendorp. et Wolf. *Mr.*

Postero die caput in iecore non fuit.] Cod. R. *postremo — iecure.* Quid sit *caput iecoris* non satis certum esse ait Hott.; probabile autem esse, summam iecoris partem intelligendam esse. Conf. Schütz. Lexic. Ciceron. II. 1. p. 220. Cod. L. b. in seqq. habet *non ut non caveret.* Mox Codd. U. Cr. et M. *hae partes,* ut Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. In Cod. R. est *esse partes.* Tum Codd. Cr et U. *victima ulla* pro *victima illa:* R. *nequivisset* pro *nequisset.* In fine capitis est in Cod. M. *desint* pro *absint.* *Mr.*

Ut videret interitum non ut caveret] Nam *quae fato manent, quamvis significata non vitantur,* ut ait *Tacitus* Hist. I, 18. *Heliodorus* Aethiop. lib. II. p. 108. *Ὄμμα Κρόνιον εἰς τὸν οἶκον ἐνέσκηψε, τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μετάγον μεταβολὴν, ἣν ἐμοὶ σοφία μὲν προέφηνε, διαδράναι δὲ οὐκ ἔδωκε· τοὺς γὰρ μοιρῶν ἀτρέπτους ὅρους προϊδεῖν μὲν δυνατὸν, ἐκφεύγειν δὲ οὐκ ἐφικτόν.* Vide sis et *Amm. Marcellinum* XXIII, 5. pag. 391. *Dav.*

in ipso immolationis tempore] *In* additur, quia idem est ac si scriptum esset *in ipsa immolatione. K.* Vel, quod aiunt, inter ipsum immolationis actum. Ultimum capitis verbum scribitur in Cod. R. *interimisse. Mr.*

Eademque efficit in avibus] Exstat de Auspiciis Romanorum docta dissertatio *Schoepflini* in Commentt. Historr. et Critt. 4. Basil. 1741. pag. 145 — 170. *Mr.*

Efficit in avibus divina mens] *Xenophon.* *Ἀπομν.* lib. I. cap. I, 3. *Ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες, οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις — ὑπολαμβάνουσιν οὐ τοὺς ὄρνιθας, οὐδὲ τοὺς ἀπαντῶντας εἰδέναι τὰ συμφέροντα τοῖς μαντευομένοις, ἀλλὰ τοὺς Θεοὺς διὰ τούτων αὐτὰ σημαίνειν.* *Ammianus Marcellinus* lib. XXI. c. 1. *Auguria et auspicia non volucrum arbitrio futura nescientium colliguntur, (nec enim hoc vel insipiens quisquam dicet;) sed volatus avium dirigit deus, ut rostrum sonans aut praetervolans pinna turbido meatu vel leni futura praemonstret.* *Clemens* Alexandrinus Protrept. pag. 82. *Οἱ γάρ τοι δειλαῖοι τῶν ἀνθρώπων καὶ ἄθλιοι, διὰ μὲν κόρακος καὶ κολοιοῦ νομίζουσι τὸν Θεὸν ἐμβοᾷν.* Duplex tamen fuit hac de re sententia, quod patet ex *Origene* contra Celsum lib. IV. pag. 228. *Παρὰ τοῖς,* inquit, *παραδεξαμένοις εἶναι τὴν δι' ὀρνίθων μαντικὴν, οὐ συμπεφώνηται ἡ αἰτία τοῦ τρόπου τῆς μαντείας· ἐπειδήπερ οἱ μὲν ἀπό τινων δαιμόνων ἢ θεῶν μαντικῶν φασι γίγνεσθαι τὰς κινήσεις τοῖς ζώοις, ὄρνισι μὲν εἰς διαφόρους πτήσεις ἢ εἰς διαφόρους φωνὰς, τοῖς δὲ λοιποῖς εἰς τὰς τοιάσδε κινήσεις ἢ τοιάσδε· ἄλλοι δὲ θειοτέρας αὐτῶν καὶ πρὸς τοῦτ' ἐπιτηδείους αὐ-*

tum illuc volent alites: tum in hac, tum in illa parte se occultent: tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines. Nam si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino, membraque quocumque vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit; eaque ante efficit paene, quam cogitat: quanto id deo
121. est facilius, cuius numini parent omnia? Idemque mittit et signa nobis eius generis, qualia permulta historia tradidit; quale scriptum illud videmus: si luna paullo
b. ante solis ortum defecisset in signo Leonis, fore, ut

τῶν εἶναι τὰς ψυχάς. Praetermisso vocabulo αὐτῶν, legendum ἐπιτηδείους εἶναι τὰς ψυχάς, quod patet ex *Philocaliae* cap. XIX. pag. 243. Huc facit elegans historiola, quam ex *Hecataeo* narrat *Iosephus* contra Apion. lib. I. c. XXII. p. 1349. Nonnullas causas, cur hic honor alitibus detur, adsignat, dubitans licet et haesitans, *Statius* Thebaid. III. 482. seqq. *Davies.*

alites – oscines.] Utrumque verbum abesse posset, quia ante aves commemoratae sunt: sed eleganter adduntur nomina diversorum generum in auguriis: in volatu *alites*, in cantu *oscines*. *Ern.* Conf. etiam Auson. Popma de Different. Verbb. p. 524. sq. Pro *volent* Cod. R. habet *volitent:* idem omittit verba *tum in hac*. Pro *occultent* in Cod. Cr. est *exultent*. Vocem *parte* post *sinistra* ex superioribus irrepsisse existimabat Rathius. Fieri potest, ut ita factum sit; ea certe deleta nihil deest: sed sine libris nihil novandum. Pro *oscines* in Cod. R. est *ostiles*. *Mr.*

Nam si animal omne,] Cod. L. b. *nam si omne animal*. Mox R. *sui motu corporis*. Tum pro *quocumque* Codd. L. b. et U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt. habent, quod nos edimus:) Car. Steph. (sed hic ex vet. cod. enotavit *quocunque*) Brut. Ald. Sylb. Boul. Lamb. Goth. habent *quo*. Cod. R. *flectat* pro *flectit; detrahit* pro *contrahit; contingat* pro *cogitat*. Ad haec bene monuit Hott., intelligendum esse hunc locum de instinctu quodam obscuro, cuius ipsa sibi vix satis sit conscia [voluit, opinor, *ipsum — conscium*, sc. animal:] Cogitationem itaque dici pro impetu certo ac destinato. Mox Cod. M. omittit *id* ante *deo*. *Mr.*

Idemque mittit et signa nobis] Posuit h. l., quod ceteroqui Ciceroni rarissime usurpatur, *et* pro *etiam*. Ante *qualia* subaudi *talia*. *K.* — De locis, quibus Cicero *et* posuit pro *etiam* nuper disputavi ad Cic. Tuscull. IV. 4. 8. in Prolusione quae inscribitur: Symbolae Criticae ad aliquot Ciceronis de Finn. et Tuscc. loca (Ulmae 1825.) p. 18. sq. Sed potest etiam videri hic locus iis annumerandus, quibus Cicero, cum instituit sermonem, quasi dicturus *et — et*, postea, pluribus, quam animo praeceperat, interpositis, abiecta prius cogitata structura, ἀνακολούθως pergit. Ita hoc loco fortasse voluit: *mittit et signa nobis — et somnia:* sed cum plura interposuerit *signorum* exempla, neque voluit neque potuit commode in inchoata constructione pergere, scripsitque, denuo incipiens: *Ut igitur, qui se tradet quieti — vera cernit in somnis*. Eius constructionis ἀνακολούθου exemplum monstravi ad Cic. de Rep. I. 3. p. 16. — Vocem *nobis* omittit Cod. R.; idem mox pro *tradidit* habet *traddit*, et circa finem cap. *traddet* pro *tradet*. Cod. L. b. *quare* pro *quale*. R. omittit *illud* post *scriptum*. Mox L. c. habet *paullo luna ante*. R. post *Persae* exhibet *et ab*. S. *ante defecisset solis ortum*. *Mr.*

armis Darius et Persae ab Alexandro et Macedonibus vincerentur, Dariusque moreretur; et, si puella nata biceps esset, seditionem in populo fore, corruptelam et adulterium domi; et, si mulier leonem peperisse visa esset, fore ut ab exteris gentibus vinceretur ea res publica, in qua id contigisset. Eiusdem generis etiam illud est, quod scribit Herodotus: Croesi filium, cum esset infans, locutum: quo ostento regnum patris et domum funditus

Macedonibus vincerentur] Vulgo *Macedonibus* proelio *vincerentur:* sed, *armis* paullo ante positis, vox illa plane fuit supervacanea; quapropter eam, fide Codicis Balliolensis, delevimus. Huius autem Eclipseως meminère plurimi. Vide *Ioan. Freinshemium* ad *Curtii* lib. IV. cap. x, 2. *Davies.*

ut armis — proelio vincerentur,] Delevit auctore MS. Davisius *proelio:* sane redundat, cum ante iam sit *armis*. Poterat utrumque abesse, sufficiebatque *vincerentur. Ern.* — Verum est, et *armis* poterat abesse, et *proelio:* ego vero neutrum loco moveo. Ut in formulis universe, ita in oraculis, vaticiniis, somniorum interpretationibus et rebus similibus locum habent expositiones et explicationes eiusmodi accuratiores. *Vinci* etiam potest aliquis alio quoque modo, quam *armis. Armis* autem *vinci* potest aliquis, nec tamen *proelio. K.* Non potui a me impetrare ut reducerem *proelium.* Nam etiamsi vel maxime concessero, *vinci* posse aliquem non tantum *armis*, et non omnes, qui *armis* vincantur, *proelio* quoque vinci; desidero tamen eum verborum ordinem, quo posita ista ferri possent. Ferrem aliquanto facilius si scriptum esset: *fore, ut armis proelioque Darius* etc. vel: fore, *ut armis Darius — ab Alexandro — proelioque vincerentur.* Eieci igitur *proelio* cum Lallem. Bip. Hott. (qui in Ernesti sententia erat) Schützio, qui perperam eam vocem a pluribus Codd. abesse scripsit. *Mr.*

peperisse visa esset] Codd. L. b. et R. *visa est:* posterior mox *vincerentur hae res publicae.* Cod. U. *vinceretur illa res publica:* et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Pergit R. *in quibus id contingeret.* Cod. S. habet *mulier parere leonem visa esset. Mr.*

Eiusdem generis etiam illud est] Vulgo *autem* additur ante *generis.* Quod in Edd. vett. non repertum delevi. *Ern.* — Quam dicit lectionem vulgatam, eam habent Codd. M. S. cum Edd. Car. Steph. Brut. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. In Cod. R. est *Eiusdem etiam generis illud est. Mr.*

Cum esset infans] *Infans* hic est ἄφωνος, mutus, elinguis; nam κωφός, quod *infanti* interpretando *Lambinus* adhibet, significationis est ambiguae et tam surdum quam mutum denotat. Hac autem de re Delphicum cecinerat oraculum,

Λυδὲ γένος, πολλῶν βασιλεῦ, μέγα νήπιε Κροῖσε,
Μὴ βούλευ πολύευκτον ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν
Παιδὸς φθεγγομένου. Τόδε σοι πολὺ λώϊον ἀμφὶς
Ἔμμεναι· αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον ἀνόλβῳ.

Vide *Herodotum* lib. I. cap. 85. et *Agellium* lib. v. cap. 9. *Dav.*

quo ostento.] Cod. R. *tum ostento.* Cave credas cum Schellero, v. *ostendo*, *ostento* esse ablativum substantivi. *Quo ostento* sunt ablativi absoluti, neque vero ablativi causales. Mox Cod. L. a. *concidisset.* Ad h. l. v. Henr. Stephan. Ciceronian. Lex. p. 188. *Mr.*

concidisse. Caput arsisse Servio Tullio dormienti, quae historia non prodidit? Ut igitur, qui se tradet quieti praeparato animo cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa et vera cernit in somnis: sic castus animus purusque vigilantis, et ad

Caput arsisse Servio Tullio dormienti] Eum, licet humili loco natum, *clarum fore visa circa caput flamma promiserat*. Hoc prodigium memorant permulti Scriptores, quorum loca indicabit *Ioan. Freinshemius* ad *Flori* lib. I. c. VI, 1. *Dav.*

Tullio dormienti,] Cod. Cr. *Tullo.* In seqq. Cod. U. et Ed. Asc. 1. omittunt *non* ante *prodidit*. *Mr.*

Se tradet quieti] Vulgo *se tradet ita quieti:* sed vocem illam plane superfluam praetermittunt Reg. et Cantab. quibus merito paruimus. *Davies.*

Ut igitur, qui se tradet quieti] Vulgo: *se tradet ita quieti.* Delevimus *ita,* quia est manifeste alienum, et in libris scriptis non est repertum a Davisio. *Ern.* Defendit voculam *ita* Wopkensius exemplis ex poetis, ex Seneca, ex novo testamento, ab hoc loco plane alienis, quae non debebat probare Hottingerus. Mihi ortum videtur *ita quieti* ex *itaque quieti,* vox autem *itaque* ex lectione variante vocis *igitur,* perperam et non suo loco in contextum recepta, deinde correcta. Potest etiam ortum esse *ita* ex syllaba posteriore verbi praecedentis, si forte scriptum esset in aliquo libro *tradet.* Abest etiam ista vocula a Cod. L. a. Eiici eam volebat Herelius quoque l. c. p. 185: eiecerunt Verb. Oliv. Bip. Sch. *Mr.*

praeparato animo cum bonis cogitationibus, tum] „Non placet, ait Hott., *animus praeparatus rebus ad tranquillitatem accommodatis.* Nam iis, quae sunt *extra animum,* animus *praeparari* vix recte dicitur. Itaque puto legendum : *cum praeparato animo bonis cogitationibus, tum rebus* etc." Debebat certe scribere: *cum praeparato bonis cogitationibus animo.* Plaudit censor Ienensis l. c., coniicit tamen vel mavult certe scriptum, ut rectior fiat oppositio: *tum corporibus ad tranquillitatem accommodatis. Animus,* ait, *saturandus est bonarum cogitationum epulis* (I. 29.); *corpus* autem *ad somnum proficiscentis ita iubet Plato esse affectum, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat:* vel, ut est c. 51., *ut, sopito corpore ipse* (animus) *vigilet.* — Roosius l. c. p. 19. „quidni, ait, iis quae *extra animum* sunt, animus *praeparari* dici possit? mire, ut notum cuilibet, in utramque partem afficiunt animum, quae *extra* ipsum sunt." Herelius autem ait: non necessario pendere *rebus — accommodatis* a *praeparato:* utramque constructionis partem per se esse spectandam: ut et animus bonis cogitationibus sit praeparatus, et ceterae res sint ad tranquillitatem accommodatae. Male Sch. scripsit et contra Codd. MSS. *tum bonis cogitationibus, tum rebus* etc. Qua de re nuper praeceperunt in libris suis grammaticis Zumptius §. 67. p. 276. sq. Ed. 4. et Ramshorn. §. 178. p. 512. sq. Ceterum cum Schützio faciunt Edd. Ald. Sturm. Brut. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Oliv. Pro *accommodatis* in Cod. M. est *pertinentibus;* quod est interpretis. Verba *tum rebus* absunt a Cod. R. *Mr.*

praeparato animo etc.] Non necessaria est Hottingeri coniectura. Est zeugma: ex voce *praeparato,* quae probe convenit *animo,* ad posteriorem elocutionis partem intellige *instructus. K.*

certa et vera cernit in somnis] Lamb. edidit *cernet:* nec vero quemquam habuit praeeuntem, nec sequentem. *Somniis* est in Codd. Cr. U. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Ald. pro *somnis. Mr.*

sic castus animus purusque vigi-

astrorum, et ad avium, reliquorumque signorum, et ad extorum veritatem est paratior.

Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, 54.
quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur, 122.
Esse divinum quiddam, quod δαιμόνιον appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, saepe revo-

lantis] Cod. R. *sic castus purusque animus vig.* Codd. S. M. *vigilantibus. Mr.* — Huc refer I. 49. *qui se a corpore avocent* etc. c. 50. *animus ita solutus — ut ei — nihil sit cum corpore:* et *corporibus non inhaerere:* et: *quorum animi, spretis corporibus, evolant* etc. *K.*

et ad astrorum — paratior.] Duo priora *et* omittit Cod. R.: in eodem deest *ad* ante *extorum*. Nescire se ait Hott., quid opus fuerit commemorare *exta,* postquam iam *reliqua signa* dixerat. Legendum igitur existimat: *et ad avium, et ad extorum, reliquorumque signorum:* vel *et ad astrorum* esse corruptam lectionem verborum *et ad extorum,* quae, sua sede pulsa, huc migraverint. Ceterum *animum ad signorum veritatem paratum* dici pro *animo ad signa recte animadvertenda vereque interpretanda parato. Mr.*

et ad astrorum etc.] Eandem, quam Hott., transpositionem vult Rathius. Sed nihil mutandum. Haud ita rara sunt in scriptoribus Latinis eiusmodi ὕστερα πρότερα: v. c. *ad sapientiam obtinendam et adipiscendam:* praesertim hoc ferendum in dialogo, in quo eiusmodi negligentia suo loco est. In sermone enim familiari etiamsi *denique* dixeris, nihil impedit, quo minus addas, quae vel oblitus sis, vel oblitus esse videaris. *K.*

Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus] Haec verba Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 8. 24. ita explicat: ita vere accipiendum est illud, quod de Socrate legimus. In seqq. Codd. R. et M. habent *quoddam* pro *quiddam,* R. in marg. *divinum esse quoddam.* Cod. M. omittit *est. Mr.*

quod δαιμόνιον appellat,] Vide Claudii Fraguerii Diatribam *de Daemonio Socratis* in libro, cui titulus: Poetarum ex Academia Gallica, qui Latine aut Graece scripserunt, Carmina. Prodiit Parisiis anno 1738. *Olivet.* — Est haec diatriba cum duabus aliis *De ironia Socratis* et *de moribus Socratis* ad calcem P. D. Huetii et Cl. Fr. Fraguerii Carminum. Paris. 1729. edita, p. 311 – 342. Scribitur autem *demon* in Codd. Cr. R.; *daemon* in Cod. L. d.; *daemonium* in Ed. Lamb.; *daemonion* in rell. Ego vero Graecis litteris hanc vocem describi malui, ut fecit Henr. Steph. in Cicer. Lex. p. 186. Tenendum autem δαιμόνιον esse Ciceroni h. l. adiectivum, ut Platoni. Vid. Stallbaum. ad Platon. Euthyphron. p. 14. In Co. Vi. a. laudatur Plat. Phaedr. [c. 20. init. ed. Ast.] Add. Ast. ad Plat. Sympos. XXVIII. p. 261. Baehr. ad Plutarch. Alcib. p. 160. *Mr.*

Numquam impellenti, saepe revocanti] Ipse Socrates apud *Platonem* in Theage pag. XI. *Ἔστι γάρ τι θείᾳ μοίρᾳ παρεπόμενον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον· ἔστι δὲ τοῦτο φωνὴ, ἣ, ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπὴν, προτρέπει δὲ οὐδεποτε. Aelianus* V. H. lib. VIII. c. 1. *Ἔλεγε δήπου Σωκράτης περὶ τοῦ δαιμονίου τοῦ συνόντος αὐτῷ πρὸς Θεάγην καὶ Δημόδοκον καὶ πρὸς ἄλλους πολλοὺς, φωνὴν πολλάκις ἔφασκεν ὁσίαν πομπῆς* (Legas et distinguas velim, *πρὸς ἄλλους πολλούς. Φωνὴν πολλάκις ἔφασκεν ὩΣ ΘΕΙΑι ΠΟΜΠΗι*) *ἐγκεκληρωμένην αὐτῷ· ἥπερ, ὅταν γένηταί μοι, φησὶ, σημαίνει, ὃ μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπὴν, προτρέπει δὲ οὐδέποτε. Clemens Alexandrinus* Strom. lib. I. pag. 368. *Τῷ Σωκράτει τὸ δαιμόνιον αἴτιον ἦν, οὐχὶ ΜΗ κωλύον, ἀλλὰ προτρέπον,*

canti. Et Socrates quidem (quo quem auctorem meliorem quaerimus?) Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum; postea quam exposuit, quae sibi videbantur, *Et nostrum quidem*, inquit, *humanum est consilium; sed de rebus et obscuris et incertis ad Apollinem cen-*

εἰ καὶ μὴ προέτρεπεν. Locus est corruptus, quem facile sanes, si modo reponas *οὐχὶ ΜΟΝΟΝ κωλύον*, argutias enim, ut solet, captat *ὁ Στρωματεύς*. Nota sunt quae de Socratis genio scripsere *Plutarchus*, *Maximus Tyrius*, et *Appuleius*. Adi vero praestantissimi viri *Ioan. Clerici* Silv. Philol. cap. III, 7. seqq. licet fortasse non deerunt, qui *τὸ Σωκράτους δαιμόνιον ὡς πλάσμα χλευάζουσιν*. Verba sunt *Origenis* in Celsum lib. VI. pag. 280. Quin et *τὶ δαιμόνιον αὐτῷ σημαίνειν ἔφασκεν, ἢ σπουδάζων ἢ διαπαίζων, ὡς ἔνιοι λέγουσιν.* Auctor est *Iosephus* in Apionem lib. II. cap. 37. pag. 1387. ed. Hudson. *Davies*.

numquam impellenti, saepe revocanti.] Verbo moneo, locum, quem Dav. apud Clem. Alex. Strom. I. p. 368. in annot. praeced. corrigere aggressus est, ab Hemsterhusio, epistolâ ad Wopkensium (Lectt. Tull. p. 272. sq.) datâ, ita fuisse correctum: *οὐχὶ μὴ κωλύον, ἀλλ' ἀποτρέπον.* Sed nonne priora etiam sunt refingenda *οὐχί μὴν κελεῦον—?* *Mr.*

Sequereturne Cyrum] Mirum quod Paris. Med. Balliol. Reg. Cantab. aliique Codices habeant *sequereturne Epicurum*. Eo tamen ducunt, ut *Cicero* scripsisse videatur, *sequereturne* ipse *Cyrum*. *Davies*.

sequereturne Cyrum;] *Epicurum* habent etiam Codd. Cr. L. b. c. d. S. P. R. U. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed duae posteriores *Cyrum* habent in varr. lectt. Ad rem conf. Henr. Steph. in Ciceroniano Lex. p. 184—186. Camerarium dedisse ait Rath. *sequereturne et ipse Cyrum*. Cod. S. habet *quemque auctorem*. In Copp. Victt. a. praeter Xenophontis (Anab. III. 1. 5.) illum a Victorio in Varr. Lectt. comparatum locum, citantur Pausanias in Eliac. [L. V. c. 6. §. 4.] et [Diog.] Laert. [L. II. segm. 49. sq. p. 110. ed. Meibom.] *Mr.*

postea quam exposuit, quae sibi videbantur,] Codd. L. b. c. d. Cr. R. P. *ipsi* pro *sibi*; quod est correctoris. Cod. S. *ei*: idem omittit *quidem*. *Mr.*

Et nostrum quidem] Audiatur ipse *Xenophon* de Exped. Cyri lib. III. cap. I. §. 5. *Ὁ μέντοι Ξενοφῶν — ἀνακοινοῦται Σωκράτει τῷ Ἀθηναίῳ περὶ τῆς πορείας. Καὶ ὁ Σωκράτης ὑποπτεύσας, μή τι πρὸς τῆς πόλεως οἱ ὑπαίτιον εἴη Κύρῳ φίλον γενέσθαι — συμβουλεύει τῷ Ξενοφῶντι, ἐλθόντι εἰς Δελφοὺς, ἀνακοινῶσαι τῷ θεῷ περὶ τῆς πορείας.* Hunc locum cum narratione *Ciceronis* olim contulit *Petr. Victorius* Var. Lect. lib. VIII. c. 22. *Dav.*

Et nostrum quidem] Cod. R. omittit *Et*: idem mox exhibet *humanum consilium esse*, pro *humanum est consilium*. Voculam *et* ante *obscuris* omittunt Codd. R. et L. d. In marg. Cod. R. est: *de rebus incertis et obscuris*. Hott. ad h. l.: „Vocem *Et* ante *nostrum* abesse malim. Cui enim non ingrata accidit haec repetitio: *Et Socrates quidem — Xenophonti — et nostrum quidem, inquit —?*" Hottingeri sententiae, ut vides, favet Cod. R., cui tamen in omittendis vocibus parum est auctoritatis: quot enim verba plane necessaria idem omittit! Neque ego isti voculae litem moveo: prius enim *Et* est Quinti narrantis, posterius Socratis loquentis. *Mr.*

De rebus et obscuris et incertis] Reg. et Med. omissa priore coniunctione, dant *de rebus obscuris et incertis*. Recte, nisi fallor. *Dav.*

de rebus et obscuris — de maioribus rebus] Utitur hoc loco Goerenzius ad firmandam lectionem Acadd. II. 4. 10. *nota enim mihi res est —*

seo referendum: ad quem etiam Athenienses publice
de maioribus rebus semper retulerunt. Scriptum est 123.
item, cum Critonis sui familiaris oculum alligatum vidis-
set, quaesivisse, quid esset: cum autem ille respondis-
set, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus p. 106.
esset, in oculum suum recidisse: tum Socrates, „Non a.
„enim paruisti mihi revocanti, cum uterer, qua soleo,
„praesagitione divina." Idem etiam Socrates, cum apud

nam — illum audiebam — eadem de re etiam saepius. Mox Cod. P exhibet *referundum*, ut edidit Dav., ceterum in reducenda scriptione antiquata non admodum constans. Vocem *ad* ante *quem* omittit Cod. U. Scribitur *et* pro seq. *etiam* in Cod. R., qua permutatione nihil est facilius. Scribitur enim v. c. in Cod. nostro Cr. *et* siglâ *&*, *etiam* siglâ *&*. Cod. S. *persaepe* pro *semper*. In seqq. Cod. R. habet *scriptum est enim* pro *scriptum est item:* tum: *Critonis familiaris sui.* Ad v. *de rebus obscuris* cit. in Copp. Victt. a. Xenoph. [Memorab. I. 1. 6.] *περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο, μαντευσομένους ἔπεμπεν, εἰ ποιητέα.* Sed pro *ὅπως* Victorius habet *πῶς ἂν*, moxque *μαντευομένους. Mr.*

Oculum alligatum *vidisset*] *Lambinus* hic *obligatum* frustra reponit, cum receptam lectionem praestent MSSti, et proba sit illa, non minus ac haec, loquendi ratio. Vide nos ad Tuscul. II, 16. *Dav.*

oculum alligatum] Cod. L. d. *oculum vidisset alligatum.* Cum in marg. Edd. Lambb. scriptum sit: fort. *obligatum:* Dav. et Gronov. ad Livium VII. 24. existimabant, Lambinum ita emendasse. Sed in Ed. pr., quae sola Lambinianum textum exhibet, ut ipse edi voluit, neque hic, neque Tuscc. II. 16., Lambinum aliquid correxisse monet Rathius. Ceterum ne cui in mentem veniat, contra libros scribere *obligatum*, laudavisse sufficiat nobis Vorstium de Latinitate selecta p. 127. sq., qui huius usus, vulgo neglecti, plura exempla attulit, neque nostrum locum praeteriit. In seqq. Cod. U. omittit *in* ante *agro.* Cod. R. exhibet *ramulum abductum ut esset remissus.* Verba *quaesivisse* usque ad *respondisset* desunt in Cod. S. Idem pergit *magno ambulanti Romulum. Mr.*

In oculum suum *recidisse*] Vocem penultimam, iubentibus MSStis, revocavimus: nihil enim erat causae, cur eam praetermitterent editores. *Dav.*

in oculum suum recidisse:] Vocem *suum* habent Codd. nostri omnes, excepto M.; tuentur eandem Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Verb. Oliv. Hott. Sed tamen ego ea cum Hott. haud difficulter carerem, cum ex participio *ambulanti* intelligi possit *sibi.* Pergit Cod. R. *tum Socrates inquit.* Quod sequitur *non enim paruisti*, elliptice dictum est pro: *merito id tibi accidit; quia non paruisti.* Significatur hoc addito *enim*, quod perperam omissum est in Cod. M., in quo item desunt verba *cum uterer — divina. Mr.* Ita Graeci saepe ponunt *γάρ. K.* — Exempla vide apud Hoogeveenium de Particull. p. 129. sqq. Pro *praesagitione* Codd. Cr. et L. b. c. habent *praesagatione.* Pro *Delium* male Codd. nostri omnes *Duellium.* Et ita Ed. Asc. 1. *Duelium* est in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Cod. R. *duellum.* Copp. Victt. b. ex Cod. Ven. *Delium,* in Copp. Victt. a. laudatur Plat. Lach. 848. [Ed. Ald. — Bip. T. v. p. 165: *ἐν γὰρ τῇ ἀπὸ Δηλίου φυγῇ μετ' ἐμοῦ συνανεχώρει*] Simplic. *εἰς κατηγ.* p. 86. [Ed. Venet. ann. 1499. l. 10. sq. *ὁ γὰρ ἄνθρωπος, οὔτε ἄλλου ἀνθρώπου μᾶλλον ἄνθρωπος, οὔτε αὐτὸς ἑαυτοῦ. ἀλλ' οὐδὲ ὁ σωκράτης τῆς ἐν ἀκαδημίᾳ μᾶλλον σωκράτης ἢ ἐν δηλίῳ.*] Add. Liban.

Delium male pugnatum esset, Lachete praetore, fugeretque cum ipso Lachete; ut ventum est in trivium, eadem, qua ceteri, fugere noluit. Quibus quaerentibus, cur non eadem via pergeret, deterreri se a deo dixit. Tum quidem ii, qui alia via fugerant, in hostium equitatum inciderunt. Permulta collecta sunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt. Quae praetermittam: tibi enim nota sunt: mihi ad commemoran-

Apolog. Socr. T. III. p. 54. 14. Aelian. V. H. III. 17. VII. 14. Diog. Laërt. II. 22. Buttmann. ad Platon. Criton. p. 101. Baehr. ad Plutarch. Alcib. p. 98. sq., qui in primis de Delia clade consulendus est. *Mr.*

Fugeretque cum ipso Lachete] Antisthenes quidem Cynicus Socratem in ista pugna *τὰ ἀριστεῖα λαβεῖν* scripsit; re vera tamen *ἅμα τοῖς πολλοῖς ἀσχημόνως ἔφευγεν*, ut ex *Herodoto* recte tradit *Athenaeus* lib. V. p. 215. Vide sis, inter alios, *Aristidem* Tom. III. pagg. 120, 324. *Dav.*

ut ventum est in trivium] Cod. R. *inventum* pro *ventum*: M. *veterum*: mox prior habet glossam *eadem via qua*. *Mr.*

Eadem, qua ceteri, fugere noluit] Personatus Socrates in Epp. ab *Allatio* editis Epist. I. pag. 6, 7. *Ἐν δὲ τῇ φυγῇ* (post Deliense proelium) *ἅμα πολλοὶ ὑπαπήειμεν, καὶ ὡς ἐπὶ διαβάσεως τινὸς ἐγενόμεθα, συνέβη μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον· ἐνέστην δὲ καὶ εἶπον, Ἄνδρες, οὔ μοι δοκεῖ ταύτην πορεύεσθαι, τὸ γὰρ δαιμόνιον* (Lege *τοῦ γὰρ δαιμονίου*) *μοι ἡ φωνὴ γέγονεν. Οἱ μὲν οὖν πλείους πρὸς ὀργὴν καὶ ὡςπερεὶ παίζοντος ἐμοῦ οὐκ ἐν ἐπιτηδείῳ καιρῷ, ὁρμήσαντες εὐθεῖαν ἐβάδισαν, ὀλίγοι δέ τινες ἐπέσθησαν* (Leg. *ἐπείσθησαν*) *καὶ τὴν ἐναντίαν ἐμοὶ συναπετράποντο, οἴκαδε δὲ πορευόμενοι διεσώθημεν· τοὺς δὲ ἄλλους ἥκων τις ἐξ αὐτῶν πάντας ἔφη ἀπολωλέναι· εἰς γὰρ τοὺς ἱππέας ἐμπεσεῖν τῶν πολεμίων ἐπανιόντας ἀπὸ τῆς διώξεως* etc. Eiusdem rei memoriam servavit *Plutarchus* de Socr. genio pag. 581. D. *Dav.*

deterreri se a deo dixit.] Cod. R. *dexterari se adeo dixit.* L. d. *deterreri a deo se dixit.* Verba *tum quidem ii* usque ad *non necessaria* desunt in Cod. R. Ex Ed. Man. Olivetus enotavit lectionem *perterreri se.* Est *perterreri* in Cod. nostro S. *Mr.*

Tum quidem ii, qui] Codd. P. et L. c. *Cum* pro *tum*. Pro *ii* Dav. edidit *hi*, quod in nullo plane libro, neque scripto neque edito, deprehendimus, nisi quod in Cod. Cr. est *hii*, quod non favet Davisio, sed nobis. *Mr.*

Permulta collecta] Sic legendum coniecit P. Victorius lib. X. Var. lect. cap. 7. recipitque Lambinus et Aldus Nepos. nam priores *coniecta*: quod et in omnibus nostris mss. *Grut.*

Permulta collecta *sunt*] Sic optime Cantab. et Reg. pro varia lectione, quemadmodum primus emendavit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. X. c. 7. Nam Paris. Med. Balliol. omnesque Codices, quos excussere viri docti, *coniecta* perperam repraesentant; unde *congesta* non inepte feceris. *Dav.*

Permulta collecta sunt] Copp. Victt. a. laud. Or. Philipp. V. 6. T. II. p. 115. Wernsd. *Collecta* confirmatur Copp. Victt. b. [ubi laud. II. 25.] Codd. nostris L. a. idque receperunt Car. Steph. Lamb. Sylb. et post Gruterum seqq. Brutus etiam probavit eam scriptionem, vere monens, nihil esse proclivius, quam scribere *coniecta* pro *cōlecta*. Hottingero displicet ter repetitum *sunt* et duplex *quae*. Quare concinnius, ut ait, ita nos legere iubet: *Permulta collecta sunt ab Antipatro, mirabiliter a Socrate divinata: quae praetermittam.* Hoc vero est

dum non necessaria. Illud tamen eius philosophi magnificum ac paene divinum, quod, cum impiis sententiis damnatus esset, aequissimo animo se dixit mori: neque enim domo egredienti, neque illud suggestum, in quo causam dixerat, adscendenti, signum sibi ullum, quod consuesset, a deo, quasi mali alicuius impendentis, datum. 124.

Equidem sic arbitror, etiam si multa fallant eos, 55. qui aut arte aut coniectura divinare videantur, esse tamen divinationem: homines autem ut in ceteris artibus, sic in hac posse falli. Potest accidere, ut aliquod

Ciceronem loqui docere. Ego post *divinata sunt* distinctionem posui maiorem: ita fortasse minus offendentur oculi auresque delicatiores. Verba *tibi enim nota sunt* desunt in Cod. M., eaque Cod. Cr. nonnisi in marg. habet, sed ab eadem manu. *Mr.*

Illud tamen eius philosophi] Cod. R. *Idem tamen*, superscripto *id:* mox *et paene*. Memorabilis est variata hoc loco et II. 2. orationis structura. Cum enim nostro loco dicat *Illud tamen — magnificum ac paene divinum, quod — dixit:* altero loco ait: *Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de philosophia litteris non egeant.* Similiter reperimus apud Ciceronem *accedit, quod* et *accedit, ut,* quae ita differunt, ut, si priore utaris, nova addatur ratio, si posteriore, secundarium quiddam apponatur, quod non sit negligendum. Similis est locutionum, quae locis laudd. leguntur, differentia. Vid. Ramshorn. Gr. Lat. p. 546. add. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 285. sq. *Mr.*

aequissimo animo se dixit mori:] Abest *se* a Codd. R. et L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. itemque pro *dixit* exhibent *duxit*. Posterius male. Prius non est contra usum Ciceronis et optimi cuiusque scriptoris. Ita noster in Orat. 12. 38. *in Panathenaico autem Isocrates ea studiose consecutum fatetur*. Sed hoc loco correxit Schütz. *studio se:* v. ei. annot. p. 151. ed. Lips. 1808. Or. pro Sull. 23, 65. *Ex illo tempore L. Caecilius — agrariae legi — intercessorem fore professus est.* Sed cave ex his et eiusmodi locis colligas, nostro quoque loco abesse posse pronomen reflexivum. Sunt enim in omittendo pronomine personali apud Acc. c. Inf. cautiones quaedam adhibendae, quas cum optime exposuerit Ramshorn. l. c. p. 482—484., hic repetere non est opus. *Mr.*

Neque enim domo egredienti] Socrates apud *Platonem* in Apolog. p. 868. F. *Ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξιόντι ἕωθεν οἰκόθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ Θεοῦ σημεῖον, οὔτε ἡνίκα ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ ἐπὶ τὸ δικαστήριον.* Et pag. 869. C. *Ἐμοὶ δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἤδη τεθνάναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦν μοι· διὰ ταυτὶ καὶ ἐμὲ οὐδαμοῦ ἀπέτρεψε τὸ σημεῖον.* *Davies.*

in quo causam dixerat,] Cod. R. *dixerit*. Non male: melius certe in hoc orationis obliquae tenore haec Socrati loquenti tribuuntur, quam Quinto Ciceroni interpellato Socrate narranti. Pro *consuesset* Cod. Cr. habet *consuevisset*. M. *consuesceret*. R. *cum surseeret*. Ad v. *suggestum* tenendum, usitatius posterioribus quartae declinationis vocabulum, *suggestus*, Ciceroni non fuisse usitatum. *Mr.*

Equidem sic arbitror] Cod. R. *Et quidem*. Vocem *sic* omittit Cod. L. d. Male. Neque est, quod exemplis al-

signum dubie datum pro certo sit acceptum: potest aliquod latuisse, aut ipsum, aut quod esset illi contrarium. Mihi autem ad hoc, de quo disputo, probandum satis est, non modo plura, sed etiam pauciora,
125. divine praesensa et praedicta reperiri. Quin etiam hoc non dubitans dixerim: si unum aliquid ita sit praedictum praesensumque, ut, cum evenerit, ita cadat, ut praedictum sit, neque in eo quicquam casu et fortuito

latis exponam, quoties Cicero declarandi particula utatur sequente acc. cum inf. Illud moneo, in particula *ita* hoc observatum esse a Tursellino (de Particull.) p. 481. sq. in particula *sic* p. 986. Idem Cod. non melius exhibet *fallunt* pro *fallant*. In seqq. Cod. R. *tamen esse*. Cod. M. *esse inde*. Cod. R. omittit omnia inde ab *artibus* usque ad *certo:* oculo nimirum scribae a *ceteris* ad *certo* aberrante. Pro *Potest* scribitur *Potest autem:* quod non admodum probabile est, cum mox sequatur *Mihi autem*. *Mr.*

potest aliquod — aut ipsum, aut quod esset illi contrarium.] Verba *potest aliquid latuisse* desunt in Cod. S. Sunt haec subobscura. Hott. ita explicat: fieri posse, ut aut signum aliquod obiectum ab eo, qui observaret, non sit animadversum, aut novum signum priori contrarium, illiusve vim aut significationem demum aperiens, ab eodem fuerit neglectum. Igitur *aut ipsum, aut quod* brevius dictum, pro *aut ipsum, aut aliud, quod*. Scribitur *aliquid* pro *aliquod* (signum) in Cod. R. *Mr.*

non modo plura, sed etiam pauciora] De hac constructione, et de hoc ipso loco, quo minus disputem, facit Beieri annotatio copiosa et accurata ad Cic. de Off. I. 21. 71. p. 165 —167. Adde *Schuppii* doctam prolusionem (Auctumn. 1825. Hanoviae 8.): *Untersuch. über d. Lat. Bindeformel non modo* (*non*) — *sed ne — quidem* p. 31. et 84. Hott. coniecit *non modo non plura*, et explicavit: non modo tot exempla, quot a me sunt commemorata, sed vel pauciora sufficiunt. Roosius l. c. p. 19: „*Non modo plura* generatim explicandum: *non modo multa* (*ne dicam multa*); sicut *sed etiam pauciora* idem valent, ac *pauca omnino*. De *commemoratis ab se exemplis* minime cogitandum puto.“ Censor Ienensis (1794. 272. p. 462.) distinctione mutationem loci supervacaneam reddi existimabat: nimirum si scribas: *mihi — satis est, non modo, plura, sed etiam, pauciora divine praesensa* etc. Rathius ad h. l. haec: „*Modo* παρέλκει, ut videtur. Constat hanc vocem olim exaratam fuisse compendiose *mō*, ut *non, nō*. Vide itaque, ne non sit vera haec huius particulae origo: sed a librariis etiam esse potest, qui crederent, *sed etiam* requirere *non modo*. Ernestus praetermisit *etiam* ante *pauciora*.“ Non Ern. tantum praetermisit eam vocem, sed etiam Cod. M. Edd. Asc. 1. Rob. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. *Mr.* — Locus videtur corruptus, fortasse ita corrigendus: *non plura* [i. e. non multa] *sed pauca:* vel transpositione: *ad hoc — probandum non quaero plura, sed satis est etiam pauciora. K.*

divine praesensa] Cod. R. *divina*. Pessime. *Divine* est i. q. divinando. Idem pro *non dubitans* habet *mō*. i. e. *modo dubitans*. *Mr.*

Si unum aliquid ita sit praedictum] Haec Cratippi fuit opinio, cuius argumenta vide supra cap. 32. *Dav.*

ut praedictum sit,] Vir quidam doctus de hoc loco disputans monuit me, ut non diutius paterer Ciceronem ita balbutientem: *si unum aliquid ita sit praedictum — ut praedictum sit*, corrigeremque *ut praedictum, neque — quicquam — factum esse appareat:* ut sensus sit: *ut appa-*

factum esse appareat, esse certe divinationem, idque esse omnibus confitendum. Quocirca primum mihi videtur, ut Posidonius facit, a deo, de quo satis dictum est, b.
deinde a fato, deinde a natura, vis omnis divinandi ratioque repetenda. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Graeci *εἱμαρμένην*, id est, ordinem seriemque causarum, cum causa

reat praedictum esse re vera, neque — quicquam casu esse factum. In quem errorem ne quis praeter illum alius incidat, verbo moneo, *ut praedictum sit* intelligendum esse, quasi dixerit: *plane ita cadat, quemadmodum praedictum sit, et ut in eo nihil* etc. Pro *neque in eo* Cod. R. habet *non eo:* idem mox *certe esse* pro *esse certe. Mr.*

idque esse omnibus confitendum.] Cod. M. *id quod esset.* Vocem *omnibus* omittit Cod. L. d.; eius loco Cod. U. habet supervacaneam plane glossam *hominibus*. Ed. Herw. *esse in omnibus*. Edd. Lambb. Goth. Brut. Boul. *idque esset o. c. Mr.*

Ut Posidonius facit] Adi quae diximus ad lib. II. cap. XI. *Dav.*

ut Posidonius facit] Cod. Cr. supra lineam habet *fecit*, in contextis, ut reliqui. Ad rem cf. Ian. Bake de Posidonio p. 46. Cod. S. *mihi primum quidem videtur, ut P. Mr.*

primum — a deo — deinde a fato, deinde a natura] Similis, et magis etiam memorabilis, est haec enumeratio de Invent. I. 28. 48. *primum*, quod factum est, —: *deinde, eius facti qui sint principes — qui denique — comprobatores —: deinde,* ecquae — sit lex, —: *deinde, natura eius —: postea, homines — an — consueverint; et cetera, quae — solent consequi.* — Pro *vis omnis* Codd. M. et L. b. *vis in somniis* et ita Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed duae posteriores in varr. lectt. habent *omnis*. Pro *repetenda* Cod. R. *reperienda*. M. *petenda est. Mr.*

ratio cogit fateri.] De duplici huius locutionis significatione exemplis allatis, neque hoc nostro loco omisso, disputat Bremius ad Cic. de Fato 16. p. 67. In Cod. R. scribitur *fateri cogit. Mr.*

Fatum autem id appello, quod Graeci εἱμαρμένην,] Vocem *autem* omittit Cod. L. d. Scribitur *himarmeem* in Cod. Cr., *humarmenidem* in Cod. R., *himarmenen* in Cod. U. et Ed. Asc. 1. Ad sententiam loci vid. Creuzeri Dionysium I. p. 72 — 74. eund. ad Cic. de N. D. I. 20. p. 92. ed. Cr. et nostr. mai. Baguet. de Chrysippo p. 94. sq. ibiq. laudd. *Mr.*

Ordinem seriemque causarum] Haec erat Stoicorum definitio. *Plutarchus* de Plac. Philos. lib. I. c. 28. *Οἱ Στωϊκοὶ (εἱμαρμένην λέγουσιν) εἱρμὸν αἰτιῶν, τουτέστι τάξιν καὶ ἐπισύνδεσιν ἀπαράβατον.* Adi sis *Iust. Lipsium* Phys. Stoicae lib. I. cap. 12. et *Aeg. Menagium* ad *Diogenis Laertii* lib. VII. §. 149. *Dav.*

id est, ordinem seriemque causarum,] Notissimum est illud vocis *εἱμαρμένη* etymon, a verbo *μείρω*, cuius perf. Pass. *μέμαρμαι* Attice dictum fuit *εἵμαρμαι:* Etymolog. M. p. 300. 25. Ed. Sylb. p. 272. ed. Lips. Etymolog. Gudian. p. 167. ed. Sturz. Etymolog. Orionis, p. 55. ed. Wolf. Phavorin. p. 75, 59. Hanc vero etymologiam hic non sequitur Cicero. Qua de re ita disputat Henr. Steph. in Ciceron. Lex. p. 200: „Vide ut Cicero *εἱρμὸν* seriem interpretatus sit. Graeci enim *εἱμαρμένην* definiunt *εἱρμὸν αἰτιῶν*. Sic et alibi saepe Cicero seriem pro continuatione et quadam velut colligatione accipit: quod optime nomini huic *εἱρμὸς* et eius etymologiae respondet. Idem tamen ad hanc fati definitionem alludens in libro de Fato [12.] ait: *An aliter haec enuntiatio vera esse non potest: capiet Numantiam Scipio:*

causae nexa rem ex se gignat. Ea est ex omni aeternitate fluens veritas sempiterna. Quod cum ita sit, nihil est factum, quod non futurum fuerit: eodemque modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum effi-
126. cientes natura contineat. Ex quo intelligitur, ut fatum sit non id, quod superstitiose, sed id, quod physice dicitur, causa aeterna rerum, cur et ea, quae praeterierunt, facta sint, et, quae instant, fiant, et, quae sequun-

nisi ex aeternitate causa causam serens hoc erit effectura? Sed hoc nemini mirum videri debet, quamvis alia sit Graecae, alia Latinae vocis notatio, eandem utriusque significationem esse.“ Pro *id est* Cod. R. habet nonnisi *id. Mr.*

cum causa causae nexa rem ex se gignat.] Ponitur hic Coniunctivus post *cum*, positum pro *dum*. Supra c. 52. ponitur *cum velis* pro *tum, quum vis. K.* Mihi videtur coniunctivus positus quasi in oratione obliqua. Quod dixit: *Fatum autem id appello*, cogitavit: *Fatum autem id esse dico, quod Gr. εἱμ., nimirum quum causa — ex se gignat*; ut *gignat* pendeat ab *esse dico*, quod in animo habuit, quamquam scripsit *appello*. Lectio valde variat. Cod. Cr. habet *causae causa nexa* et ita etiam Co. Vi. b. S. L. c. In R. est *causa causam*, omissis verbis *nexa rem:* et plane ita Codd. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. ut sit: *cum causa causam ex se gignat*. Ad rem conf. Creuzer. Dionys. I. p. 76. eund. ad Cic. de N. D. I. 15. p. 67. sq. ed. Cr. et nostr. mai. Creuzeri Progr. de Providentia Divina et de Fato (Heidelberg. 1806. 4.) p. 20. et 22. *Mr.*

Ea est — veritas sempiterna] Cod. M. *Et est*. — *Veritatem* h. l. explicat Hott. rerum illam necessitatem, quae rerum causarumque inter se nexarum et copulatarum sequatur connexionem. In seqq. Cod. R. exhibet *quod non fuerit futurum. Eodem modo*. Scribitur etiam *eodem* in Cod. L. b. Post *causas* in Cod. M. desunt verba *id ipsum*. Ad sententiam conf. Creuz. Dionys. p. 79. *Mr.*

Ex quo intelligitur, ut fatum sit non id,] Est eadem orationis structura, qualis, quae saepius reperitur apud nostrum, *sequitur*, *efficitur*, *ut. K.* — Similiter scripsit noster de Finn. v. 26. 78. *si Stoicis concedis, ut virtus sola — efficiat vitam beatam*. In Cod. M. scribitur: *intelligitur non id superstitiose, sed id quod physice dicitur ut fatum sit*. In Cod. R. omissum est *quod* ante *superstitiose*. Ad v. *id quod physice dicitur* conferat fortasse aliquis (Schützius certe; v. eius Lex. Cic. s. v. *physice*) Cic. de N. D. III. 7. 18. *quae a te physice dicta sunt:* ubi vero *physice* vocativus est, inter duas distinctiones ponendus. *Mr.* — Nos diceremus *sensu philosophico*. Conf. I. 49. *physica subtilitate. K.*

causa aeterna rerum] Cod. R. *externa* pro *aeterna*. Commode explicat Hott.: „causarum series s. rerum illud vinculum perpetuum, a proximis quibusque ad remotiora continuatum.“ In seqq. pro *cur et ea*. L. d. habet *cur ea*, omisso *et*. *Mr.*

quae praeterierunt, — instant — sequuntur,] Ad haec tria tempora referuntur a nonnullis tres Parcae, quae Fato designando saepe inserviunt in veterum anaglyphis aliisque monumentis. Vid. *Inghirami Monumenti Etruschi*, in commentario ad tab. VIII. *degli Specchi Mistici* pag. 165. *Cr.* — Cod. R. *praetereunt*. Verbis in principio annotationis positis ideo usus est, ne ingratus fieret sermo, si diceret: *cur et ea, quae facta sunt, facta sint, et, quae fiunt, fiant, et, quae futura sunt, futura sint. K.*

tur, futura sint. Ita fit, ut et observatione notari possit, quae res quamque causam plerumque consequatur, etiam si non semper: nam id quidem affirmare difficile est. Easdemque causas verisimile est rerum futurarum cerni ab iis, qui aut per furorem eas aut in quiete videant.

Praeterea cum fato omnia fiant, (id quod alio loco 56. 127.

Et, quae sequuntur] Forsan *et quae sequentur, futura sint.* Id certe congruentius videtur. *Dav.*

Ita fit — in quiete videant.] Haec omnia in Cod. R. omissa sunt. *Mr.*

Ut observatione] Vulgo *ut* et *observatione; sed coniunctionem* illam, hoc in loco prorsus inutilem, recte praetermittunt Paris. Med. Reg. Cantab. et Ven. 1471. *Dav.*

Ita fit, ut et observatione] Ita plerique libri, et scripti et editi, habent *ut et observatione:* et Hott. acriter defendit hoc *et*, dicens, eo notari enunciatorum progressionem, ita scilicet: *ex quo intelligitur, ut fatum sit — — Quod si ita est, porro intelligitur etiam illud, ut observatione* etc. Affert deinde ad usum particulae *et* pro *etiam* firmandum loca ex capp. 20. 30. 50. 58. de quibus nos quoque locuti sumus, partim aliquid, partim nihil huc facientia. Tu confer ea potissimum, quae ad c. 58. (*mittit et signa nobis*) annotavimus, et quos laudavimus de eo usu: quibus adde Beier. ad Cic. de Offic. I. 40. 142. p. 286. Creuz. ad Cic. de N. D. I. 39. p. 179. ed. Cr. et nostr. mai. Sed omnia illa, quae monuit Hott., accedentibus Co. Vi. b. Codd. et Edd. (praeter Cr. Asc. 1. 2. Crat. Herw.) omnibus, me non movissent, ut adderem voculam, cuius usum hac sententia Ciceroni non sine urgente causa esse inferendum caute monuit Orellius ad Or. pro Planc. 35. p. 203: nisi manifesto hic quoque locus iis esset annumerandus, quibus, quasi ἀνακολούθως, orationem incipit, quasi *et — et* scripturus, deinde, pluribus interiectis, mutato orationis cursu aliter pergit, quam instituerat. Ita hoc loco voluerat dicere: *Ita fit, ut et observatione notari possit, quid quamque rem sequatur, et rerum futurarum causae cernantur ab iis, qui aut per furorem eas aut in quiete videant:* sed cum interiecisset, quasi in parenthesi, ad priora limitanda: *etiamsi non semper: nam id quidem difficile est affirmare;* immutavit structuram perrexitque post plenam distinctionem: *Easdemque causas* etc. — In fine periodi cum Dav. dederit: *difficile est affirmare,* ego rescripsi cum Grut. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. *affirmare difficile est* ex Codd. Cr. U. M. L. a. b. c. d. S. *Mr.*

Verisimile est] Ordinem verborum et sententiam secuti, sic emendavimus, cum antea *verisimiles* legeretur. *P. Manucius.*

verisimile est] Hanc lectionem vel emendationem Manutii exhibent Codd. nostri Cr. L. a. P. et, praeter Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm., Edd. omnes. Cod. S. *per quietem. Mr.*

(*id quod alio loco ostendetur*)] „Cicero hic, ita Iortinus in Misc. Obs. p. 11. T. III. 1., ut credo, respexit ad librum *De Fato,* quem scribere animus erat. Vide *De Divinat.* II. 1. Sed cur haec verba in fratris ore posuit, cuius mentio in libro de *Fato* non invenitur?" Hott. sibi multo, ait, magis mirum videri, hic ea promitti, quae in ipso libro non praestentur, cum ibi non defendat fatum Cicero, sed quovis modo impugnet. Ne vero credamus, in deperdita libri parte ab alio quopiam fatum fuisse assertum, id ipsum Ciceronem c. 1. factum esse negare. Quare sibi verba ista a mala manu videri intrusa. Assentit Hottingero Rathius, laudatque praeterea de Finn. I. 21. IV. 28. V. 32. de Divin. II. 72. Pro *ostendetur* Cod. L. d.

ostendetur) si quis mortalis possit esse, qui colligationem causarum omnium perspiciat animo, nihil eum profecto fallat. Qui enim teneat causas rerum futurarum, idem, necesse est, omnia teneat, quae futura sint. Quod cum nemo facere, nisi deus, possit, relin-

ostenderes. Mr. — Mihi quidem videtur h. l. Cicero meminisse se scribere, neque vero, se non loqui. Quod vero hic promittit, quod re vera non praestitit, id et ab aliis factum est, et hodie quoque fit ab haud paucis. *K.*

Si quis mortalis *possit esse*] Haud aliter editio *Victorii*, cui accedit *Pithoei* liber, et quatuor Pall. et *Wowerianus*. Publicati, *siquis* modo talis *possit esse*. Gruterus. Ibid. Codicibus Gruterianis accedunt Paris. Reg. Med. Balliol. reliquique nostri. *Davies.*

si quis mortalis possit esse,] *Mortalis* habent Codd. nostri Cr. L. a. b. c. d. R. M. U. P. Edd. Crat. Herw. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Vict. Grut. et post eum omnes, praeter Olivetum. Mox Cod. R. *animo prospiciat.* L. d. *perspiciat initio.* Pergit R. *omnino nihil eum.* Pro *fallat*, qui est modus potentialis, est *fallit* in Cod. L. d.; *fallet* in Codd. R. L. b. P. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Oliv. Sed reliquorum ratio potior mihi visa est; et proclive est certe, corrigere coniunctivum, si quis eius significationem potentialem fortasse non sentiat. *Mr.*

Qui enim teneat] Cod. R. a manu sec. in marg. *tenet:* Cod. M. *teneas.* Coniunctivum posuit, quia animo scribentis obversabatur haec constructio: *Necesse est, eum, qui teneat causas rerum futurarum, tenere etiam omnia, quae futura sunt.* Vocem *est*, post *necesse*, omittit Cod. L. d. *Mr.* — *Qui enim teneat* est i. q. si enim quis teneat, vel: si quis enim talis est, ut teneat. *K.*

Quod cum nemo facere, nisi deus, possit,] *Facere* deest in S. Vocem *cum* omittit Cod. R. idemque exhibet *potest* pro *possit*. Scribitur *facere nemo* in Codd. P. U. Edd. Asc. 1. Rob. Steph. Brut. Sturm. Boul. Ald. Lamb. Goth. ordine non peiore vulgato. Cod. Cr. *quod cum nemo, nisi deus, facere possit.* Ad quae verba scriptor Codicis in marg. annotavit: *Qui sermo christiano conveniens. Mr.* — Observandum est, verbum *facere* positum esse pro *tenere*, quo etiam respicit. Qui usus est rarior. *K.* — Nimirum illud observandum, *facere* h. l., et aliis nonnullis significare universe actionem, de qua sermo fuit. Ita v. c. servus dicere possit: *mentitur dominus: cur ego non id faciam?* i. e. cur ego non mentiar? Sed illud singulare est, quod, cum *teneat* sit i. q. *sciat*, hoc quoque, quod non est actio, verbo *facere* significatur. Tenendum nimirum, verbum *teneat* ista significatione non fieri verbum neutrum, sed manere transitivum, poni significatione metaphorica, et re vera agere eum dici posse, qui, ut manibus, ita mente aliquid teneat. Explicare possis hanc locutionem ita quoque, ut dicas, passivam constructionem transpositam esse in activam, pro *Quod cum a nemine fieri, nisi a deo, possit.* Ceterum plane geminus nostro est locus de Finn. II. 12. 38. *anteponet eam* (sententiam), *quam — totius perfectione vitae locupletatam videbit. Quod eo liquidius faciet, si perspexerit* etc. ubi *faciet* respicit ad *videbit*, eiusque loco ponitur: *videbit* autem est i. q. intelliget, iudicabit. V. Goerenz. *Mr.*

Quod cum nemo facere — possit,] Ex Graecismo. Herodot. I. 29. — *Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὅς, Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα — ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο· αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι.* Varro de R. R. III. 16. 4. *Hae apes*

quendum est homini, ut signis quibusdam consequentia
declarantibus futura praesentiat. Non enim illa quae p. 107. a.
futura sunt, subito exsistunt; sed est, quasi rudentis
explicatio, sic traductio temporis nihil novi efficientis,
et primum quidque replicantis. Quod et ii vident,
quibus naturalis divinatio data est, et ii, quibus cursus
rerum observando notatus est. Qui etsi causas ipsas
non cernunt, signa tamen causarum et notas cernunt:
ad quas, adhibita memoria et diligentia, ex monumentis superiorum efficitur ea divinatio, quae artificiosa
dicitur, extorum, fulgurum, ostentorum signorumque
caelestium. Non est igitur, ut mirandum sit, ea prae- 128.

non sunt solitariae natura, ut aquilae, sed ut homines. Quod si hoc faciunt etiam graculi, ut non idem etc. *Cr.*

relinquendum est homini, ut etc.] Constructio est eadem, quae in locutione *relinquitur, ut* —, vel, quod ad sententiam, in *sequitur, ut* —. *K.* — Cod. Cr. *contingentia* habet in contextis, *consequentia* in marg. Eadem vox deleta est in Cod. R. In seqq. Cod. L. d. omittit *illa* post *enim*. In voce *rudentis*, rariore illa apud Ciceronem, haeserunt scribae: Cod. Cr. in contextis habet *videntis*, in marg. *al. prudentis:* Cod. R. *respondentis;* ubi vides correctorum, quos sibi admodum sapere visos esse credibile est, operam manumque adiutricem. *Mr.*

Sic traductio temporis nihil novi efficientis et primum quidque replicantis] Si recte iudico, commodius rescribatur, *sic traductio temporis: nihil novi* efficit *et primum quidque* replicat. *Dav.*

sic traductio temporis etc.] Minime necessariam esse Davisii correctionem, nemo, opinor, est quin videat: neque magis necessaria est Rathii emendatio, pro *et primum* coniicientis *sed primum*. In Cod. R. scribitur *sive traductio*, in L. a. *sic traditio*. Cod. R., partim Rathio favens, exhibet *sed primum quidem*. Ad v. *replicantis* Wytt. in schedis: „Legendum *explicantis*. Ovid. Met. x. 31.“ Ibi autem est:

———— *properata retexite fila.*

Ego vero in omnium librorum consensu, et cum sententia loci lectionem vulgatam minime respuat, auctoritati viri summi parere veritus sum. *Mr.*

Quod et ii vident, — et ii,] Cod. M. *quod etiam hi vident, — et hi.* Posterius *ii* abest a Cod. R. *Mr.* Verba *quibus — notatus est* significant i. q. *quibus artificiosa divinatio data est.* Scripsit ita variandae orationis causa, vel quia postea dicendum erat: *quae artificiosa dicitur. K.* — Scribitur in Cod. R. *rerum cursus — notus est:* non enim concoquebat scriptor Codicis dativum Graecum *quibus*. Pergit idem: *qui si causas,* deinde omittit verba *signa — cernunt:* propter idem vocabulum parvo intervallo recurrens. Pro *ex monumentis* est *et monumentis* in Codd. S. P. et L. a. *Mr.*

Non est igitur ut *mirandum sit*] Si hic locus emendatus est, ita dictum a *Cicerone, non est ut,* ut ab *Horatio* in Epist. ad Iccium,

— *Non est ut copia maior*
Ab Iove donari possit tibi —

et a Graecis, οὐκ ἔστιν ὅπως. Quod si aliter a *Cicerone* scriptum est, ita scriptum est *Non est igitur* cur *mirandum sit,* seu, *non est igitur* quod *mirandum sit* etc. *Lambinus.*

Non est igitur, ut *mirandum* sit] Tolle *ut*, item *sit*, nihil tamen defuerit sententiae. *Gruter.*

Non est igitur, ut mirandum sit,]

sentiri a divinantibus, quae nusquam sint. Sunt enim omnia, sed tempore absunt. Atque ut in seminibus vis inest earum rerum, quae ex iis progignuntur: sic in causis conditae sunt res futurae, quas esse futuras aut concitata mens, aut soluta somno, cernit; aut ratio, aut coniectura praesentit. Atque ut ii, qui solis et lunae reliquorumque siderum ortus, obitus, motusque cogno-

Rathius, cum existimaret, Gruterum abiectas velle voces *ut* et *sit*, quas tamen tantummodo abesse posse ait salva sententia, ad fulciendam scriptionem librorum laudat de Orat. II. 36. ubi scribitur: *Est, ut dicis, Antoni, ut plerique philosophi nulla tradant praecepta dicendi:* ubi vides interiectis verbis *ut dicis* aliam plane fieri loci structuram, quam nostri: itemque de Offic. II. 24. *si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum:* ad quem v. Heusinger. p. 554. qui laudat Vechneri Hellenolex. p. 539. sq. Orat. pro Milone c. XIII. *Ille, erat, ut odisset — defensorem salutis meae:* ad quem locum v. Schmieder. in Ed. Oratt. Selectt. p. 291. Hottingerus eodem librorum de Officiis loco contra Gruterum defendit lectionem vulgatam, addens Persii Sat. II. 18., qui locus cum pluribus aliis est apud Vechnerum. *Mr.* — Cic. de Republ. I. 37. post init. *Videsne igitur quadringentorum annorum esse hanc urbem, ut sine regibus sit:* ad quem locum A. Maius in Additamm. p. 336. ed. Tubing. nostrum locum tanquam similis circumlocutionis exemplum adhibuit. *Cr.* — Hanc circumlocutionem cum non intelligerent scribae, in errores abierunt. Ita in Cod. R. est: *non est igitur mirandum sic ea praesentiri:* in Cod. Cr. *non est igitur ut mirandum sic ea praesentiri.* Pergit L. d. *a divinationibus;* tum L. c. R. et Cr. *quae nunquam sint.* Cod. R. in marg. habet *omnia praesentiri* omisso *ea*. Vocem *igitur* non habet Cod. S. *Mr.*

Sunt enim omnia, sed tempore absunt.] „i. e., ait Hott., non iam ipsa existunt, sed, ut paullo post dicit, in causis suis condita sunt, adeoque ex iis, velut si praesentia essent.“ Magis placet Meyeri ad h. l. disputatio, qui p. 105. vers. Germ., prope, ait, abfuit h. l. Quintus, Stoicus, a sententia, quae, si eam reperisset, multo melius, quam cetera, argumentum fuisset. Vix veritas rei ipsius melius potest exponi, quam ipse tamen non cognovit. Plus videt, ut saepius, quam scit. Coram deo sunt omnia; homo ea nonnisi temporis successione intueri et contemplari potest. Tempore circumscribitur nostra cogitandi vis: tempus nobis ea, quae coram deo semper sunt, facit ut absint vel abesse videant; ergo *quae* [deo] *sunt,* [hominibus] *tempore absunt. Mr.*

Atque ut in seminibus vis inest] Cod. R. *at ut in senibus vis est.* Cod. L. c. omittit *ut;* M. omittit *in.* In seqq. Cod. Cr. habet *mens aut concitata:* R. *absoluta,* M. *solita* pro *soluta. Mr.* — Lectio Cod. Cr. accuratiorem verborum ordinem et regulis melius convenientem exhibet. Quod dicitur *soluta somno* intelligendum est, vel quasi dictum sit: *soluta per somnum s. a somno,* vel: soluta *per somnum s. inter somnum:* ut *vento* apud Caesarem est i. q. *inter ventum.* Verba *somno soluta* conf. cum I. 50. 113. et *concitata mens* conf. cum c. 57. 129. *mente permotis:* ibid. *animi hominum somno soluti. K.*

aut ratio, aut coniectura praesentit.] Vid. interprett., et praecipue Wolfium, ad Sueton. Caesar. cap. 1. p. 5. sq. *Cr.* — Ad v. *obitus* conf. Somn. Scip. c. 6. *orientis aut obeuntis solis.* Scribitur in Cod. R. *Aut qui* pro *atque ut ii, qui.* In Cod. Cr. *obitusque* est pro *obitus,* quam vocem plane omittit Cod. M. Pro *cognorunt* R.

runt, quo quidque tempore eorum futurum sit, multo ante praedicunt: sic, qui cursum rerum eventorumque consequentiam diuturnitate pertractata notaverunt, aut semper, aut, si id difficile est, plerumque; quod si ne id quidem conceditur, nonnumquam certe, quid futurum

habet *cognoscunt:* idem *quid* pro *quidque;* mox *earum futura sint — praedicent,* et pro *consequentiam* exhibet *ostenta.* Cod. S. *cunctorumque* pro *eventorumque. Mr.*

Diuturnitate pertractata] Quae sit huiusce φράσεως mens, ego sane non intelligo; nisi forsan velit *Cicero diuturnitatem* fuisse *pertractatam*, lectis commentariis, in quibus eventorum longam seriem tradiderint varii scriptores. Si mei tamen arbitrii res esset, potius legerem *diuturna pertractatione;* nam simili modo loqui solet noster. Supra cap. XLIX. *Adfert autem vetustas omnibus in rebus* longinqua observatione *incredibilem scientiam — cum quid ex quoque eveniat, et quid quamque rem significet,* crebra animadversione *perspectum est.* Et lib. II. cap. XI. *Artificiosum constare partim ex coniectura, partim ex* OBSERVATIONE DIUTURNA. Adi sis et c. XII. *Davies.*

diuturnitate pertractata] Davisii emendatio nullum habuit laudatorem, nisi Lallemannum: vituperant Wopkensius, eiusdemque rationibus utentes Hott. et Rath. itemque Sch. sed hic suppresso Wopkensii nomine. Huius autem verissima disputatio haec est: „Non mirum sane, non potuisse se expedire virum doctum, dum vocem *pertractata* cum ablativo isto *diuturnitate* construeret, ad quem mihi quidem haudquaquam pertinere videtur; sed omnino referendum puto ad duo ista singularia *cursum* et *consequentiam,* quibus bene quadrat neutrum pluralis *pertractata. Diuturnitate* hic idem est, quod *longinquitate temporum* et *longo tempore* dictum est supra cap. 1.: *Eandem artem etiam Aegyptii longinquitate temporum innumerabilibus paene seculis consecuti putantur:* et c. 6: *observatis longo tempore significationibus.* Nec dubium sane, quin vox *diuturnitas* saepius absolute seriem temporum longiorem significet. Sic enim usurpatur de Legg. II. 10. *animi labes nec diuturnitate evanescere, nec omnibus ullis elui potest:* de Senect. c. 11. *nec subito frangitur, sed diuturnitate exstinguitur.* Sic quoque res, de quibus loquitur Cicero, notabantur *pertractatae diuturnitate,* hoc est, nonnisi post diutinam observationem pertractatae et cognitae. Si tamen haec explicatio nostra, aut loquendi ratio, quam hic statuimus, minus placeat, quam sane non video quo quis iure reprobare queat, levissima mutatione restitui posset *diuturna arte pertractata,* vel si te cruciat generum enallage, *diuturna arte pertractatam.* Sed nihil videtur movendum.“ Certe nihil est movendum. Explicatio loci proba est: emendatio non item. In Cod. R. pro *diuturnitate pertractata* est *divinitate pertracta. Mr.*

aut, si id difficile est,] Vocem *id* omittunt Codd. M. et L. b. quod inter *i* et *d* facillime fieri potuit, cum literae bis scribendae saepissime semel, sed altioribus paullo formis, scriberentur (sIDiFicILEst), quod postea ab aliquo fuit neglectum. Eadem est causa, cur in Cod. R. plerumque literae duplicandae simplices compareant, veluti h. l. *dificile* scriptum est. *Mr.*

si ne id quidem] Cod. R. *si non id quod:* mox *intelligent,* pro *intelligunt,* sed M. P. L. d. *intelligant.* Pro *huiusmodi* est *eiusmodi* in Codd. R. P. L. b. d. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph.; *eiusdemmodi* in Cod. L. c. et varr. lectt. Edd. Crat. Herw. Vocem *argumenta* omittit Cod. M.; proxima *cur sit divinatio* desunt in Cod. R., in M. scribitur *cur sic divinationes,* idem cum

sit, intelligunt. Atque haec quidem, et quaedam huiusmodi argumenta, cur sit divinatio, ducuntur a fato.

57. A natura autem alia quaedam ratio est: quae docet,
129. quanta sit animi vis seiuncta a corporis sensibus: quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis. Ut enim deorum animi sine oculis, sine auribus, sine lingua sentiunt inter se, quid quisque sentiat: ex quo fit, ut homines, etiam cum taciti optent quid, aut voveant, non dubitent, quin dii illud exaudiant; sic animi hominum, cum aut somno soluti vacant corpore, aut mente permoti per se ipsi libere incitati moventur, cer-

Codd. P. R. habet *dicuntur*, quod etiam in Cod. Cr. supra lineam scriptum reperio. In syllaba *du* desinit primus liber in Cod. L. d. *Mr.*

cur sit divinatio,] Supra I. 3. scripsit *quaedam argumenta*, *cur esset vera divinatio, collecta sunt*. Sed non est, quod nostro quoque loco desideres additum *vera*. Quis enim scriptorem vetet variare sermonem? *K.*

A natura autem alia — ratio est,] Cod. S. *quaedam alia*. Vocem *alia* omittit Cod. U. Pergit M. *ratio quaedam est*. Male. *Mr.* Ad *est* subaudi *repetenda*. *K.*

quanta sit animi vis seiuncta a corporis sensibus:] Vocem *sit* non habent Ed. Asc. 1. et Cod. U. Pro *seiuncta* in Cod. R. est *sevincta*. Davisium, qui in Addendis Ed. p. probaverat *seiuncti*, refutat Hott. Sed missum facimus utrumque, cum Dav. in Ed. sec. istam rem merito silentio presserit. Cod. S. *quanta sit etiam*. *Mr.*

sine lingua] Addit Cod. R. post haec: *sine manibus*. Egregie scilicet. Idem habet *quod quisque*. *Mr.*

optent quid, aut voveant] Ita Codd. L. a. c. M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Sed *aliquid* est in Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb.; et Cod. P.; *quid ante voveant* in Cod. Cr., *moneant* pro *voveant* in Cod. L. b.; *moveant* in Codd. U. R. Ed. Asc. 1. Pergunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Sylb. *haud dubitent:* Cod. U. *aut dubitent*. *Mr.*

Aut mente permoti] Quid sint *animi hominum mente permoti*, me quidem fugit: saltem loquendi ratio est incommoda. Rescribendum videtur, *aut* IN *mente* PERMOTIS *per se ipsi liberi incitati moventur*. Ita sane sensus exsurgit rei congruus. *Davies.*

aut mente permoti] Hott. ait contra Davisii coniecturam e superioribus assumi posse vocem *hominum:* ita scilicet: *sic animi hominum, cum* (homines) *aut somno soluti vacant corpore, aut mente permoti* etc. Lallemannus cum Davisio facit: Rathius vero monet: „*Animum* et *mentem* differre nemo nescit; ille quasi totum est, haec pars quaedam. Unde Tuscull. III. 5. *animus* occurrit, lumine *mentis* carens. In verbis itaque nostris *animi hominum mente permoti* nihil equidem video, quod iure Davisium offendere potuerit, nec esse puto, quod cum Hottingero extrinsecus assumatur *homines*.“ Ego vero non concoquo *animos mente permotos:* quare aut *mente permota* legendum, aut, quod fortasse praestiterit, ab Hottingeri partibus standum videtur: nisi quod *homines* ad posteriora potius (*aut mente — moventur*), quam ad priora quoque (*quum aut — corpore*) traxerim. In Cod. Cr. verba *aut mente — per se* in rasura sunt scripta. *Mr.*

per se ipsi liberi incitati moventur,] Nimis cumulata est oratio. Fortasse

nunt ea, quae permixti cum corpore animi videre non
possunt. Atque hanc quidem rationem naturae difficile 130.
est fortasse traducere ad id genus divinationis, quod ex
arte profectum dicimus: sed tamen id quoque rimatur,
quantum potest, Posidonius. Esse censet in natura signa b.

autem vel verba, *per se ipsi incitati* pro glossemate vocis *liberi* habenda, vel *liberi* est glossa verborum *per se ipsi incitati. K.*

per se ipsi libere incitati] Ita dedi cum Schützio, qui loquitur, quasi ipse huius emendationis auctor esset. Sed eam deberi Rathio videbis ex eius annotatione: qui, pergens post superiora „In reliquis, ait, quae sequuntur, haereo, et frustra fortasse, cum reliqui nil viderint. [Ipse non vidit Rathius, tertiam suam emendationem a Manutio esse occupatam.] Primum neglecta elegantia, quam vulgo putant, scripserim *per se ipsos* i. e. non aliena vi; deinde *libere* i. e. sine ullo corporis impedimento, pro vulg. *liberi*; et posterius quidem fidentius, nam *liberi* vix locum habet. Similiter infra II. 48. *animus* dicitur *solute moveri ac libere*. In fine denique periodi non placet *animi*: fateberis certe, moleste esse repetitum. Latetne sub hac voce *alias?*" Primam Rathius et tertiam emendationem habeat sibi. *Ipsos* nolim: non enim si mente permoti sunt, ipsi ideo mentem permovisse sunt existimandi. Quod autem *animi* repetitur, id ideo factum est, quia ad verba *aut mente — moventur* intelligi volebat Cic. *homines*, ad *quae — possunt* non item. Mediam emendationem (*libere* pro *liberi*) maxime necessariam et optimam iudico. Verba *per se* desunt in Cod. M.; quod cave probes. In seqq. *cernuntque* scribitur pro *cernunt* in Cod. R. *Mr.*

Permixti cum corpore animi] Nihil muto, neque mutandum censeo: fuit tamen, cum dictionem *animi* crederem abundare. *P. Manucius.*

difficile est fortasse traducere] Cod. R. *fortassis:* quae Ciceroni forma tam parum est usitata, ut eam Ernestus iis etiam locis exulare iusserit, ubi a prioribus Edd. relicta fuerat; veluti Epp. ad Famm. II. 6. ubi Cortius edidit *sed ego fortassis vaticinor:* Ern. et Mart. Laguna scripserunt *fortasse:* De Off. II. 6. 20. Heusing. Schütz. et Gernhard. ediderunt: *ita fortassis etiam brevior videbitur:* Graev. autem, Ern. et Beierus *fortasse*. De illa forma Charisius Inst. Gramm. II. p. 165. *Fortassis*, inquit, *auribus nostris absurdius videtur.* Sed v. Heusinger. ad Cic. de Off. l. c. p. 415. In seqq. pro *ex arte* Cod. U. et Ed. Asc. 1. habent *ex parte. Mr.*

Id quoque rimatur, *quantum potest. Posidonius esse censet*] Sic edidere *Victorius* et *Gruterus*, nec abeunt plerique Codices; nisi quod eorum nonnulli, ordine verborum mutato, repraesentent, *id quoque, quantum potest, rimatur*. Mihi tamen persuadere non possum, quin vitio laborent verba. Vett. editi dant, *id quoque rimatur, quantum potest, Posidonius, cum esse censet;* quod longe melius, Paris. *id* quodque *rimatur, quantum potest*. Forsan *id* quisque rimetur, *quantum potest. Davies.*

rimatur, quantum potest, Posidonius. Esse censet] Ita dedi cum Schützio, nihil plane a Codd. scriptione discedens. Neque enim stare poterat lectio, quam ex Edd. vett. in contextis reliquit Dav., *quantum potest. Posidonius esse censet* etc. neque, quae est apud Grut. Verb. et Ern., *quantum potest? Posidonius esse censet;* neque librorum MSS. auctoritate niti visa est lectio, quam exhibent Edd. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. Lamb. Goth. Sylb. Bip. Oliv. *quantum potest, Posidonius, cum esse censet:* denique Hottingeri quoque emendationem reiecimus, elegantem quidem illam, sed librorum auctoritate plane destitutam, qui correxit:

quaedam rerum futurarum. Et enim Ceos accepimus ortum Caniculae diligenter quotannis solere servare, coniecturamque capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne an pestilens annus futurus sit. Nam si obscurior et quasi caliginosa stella exstiterit, pingue et con-

quantum potest, Posidonius, esse censens etc. Schellerus in Lex. v. *rimor* plene distinguit et subaudiri vult *natura* ad verbum *rimatur*. Gesnerus in Thesauro sub ead. v. *rimatur* explicat verbis *scrutatur, disputat*. Ceterum illo verbo Cicero in reliquis, qui exstant, libris non est usus. Cod. R. habet *quod* pro *quoque*. P. *ramatur*. Cod. M. *cum esse censeat*. *Mr.*

Ut enim Ceos] Particulae *ut* non video quid respondeat. Omnino in *Ciceronis* scriptis nonnulla deprehenduntur, quae non est quo referantur: sed utrum id scriptoris an librariorum vitio sit assignandum, ignoro. Hic quidem unius literae mutatione restitui poterit, *etenim Ceos*. *P. Manucius.*

Ut enim *Ceos*] Possent deleri sine damno sententiae voces duae priores, *ut enim*. P. Manutius mutat: *Etenim Ceos*. scripti nostri nihil variant. *Gruter.*

Et enim *Ceos accepimus ortum Caniculae*] Vulgo *ut enim;* sed nos *Paulli Manucii* coniecturam recepimus, quam res ipsa postulat, et MSStorum Reg. et Cantab. firmat auctoritas. Ceos vero κατ' ἐνιαυτὸν μεθ' ὅπλων ἐπιτηρεῖν τοῦ Κυνὸς, καὶ θύειν αὐτῷ tradit Scholiastes *Apollonii* Rhodii ad lib. II, 500, 528. ubi late narratur historia, quae rei dedit originem. Eandem referunt *Diodorus Siculus* Bibl. lib. IV. pag. 281. *Hyginus* Poët. Astron. lib. II. cap. 4. aliique. Vide *Cl. Salmasium* Exercit. Plin. pag. 144. Pari modo κατὰ τὴν τούτου τοῦ ἄστρου (Caniculae) ἀνατολὴν σημειούμεθα (nos Aegyptii) περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων τελεῖσθαι, ut ait *Horus Apollo* Hier. 3. Quin et

Hanc qui surgentem, primo cum redditur ortu,
Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,
Eventus frugum varios et tempora dicunt,
Quaeque valetudo veniat, concordia quanta etc.

Verba sunt *Manilii* lib. I. pag. 18. *Davies.*

Ut enim Ceos] *Etenim* Manucius emendat, coniectura adductus: alioqui fatendum est, sive id Ciceronis vitio, sive librarii, acciderit, deesse Verbum, quod *ut* particulae respondeat. Neque vero portenti simile habendum, in tanta scriptorum mole aliquid per incuriam Ciceroni etiam excidere, quod minus Cicerone dignum esset. Vide, quae de his Victor. Varr. Lectionn. lib. 19. cap. 21. ex Apollonii interprete disserit. *Brut.*

Et enim Ceos] Sic cum Davisio edidimus e MSS. Vulgo male est *Ut enim Ceos*, quod manus docta in exemplo meo ed. Ven. 1494. correxit *Unde Ceos*. Non male. *Ern.* — Est *Uti enim Aetos* in Cod. U. et Ed. Asc. 1. Idem habet Asc. 2. in marg. sed in contextis *uti enim Ceos*, cum Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. In Ald. Boul. Brut. Sylb. Grut. Oliv. est *Ut enim Ceos;* Lamb. Verb. Ern. Dav. Bip. Hott. et Sch. receperunt Manutii lectionem, quam nunc firmant Codd. nostri R. L. a. c. In Cod. Cr. est *ut eos*. Pro *Ceos* Cod. R. habet *Caldeos*. Ad v. *ortum caniculae servare* in Copp. Vi. a. adscriptum est ἐπιτολὴν κυνὸς ἐπιτηρεῖν. *Mr.*

salubrisne an pestilens] Conf. Cic. de Off. III. 18. de Rep. III. 19. ibiq. nostr. annot. Cod. S. omittit *sit* post *futurus*. *Mr.*

Obscurior et *quasi caliginosa*] Male vulgo *obscurior quasi caliginosa*, quod tulisse viros eruditos miror; cum in parte periodi, quae huic est ἀντίστροφος, sit *illustris* et *perlucida*. Nos

cretum esse caelum, ut eius adspiratio gravis et pestilens futura sit: sin illustris et perlucida stella apparuerit, significari, caelum esse tenue purumque, et propterea salubre. Democritus autem censet, sapienter in- 131.
stituisse veteres, ut hostiarum immolatarum inspicerentur exta, quorum ex habitu atque ex colore tum salubritatis, tum pestilentiae signa percipi; nonnumquam etiam, quae sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Quae si, a natura profecta, observatio atque usus agnovit; multa afferre potuit dies, quae animadvertendo notarentur; ut ille Pacuvianus, qui in Chryse physicus inducitur, minime naturam rerum cognosse videatur:

tamen non coniecturae nostrae, sed fidei Codicum Reg. et Cantab. obsecuti sumus. *Dav.*

obscurior et quasi caliginosa] Firmatur lectio *et quasi* nostris quoque Codd. L. a. b. eamque receperunt post Davisium Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Rathius *et* non receptum volebat, quia alibi quoque copulae *et* omissae exempla sint. Sed non est audiendus. Quod hic ait de stella *exstiterit*, dixit supra I. 28. de homine, ex flumine surgente; II. 21. de deo, ex sulco proveniente. *Mr.*

ut eius adspiratio] Cod. R. *et eius auspicio*. Ad significationem verbi *gravis*, quae hic obtinet, laudat Hott. poetas, Ovid. Met. VII. 557. Hor. Od. III. 23. [8.] Sed poterat laudare ipsum Ciceronem ad Qu. Fr. II. 16. *anni tempore gravissimo et caloribus maximis:* ad Famm. V. 16. *hoc gravissimo ac pestilentissimo anno* [ubi *ac* omisit Ern., eiusque loco Graev. et Cort. ediderunt *et:*]. Mox R. *si* pro *sin*. U. *illucidus* pro *illustris:* idem cum R. L. b. In iisdem, Cod. P. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Brut. Boul. Lamb. Goth. *apparuit* pro *apparuerit*. Pergit Cod. R. *signare* pro *significari:* idem in seqq. *constituisse senes et hostiarum* pro *instituisse veteres ut hostiarum:* tum *immolaturum* pro *immolatarum*. *Mr.*

quorum ex habitu atque ex colore etc.] Infra II. 13. 30. *Huncecine hominem* (Democritum) *tantis delectatum esse nugis, ut non videret, tum futurum id verisimile, si omnium pecudum exta eodem tempore in eundem habitum se coloremque converterent?* Abest *ex* ante *colore* a Codd. U. M. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. et Hott. Cod. S. habet *sapientiae* pro *pestilentiae:* mox *fatum* pro *futura;* *a* deest ante *natura*. *Mr.*

quae sit vel sterilitas] Cod. R. *quae sit subtilitas*, omisso *vel*, quod abest etiam a Cod. M. Idem pro *agnovit* exhibet *agrorum*. S. *cognovit*. In verbis *afferre potuit dies* postrema vox eandem habet significationem, quam et aliis nonnullis in locis et de N. D. II. 2. 5. *Opinionum commenta delet dies, naturae iudicia confirmat:* plane autem, ut nostro loco, locutus est Epp. Famm. V. 16. *certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus*. Verbum *notarentur* abest a Cod. R. *Mr.*

qui in Chryse physicus inducitur,] Pro *in Chryse* est *nichiri* in Cod. R., *in Clisi* in Codd. Cr. U. et Ed. Asc. 1., *in Chrysi* in Cod. P. Tum Cod. R. *rerum naturam cognovisse*. Est etiam *cognovisse* in Cod. Cr. *cognoscere* habent Codd. U. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Rob. Steph. Ald. Sturm. Boul. Brut. Lamb. Goth. Grut: Sed *cognosse* Codd. L. a.

—— *Nam istis, qui linguam avium intellegunt,*
Plusque ex alieno iecore sapiunt, quam ex suo,
Magis audiendum, quam auscultandum censeo.

Cur quaeso? cum ipse, paucis interpositis versibus, dicas satis luculente:

b. c. M. et Edd. post Verb. in cuius Ed. haec est Gronovii annotatio: „Plane MS. Vossian. *cognosse*. quod quis credat non etiam in aliis MSS. exstitisse, qui tot inspecti fuerunt? Certe ausus fui admittere.“ Cod. S. *cognoscere*. *Mr*.

Nam istis — magis audiendum, quam auscultandum censeo.] Commendavit Hott. lectionem Codicis Ox. φ., cui accedit nunc noster R., *istos* pro *istis*, ne verbum *audiendum* cum dativo iungatur: quod corrigi iubebat etiam Rath. sine libris Prisciano iubente, correxitque Schützius. Me, quo minus idem facerem, movit non tam Appuleii locus (Apolog. p. 326, 34. Elmenh. *sibi potius audirent*), quamquam inter eum et poetas antiquissimos haud raro convenire solet oratio; sed id, quod existimo, constructionem esse paullo liberiorem et negligentiorem ad sensum, (ut solet esse in dialogis fabularum scenicarum) ita quidem, ut dicere voluerit simpliciter: *Nam istis quidem non auscultandum censeo:* postea vero procedente oratione mitigat sententiam addens *magis audiendum, quam auscultandum censeo*, quasi dicat: *nam istis quidem parum auscultandum censeo, quamquam nihil impedio, quo minus audiantur.* Ita dixit Cic. pro Rosc. Amer. 36. 104. *ausculta mihi.* — Pro *intellegunt* est in Cod. R. glossa *cognoscunt:* idem versu proximo in marg. habet *et ex alieno iecure plus:* tum in Codd. U. et L. b. Edd. Asc. 1. 2. est *quam suo*, omisso *ex*. Apud Nonium Marcellum s. v. *auscultare* tertius laudatur versus, in Ald. et Paris. (1513. et 1583.) Edd., ita: *Quis se magis audiendum, quam auscultandum censeo.* Ad v. *iecore* conf. versum Bibaculi in Catonem Grammaticum apud Sueton. de ill. Gramm. 11. *En cor Zenodoti, en iecur Cratetis!* ibiq. Ernest. et Wolf. p. 17. sq. T. III. Ad v. *magis audiendum* in Copp. Victt. a. citatur Nonius [v. *auscultare* p. 1317. l. 21. sq. ed. Ald. supra iam cit.] *Mr*.

Nam istis etc.] Plutarchus in Sept. Sapp. Conviv. p. 152. D. p. 601. Wytt. Σὺ δὲ δεινὸς εἶ κοράκων ἐπαΐειν καὶ κολοιῶν, τῆς δὲ σοῦ φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς ἐξακούεις. Ad quem locum Wyttenb. p. 950: „imitatus est (Plutarchus) Graecum tragicum, cuius similem sententiam reddidit Pacuvius in Chryse, servatam a Cicerone Divinat. I. 57. et partim a Nonio p. 246.“ Subiiciuntur hi ipsi versiculi. *Cr*. — Neque ibi Wytt. de corrigenda voce *istis* monuit. *Mr*.

Magis audiendum, quam auscultandum] Plus est in auscultando, quam in audiendo: nempe studium et cupido audiendi et inclinatio ad credendum. *Ern*. Sch. in Lex. Cic. s. v. *auscultare* explicat: audiendum quidem, non credendum vel obediendum. *Mr*.

Dicas *satis luculente*] Vulgata lectio, *dicat*. sed alterum exstat in S. Victoris, in Pith. in Pall. in edit. Victorii. *Gruter*.

paucis interpositis versibus, dicas] Vocem *versibus* omittit Cod. M. Verbo *dicas* alloquitur, quem dixit, physicum: et ita est in Codd. nostris, praeter P. et U., omnibus, itemque in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Boul. Sturm. Dav. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. In reliquis est *dicat*. Ad v. *luculente* tenendum, eam vocem aliquantum differre a *luculenter*, ut hoc potissimum significet *praeclare, excellenter;* illud *perspicue, clare;* utraque tamen vox nonnunquam in significatione *splendide* convenire videtur: quod etiam etymo accommodatum est. Vid. Gernhard. ad Cic. de Off. III. 14. 60. p. 338. Ochsner. ad

Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat,
Sepelit, recipitque in sese omnia, omniumque idem est pater;
Indidemque eademque oriuntur de integro, atque eodem occidunt.

Quid est igitur, cur, cum domus sit omnium una, eaque communis, cumque animi hominum semper fuerint

Olivet. Eclogg. Cic. p. 132. Schütz. Lex. Cic. s. vv. Beier. ad Cic. de Off. l. c. T. II. p. 288. *Mr.*

Quicquid est hoc etc.] Cod. R. *quid* pro *quicquid.* M. *haec* pro *hoc.* Ad formulam *Quicquid est hoc* vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 27. 94. p. 211. Ad versum seq. *sepelit, recipitque in sese omnia* v. Creuzeri Dionys. I. p. 178. sq. Cod. R. habet *se* pro *sese. Mr.*

Indidemque eadem quae *oriuntur*] Gulielmius castigat, *Indidemque* eademque *oriuntur* etc. *Gruter.*

Indidemque eademque] Vulgo *indidemque eadem*, quae *oriuntur;* sed ita legi debere, prout edidimus, vidit *Ianus Gulielmius,* et ita Paris. Balliol. ac Reg. diserte repraesentant. *Davies.*

Indidemque eademque oriuntur] Recepi cum Dav. Lallemann. Hott. et Sch. correctionem Gulielmi, quam firmant etiam nostri Codd. U. M. Male Roosius l. c. p. 19. vulgatam defendit explicando: *indidemque eadem* suppl. *sunt, quae* etc. nam id ipsum est, quod displicebat Gulielmo, meritoque displicuit iis, qui eum secuti sunt. Ad repetitum *que* confert Rath. versum Ennii [VIII. 29. ed. nov.] *Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.* Ceterum scribitur *inidemque* in Codd. Cr. L. b. U. R. et Ed. Asc. 1.; in Cod. M. *in eundem eademque;* ut Ed. Crat. in marg. Cod. R. habet *eadem oriuntur — de intergo. Mr.*

Quid est igitur, cum domus — cur ii] Vulgo *quid est igitur* cur, *cum domus — cur ii;* ubi vocem quartam abundare satis patet. Nos igitur eam, iubentibus MSStis Reg. et Cantab. delevimus; ac ita faciendum putavit *Aldus* nepos. Mundum vero, *domum esse Deorum hominumque,* non raro docent Auctores. *Maximus Tyrius* Diss. XIX. §. 6. Οἶκος οὗτος εἰς θεῶν καὶ ἀνθρώπων, οὐρανὸς καὶ γῆ. Vide scriptorem vitae *Homericae* inter Opuscula *Galeana* pag. 339. nostrum de Legg. lib. I. cap. 7. *Lactantium* Div. Inst. lib. II. cap. v, 37, 41. et *Iust. Lipsium* Phys. Stoicae lib. II. Diss. 7. *Dav.*

Quid est igitur, cur, cum domus sit omnium una] Restitui lectionem librorum tantum non omnium, monente Ruhnkenio ad Terent. Phorm. I. 3. 2. p. 187. ed. Bruns. p. 241. ed. Schopen., qui saepe apud optimos scriptores eiusmodi particulas repeti docuit, et laudat interpr. ad Liv. XXII. 11. Duker. ad Flor. II. 6. 291. Tuentur autem *cur* ante *cum* Codd. S. L. a. b. c. P. U. Cr. Edd., praeter Lall. Dav. Hott. et Sch., omnes. Abiectam vult eam vocem Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 10. 25. p. 139. sq. Beierus autem ad Cic. de Off. I. 43. 154. nostrum locum laudans (quamquam perperam I. 47. 132. scriptum est:) scripsit *Quid est igitur, cur —.* Pro *omnium una eaque* Cod. Cr. habet *omniumque unaque.* Cod. P. *unaquaeque.* Cod. R. habet *quid igitur,* omisso *est.* In Edd. Boul. Lamb. et Goth. est *omnium una unaque,* et in marg. duarum posteriorum: fort. *eaque:* cuius coniecturae nulla erat causa: nam, cum in Codd., quantum scimus, omnibus, et in Edd. prioribus, editum sit *eaque,* hoc servandum fuit, neque prava Boulierii scriptio, quasi lectio librorum, emenda et coniecturâ tentanda. Ad loci sententiam conf. Turneb. ad Cic. de Legg. I. 7. p. 551. et 758. Ed. nostr.

futurique sint, cur ii, quid ex quoque eveniat, et quid
p. 168. a. quamque rem significet, perspicere non possint? Haec
habui, inquit, de divinatione quae dicerem.

58. 132. Nunc illa testabor, non me sortilegos, neque eos, qui quaestus causa hariolentur, ne psychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnoscere:

——*Non habeo denique nauci Marsum augurem,*
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,

et Cr. Beier. ad Cic. de Off. III. 19. 76. p. 325. *Mr.*

futurique sint] Cod. M. *futurive* sint. Mox idem *cur id quid*. Cr. *cur hii quidem quid*, et sic Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Lambb. Goth. Sylb. Boul. In seqq. M. *et quidquam quod quamque*. Codd. Cr. et R. *prospicere* pro *perspicere*: sed prior supra lin. habet *per*: iidem cum P. Edd. Man. Vict. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Sturm. Boul. *possunt* pro *possint*. Vocem *inquit* deleverunt Lall. et Sch. Sed recte monet Hott., sub finem libri haud incommode eo verbo moneri legentes, haec non ab ipso Tullio, sed a fratre esse disputata: laudatque Acadd. IV. extr. et de Finn. extr. Verba *et quid—non possint* desunt in Cod. S. *Mr.*

Haec habui, inquit] Ultima vox in Reg. et Cantab. non comparet; et, ut opinor, rectius abest. *Dav.*

Nunc illa testabor,] Non placet *illa*. In transitione enim non facile memineris ita legere, at *illud* sexcenties. *Rath.* Bene. Sed eo peiora sunt, quae ad verbum *hariolentur* annotavit vir idem: „Scribo, ait, *hariolantur*; sequitur enim *solebat*, idque in constructione eadem.“ Habet assentientem Rathius Cod. M.: me non habet. Cuius dissensionis causas cum vel tirones nescire non possint, taceo. — Cod. Cr. pro *non me* habet *non ne*. De *sortilegis* loquitur copiose *van Dale* in libro de Oracc. vett. Ethnic. c. 14. [p. 359. sqq. ed. Amst. 1683.] quem laudavit Hott. Pergit Cod. R. *atque eos* pro *neque eos*. *Mr.*

nec psychomantia quidem] Sic ex Victorio Gruterus, quum Gryphius *ne psychomantiam quidem* ediderit, Gothofredus *ne psychomantia quidem*, quod non fuit causa cur mutaretur. *Gronov.* scribitur *nec psycomantia quidem* in Cod. Cr., *ne phisicomantia quidem* in Cod. R. *nec psychomantiam quidem* in Cod. U. et ita Ed. Asc. 1., Crat. et Herw. in varr. lectt., Sturm. In Edd. Asc. 2. et Rob. Steph. est *nec psychomantia quidem*, in Brut. *ne psychomantiam quidem*, in Olivet. *neque psychomantia quidem*. Scriberes commode graecis litteris ψυχομαντεία: sed singularis huius vocis numerus est etiam in Tusc. I. 48. *psychomantium*. Ad rem vid. Mahnium ad Wyttenbachii Lectt. (Gandavi. 1824.) p. 130. ibiq. laudd. *Mr.*

Non habeo denique nauci] Sic quidem omnes codd. sed nostri mss. plane, *non ab eodem sanci*. *Grut.*

Non habeo denique nauci] *Gruteriani* nostrique MSSti, *non ab eodem sanci* vel *sansi*; qui faciunt ut legendum credam *non habeo* dein *nauci*. Eo certe trahit ductus litterarum. *Dav.*

Non habeo denique nauci Marsum augurem,] Nostri quoque Codd. corrupta haec exhibent: L. b. c. P. a. *non ab eodem sanci Marsum*. P. b. et Co. Vi. b. *non ab eodem sanxi Marsum*. R. *non ab eodem sana Marsum*. U. *non ab eodem sauci Marsum*. S. *non ab eodem sancti marsum augureum*. M. *non ab eodem Sausum arsum*. Ed. Asc. 1. non ab eodem *Sancimarsum*: reliqui ut editum est inde ab Asc. 2. *Mr.*

Non vicanos haruspices] *G. I. Vossius* ad fragm. Trag. pag. 28. hunc versum sic refingit:

Non Isiacos coniectores, non interpretes somniûm.
Non enim sunt hi aut scientia aut arte divini,
Sed superstitiosi vates, impudentesque harioli,
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam:

Non Astrologos de circo, non vicanos haruspices.
Potius rescripserim
Non haruspices vicanos, non de circo Astrologos.
Et ita laudat *Chr. Wasius* de Senar. cap. XVI. p. 233. Metrum quidem satis est concinnum (quod in *Vossiana* ratione fit secus) si modo *Astrologus* apud veteres secundam syllabam detur produxisse. Nec obstat sane, quod ἀστρόλογον dicunt Graeci: pariter enim iis est χρόλογος, prima tamen apud *Terentium* saepe fit longa. *Dav.*

non vicanos haruspices,] Ad rem conf. Fraudsen. in libro saepius nobis laudato: Haruspices p. 46. eiusque censorem Halensem (1824. 215.) p. 53. De his autem versibus ita disputat Censor Editionis Steinackerianae librorum Cic. de Rep. Lipsiensis (1824. 8.) p. 58., ut dicat, perperam hoc dici fragmentum ex Ennii Telamone (cui adscribitur in Fragmm. Tragg. P. Scriverii p. 28. coll. Castigatt. G. I. Vossii ib. p. 44. sq.): fieri enim vix ac ne vix quidem potuisse, ut Ennius ita et morum et temporum belli Troiani esset immemor, ut in tragoedia ad res Troïanas spectante Graecus homo loqueretur de *haruspicibus et de circo astrologis*, adeoque de *Marso augure:* quae omnia manifesto Romam circumque spectent: idque patere ex locis a Columna laudatis Liv. XXXIX. 16. Iuvenal. VI. 582. 588. coll. Cassiodor. Var. III. 51. Certissimum igitur esse, ab Aldo nepote dimidium Ciceronis caput, oratione soluta scriptum, in versus esse descriptum, non solum omnibus pedibus claudicantes, sed quibus integri etiam pedes desint. Neque vero inde versus exiisse iustos, postquam, qui digitis versus metiri soliti fuerint, G. I. Vossius, Chr. Wasius et Davisius, violentissime et plane ad lubidinem in iis constituendis elaboraverint, neglecta omnium librorum auctoritate. Quae quidem, quod ad priorem certe partem, verissime mihi disputata videntur. Quare quamquam ab Edd. fere omnium descriptione decedere nolui, abstinui tamen a corrigendis et in metrum cogendis verbis, quae Ciceronis potius, quam Ennii, manum produnt. Pro *vicanos* est in Cod. R. *incanos:* ibid. *certo* pro *circo.* — *Dii vicani* leguntur in inscriptione apud Osann. in Auctario Lexicc. Grr. p. 82. *Mr.*

Non Isiacos coniectores, non interpretes somniûm] *G. I. Vossius* ad Fragm. Tragic. p. 28. legit
Non Isiacos coniectores, somniûmque interpretes.
Nihil autem muto, cum secunda syllaba vocis *interpretes* corripi queat; prout *Homerus* Iliad. II, 857. ἀνδρόγυτα priore brevi posuit. *Dav.*

Isiacos coniectores — somniûm] De Isiacis sacerdotibus laudat Hott. Suetonium in Domitiano 1. ubi vid. Ernestum. Vid. accurate de iis disputantem Rosinum in Antiquitatt. Romm. p. 188—190. Ed. Amst. 1685. Scribitur autem *somniorum* pro *somnium* in Codd. R. Cr. P. M. U. Edd. Asc. 1. 2. *Mr.*

Non enim sunt ii aut etc.] Gulielmio versus iste habebatur non versus, sed interlocutio Quinti. *Gruter.*

Non enim sunt hi aut scientia aut arte divini] Lego *Non enim sunt | hi aut arte | divini aut sci | entia.* Sic fere vult etiam *G. I. Vossius* ad Fragmm. Tragic. p. 28. *Gulielmio* sane non accesserim, cui hic non *Ennii* versus sed interlocutio Quinti videbatur: imperfectus enim est, eo non addito, poëtae sensus. *Davies.*

Non enim sunt hi] Herelium, qui metri causa corrigebat:
Non enim divini ii sunt arte aut scientia:

Quibu' divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt.
De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cetera.

Atque haec quidem Ennius, qui paucis ante versibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus. Ego autem, qui et curare arbitror, et monere etiam, ac multa praedicere, levitate, vanitate, malitia exclusa, divinationem probo. Quae cum dixisset Quintus, Praeclare tu quidem, inquam, paratus * * *

Desunt pauca quaedam.

secutus est Sch. Supra exposui, cur ab eiusmodi correctionibus manum abstineam. Pro *superstitiosi* in Cod. R. constanter fere scribitur *superstitioxi*. Pro *qui sibi semitam* Cod. M. habet *qui igitur semitam:* idem cum Cod. R. *alteris* pro *alteri*. Pergit Cr. *viam monstrant*. Idem pro *iis* et pro *his* exhibet *hiis*. *Mr.*

Esse deos censet] *Ennii* versus sic se habent:

Ego deûm genus esse semper dixi et dicam caelitum:
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus;
Nam si curent, bene bonis sit, male malis; quod nunc abest.

Hic exstat lib. III. N. D. cap. 32. illi vero lib. II. de Div. c. 50. Vide *Lactantium* Div. Inst. lib. v. cap. x, 12. et *Manilium* lib. IV, 94. seqq. *Dav.*

esse deos censet,] Versus Ennianos a Dav. laudatos non admodum accurate descripsit Sch.; dedit enim *dicem* pro *dicam* et *nos* pro *eos:* sed invitus, ut existimo. Pro *ac multa* Cod. L. c. habet *hac multa*. *Mr.*

levitate, vanitate,] *Levitatem* esse ait Hott. temeritatem in assentiendo; *vanitatem* autem, iactationem fraudulentam. Posterius recte: prius ad sortilegos et eos, qui in Ennii versibus carpuntur, referendum censeo. *K.*

Exclusa, *divinationem*] Pall. omnes ut et vulgati a Victorio, *exclusam divinationem*, quod forte revocandum. *Gruter.*

Malitia exclusa] Pall. Med. Balliol. et Victor. habent *malitia* exclusam *divinationem*, quod revocandum censuit *Ianus Gruterus*. Immerito quidem et praeter mentem *Ciceronis*. Certe vulgatam lectionem (quam sagaci coniectura primus eruit *Hadr. Turnebus* Advers. lib. v. cap. 28.) MSSti Paris. Reg. et Cantab. exhibent. *Dav.*

malitia exclusa] Scribitur *exclusam* in Codd. R. (qui tamen a sec. m. in marg. habet *exclusa*) L. b. c. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed duae posteriores in varr. lectt. habent *exclusa:*) Rob. Steph. Sturm. In Cod. R. est *malitiaque exclusa:* in reliquis ut nos edidimus. Lacunae, quae sequitur, particulam explet Cod. R. exhibens: *Praeclare tu quidem, inquam, paratus, Quinte, venisti.* Ad finem libri in Co p. Victt. a. haec leguntur: Deest aliquid. ἀτελὲς μέντοι βιβλίον· ὅμως σμικρόν τι λείπει. *Mr.*

ARGUMENTUM LIBRI SECUNDI.

Hoc libro continetur Ciceronis contra Stoicam rationem a fratre explanatam et defensam disputatio. Initium eius est a Carneadeo argumento, quod nullam esse divinationis tamquam materiam (obiectum) docet. Nam nec est earum rerum, quae sensibus subiectae sunt, nec earum, quae artibus continentur, nec earum, quae in philosophia disseruntur, nec earum, quae in re publica versantur. Nam quod divinatio dicitur esse rerum fortuitarum: primum, venti, eventus morborum, multa alia, sunt fortuita, neque tamen e Stoicorum mente divinationi subiecta: deinde si fortuita haec dicuntur, quae nec ratione nec arte provideri possunt, quod in fortuna positae sunt; nulla potest earum rerum esse praesensio, quae nihil habent rationis, quare futurae sint. Quod si omnia causas certas habent, nullae sunt res fortuitae, adeoque nec divinatio. Si fatum continet omnia, nil divinatio prodest. Neque vero utilis hominibus est futurarum rerum scientia: quod provisio malorum totam vitam acerbam esset redditura, neque tamen ullo modo, si fatum esset, levari mala re divina possent. c. 3—10. Sed hac tamquam levis armaturae prima excursione facta, cominus agere incipit, et ipsa cornua Stoicae rationis commovere aggreditur. Itaque singula divinationum genera excutit, et quare reiicienda sint, demonstrat. Initium facit ab *haruspicina*, et toto genere artificioso, et primum *exta* inspicit: quibus quae praesignificari dicuntur, non possunt cognita esse observatione diuturna, neque ipsa conformantur, aut ante, aut inter immolandum a numine deorum, quibus nihil est cum extis commune, aut ab ipsa natura, cui, etsi est quaedam omnium rerum cognatio (συμπάθεια), tamen nulla cum extis convenientia esse potest. Neque intelligi potest, quo-

modo immolaturus convenientem rebus hostiam inveniat. Si duce divina vi, et si immutantur a diis exta; unde post tristia exta statim laeta, aut unde tam subita deorum placatio? unde denique eodem tempore ab aliis litatur, ab aliis non item? c. 12. seq. *Fulgura* autem et *fulmina* ex prima hominum admiratione et timore credita sunt mitti a Iove. Quia autem sunt incerta, nil certi significare possunt. Neque, si quid praesignificarent, ratio esset, quare tam multa frustra in silvas, montes, maria mitterentur. Quod si quid interdum accidit, quod fulmine significatum videri possit, casu id ita apte cadit. c. 18. sq. *Ostenta* pleraque falsa sunt, quae autem vera, ut monstra, ea homines mirantur, quia non saepe fiunt; quae si fieri non potuissent, non facta essent; sin potuerunt, non debebant mirabilia videri. Causarum ignoratio admirationem facit in re nova, in rebus usitatis non item. Quare vero dii ostenta mittunt, si sine interprete intelligi non possunt, et si, quae portenduntur mala, caveri non possunt. Interpretationes praeterea incertae sunt et saepe inter se repugnantes, ut plane frustra ostentum missum sit. c. 22. sq. Iam *auspicia* etsi sunt a Romulo divinationis causa instituta, tamen postea ad opinionem tantum vulgi, et ad magnas reip. utilitates retenta et conservata sunt. Nam illud auspicium e pullis cum tam coactum et expressum sit, divini habere nihil potest. Ex ceteris vero avibus auguria diversa sunt apud Romanos et alios populos, nec apud illos nunc adhibentur, nisi in re bellica; neque tamen et hic semper, postquam bella a Proconsulibus et Propraetoribus administrari coeperunt, qui auspicia non habent; ex acuminibus autem auspicia, quod genus totum militare est, iam M. Marcellus consul omisit. Ipsorum autem auspiciorum afferri potest neque idonea causa, neque idoneus auctor et inventor, neque ulla est eorum constantia. c. 33. sq. *Omina* porro si valerent, nemo libero et quieto animo esse posset, nil agere ratione duce, sed omine et casu. c. 40. *Sortes*, tamquam Praenestinae, fabulosam inventionem habent, nec est in iis aliquid certi, cum Fortunae monitu, tamquam nutu capitis aut alio signo, tollantur, a puero misceantur et

ducantur; itaque cum ceteris etiam nunc contemnuntur. c. 41. *Chaldaeorum* autem *ratio* cum ab ipsis celeberrimis astrologis repudiatur, tum rationem habet fictam et absurdam. Neque enim potest intelligi, quomodo a stellis, ex infinito paene intervallo, contagio ad terram pertineat. Quod si adfectio caeli, quare non potius venti tempestatesque, item locorum ingenia, ad ortum nascentium pertinent, quae in diversis orbis partibus diversa sunt. Neque verum est, eodem tempore h. e. eodem caeli et siderum statu natis eadem fata instare; cum constet, eadem hora natis, tamquam geminis, diversa, diversis autem temporibus natis eadem accidisse. Quid? quod eodem tempore nati non propterea etiam eodem astro nati sunt, quod ὁρίζοντες, h. e. orbes finientes varietatem maximam habent, aliique in aliis locis sunt. Denique constituta ratione Chaldaeorum tollitur seminis vis, quae maxima esse solet. c. 42. sq. Repudiato genere artificioso ad naturale progreditur, cuius prima pars est *futurorum per furorem praedictio.* In qua mirum illud est, quod, quae sani non vident, ea insani videre putantur. Quod autem ex hoc genere libri Sibyllini sunt, facile intelligi potest, eos esse confictos, idque cum multis aliis ex rebus, tum vero inprimis ex eo, quod et versibus scripti sunt, et ἀκροστιχὶς adhibita est. Reliqua autem a vetustate celebrata vaticinia fabulosa sunt, ipsaeque oraculorum sortes partim falsae, partim casu verae, partim flexiloquae, ambiguae et obscurae; denique iam diu desierunt, quod fieri non potuit, si vis illis divina fuit. c. 54. seq. *Somniorum* longa repetitur a Stoicis defensio, qui rationem eorum a mentis divinitate et coniunctione cum aliis mentibus ducunt. Sive autem mentes per se, sive externa visione moventur, permulta falsa somniantibus videri possunt pro veris, quod et vigilantibus accidit. Neque vero, si unum ex innumerabilibus verum somnium fuit, propterea somniis fides habenda, quod id casu accidit. Quod si vero somniis verum videremus, aut divina vis quaedam consulens nobis somniorum significationes faceret; aut coniectores ex quadam convenientia naturae (συμπαθείᾳ) quid quamque rem sequeretur, intelligerent; aut

denique observatio quaedam constans esset et diuturna, cum quid secundum quietem visum est, quid evenire soleret: quorum cum nullum sit, etiam somniorum divinatio explodenda est. c. 58. seq. Quod autem exemplis potius quam rationibus usus est Quintus, id non dignum philosopho iudicat. c. 11. Neque illam latebram probat, in quam se coniecit Quintus, cum rationem se causamque non quaerere diceret, ubi res videret. c. 20. In Stoicorum autem ratione, qua divinationem esse concludant, sumi ait ea, quorum iis nihil concedatur. c. 49. sq. Neque tandem, quod oculi, quamquam aliquoties decepti, tamen sensum videndi haberent, propterea etiam divinationem esse, etsi saepe fallatur; quod oculi vera cernentes utantur natura et sensu, animi autem in somniis aut vaticiniis vera cernentes, fortuna et casu. c. 52. sq. *Ern.*

M. TULLII CICERONIS

DE

DIVINATIONE

LIBER SECUNDUS.

QUAERENTI mihi multumque et diu cogitanti, I.
quanam re possem prodesse quam plurimis, ne quando 1.
intermitterem consulere rei publicae; nulla maior occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus: quod compluribus iam libris me arbitror consecutum. Nam et cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo libro, qui est inscriptus Hortensius: et, quod genus philosophandi minime

Quaerenti mihi multumque et diu cogitanti] Paris. *Quaerenti multum et diu cogitanti mihi.* Igitur, ordine verborum mutato, legerim *quaerenti multumque et diu cogitanti mihi*. *Davies.*

Quaerenti mihi etc.] Similiter Sallustius Catil. 57. *Ac mihi multa agitanti constabat;* ubi Wassius p. 184. de hac formula similibusque exposuit. *Cr.* — In pluribus libris *querenti* scribi unusquisque exspectabit: sed in Cod. U. est *Verenti*. Omisit nimirum scriba litteram initialem *Q*, postea eam coloratam additurus: quod facere vel impeditus est, vel neglexit. Davisii de verborum ordine mutando coniectura vana est et plane supervacanea. Pro *plurimus* est *pluribus* in Cod. R., qui cum S. *multum* habet pro *multumque*. *Mr.*

optimarum artium] De varia vocis *ars* apud Ciceronem significatione, et ea quoque, quae hic obtinet, disputavit Schützius in Lex. Ciceron. s. h. v., q. v. Pro *compluribus* Cod. R. exhibet *cum pluribus*. Cod. M. habet *compluribus meis libris*. Solet quidem nonnunquam Cicero adiectivis *multi, plures, plurimi* addere pronomen possessivum: neque vero unius libri auctoritate id receperim Cod. S. *me iam libris:* unde fortasse illud *meis* ortum est. Mox Cod. L. a. *Nam et quo hortati*, vitio eius, qui dictantem non recte intelligeret. Tum Cod. R. *et maxime* pro *ut maxime*. Cod. U. et Ed. Asc. 1. *Philosophorum* pro *philosophiae*. *Mr.*

qui est inscriptus Hortensius] De eo, quid intersit inter *inscriptus est* et *qui inscribitur*, (nimirum posteriore dictione uti nostrum de alienis, priore de suis libris) vid. Gernhard. ad Cic. de Off. II. 9. 31. p. 211. sq. et Beier. ad eund. l. p. 68. Vol. II: de libro ipso Beier. ad Cic. de Off. II. 2. 6. p. 16. sq. Adde doctissimam L. C. Luzacii de Q. Hortensio Oratore, Ciceronis aemulo dissertationem (Lugd. Bat. 1810. 8.) p. 110—112. ibiq. laudd. et *Kühner*. de Ciceronis in

arrogans, maximeque et constans et elegans arbitraremur, quatuor Academicis libris ostendimus.
2. Cumque fundamentum esset philosophiae positum in finibus bonorum et malorum, perpurgatus est is locus a nobis quinque libris, ut, quid a quoque, et quid contra quemque philosophum diceretur, intelligi posset. Totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum, res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. Primus enim est de contemnenda morte; secundus de tolerando dolore; de aegritudine lenienda tertius; quartus de reli-

Philosophiam meritis p. 51. Pro *Hortensius* Cod. M. habet *de Hortensio*. Male. *Mr.*

maximeque et constans et elegans] Ita praeter Cod. R., cuius in vocibus omittendis nulla plane est auctoritas, habent scripti et editi omnes: solus Hott. edidit, nihil monens, et fortasse invitus, *maximeque constans*. Eodem quidem modo scripsit hunc locum laudans Beierus in Introd. ad Cic. de Off. II. p. 4. Sed ipse eum, ut opinor, ex Hottingeri editione exscripsit, neque emendare voluit, cum etiam Hottingerianam verbi *constans* (decretis suis haud ab se discrepans) explicationem adoptaverit vel exscripserit. Ad v. *elegans* conf. Tuscull. II. 3. 9., quem locum laudavit Hott. Adde, quae nuper de Ciceronis philosophica oratione monuit *Kühner*. in libro, qui inscribitur *Ciceronis in Philosophiam eiusque partes merita* (Hamb. 1825. 8.) p. 81—86. praesertim p. 84. Pro *arbitraremur* est *arbitremur* in Cod. M. quod non plane falsum est, sed illud elegantius. Ad v. *quatuor Academicis libris* etc. v. Goerenz. in Introd. in hos libros p. XIII. sq. *Mr.*

Cumque fundamentum esset philosophiae positum] Dictum esse ait Ochsnerus ad Oliveti Eclogg. Ciceronn. p. 47. *esset* pro *sit*, ut conveniat cum seq. perfecto *perpurgatus est*. Potest etiam ita intelligi locus, ut *positum esset* per breviloquentiam dictum sit, pro *positum esse videretur*. Ceterum ad locutionem *fines bonorum et malorum* vid. Mureti Varr. Lectt. XVII. 1. p. 410. sqq. T. II. Ed. Ruhnk. ubi disputatur, rectene inscripti libri M. Tullii de Finibus bonorum et malorum: cui disputationi si quis adsentiat, paullo melius dictum iri hos libros *de Finibus* v. *de Finibus bonorum*: iam habet suffragantem Mureto Codicem S., in quo omittuntur verba *et malorum*. *Mr.*

Perpurgatus *est is locus*] Nonnullis placet *pertractatus*. At vulgatam lectionem servant Codices MSSti; nec temere mutari debet ista locutio metaphorica: similiter enim *locum orationis perpurgatum* fuisse dixit pro Murena cap. 26. *Dav.*

perpurgatus est hic locus] Quinam sint illi *nonnulli*, quibus placuisse dicunt Dav. et Hott. *pertractatus* pro *perpurgatus*, ego non expiscor. Codd. enim omnes, itemque Edd., quae ad manum sunt, vulgatam habent lectionem: tantummodo in marg. Ed. Lamb., unde sumserunt idem Goth. Verb., et fortasse etiam Davis. et Hott., reperio: al. *pertractatus est*. Pergit Cod. R. *a nobis is locus*. Vocem *locus* non habet Cod. L. d. Pro *locus* S. habet *liber*. Mox Cod. L. b. *quemcumque* pro *quemque*. In R. scribitur: *et quid contra quemque populus duceret*. Cod. Cr. ante *res* addit *qui*; quod si reciperetur, ad *subsecuti* subaudiendum esset *sunt*: quod non admodum placeret. *Mr.*

aperuerunt.] Cod. M. *apparuerunt*: idem mox *de tolerando labore aut dolore*, cuius additamenti supervacanei originem facile est perspicere. Pergit Cod. R. *et aegritudine le-*

quis animi perturbationibus; quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maxime illustrat: docet enim, ad beate vivendum virtutem se ipsa esse contentam. Quibus libris editis tres libri perfecti sunt 2.
de Natura Deorum, in quibus omnis eius loci quaestio continetur. Quae ut plene esset cumulateque perfecta, de Divinatione ingressi sumus his libris scribere; quibus (ut est in animo) de Fato si adiunxerimus, erit p. 109. a.
abunde satis factum toti huic quaestioni. Atque his

nienda. *tertius et quartus de reliquis animi perturbationibus.* In seqq. Cod. L. d. *decet enim* pro *docet enim:* tum Cod. M. *se ipsam esse contentam.* Paullo superius Cod. S. omittit *est* post *enim. Mr.*

Quibus libris *editis*] Vulgo *quibus rebus editis.* Sed mihi sequendus videtur Med., qui sic dat, ut edidimus. *Davies.*

Quibus rebus editis] *Rebus* mihi suspectum est, idque aut delendum, aut pro eo *libris* scribendum sit, omisso post *libri. Ern.* — Defendit *rebus* Schellerus in Obss. ad priscos scriptores, dicens, *rebus* significare *contentionem mortis, tolerantiam doloris.* Quasi vero, ait Hott., Cicero *contentionem mortis,* neque vero librum *de morte contemnenda* scripserit! [Talia possunt nostri homines: videlicet Frandsenius nuperrime scripsit *Haruspices,* non *librum de Haruspicibus:* Kühnerus scripsit *Ciceronis in philosophiam merita,* quorum (meritorum) etiam, quod per temporum rationem fieri non potuit, se *auctorem* profitetur. Modestius certe et magis latine veterum aliquis se *de Ciceronis in philosophiam meritis* scripsisse dixisset:] Quare Hott. cum neque *rebus* placere possit, neque in una propositione *libris — libri,* vocem *libris* in contexta quidem recepit, sed eandem uncinis inclusit. Rathius tuetur *quibus rebus editis,* dicens *editis* esse i. q. expositis in illis libris. Quod si vero vel maxime ei concesseris, *edere* poni nonnunquam pro *exponere,* id vel in rebus forensibus vel in oraculis factum esse monet Sch. in Lex. Cic.; neque probari posset Cicero, si ita scripsisset. Quare, cum lectioni *libris* accedat etiam auctoritas Codd. Ox. ψ. et nostri R., servavi eam, et eum Sch., alterutrum vocabulum si delendum sit, posterius deletum malim, scribens: *Quibus libris editis tres perfecti sunt de N. D.* Repetitionem substantivi putidiusculam dicit Rath. At non magis est putida, quam apud Livium eadem plane in constructione XII. 2. *cuius litteris senatus certior factus eas ipsas litteras — deferendas censet.* Quid? quod ipse Cicero de Legg. II. 23. 58. scripsit: *cum lamina esset inventa et in ea scriptum lamina: Honoris. Mr.* — Videri tamen potest Cicero scripsisse *rebus,* ut evitaret vocem *libris,* cum statim sequatur *libri.* Ita nos quoque vernacula lingua libros vel opera scriptoris alicuius *res* dicere solemus. *K.*

in quibus omnis eius loci quaestio continetur.] Vocem *omnis* non habet Cod. L. d.; idem cum S. L. b. Copp. Victt. b. exhibet *plane* pro *plene.* Ad v. *quae ut plene* etc. conf. *I. Bake* de Posidonio p. 45. sq. In seqq. Cod. R. habet *his libris ingressi sumus:* mox Cr. *quibus inest in animo* pro *ut est.* Quod dicit *tres libri,* eo, ut alios locos taceam, satis refutatur Codicis Uffenb. divisio in quatuor libros, de qua v. Creuz. ad Cic. de N.D. I. 20. p. 93. In Cod. S. scribitur: *ut est animo si advinxerimus de Fato:* mox *totum* pro *toti,* et *enumerandi* pro *adnumerandi. Mr.*

Satisfactum toti] Paris. *satis to-*

libris adnumerandi sunt sex de Re publica, quos tunc scripsimus, cum gubernacula rei publicae tenebamus. Magnus locus philosophiaeque proprius, a Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime. Nam quid ego de Consolatione dicam? quae mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur; ceteris item multum illam profuturam puto. Inter-

tum facti. Lege *satis toti factum huic quaestioni*. *Dav.*

abunde satis factum toti] Merito nemo obsecutus est Davisio praeter necessitatem ordinem verborum mutari iubenti. — Pro *adnumerandi* Cod. R. exhibet *connumerandi*, quo verbo Cicero non est usus. Quod sequitur *sunt* abest a Cod. D. Pro *tunc scripsimus* in Copp. Victt. b. Codd. P.S. est *tum scripsimus*. Quid differat *tunc* a *tum* v. apud *Goerenz*. ad Cic. de Finn. I. 8. 28. p. 37. II. 11. 33. p. 172. *Zumpt*. Gr. Lat. p. 239. *Ramshorn*. Gr. Lat. p. 510. Scribitur *tunc — cum* in Epp. ad Famm. III. 10. p. 142. Ed. Mart. Lagun. *ne tunc quidem, cum tibi prope necessum esset eas agere partis: sed tum — cum* Philippic. II. 44. p. 686. Wernsd. *qui tum rex fuit, cum esse Romae regem liceret*. Cod. M. pro *scripsimus* exhibet *descripsimus:* pergit R. *cum rei publicae statum tenebamus*. Similis nostro est locus in Epp. ad Brut. 1. *quum mihi tantum sumserim, ut gubernacula rei publicae prehenderem*. *Mr.*

Magnus locus] Non dicit *Magnus est locus:* solet enim, ut ait Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 21. 68. p. 225, in his, quae cum brevitate asseveratius [voluit, opinor, Goer. *asseverantius* scribere, ut est Acadd. II. 19. 61.] ponuntur, verbum substantivum abiici. In seqq. pro *a Platone* in Ed. Ern. Lugd. Batava male editum est *e Platone*. Ad hanc de Platone et rell. sententiam v. *Beier*. ad Cic. de Off. I. 1. 4. p. 9. Pro *tractatus* est *tractus* in Cod. *M*. *Mr.*

Theophrasto] qui *νομοθετῶν* tres, *πολιτικῶν* sex (v. *Boeckh*. ad Platon. Min. et Legg. p. 78 — 83. *πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιροὺς* quatuor (coll. Ciceron. de Finn. v. 4. 11.) libros conscripsit, et unum *περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας* teste Laërtio v. 45. Vid. *Meursii* Theophrastum p. 39 — 42. ed. Elzevir. L. B. 1640. 12. *Mr.*

Nam quid ego etc.] Ad transitum et continuationem adhibet, ut saepius, particulam *nam*, ut Graeci ponere solent *γάρ*. *K.* — Exempla collegit huius usus Ellendt. ad Cic. Brut. 43. 159. p. 115. Add. Ochsner. ad Olivet. Ecl. Cic. p. 154. Ad rem v. *Kühner*. de Cic. in Philos. merit. p. 40. sq. *Mr.*

Ceteris item multum] Cum superius dixerit, *quae mihi quidem ipsi sane* aliquantum *medetur*, hic omnino legendum, *ceteris* autem *multum illam profuturam puto:* alioquin enim vitiosa est oratio. Alibi quoque confusae sunt a Librariis hae voculae. Sic apud nostrum de Offic. lib. I. c. 4. *Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur —— Commune autem animantium omnium est coniunctionis appetitus*. Leg. *item;* res enim enumerat *Cicero*, quae cunctis competunt animalibus. *Dav.*

mihi — aliquantum — ceteris item multum] Davisii coniecturam improbat Wopkens. Lectt. Tullian. p. 275. explicans locum ita: „vel ego ipse aliquid solatii percipio ex libro meo de Consolatione, ceterique homines, quemadmodum ex aliis meis scriptis (id enim valere ait *item*) fructum haud spernendum capient.“ Deinde iubet interrogandi signum poni post *medetur*. Male posterius, iudice Hott., qui item recte contendit, Wopkensium non melius intellexisse locum Davisio: utrumque enim *aliquantum*

iectus est etiam nuper liber is, quem ad nostrum Atticum de Senectute misimus. In primisque, quoniam philosophia vir bonus efficitur et fortis, Cato noster in horum librorum numero ponendus est. Cumque Ari- 4.
stoteles itemque Theophrastus, excellentes viri cum subtilitate, tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerint; nostri quoque oratorii libri in eundem numerum referendi videntur. Ita tres erunt de Oratore: quartus, Brutus: quintus, Orator.

dictum putare pro *paullulum*, cum sit i. q. *haud parum:* laudatque de Off. I. 1. Parad. III. 1. Bene: vide modo Heusing. ad Cic. de Off. l. c. p. 5. sq. ibiq. laudd. [Add. Bergmanni annot. ad Wyttenb. Vitam Ruhnkenii p. 452. *Cr.*] Lallemannus non probavit tantum, sed recepit etiam Davisii coniecturam. Cupidius, quam debuit. In Cod. S. est *aliquantulum* et *enim* pro *item*. *Mr.*

illam profuturam puto.] Non habent *illam* Codd. Oxonn. E. U. nostri L. b. U. Sed tuentur eam vocem Codd. rell. Co. Vi. b. et Edd. Vict. Crat. Herw. Rob. Steph. Grut. Verb. Dav. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. In Cod. R. scribitur *profecturam* pro *profuturam*. *Mr.*

Interiectus est etiam nuper liber is] Vocabulum *liber* addidimus, secuti mss. et editionem Victorii. supra etiam iisdem volentibus scripsimus, *multum illam profuturam;* cum pronomen id abesset vulgo publicatis. *Gruter.*

nuper liber is] Cod. S. *nuper is liber*. Mox *iure* pro *vir*. Vocem *liber* agnoscunt Codd. Oxonn. et nostri omnes, Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav. Ern. Verb. Oliv. Bip. Hott. Sch. Codd. R. S. in seqq. *ad Atticum nostrum*. Ad v. *de Senectute* vid. quae monuit *Gernhard.* ad Cic. Cat. mai. I. 1. p. 1. — In seqq. Codd. R. et L. b. *fortassis* habent pro *fortis:* vocem *horum* prior omittit. Vocem *numero* ex abundantia additam esse ait Goer. ad Cic. de Legg. I. 3. 9. ubi est: *ad eorum numerum accommodentur, quae scribimus*. Pro *cumque Aristoteles* Cod. R. habet *curque Aristoteles*. *Mr.*

Cum subtilitate, tum copia] *Copiam* vocat id, quod *flumen orationis aureum* dixit lib. II. Acad. cap. 38. Sic Oratoris cap. 1. *Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia et copia ceterorum studia restinxit.* Hinc emendari debet Tusc. lib. I. cap. 4. ubi vulgo fertur, *Aristoteles vir summo ingenio,* scientiae copia. Leg. *scientia et copia*. Vide nos ad lib. I. de Divin. cap. 15. *Davies.*

cum subtilitate, tum copia] Co. Vi. a. Codd. R. et L. b. *tum subtilitate tum copia*, et ita edidit Sch. Neque displicet. In Ed. Rob. Steph. est *quum subtilitate, cum copia.* Eadem cum Cod. S. et Ed. Herw. pergit *tum philosophia*. Male. Ad sententiam vocis *copia* vid. *Beier.* ad Cic. de Off. II. 5. 16. p. 34. Pro *coniunxerint* Cod. S., Edd. Asc. 2. Rob. Steph. Crat. Herw. Sturm. habent *coniunxerunt*. Perperam. Cod. S. habet *ipseque Theophrastus*. *Mr.*

In eundem numerum] Paris. Reg. Med. Balliol. et *Ascensii* editio dant in *eundem* librorum *numerum:* nec hanc accessionem sperno. *Dav.* [Cod. S. *tres omnes de Oratore.*]

oratorii libri in eundem numerum referendi] Monet Hott. contra Davisium, si, quod additur in multis Codd. et Edd. nonnullis vett., *librorum* a Cicerone esset profectum, eum potius scriptorum fuisse: *in eorundem librorum numerum:* sententiam autem loci esse: oratorios quoque libros quodammodo locum nomenque tueri librorum philosophicorum. Ceterum

2. Adhuc haec erant. Ad reliqua alacri tendebamus animo; sic parati, ut, nisi quae causa gravior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. Quod enim munus rei publicae afferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem? his praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut
5. omnium opibus refrenanda ac coërcenda sit. Nec vero id effici posse confido, quod ne postulandum quidem

non agnoscunt vocem *librorum* Codd. P. M. Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Lamb. Goth. Boul. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Ern. Hott. Sch. Pro *referendi* Cod. M. exhibet *referri:* male. In fine capitis Cod. R. habet: *quartus. orator ad Brutum ad hunc enumerandi. Ad reliqua* etc. *Mr.*

Alacri *tendebamus*] Ita S. Victoris et Pall. quatuor unaque editi a Victorio. publicati alii *acri. Gruter.*

alacri tendebamus animo] Codd. P. U. L. b. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Sylb. Lamb. Goth. Boul. *acri* pro *alacri.* Et dixit quidem noster de Or. II. 20. 84. *animus acer — invictos viros efficit.* Or. pro Milon. 10. 29. *cum autem — se acri animo defenderet:* sed aliâ sententiâ, quam quae hic requiritur. Melius convenit Epp. ad Quint. Fr. III. 5. *opus est ad poema quadam animi alacritate.* Cod. S. *haereant* pro *haec erant; tradebamus* pro *tendebamus.* Quod vero est in Codd. R. et M. *alacres tendebamus animo:* videri possit commendari loco Epp. ad Famm. v. 12. [Mart. Lagun. 13.] prope fin. *illa nos cupiditas incendit — quod alacres animo sumus:* sed et paullo alia est huius locutionis sententia, et, si hoc nostro loco dicere voluisset Cicero, scripsisset: *ad reliqua alacres animo tendebamus. Mr.*

nisi quae causa] Cod. M. *nisi ea quae causa:* in marg. Edd. Lambb. est: fort. *nisi qua.* Sed nihil mutandum. Ita edidit F. A. Wolf. Tuscull. v. 8. 22. *etiam si quae pars abesset:* Goerenz. de Finn. v. 17. 46. *si quae in membris prava — sint:* Adde, quae *Rathius* laudat, de Finn. I. 8. 26. [ibiq. Goer. p. 35.] de Off. III. 4. 17. ibiq. *Heusing.* et *Beier.*; de Legg. II. 5. 13., ubi item ex uno Cod. enotavi *si quae* p. 185. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

locum esse pateremur] Scribitur *putaremus* in Codd. U. et L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed duae posteriores in varr. lectt. habent *pateremur.* In iisdem et Cod. R. abest *esse. Mr.*

quam si docemus atque erudimus iuventutem?] In Cod. R. est *et.* — Tenendum autem, Ciceronem hic non universe loqui, sed de se ipso, ut *possumus* dictum sit pro *ego possum:* deinde h. l. non eum loqui de doctrina et eruditione universa, sed de philosophia. *K. His moribus* sunt ablativi absoluti similes iis, qui sunt de Legg. III. 16. 37. *hoc populo,* ubi vid. Wyttenb. p. 452. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

moribus atque temporibus] Amat einsmodi ὁμοιοτέλευτα Cicero, et paronomasias, quorum exempla collegit Ochsner. ad Olivet. Eclogg. Ciceron. p. 83. Adde G. I. Vossium Inst. Oratt. v. 5. 1. T. II. p. 322. sqq. Rutil. Lup. p. 12. et ad ei. calcem Aquil. Roman. p. 170. ed. Ruhnken. Cod. S. habet *omnibus* pro *omnium. Mr.*

ac coërcenda sit] „In notis, ait Rath., ad Horat. Tursellin. de Particull. [p. 18.] legitur, *et* litteris *c* et *q* studiosissime praemitti a Cicerone, ut vix exempla contraria proferri possint. En tibi unum certe.“ Ad haec monendum est, primum esse in Edd. vett. plerisque omnibus, praeter Rob. Steph. *atque coërcenda:* deinde vero

est, ut omnes adolescentes se ad haec studia convertant. Pauci utinam! quorum tamen in re publica late patere poterit industria. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iam aetate provecti in nostris libris acquiescunt: quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur: quos quidem plures, quam rebar, esse cognovi. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de

minime esse rarum *ac* ante *con* apud Ciceronem, sed frequens etiam. Vid. Zumpt. Gr. Lat. §. 67. p. 278. ed. 4. In seqq. Cod. Cr. habet *sed ad haec studia* pro *se ad haec studia:* Cod. R. *ad haec studia se. Mr.*

quorum tamen in re publica late patere poterit industria] Cod. R. *quorum tum — late poterit patere.* L. b. *in rem publicam.* Explicat haec Hott. ita: „Quorum exemplum magnam vim habere poterit ad incitandum philosophiae studium moresque eius praeceptis corrigendos." Melius *Beierus* ad Cic de Off. II. 19. 67. p. 131: „qui tamen his (philosophiae) studiis non abducentur a rebus gerendis neque impedientur, quo minus multos cives demereantur. Ergo industria ibi est officiorum promptitudo ac facilitas operâ nostrâ indigentes adiuvandi: conf. de Off. II. 15. 53 et 54. I. 34. 122. Mur. 7. 16. Verr. v. 70. 180." Cod. S. habet *patere ponunt industriam. Mr.*

Equidem ex his etiam] Cod. R. *ex iis:* Cr. *ex hiis*, ut fere constanter. S. et R. pergunt *etiam capio fructum laboris mei:* tum R. Cr. *quia iam* pro *qui iam:* R. omittit *libris* et exhibet *acquiescent.* Mox Cod. R. *studium scribendi — incitatus — esse cognovi quam rebar — etiam illud — gloriosissimum. Mr.*

Quorum studio — incitatur] In editis *Nonii* libris, ut et in MSto *Harleiano*, ad vocem *citare* sic laudatur hicce locus: *quorum studium legendi non scribendi studium vehementius indies* citant. Lege *meum scribendi studium —— citat.* Verum scripturam, quam prae se ferunt *Ciceronis* Codices, *Noniana* meliorem censeo. *Dav.*

Vehementius indies incitatur] *Nonius* legit *citatur*, in verbo *citare. Lambinus.*

Magnificum illud etiam, — ut Graecis — literis non egeant.] De hac constructione, rariore illa, locuti sumus ad I. 54. 124. Mr. Potest explicari per ellipsin, ut intelligendum sit: *magnificum illud etiam Romanisque hominibus gloriosum, quod eo provecti iam sunt, ut Graecis — literis non egeant.* Similis est constructio infra II. 31. *De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui: sed ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum. K.*

Graecis de Philosophia literis] *Literae* libros denotant. Noster de Finn. lib. I. cap. 4. *Nos autem hanc omnem quaestionem —— fere a nobis explicatam esse his* literis *arbitramur.* Ibi quidem Eliens. habet *his libris;* at, ut videtur, est Glossema. *Lactantius*, de nonnullis qui contra Christianos scripserant, lib. v. cap. 4. *Cum, praesente me ac dolente, sacrilegas suas* literas *explicassent.* Et cap. XIX, 15. *Suae illos ac suorum* literae *coarguant. Augustinus* Retract. lib. I. cap. 4. *Hoc recolendum, ubicunque ista locutio in meis* literis *invenitur.* Iterum lib. II. cap. 10. *Honorifice obiurgans, quod oppugnarem* literis *illam Haeresim.* Vide sis etiam capp. 22, 39. ac *I. F. Gronovium* ad *Livii* lib. VI. cap. 1. *Davies.*

Graecis de philosophia literis] Ad fulciendam lectionem *literis* addit locis a Davisio laudatis Hettingerus hos: de Orat. II. 4. de Off. II. 1.

6 philosophia literis non egeant. Quod assequar profecto, si instituta perfecero. Ac mihi quidem explicandae philosophiae causam attulit gravis casus civitatis, cum in armis civilibus nec tueri meo more rem publicam, nec nihil agere poteram, nec, quid potius, quod quidem me dignum esset, agerem, reperiebam. Dabunt igitur

planeque geminum esse ait huic nostro locum Tusc. II. 2. *Quod si haec studia traducta erunt ad nostros, ne bibliothecis quidem Graecis egebimus.* Addit Ochsnerus l. c. p. 152. Cic. de N. D. I. 4. *magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis, res tam graves tamque praeclaras Latinis etiam literis contineri.* Rathius autem contendit, cum in Codd. scriptum reperiatur *lr̄is* (ut re vera est in nostris Cr. et U.), quod legi possit *literis* et *libris*, iudicio legentium relictum esse, quid aptissimum sit, videre. Esse autem legendum *libris*, ut de Finn. I. 4. qui locus sic habet: „*Nos autem hanc omnem quaestionem de finibus — a nobis explicatam esse his literis arbitramur, in quibus — quid a singulis philosophiae disciplinis diceretur, persecuti sumus:* ad quae R. „quis, ait, unquam dixit *aliquid in litteris persequi? Literarum* itaque nomen nulla plane ratione promiscue et sine ullo discrimine pro *libris scriptis* usurpari potest, sed reliqua oratio consulenda est, videndumque, quid ea postulet." Contra ea mordicus tenet *Goerenz.* l. c. p. 17. scriptionem *literis,* dicens, non intelligendam esse eam vocem, ut fecerit Bremius, ut sit i. q. *libris,* sed *his literis* idem esse, quod *in hoc libro:* idque pluribus docere non esse necessarium. Ego vero illud maxime necessarium puto; nam, ut concedam, poni posse *literas* pro *libris,* vel etiam pro *libro,* additum pronomen demonstrativum admodum diversam reddit loci rationem ab iis, quibus illud probari possit. Sed ut ad nostrum locum redeam, ego facile ferrem *Graecis - literis* pro *Graeca literatura* vel *Graecis libris* dictum; sed *Graecas de philosophia literas* pro *Graecis de philosophia libris* vix aliquis concoquat. Neque potest opponi, quod est in Epp. ad Famm. VII. 19. *nullam artem literis* [quod vertit Sch. in Lex. Cic. *blos aus Büchern*] *sine interprete percipi posse:* nam huius quoque loci ratio valde a nostro discedit: reliqui autem, qui vel laudati sunt, vel laudari possunt, longius etiam abeunt: v. c. Orat. Philipp. II. 8. 20. *ut meae vigiliae meaeque literae et iuventuti utilitatis, et nomini Romano laudis aliquid afferrent:* Brut. 7, 27. *tamen ante Periclem — et Thucydidem — litera nulla est, quae quidem ornatum aliquem habeat, et oratoris esse videatur.* Servavi tamen lectionem vulgatam in eorum gratiam, qui *Graecas de philosophia literas* explicando defendere et tueri velint, ut sit i. q. *ut Graecis literis, earumque in primis ea parte, quae est de philosophia, non egeant.* Mihi quidem, cui placet *Graecis de philosophia libris,* ita dixisse videtur, ut evitaret scriptionem *Graecis libris philosophis* v. *philosophicis,* quorum adiectivorum neutrum amavit, posteriore fortasse nunquam usus est. *Mr.*

Quod assequar profecto] Cod. R. *absequar:* U. et Ed. Asc. 1. *assequor.* In seqq. Codd. S. R. et L. b. c. habent *casus gravis* pro *gravis casus,* et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. *Mr.*

meo more] i. e. sententiam dicendo, concionando, ut ipse paullo inferius suum morem explicat. *K.* — *In armis civilibus* est i. q. inter arma civilia, belli civilis temporibus. *Mr.*

quid potius — agerem, reperiebam.] Codd. L. c. d. *agere reperiebam:* Cr. *agere poteram reperiebam.* Sed v. *poteram* punctis notata est.

mihi veniam mei cives, vel gratiam potius habebunt, quod, cum esset in unius potestate res publica, neque ego me abdidi, neque deserui, neque afflixi, neque ita gessi, quasi homini aut temporibus iratus; neque ita porro aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae poeniteret. Id enim ipsum a Platone philosophiaque didiceram, naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tene-

Pro *mihi veniam* Codd. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. exhibent *veniam mihi*. Vocem *cum* ante *esset* omittunt Codd. S. L. d. In seqq. Cod. R. pro *neque* ter scriptum exhibet *nec*. Ad *deserui* non subaudiendum *rem publicam*, quod ne latinitas quidem concesserit, sed *me ipse* i. e., ut recte ait Hott., a meo more, cives quomodocunque iuvandi, haud descivi. Cod. S. habet *Dabant — habebant*. *Mr.*

In unius potestate] Iulium Caesarem dicit. *Dav.*

quasi homini aut temporibus iratus;] Cod. R. *oneri* pro *homini*. In seqq. Dav. dedit *neque perro ita:* ego rescripsi *neque ita porro* ex Codd. P. L. d. M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Lamb. Goth. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Codd. Cr. S. habent *ut adulatus*, absorpta litera *a* ab ultima praecedentis *ita*. Vocem *sum* omittunt Codd. S. R. P. Eius loco L. a. habet *suam:* accommodabat nimirum scriba incogitans hanc vocem praecedenti *fortunam*. Quod ad totius loci sententiam admodum convenit et conferri meretur, quod disputavit noster de Off. II. 1. *Mr.*

Me meae poeniteret] Nempe fortunae. *Ianus* autem *Gruterus* edidit *me mei*, repugnantibus nostris MSStis, ac veteribus editis. *Dav.*

ut me meae poeniteret] *Meae* habent libri scr. etiam Guelf. et Edd. vett. *Ern.* — Non dubitarem, quin Tullius *mei* reliquisset, nisi suam fortunam cum Caesaris fortuna comparare videretur. *Rath.* Ita consentiunt libri omnes et scripti et editi, ut scriptio *mei*, nisi quod ad Latinitatem aeque proba esset, invito Grutero irrepsisse videri deberet. Sed unum tamen nactus est obsequentem Gruterus, Verburgium, qui recepta scriptione *mei* in margine, quasi eius auctor et inventor, vel quasi haec esset lectio vulgata, adscripsit: alii *meae*. Cod. S. *Id ipsum*, omisso *enim*. *Mr.*

A Platone] Lib. VIII. de Rep. p. 492. *Πᾶσα πολιτεία μεταβάλλει ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔχοντος τὰς ἀρχὰς, ὅταν ἐν αὐτῷ τούτῳ στάσις ἐγγένηται, ὁμονοοῦντος δὲ, κἂν πάνυ ὀλίγον ᾖ, ἀδύνατον κινηθῆναι —— Ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστιν, οὐδ᾽ ἡ τοιαύτη ξύστασις τὸν ἅπαντα μένει χρόνον, ἀλλὰ λυθήσεται.* Quae sequuntur hanc in rem plura, legas apud ipsum scriptorem. *Dav.*

a Platone] Conf. *Astii* Commentar. ad locum a Dav. laudatum p. 580. Adde Cic. de Rep. I. 29. ibiq. nos et A. Mai. p. 121. ed. Moser. *Cr.* — Scribitur in Cod. Cr. *a Platoneque philosopho didiceram*, *quasdam veteres esse conversiones*. In Codd. U. et P. et Edd. vett. plerisque est inverso ordine *conversiones quasdam;* nostrum exhibent Codd. reliqui et Edd. Rob. Steph. Grut. Verb. Dav. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Ad vocem *conversiones* in marg. Edd. Lambb. annotatum est *περιόδους*. Ad rem conf. Cic. de Rep. I. 45; ad pluralem *rerum publicarum* Beierum ad Cic. de Off. III. 5. 23. p. 220. Pergit Cod. R. *ut haec*, (vel, ut solet, *hec*), Cr. *ut hec*, unde originem scriptionis *haec* cognoscis. *Principes* recte intelligit Hott. de optimatum paucorum *ὀλιγαρχίᾳ*. *Mr.*

7. rentur, tum a populis, aliquando a singulis. Quod cum accidisset nostrae rei publicae, tum, pristinis orbati muneribus, haec studia renovare coepimus, ut et animus molestiis hac potissimum re levaretur, et prodessemus civibus nostris, qua re cumque possemus. In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, philosophiam nobis pro rei publicae procuratione substitutam putabamus. Nunc, quoniam de re publica consuli coepti sumus, tribuenda est opera rei publicae, vel omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda, tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit a publico officio et munere. Sed haec alias pluribus: nunc ad institutam disputationem revertamur.

tum a populis,] Cod. R. *quae a populis: aliquando singulas.* Cr. *aliquando singulis.* Mox R. *coepimus renovare:* tum Cod. M. *ut animus,* omisso *et.* L. d. *a molestiis — levaretur:* pravo glossemate addito. Vocem *hac* omittit Cod. U. cum Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Iidem libri pergunt *potissimum relevaretur,* ut Cod. R., in quo est *ac* pro *hac.* In Asc. 2. syllaba *re* est in extrema linea, et sine coniunctionis signo nova linea incipit *levaretur.* Pergit R. *ac prodessemus. Mr.*

qua re cumque possemus.] Ita libri ad unum omnes. Solus Rathius edidit *possumus:* invitus, ut existimo. Tmesin *qua re cumque* aliis quoque Ciceronis locis reperiri monet Ochsn. ad Olivet. Eclogg. Cicer. p. 25. eiusque exempla attulit. Pergit Cod. R. *in libris et sententiam dicebamus:* tum omittit omnia quae sequuntur usque ad finem periodi. Pessime in Ed. Grut. scribitur *procreatione* pro *procuratione:* operarum nimirum errore, ut existimo. Cod. S. pro *nobis* habet *non:* idem in seqq. *causa ponenda. Mr.*

Nunc, quoniam etc.] Ad sententiam loci conf. Cic. de Off. II. 1. 3. ibiq. Beier. p. 11. T. II. In Cod. R. scribitur *qui* pro *quoniam.* Voluit fortasse scriba *quia.* Pro *coepti sumus* Codd. R. L. b. U. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *coepimus.* Sed iungere solet noster istam formam passivam cum infinitivis praesentis passivi; Brut. 7, 26. *qua in urbe primum — literis oratio est coepta mandari:* de Orat. I. 37. 168. *ante petitam esse pecuniam, quam esset coepta deberi. Mr.* — Add. Burmann. ad Sueton. Claud. 21. p. 757. *Cr.* — In seqq. Cod. M. omittit *in ea:* pro quibus R. habet *mea. Mr.*

Consuli coepimus] Veneti, *consuli coepti sumus.* Quae figura et alibi reperitur in scriptis *Ciceronis. Camerarius.* — Factum hoc esse post Caesarem interfectum, vere monet Hott. *Mr.*

tribuenda est opera rei publicae,] Videtur addendum *et* [voluit nimirum *et* praemitti verbo *tribuenda*]. Nam consequens est in isto: *tantum huic studio relinquendum. Ern.* — Nihil curarunt hanc annotationem, qui Ernestum secuti sunt, editores: sed tamen ita distinxerunt locum, quasi eam probarent, colon vel semicolon ponentes ante *tantum.* Sed incipit apodosis a *tribuenda,* pergitque in v. *tantum,* quae eo sono est efferenda, quasi scriptum sit *et tantum tantummodo* etc. Ergo non opus est copulandi particula, quam addi volebat Ern. Additur autem *et* ante *tantum* in Cod. R.; sed id interpreti deberi certus sum. In eodem Cod. deest *quantum.* L. d. exhibet *vocavit* pro

Nam cum de divinatione Quintus frater ea disseruis- 3.
set, quae superiore libro scripta sunt, satisque ambula- 8. p. 110.
tum videretur, tum in bibliotheca, quae in Lyceo est, a.
assedimus. Atque ego, Accurate tu quidem, inquam, Quinte, et Stoice Stoicorum sententiam defendisti: quodque me maxime delectat, plurimis nostris exemplis usus es, et iis quidem claris et illustribus. Dicendum est mihi igitur ad ea, quae sunt a te dicta, sed ita, nihil ut affirmem, quaeram omnia, dubitans plerumque, et

vacabit. S. *vacabat*: mox R. *sed hoc alias*, pro *sed haec alias*. Ita variat lectio ad Att. I. 13. *sed haec ad te scribam alias subtilius*: ubi libri nonnulli v. c. Edd. Asc. 1. 2. habent *sed hoc* etc. In marg. Edd. Lambb. et Verb. ad v. *tribuenda* scribitur: al. *danda*. Quinam sint hi alii, nescio. Omnes mei servant *tribuenda*. Cod. S. habet *institutae disputationes*. *Mr*.

Nam cum de divinatione] Ad fontium notitiam adhibe Wyttenbachium Animadverss. in Plutarch. p. 998. ubi ita: „Caeterum in eodem argumento (superstitionis) fuerunt libri veterum nunc perditi, *Antipatri Tarsensis* Stoici ἐν τετάρτῳ περὶ δεισιδαιμονίας citat Athenaeus VIII. p. 346. D. quem eundem esse atque Antipatrum Onirocritam citatum Artemidoro IV. 67., non assentiri possumus Fabricio Biblioth. Gr. Vol. II. p. 249. *Senecae contra Superstitiones* teste Augustino de Civitate Dei VI. 10. *Menandri* Comoedia Δεισιδαίμων, quam ex Antiphanis Οἰωνιστῇ transcriptam indicavit Caecilius, ut refert Porphyrius ap. Euseb. Praep. Evang. X. p. 465. D. Superest *Theophrasteus* Character περὶ δεισιδαιμονίας, et eodem pertinent multi *Ciceronis* loci ex libro II. *de Divinatione* et III. *de Natura Deorum*.“ *Cr*.

Quintus frater] Cod. R. *supra* pro *frater*: Cod. S. *rerum*. M. *dixisset* pro *disseruisset*. Ad v. *quae in Lyceo est* v. supra I. 5. ibiq. annott. Scribitur autem *Lycio* in Codd. Cr. et R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Qua de scriptione v. item supra l. c. Tum Cod. R. *assidimus* pro *assedimus*. *Mr*.

Atque ego, Accurate etc.] Cod. U. et Ed. Asc. 1. *At ego*. Vocem *ego* omittit Cod. R. Idem mox habet *Stoicorum Stoice*. Ad v. *Stoice* laudat Hott. Cic. Topic. 1. sed locus est 2, 6. itemque Brut. 31. [118.] Cod. S. *Accurate tum quidem — maxime me — et si quidem*. *Mr*.

plurimis nostris exemplis] *Nostris* intellige: ex historia Romana repetitis. Quod autem in Cod. R. pro *nostris* scribitur *veris*, non est pro variante lectione habendum, sed pro errore, orto ex compendio nris, in vris mutato. Pro *es* Cod. L. d. habet *est*. *Mr*.

nostris exemplis — et iis quidem] Eadem constructio est de Finn. I. 20. *at vero Epicurus una in domo, et ea quidem angusta — quam magnos — tenuit amicorum greges!* *Mr*.

Dicendum est mihi igitur] Dav. *Dicendum mihi igitur est*: sed ego eum ordinem reduxi, quem probat Goerenz. ad Acadd. II. 8. 23. p. 50. et II. 42. 129. p. 233. sq. quemque habent Codd. L. a. b. c. d. M. R. P. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. In Cod. Cr. est *Dicendum igitur mihi est*. Verba *ad ea* desunt in Edit. Asc. 1. Pergit R. *quae a te dicta sunt*. Post *nihil* Cod. L. d. omittit *ut*: perperam. Cod. S. *Dic. est igitur mihi*: mox *plurimumque* et *mihi ipsi*. *Mr*.

mihi ipse diffidens. Si enim aliquid certi haberem, quod dicerem; ego ipse divinarem, qui esse divinationem
9. nego. Etenim me movet illud, quod in primis Car-
neades quaerere solebat, Quarumnam rerum divinatio esset: earumne quae sensibus perciperentur? At eas quidem cernimus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus. Numquid ergo in his rebus est, quod provisione aut permotione mentis magis, quam natura ipsa sentia-

Si enim aliquid certi haberem,] Ad verba *si — aliquid* vid. quae post plures alios, quos laudat, et de quibus iudicat, attulit *Ellendt.* ad Cic. Brut. 41, 151. p. 109. sq. quorum summa huc redit: „Omnino hoc interest inter *aliquis* et *quis* (post *si*), quod illud quamvis incertam rem relinquit, tamen facit intelligi, esse *unum* aut *alterum; quis* autem, quod ἔγκλισιν patitur, non definit, sitne aliquis, necne sit; unde prope accedit ad notionem pronominis *quisquam,* quod diserte negat esse. Adde, quae nos nuperrime posuimus in prolusione, quam inscripsimus *Symbolae criticae ad aliquot Cic. de Finn. et Tuscc. loca* (Ulmae. 1825. 4.) p. 16. — Male pergit Cod. L. d. *quid dicerem. Mr.*

Ego ipse divinarem] Quippe scientia *non disputantis, sed divinantis est,* ut ait *Lactantius* Div. Inst. lib. III. cap. III, 7. *Davies.*

ego ipse divinarem] Explicat Hott. *oracula funderem,* laudatque Tuscc. I. 9. *ea, quae vis, ut potero, explicabo, nec tamen quasi Pythius Apollo, certa ut sint et fixa, quae dixero.* Melius Ern. in Cl. Cic. v. *divinare,* qui ad verba *ego ipse divinarem, qui esse divinationem nego,* „h. e., ait, res obscuras et incertas certo sciri et intelligi posse, quod de futuris divini dicunt.“ *K.* — Post *Etenim* subaudi: *ut divinationem esse negem. In primis* recte explicat Hott.: ante omnia, disputationem inde incipiens: laudans Tuscc. I. 7. 14. De Carneade v. supra Lib. I. capp. 4, 7 et 13. Cod. S. habet *En me movet. Mr.*

Carneades quaerere solebat] Suae disputationis rationem hausisse videtur Carneades ex iis, quae de Rhetorica quaerit Socrates apud *Platonem* in Gorgia pag. 284. D. seqq. *Dav.*

Quarumnam rerum] Cod. M. *quarumne rerum.* R. *qua ex re.* Idem mox *olfamus;* tum: *Numquid ergo in his libris est quidem in provisione mentis aut promotione magis. Mr.*

Aut permotione] Nunquam dubitavi, quin vera scriptura fuisset *praenotione,* de qua illa fluxisset; neque nunc sane mutare sententiam possum. *Camer.*

Vulgata lectio non est sollicitanda. Vide supra lib. I. cap. 40. *Dav.*

permotione] Nemo Camerarium secutus est. Merito. Commode laudat Hott. locum, qui supra est I. 40. *alteram mentis incitatione et permotione divina.* Cod. U. habet *praevisione* pro *provisione:* sed illud vocabulum est nihili, quamquam eo ad explicandam vocem *provisio* in Lex. Cic. utitur Schützius. Noster Partit. Orat. 20. 69. *Reliquum autem genus causarum, aut in provisione posteri temporis, aut in praeteriti disceptatione versatur.* In marg. Ed. Verb. ad v. *earumne* edocemur, Lambinum coniecisse: *earumne divinationem non esse.* Quod ne quem in fraudem inducat, verbo moneo, de ea coniectura Lambinum ne somniasse quidem: sed Gothofredum ad v. *earumne* in marg. ista verba explicandi causa addidisse, ut dicat, pro interrogatione etiam dici potuisse: *earum certe rerum, quae sensibus percipiantur, divinationem non esse.* Cod. S. exhibet *praemonitione* pro *permotione.* Copp. Victt. b. *promotione. Mr.*

mus? ut nescio qui ille divinus, si oculis captus sit, ut Tiresias fuit, possit, quae alba sint, quae nigra, dicere? aut, si surdus sit, varietates vocum aut modos noscere? Ad nullam igitur earum rerum, quae sensu accipiuntur, divinatio adhibetur. Atqui ne in iis quidem rebus, quae arte tractantur, divinatione opus est. Et enim ad aegros non vates aut hariolos, sed medicos solemus adducere:

Aut num *nescio qui ille divinus*] Ita est in MSto, cum in impressis desit particula *num*, alioqui necessaria, ut videtur. *Ursinus.*

aut nescio qui ille divinus] Legit Ursinus ex MS. *aut num nescio qui ille divinus.* Sed hanc scripturam si sequamur, *qui* provocabulum [pronomen] erit. In vulgata pro *quomodo* accipitur. *Sylb.*

Aut num *nescio*] Vulgo secundam vocem praetermittunt, quam praebuerunt Victor. Ursin. Balliol. et Ven. 1471. Adludit etiam Paris, qui dat *aut* enim *nescio* etc. *Dav.*

aut nescio qui] MS. Guelf. ut alii, item Ed. Ven. 1494. addit *num*, quod et edidit Dav. *Ern.* — Sine dubio legendum est *ut nescio qui ille divinus*, quemadmodum vere, quamvis haesitans, coniecit Schellerus in Obss. in priscos scriptt. Haec enim superiora illa illustrant, et ad singularia exempla revocant, solemni Ciceronis more. Vid. Tusc. I. 26. 64. infra II. 46. 96. *ut quorum linguae* etc. *Hott.*

At nescio qui] Ita rectissime Sturm. Paullo ante quaerit Carneades, *quarumnam rerum divinatio sit; earumne, quae sensibus percipiantur?* et respondetur: *At eas quidem cernimus* cet. Porro quaeritur, *numquid ergo sit in his rebus*, quae sensibus percipiantur, *quod provisione mentis magis, quam natura ipsa* i. e. sensibus ipsis *sentiamus?* et respondetur: *At nescio qui* cet. Ergo hic, ut paullo ante, vocula *at* responsioni servit. Schellerum si sequeris, scribens *ut*, cui vehementer assentitur Hott., noster exemplum exemplo illustrabit: sequitur enim, *ut Tiresias fuit:* nam *ille divinus* non iam Tiresias est, sed post exempli gratia profertur, praetereaque additur: *aut, si surdus sit*, quod in Tiresiam non cadit. Legendum omnino videtur *Ullus divinus* pro *ille divinus;* me certe fatentem habes, huius me pronominis vim h. l. non capere. *Rath.*

ut nescio qui ille divinus] Ita scripsi auctore Schellero, probante Hott. et praeeunte Sch. Locum vero ita intelligo: *Numquid ergo in his rebus est, quod — sentiamus? videlicet ut ille nescio qui divinus* (i. e. quem divinandi arte praeditum fingimus), *si oculis captus sit, ut* e. g. *Tiresias fuit, possit, quae alba sint, quae nigra, dicere? aut* etc. Nimirum pergit quaerendo, non respondet post *sentiamus*, ut Rathius volebat; sed ita pergit, ut responsione plane non opus sit. Quod vero *ullus* desiderat, inde factum est, quod existimabat dici *nescio qui* pro *nescio, quomodo;* quod noster nunquam fecit. Sed *ille nescio qui* dixit Acadd. II. 25. 81. *At ille nescio qui, qui in scholis nominari solet*, etc. ubi vid. Goerenzium exponentem, quid intersit inter *nescio quis* et *nescio qui*. Libri autem nostro loco sic: Codd. L. a. d. Edd. Gar. Steph. Brut. Boul. Ald. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. Ern. Bip. habent *aut nescio qui*, Cod. R. *atque non scio qui*. Edd. Asc. 1. Crat. *Nescio qui*. Herw. *Nescio quid*. Sturm. *At nescio qui*. Reliqui *Aut num nescio qui*. Mox Codd. S. P. *oculus* pro *oculis*, nimirum ut cum seq. *captus* conveniat. Vocem *sit* omittit R. *Mr.*

quae sensu accipiuntur,] Ad h. l. in marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb. scriptum est: al. *percipiuntur*. Quod sicubi reperirem, interpretis esse dicerem. Sed in nullo libro praeter Cod. S. comparet. Ceterum non

nec vero, qui fidibus aut tibiis uti volunt, ab haruspicibus accipiunt earum tractationem, sed a musicis. Eadem in literis ratio est reliquisque rebus, quarum est disciplina. Num censes eos, qui divinare dicuntur, posse respondere, sol maiorne, quam terra, sit? an tantus, quantus videatur? lunaque suo lumine, an solis, utatur? sol, luna, quem motum habeant? quem quinque stellae, quae errare dicuntur? Nec haec, qui divini habentur, profitentur se esse dicturos; nec eorum, quae in geometria describuntur, quae vera, quae falsa sint: sunt enim ea mathematicorum, non hariolorum.

rarius dixit noster *sensibus accipere* aliquid, quam *sensibus percipere*. In seqq. Cod. R. habet *Atqui ne his quidem rebus*, omisso *in*. Cod. S. *Atque*. *Mr*.

qui fidibus aut tibiis] Codd. U. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Lamb. Goth. Sylb. inverso ordine *qui tibiis aut fidibus*. *Mr*.

tractationem] Rariore usu intelligendum de tractandi ratione et arte. *K*. — *Accipere* pro *discere* dixit noster et aliis locis et de Or. I. 25. 114. *Et si quis est, qui putet haec arte accipi posse*. — In seqq. Cod. R. habet *Eadem literis* absorpta vocula *in* praecedente litera *m*. Vocem *est* post *ratio* omittit Cod. U. Mox Cod. L. d. habet *reliquis querentibus* pro *reliquisque rebus*. Verba *quarum est disciplina* intellige: quae institutione discuntur. v. Schütz. Lex. Cic. s. v. *disciplina* n. 1. *Mr*.

Num censes] Cod. R. *non censes*: in eodem scribitur *maior nequam* pro *maiorne quam*. Cod. P. *sit si tantus*: M. S. *si tantus*, omisso *sit* pro *sit, an tantus*. Cod. S. *Nam censes*. *Mr*.

Lunaque suo lumine] Lunam suo uti lumine, statuerunt Anaximander et Antipho: Solem vero *τηλικοῦτον, ἡλίκος φαίνεται, μικρῷ μείζων ἢ ἐλάττων*, voluit Epicurus. Vide *Plutarchum* de Placit. Philos. lib. II. capp. 21, 28. et *Cleomedem Κυκλικῆς Θεωρίας* lib. II. p. 190. *Dav*.

lunaque suo lumine] Dav. cum in Ed. pr. ex Cod. Balliol. scripsisset *luna* omisso *que*, in altera reduxit copulam: quam Hott. corrigendam existimabat scribendumque *lunane*: ad quam coniecturam recte monet Rath., si *ne* addendum sit, scribendum esse potius *luna suone lumine, an solis, utatur?* Ernestus probabat omissum *que*, et ipse omisit cum Bip., quia etiam postea scriptum sit *sol*, sine copula, cui aptior foret. Sed ego, ut facile ferrem omissum *que*, ita rationem, quam attulit Ern., probare nequeo. Omisit eam voculam etiam Sch. Sed cum fere omnes libri nostri, et scripti et editi, eam tueantur, nihil novavi: si quid movendum esset, mihi Rathii rationem placituram fuisse profiteor. *Mr*.

sol, luna, quem motum habeant?] Cod. R. *luna, sol*. Cr. *sol lunaque motum habeat*. Est etiam *habeat* in Codd. U. P. L. b. S. et Ed. Asc. 1. Pro *errare* est in Codd. S. R. *erraticae*, quod est interpretis vel correctoris, qui apud Senecam, Gellium et recentiores stellas istas ita appellatas legisset: eo autem adiectivo de planetis nunquam usus est, sed *errantes* vocavit Cic. de N. D. II. 20. 51: et infra c. 6. 17.; *inerrantes* de N. D. II. 21. 54. Idem Cod. exhibet *Nec hoc* pro *nec haec*. Cod. S. *confitentur — describerentur — et ariolorum*. Post *eorum* Cod. L. c. habet *qui*: Cod. R. *quae falsa sunt*, pro *sint*. Idem cum Cod. L. b. omittit *ea* post *enim*. *Mr*.

De illis vero rebus, quae in philosophia versantur, 4.
numquid est, quod quisquam divinorum aut respondere soleat aut consuli, quid bonum sit, quid malum, quid neutrum? Sunt enim haec propria philosophorum. Quid? de officio num quis haruspicem consulit, quem- 11.
admodum sit cum parentibus, cum fratribus, cum amicis vivendum? quemadmodum utendum pecunia? quemadmodum honore? quemadmodum imperio? Ad sapientes haec, non ad divinos referri solent. Quid? quae a dialecticis aut physicis tractantur, num quis eorum divinare potest, unusne mundus sit, an plures? quae sint initia rerum, ex quibus nascuntur omnia? Physicorum

numquid est,] Cod. R. *non quid est.* Cod. M. post *divinorum* addit *qui.* Verbum *consulere* cum accusativo rei nostro non saepe usurpatur: sed est ad Att. VII. 20. med. *nec te id consulo.* Cod. S. *consilii* pro *consuli.* Idem omittit *propria. Mr.*

Haruspicem consulit] Vulgo *consuluit.* Sed lectionem, quam recepi, suppeditarunt Victor. Paris. Med. Balliol. Reg. Cantab. et Ven. 1471. eaque omnino est vera. *Davies.*

num quis haruspicem consulit?] Sic MS. Guelf. item in m. ed. L. et alii apud Davisium. tum Ed. Ven. 1471. 1494. Vulgo est *consuluit.* male. *Ern.* — „Equidem, ait Hott., praeferrem *consuluit,* si eam lectionem in sequentibus, pro praesenti tempore, praeteritum imperfectum exciperet. Nunc autem puto legendum *consuluerit.*" Ego vero male consultum esse loco ista emendatione existimo. Merito revocatum esse *consulit* indicarunt ante nos, praeter Ernestum, Lallem. (qui idem in Cod. reg. reperit) Bip. Rath. Sch. Nec vero primus induxit lectionem *consuluit* Lambinus, (1566) sed eam reperio iam in Ed. Car. Steph. 1554. Ald. 1552. Boul. 1560. Sed *consulit* est in Codd. nostris omnibus, itemque in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Cod. S. *numquid* pro *num quis:* mox *sit utendum:* in eodem scribitur *philosophis* pro *physicis.* Pro *vivendum* Cod. R. habet *parendum.* Idem post *divinos* addit *haec:* Cr. *hoc,* quamquam *haec* post *sapientes* non deest. Ne quis pro *referri* coniiciat *deferri,* quod ego feci aliquando, adeat Schützium in Lexic. Ciceron. s. v. *referre,* in primis p. 57. Conf. lib. nostr. infr. II. 65. prc. ibiq. annott. *Mr.*

Quid? quae a dialecticis aut physicis tractantur,] Cod. R. *quid quaeque aut a dial. an phys. tractantur.* Cr. *quidque a dial. aut a phys. tractantur.* Additur etiam *a* ante *physicis* in Cod. L. d. In Cod. U. Edd. Asc. 1 2. Crat. Herw. Sturm. Ald. Brut. Boul. Lamb. Goth. est *quid? quae a physicis aut dialecticis tractantur.* Pergunt Codd. L. c. d. M. *numquid* pro *num quis:* tum M. *deorum* pro *eorum.* R. *eorum divinorum divinare.* Co. Vi. b. L. c. S. *divinari.* — *Initia rerum* bene explicat Hott. principia s. elementa corporum. Poterat laudare Acadd. II. 36. 117. *tantum de principiis rerum, e quibus omnia constant, videamus* —. *Thales* — *ex aqua dicit constare omnia;* et quae ibi de ea re disputantur plura. In verbis *ex quibus nascuntur omnia* haesi aliquando, eaque vel glossam verborum *initia rerum* esse existimabam, vel desiderabam scriptum *nascantur,* ut sit pars quaestionis. Neque nunc me plane eius suspicionis poenitet. *Mr.*

Physicorum est ista prudentia.] Cod. L. a. cum Asc. 2. omittit *est.* L. b.

est ista prudentia. Quo modo autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissolvas? aut quemadmodum soriti resistas? quem, si necesse sit, Latino verbo liceat *acervalem* appellare: sed nihil opus est; ut enim ipsa *philosophia* et multa verba Graecorum, sic *sorites* satis Latino sermone tritus est. Ergo haec quoque diale-

habet *ita* pro *ista*. De significatione vocis *prudentia*, quae hic locum habet, vid. Auct. ad Herenn. III. 2. 3: *Prudentia est calliditas, quae ratione quadam potest delectum habere bonorum et malorum. Dicitur item prudentia scientia cuiusdam artificii. Item appellatur prudentia multarum rerum memoria et usus complurium negotiorum. Mr.*

Quomodo aut mentientem] Sic editio Victorii et Pith. et Pal. sec. nam pr. *aut ementientem*; tert. *autem non mentientem*; quart. *aut non mentientem*. vulgati, *quomodo autem mentientem. Gruter.*

Quomodo autem *mentientem*] Vulgo *aut mentientem*. Paris. *aut non mentientem*. At cum Pal. primus dederit *aut ementientem*; tert. et reliqui nostri, *quomodo autem non mentientem*, a me recepta est ea, quam tot Codices suasere, lectio. De mentiente et sorite videas licet *Aeg. Menagium* ad *Diogenis Laertii* lib. II. §. 108. *Davies.*

Quo modo autem mentientem] De *mentiente* adde Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. Vol. I. Animadverss. p. 369. sq. *Cr.* — Scripsi *autem* cum Dav. Bip. Hott. Sch., ut est in Codd. Cr. L. b. U. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. In Codd. S. P. est *aut ementientem*: in Ed. Asc. 1. *autem non mentientem*: reliqui *aut mentientem*. Ad rem laudat Hott. Cic. Acadd. II. 29. Facciolat. Acroas. dialect. III. Apud Ciceronem l. c. cap. 30. iste *mentiens* ita ad modum Chrysippi exponitur: *Si dicis te mentiri, verumque dicis; mentiris. dicis autem te mentiri, verumque dicis: mentiris igitur.* Tu vero vide ad hanc rem nunc potissimum Baguet. de Chrysippo p. 140. sq. et Goerenz. ad loca Acadd. laudata. Formula *mentientis* apud Gellium XVIII. 2. est: *Quum mentior et me mentiri dico, mentior, an verum dico?* Hoc loco non possum, quin verbo tangam Schützii in Lexico quoque Ciceroniano conscribendo festinationem. Descripsit ex Ernesti Cl. Cic., quae hic monuerat ad v. ψευδόμενος. Ibi laudaverat Ern. locum nostrum ita: *Div.* II. 4. — Sch., epistolas *ad Diversos* laudari existimans, quas recte existimat melius *ad Familiares* dici, bonum Ernestum correxit scilicet, non inspecto Cicerone, bis scribens *Fam.* II. 4! *Mr.*

quem ψευδόμενον vocant,] Multi Codd. et veteres editi latinis literis exaratum habent *pseudomenon*. Rathius ex L. I. c. 1. 41. et 55. coniicit scribendum esse: *quem ψευδόμενον Graeci vocant.* Non displicet haec suspicio. *Mr.*

quemadmodum soriti resistas?] Ad rem optime facit, et, quid sit *sorites*, explicat noster Acadd. II. 29. et II. 16. 49. Scribitur autem in Cod. Cr. *sorites istas* pro *soriti resistas*, in Cod. L. b. *sorice sistas*, in Cod. R. *sortes istas*. Quae sequuntur *quem, si* usque ad *tritus est* Dav. in parenthesi posuit; quod factum Hott. admodum laudat; nimirum, ut post *dissolvas* et *resistas* semicolon ponas, et post longiorem parenthesin particula *ergo* sermonem interruptum integret: laudatque Tusc. I. 7. Epp. ad Famm. XV. 10. Sed hoc si volebat Cicero, scripsisset, ut est et locis laudd. et aliis: *haec ergo quoque* vel *ista igitur quoque dialectici dicent, non divini. Mr.*

quem, si necesse sit] Cod. R. *qui si*. Vocem *acervalis*, ut aliquot similes a Cicerone vertendi alicuius Grae-

fallacy

ctici dicent, non divini. Quid? cum quaeritur, qui sit optimus rei publicae status, quae leges, qui mores aut utiles aut inutiles, haruspicesne ex Etruria arcessentur, an principes statuent et delecti viri, periti rerum civilium? Quod si nec earum rerum, quae subiectae sensi- 12.
bus sunt, ulla divinatio est; nec earum, quae artibus continentur; nec earum, quae in philosophia disseruntur; nec earum, quae in re publica versantur; quarum rerum sit, nihil prorsus intelligo. Nam aut omnium debet esse, aut aliqua ei materia danda est, in qua versari possit. Sed nec omnium divinatio est, ut ratio docuit; nec locus nec materia invenitur, cui divinationem prae- p. 111. a.
ficere possimus. Vide igitur, ne nulla sit divinatio.

ci vocabuli causa compositas, alibi non reperies. Vocem *est* post *opus* omittunt Edd. Herw. Rob. Steph. et vocem *ipsa* post *enim* Cod. R: eius loco L. c. habet *ipsi*. Pergit Cr. *philosophia multa verba;* et R. *philosophia per multa verba.* In seqq. idem *sic sortes tactus* pro *sic sorites satis:* Cod. U. *sorietas* pro *sorites.* Tum R. *Ergo hoc quoque:* M. *dicunt* pro *dicent:* idem mox *quis sit optimus:* R. *qui leges.* Cod. S. *certus* pro *tritus:* tum *ergo haec quidem dialetici quidem — quis sit. Mr.*

Ex Etruria arcessentur] Haud aliter Pall. quatuor, Pith. S. Victoris, editioque Victorii: aliae, *accersentur. Gruter.*

haruspicesne ex Etruria arcessentur,] Ad rem conf. *Frandsen.* in libello, quem inscripsit *Haruspices* p. 26. Verbum *arcessentur* in Cod. Cr. scribitur *arcescentur:* in Edd. Car. Steph. Brut. Sturm. Ald. Boul. Lambb. Goth. Sylb. *accersentur.* V. Cellar. Orth. Lat. p. 177. sq. ibiq. Harles. Verba *ex Etruria* omittit Cod. S. In eodem exciderunt verba *continentur — — disseruntur nec earum.* Pergit Cod. R. *an princeps statuet et dialectici,* omisso *viri.* Scribitur *statuentur* pro *statuet* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Cod. U. In seqq. Cod. R. *nulla divinatio* pro *ulla divinatio:* post *est* pergit *nec earum rerum.* Cod. M. pro *versantur* habet *reversantur.* Volebat fortasse repetere scriba *re publica.* Cod. R. post *debet* omittit *esse;* idem omittit *est* post *divinatio,* et pergit *aut ratio. Mr.*

nec locus nec materia] Possit aliquis de horum verborum sensu dubius haerere, utrum re vera differant, an posterius priori explicando inserviat. Hoc si voluisset, non, opinor, ea disiunxisset particulis *nec — nec.* Illud igitur erit concedendum, differre ea, et ita quidem, ut *locus* sit i. q. negotium vel res gerenda, *materia* vero sint res ipsae, in quibus versari et applicari possit divinatio. Ita noster de Invent. I. 5. 7. *Materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars et facultas, quae conficitur ex arte, versatur. Ut si medicinae materiam dicamus morbos ac vulnera, quod in his omnis medicina versetur; item quibus in rebus versatur ars et facultas oratoria, eas res materiam artis rhetoricae nominamus.* Vocem *locus* aliquantum explicat de Orat. II. 58. 236. *Locus et regio quasi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur. Mr.*

Ne nulla] Reg. Balliol. et Ascens. *an nulla.* Paris. *a nulla.* Lego *an ulla,* quemadmodum Med. exhibet. *Davies.*

Vide igitur, ne nulla sit divinatio.] Male Davisium coniecisse *an*

5. **Est quidam Graecus vulgaris in hanc sententiam versus,**

Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibebo optimum.

ulla, nemo est, quin videat: et viderunt Rath. Hott. et Sch. Laudat Hott. Cic. de Off. I. 9. Tuscc. II. 18. Epp. ad Famm. V. 4. de Fato 15. Idem cum Schellero Praec. Styli bene Lat. I. p. 229. *vide ne* dictum esse ait pro *vereor ut*. Sed differunt haec aliquantum. *Vide ne* enim id vult: Ego quidem divinationem, utrum vera sit, an non sit, parum curo: ex iis autem, quae dixi, *tibi verendum erit, ut* nulla sit. Ceterum variant nostri quoque libri. R. Cr. et L. b. habent *an ulla;* M. *ne ulla*. Edd. Asc. 1. 2. *an nulla*. Rell. recte *ne nulla*. In marg. Cod. R. scriptum est: q. d. *nulla est*. Verbo moneo, memorabilem esse locutionem *loco et materiae divinationem praeficere* pro *indicare vel dicere, cui potissimum loco et materiae divinatio conveniat, cuius ea quasi sit domina et quo habitet. Mr.*

Est quidem *Graecus vulgaris*] In MSto est *quidam* pro *quidem*. *Ursin.*

Est quidam Graecus vulgaris *in hanc sententiam*] Sic meliores Palatini editique Victorii. nam tert. et quart. non habent illud *Graecus*, abestque a Cod. S. Victoris. at Pithoeanus destituitur illo *vulgaris*. lectio communis, *Est quidem Graecus vulgaris* etc. *Gruter.*

Est quidam Graecus vulgaris *in hanc sententiam versus*] *Vulgaris* in Pithoeano non legitur: sed id vocabulum otiosum non puto; siquidem iste versus in proverbium cessit. A Pall. tert. quart. Paris. Med. Balliol. et Cantab. abest *Graecus:* ea tamen vox etiam sententiae videtur necessaria. Ne tamen *versus* adiectivis oneretur, forsan legendum *est quidam* Graecis *vulgaris* etc. *Davies.*

Est quidam Graecus vulgaris in hanc sententiam versus,] Davisii correctione non opus esse iam vidit Hott.; neque eam alius quisquam recepit editor. Sed haud parum variant nostri quoque libri. Primum est *quidem* in Codd. P. R. L. a. b. d. Edd. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Lamb. Goth. et Ed. Ern. Lugduno-Batava. Vocem *Graecus* omittunt Codd. S. R. et L. b.; sequentem *vulgaris* Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Boul. Sylb. non habent. Pergunt Codd. R. S. *in hac sententia. Mr.*

Est quidam etc.] Haud perspicuum est, quomodo haec cum superioribus cohaereant. An ita sunt adiungenda: *At fortasse locum habet divinatio in iis rebus, quae coniectura continentur. Est quidem* etc. — ? *K.*

Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibebo optimum] Alii *perhibeto*, eodem sensu. Graecus autem est versus *Euripidis* apud *Plutarchum:* *Μάντις ἄριστος, ὅςτις εἰκάζει καλῶς. Camerarius.*

Vatem hunc perhibebo *optimum*] Est a Victorianis, item S. Victoris, Pith. Pall. tribus. nam sec. *perhibeo*. vulgata, *perhibeto opt. Gruter.*

Bene qui coniiciet.] *Euripidis* erat versiculus,

Μάντις γ' ἄριστος, ὅςτις εἰκάζει καλῶς.

Vide *Plutarchum* de Orac. Defect. pag. 432. C. Idem de Pythiae Orac. pag. 399. A. *Ὁ μὲν εἰκάζων καλῶς, ὃν ἄριστον μάντιν ἀνηγόρευκεν ἡ παροιμία, ἰχνοσκοποῦντι καὶ στιβεύοντι διὰ τῶν εὐλόγων τὸ μέλλον ὅμοιός ἐστι.* Imitatur etiam *Menander* in Theophorumena frag. 1.

—— Ὁ πλεῖστον νοῦν ἔχων,
Μάντις τ' ἄριστός ἐστι, σύμβουλός θ' ἅμα. Davies.

Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibebo optimum.] Cod. R. omittit *qui*. Pro *perhibebo* est *perhibeto* in Codd. P. et U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. In marg. Ed. Verb. scriptum est: MS. *perhibeo*, ut habet Cod. S. In marg. Ed. Lamb. versus Graecus ita scriptus est: *μάντις δ' ἄριστος, ὅςτις εἰκάζει σοφῶς.* V. Cleric. ad

Num igitur, aut quae tempestas impendeat, vates melius coniiciet, quam gubernator? aut morbi naturam acutius, quam medicus, aut belli administrationem prudentius, quam imperator, coniectura assequetur? Sed animadverti, Quinte, te caute et ab iis coniecturis, quae haberent artem atque prudentiam, et ab iis rebus, quae sensibus ab arte vacuis perciperentur, abducere divina- 13.

Menandri Fragmm. p. 80. sq. ed. Amst. *Mr.*

Num igitur etc.] Cod. L. d. *Cum igitur*. R. *non igitur*. Pro *impendeat* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *impendat*. S. *impediat*. Quod hic dicitur *quae tempestas impendeat*, explicantur iis, quae sequuntur §. 14. *Atqui ne illa quidem divinantis esse dicebas* etc. *Mr.*

belli administrationem — coniectura assequetur?] „Duplicem, ait Hott., propositam video interpretationem, quarum utra vera fuerit, non facile dixerim. Nam aut *belli administratio* de hostibus est intelligenda, eamque prudenter assequi dicitur is, qui hostium omnia molimina machinationesque suspicatur: aut dicitur pro *ratione belli administrandi*, ut referatur ad eum, qui, belli cursum providens, illud sic administrat, ut rerum provisarum ratio videtur postulare." Mireris sane, dubium haerere potuisse virum doctissimum, prior, an posterior explicandi ratio vera sit; cum posteriore nihil sit certius. *Administratio* ponitur, ut supra c. 3. 9. extr. *tractatio* in verbis: *nec vero ab haruspicibus accipiunt tibiarum tractationem,* i. e. tractandi rationem et artem. Pro *coniectura* est *coniecturam* in Cod. L. d., *assequatur* pro *assequetur* in Cod. R. *Mr.*

quae haberent artem atque prudentiam,] i. e. quarum esset ars, quae disciplina addisci posset. *Habet aliqua res aliquid* est i. q. natura alicuius rei aliquid secum fert. Vid. nos ad Cic. de Legg. II. 26. 65. p. 364. ed. nostr. et Cr. Imperfecta Coniunctivi *haberent — perciperentur* pro *habent — percipiuntur*, ideo sunt posita, quia Marcus haec ut partem sententiae Quinti intelligi vult, vid. Ochsner. ad Olivet. Eclogg. Ciceronn. p. 54. ibiq. laudata complura eiusmodi Ciceronis loca. *Mr.*

quae sensibus aut artificiis percipientur,] Hott. profitetur, se non intelligere, qualia haec sint, *quae artificiis percipiantur*, aut hoc loquendi genus quid sibi omnino velit, ideoque locum corruptum existimat. Ego intelligo res, *quae artibus continentur et literis*, (quod est II. 3 et 4.) *in quibus artes et literae locum habent.* Conf. inf. *quae praesentiri aut arte aut ratione possunt. K.*

quae sensibus ab arte vacuis perciperentur,] Recepi cum Sch. Herelii coniecturam, probatam etiam Censori Halensi (*A. L. Z.* 1809. *Erg. Bl.* 93. p. 739.), qui eam Heerenio adscribit; quamquam animum non plane explet. Sed non intelligebam, quomodo sibi invicem opponi possint, *quae artem habent atque prudentiam* et *quae artificiis percipiuntur.* Quod sentiens Herelius latere existimabat in verbis *aut artificiis* aliquid, quo vox *sensibus* accuratius explicetur et circumscribatur. Coniecerat igitur primum minus feliciter *sensibus a natura infixis:* coll. c. 3. *quod — permotione mentis magis, quam natura ipsa sentiamus:* ibiq. Hott. et c. 53. *oculi — utuntur natura atque sensu.* Deinde vero eam coniecturam attulit, quam nos recepimus, collato loco I. 29. *visa a mente ac ratione vacua.* Illud modo mihi dubium movet, quod adiectivum *vacuus* significat, ubi translate ponitur, vel *defectum*, ut loco modo laudato, vel *vacationem* sive *libertatem*, ut Brut. 90. 309. *ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies vacuus esset* i. e. vaca-

tionem, eamque ita definire: Divinationem esse earum rerum praedictionem et praesensionem, quae essent fortuitae. Primum eodem revolveris. Nam et medici et gubernatoris et imperatoris praesensio est rerum fortuitarum. Num igitur aut haruspex aut augur aut vates quis aut somnians melius coniecerit, aut e morbo evasurum aegrotum, aut e periculo navem, aut ex insidiis exercitum, quam medicus, quam gubernator, quam im-
14. perator? Atqui ne illa quidem divinantis esse dicebas, ventos aut imbres impendentes quibusdam praesentire signis: (in quo nostra quaedam Aratea memoriter a te pronuntiata sunt) etsi haec ipsa fortuita sunt; plerum-

ret, vel: ut nullus dies praeteriret, quo non uterer vel operam darem exercitationibus oratoriis. Desidero adhuc locum, quo *vacuus aliqua re* idem significaret, quod *sine ea re*. Rathius, qui ignorabat Herelii emendationem, sed non minus, quam Hottingerus, offendebatur lectione vulgata, coniecit *quae sensibus, haut artificiis, perciperentur*. Quae est parva sane et facillima receptae lectionis mutatio: cui tamen, quamquam ad sententiam accedo, locum dare in contextis non potui, quia verba *haut* (haud) *artificiis* et otiosa essent, et a Ciceronis usu loquendi aliena. *Mr.*

perciperentur,] Cod. Cr. *praeciperentur* Codd. R. et L. a. *adduocre* pro *abducere*: posterior *praeditionem* pro *praedictionem*. *Mr.*

Primum eodem revolveris] Eadem locutione usus est Auctor ad Herenn. II. 18. 27. *Haec enim res facit, ut neque diutius, quam satis sit, in eisdem locis commoremur, neque eodem identidem revolvamur, neque inchoatam argumentationem relinquamus, neque incommode ad aliam rem deinceps transeamus.* Quatuor nostro loco vitia argumentationis enumerantur, primum (quod Graece commode exprimitur) ἄτακτος ἐπιμονή. alterum, quod Marcus Quinto obiicit ἐπανάληψις τοῦ αὐτοῦ, *cum eandem rem dicimus, et diversa dicere putamus*; tertium ἀτελὲς ἐπιχείρημα: quartum, incommodum ὑπέρβατον. Similia sunt loca, quod ad verba, de Orat. II. 30. 130. *nec — ad — causae seposita argumenta revolvi nos oportet.* Acadd. II. 6. 18. *itaque imprudens eo, quo minime vult, revolvitur. Mr.*

Num igitur aut haruspex] Cod. R. rursus *non* pro *num*. L. d. *haruspicee* pro *haruspex*. Scribitur *ex morbo — ex periculo* in Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Ad v. *e periculo* in marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb. est: al. *ex scopulo*: cuius nos lectionis in nostris libris ne vestigium quidem deprehendimus. *Mr.*

Atqui ne illa quidem] Cod. R. *atque illa quidem divinantis dicebas esse.* Quod h. l. scribitur *Aratea*, nec vero *Aratia* (ut est in multis libris loco de Legg. II. 3. 7. *Aratio*), ea est constans omnium librorum scriptio; nisi quod Cod. R. habet *antea*. Ceterum de scriptione *eus* et *ius* in nominibus Graecis in *ειος* desinentibus v. Schneider. Gr. Lat. I. Elementarl. I. p. 69 — 73: de nostro adiectivo Goerenz. ad Cic. de Legg. l. c. p. 114. nos ad eund. locum p. 174. ed. nost. et Cr. et Walker. ad Cic. de N. D. II. 41. p. 422. Ed. Davis. p. 370. ed. Cr. et nostr. mai. — Vocem *memoriter* omittit Cod. R., quam ne quis supervacaneam censeat, dicens, id nihil ad rem facere neque opus esse, ut Marcus fratri narret, quo-

que enim, non semper, eveniunt. Quae est igitur, aut ubi versatur fortuitarum rerum praesensio, quam divinationem vocas? quae enim praesentiri aut arte aut ratione aut usu aut coniectura possunt, ea non divinis tribuenda putas, sed peritis. Ita relinquitur, ut ea fortuita divinari possint, quae nulla nec arte nec sapientia provideri possunt: ut, si quis M. Marcellum illum, qui ter consul fuit, multis annis ante dixisset naufragio esse periturum, divinasset profecto. Nulla enim arte alia id nec sapientia scire potuisset. Talium ergo rerum, quae in fortuna positae sunt, praesensio, divinatio est.

Potestne igitur earum rerum, quae nihil habent 6. 15.

modo illi versus ab eo pronunciati sint. Nam et optime convenit sermoni familiari talis abundantia, et isto vocabulo eiecto pessime hiaret oratio. Cod. S. *plurimum* pro *plerumque*. *Mr.*

aut ubi versatur] Cod. R. *et ubi* — mox *rerum fortuitarum* ordine inverso; tum *quae autem praesentiri*. Verba *aut usu* (i. e. experientia) non habet Cod. Oxon. ψ. Conf. Cic. de Amic. 15. *de amicitia, quam nec usu nec ratione* [quod vulgo dicunt: neque praxi, neque theoria] *habent cognitam*. Verbum *possunt* omittit Cod. R.; verba *sed peritis* Cod. M.: perperam. Pergit R. *Ita relinquatur*: idem pro *nec sapientia* habet *nec providentia*. Egregie scilicet iungerentur *providentia provideri*. Idem paullo inferius habet *naufragio periturum*, omisso *esse*. In seqq. vox *id* ponitur post *sapientia* in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Sed Codd. et Edd. reliquae praeferunt nostrum ordinem. Cod. S. *nulla enim arte illa nec* — *Talium igitur* — *Potest igitur*. Pro *talium ergo rerum* Cod. R. habet *talium enim rerum*; Cod. L. d. *talium enim ergo rerum*. Compendium nimirum *E*, ab alio, ut debebat, lectum *ergo*, ab alio *enim*, peperit et varietatem lectionis et utriusque vocabuli ineptam copulationem. In fine capitis scriptor Cod. R., qui non caperet structuram orationis, scripsit *praesensio et divinatio est*. *Mr.*

M. Marcellum] Noster de fato cap. XIV. *Quid enim spectans Deus ipse diceret Marcellum eum, qui ter consul fuit, in mari esse periturum*. Et in Pisonem cap. XIX. *M. Marcellus: qui ter consul fuit — periit in mari*. Ubi *Asconius* ait: *Fortasse quaeratis, quem dicat Marcellum. Fuit autem nepos M. Marcelli eius, qui bello Punico secundo Syracusas vicit, et quinque consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipsam Africam periit, paullo ante coeptum bellum Punicum tertium*. Epitome *Liviana* lib. 50. *Ex tribus legatis, qui ad Masinissam missi fuerant, Claudius Marcellus, coorta tempestate, fluctibus obrutus*. Obiit autem A. U. C. DCIV. *Davies*.

Potestne igitur earum rerum,] Vocem *rerum* omittunt Codd. M. et P.; vocem *habent* Cod. R.; idem habet *quia futura* pro *quare futurae*. Longa est et fere supervacanea ad hunc locum Hottingeri annotatio, qua demonstratum ivit, quod demonstratione non eget, in his, quae deinceps proxime a Cicerone disputantur, philosophicum in disserendo acumen non semel desiderari. Id enim neminem fore credo, quin sentiat. Neque etiam Cicero in hoc sermone illud voluisse videtur, ut refutationem divinationis omnibus numeris absolutam exhibe-

rationis, quare futurae sint, esse ulla praesensio? quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi cum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit? quo modo ergo id, quod temere fit, caeco casu et volubilitate fortunae, praesentiri et

ret, sed ut plurima argumenta, quae contra eam afferri possent, adumbraret et in eo paullo liberius ageret sibique, ut alibi quoque solet, nonnihil indulgeret. In eo vero paullo iniquior est Ciceroni Hottingerus, quod verba *quae nihil habent rationis* ita urget, quasi contenderit, fieri aliquid omnino sine ratione. Sine dubio C. verba *quae nihil habent rationis* ita intelligi voluit, quasi dixerit: quarum ratio nemini appareat, vel: quae nobis quidem, qui earum rationem non percipimus, sive non fieri sive aliter fieri potuisse videantur. *Mr.*

esse ulla praesensio?] Ita Dav. edidit, quod unde pro *ulla esse praesensio* hauserit, se nescire ait Hott. Nec id mirum, cum neque Codd. MSS. habuerit ad manum, neque Edd. veteres. Scribitur autem *esse ulla* in Codd. Cr. R. L. b. c. U. Edd. Asc. 1. Rob. Steph. Vict. *Mr.*

quid est enim aliud fors,] *Sors* Victorius, sed male. Fecit non semel et iam pridem, vulgarium linguarum usus, et harum vocum similitudo, ut haec illam excluderet. *Olivet.* — Scriptionem *sors* habent praeter Rob. Steph. etiam Co. Vi. b. Crat. Herw. Sturm. Brut. Eam locum non habere, manifestum est. Sed alibi noster verbo *fors* ita utitur, ut sit vel nomen proprium deae, ut de Legg. II. 11. 28. *Fors Fortuna;* conf. Garaton. ad Cic. pro Planc. 42. p. 288. ed. Orell.; vel certe quodammodo personae speciem habeat nomen appellativum, v. c. ad Att. XIV. 13. *sed haec fors viderit:* ib. VIII. 1. *quemcunque fors tulerit casum:* Or. in Pison. 2. 3. *sit sane fors domina campi.* Infra 7, 18. est *forte fortuna* pro *casu. Mr.*

nisi cum sic] *Cum* ponitur pro *si;* idque auribus tribuit Cicero. Ingratum enim esset *nisi si sic. K.* — Pro *sic* Cod. R. habet *sit. Mr.*

ut vel non cadere] Cod. R. hunc locum ita scriptum exhibet: *ut nihil tandem vel aliquid evenire, nec aliter cadere.* Copp. Victt. b. *ut aliter.* Cod. S. omittit *vel non cadere atque evenire.* Codd. L. c. d. omittunt *vel* post *ut.* P. omittit *non.* Cr. habet *ut non vel.* Codd. L. c. d. Co. Vi. b. pergunt *aliter caderet.* Cod. M. *ut vel non vel aliter cadere atque evenire potuerit,* omissis priore loco verbis *cadere atque evenire:* posteriore loco omittuntur in Codd. P. L. c. d. cum particula repetita *vel.* Vid. Gruteri et Davisii annott. Merito Davisius a Gruteri sententia suam seiunxit: nam istae in Codd. MSS. turbae non glossae sunt signum, sed ortae ex eorundem et similium verborum repetitione a scriptore ipso profecta. *Mr.*

Vel non cadere atque evenire] Pall. meliores, hoc est, pr. et sec. nihil horum habent, neque agnoscunt membranae Pithoei. equidem vel ea propter suspecta mihi sunt. *Gruter.*

Vel non cadere atque evenire] Hasce voces praetermittunt Pithoean. Pal. prim. sec. et Med. quapropter eas a mala manu fuisse suspicatus est *Gruterus.* At in reliquis comparent MSStis, et sensui complendo sunt necessariae: quas ob causas omnino sunt retinendae. Quid de fortuna statuerint philosophi, videre licet apud *Plutarchum* de Placit. lib. I. c. 29. et *Theodoretum* Therap. VI. pag. 87. *Davies.*

Volubilitate *fortunae*] Liber S. Victoris *nobilitate,* quod mutat in *mobilitate* Gulielmius. Sed malim alterum, firmatum omnibus Palatinis. *Gruter.*

volubilitate fortunae] Gulielmi coniectura *mobilitate,* ex falsa scri-

praedici potest? Medicus morbum ingravescentem ra- 16.
tione providet, insidias imperator, tempestates guber-
nator: et tamen hi ipsi saepe falluntur, qui nihil
sine certa ratione opinantur: ut agricola, cum florem
oleae videt, bacam quoque se visurum putat; non sine
ratione ille quidem; sed nonnumquam tamen fallitur.
Quod si falluntur ii, qui nihil sine aliqua probabili
coniectura ac ratione dicunt: quid existimandum est de
coniectura eorum, qui extis aut avibus aut ostentis aut
oraclis aut somniis futura praesentiunt? Nondum dico,
quam haec signa nulla sint, fissum iecoris, corvi cantus,
volatus aquilae, stellae traiectio, voces furentium, sortes,
somnia: de quibus singulis dicam suo loco: nunc de
universis. Quî potest provideri, quicquam futurum esse, 17.
quod neque causam habet ullam neque notam, cur futu-

ptione *nobilitate*, ex iis est, de quibus ipse auctor coniecturae ne somniasset quidem, nisi scribae error acumini ostendendo ansam dedisset. Dixit noster *vaga volubilisque fortuna* pro Milon. 26. 69. *Mobilem* non dixisse videtur *fortunam*. *Mr.*

ratione providet,] Cod. L. b. *praevidet*. Quod sequitur *et*, abest ab Edd. Car. Steph. Boul. Ald. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Vocem *tamen* omittit Cod. L. b. *Certa* ratione recte explicat Hott.: definita, ut semper habeant, quod sequantur: non vero *certa* quod ad eventum. *Mr.*

Opinantur: ut *agricola*] Supervacaneam puto mediam vocem: quapropter lego, *opinantur. Agricola, cum florem* etc. *Davies.*

opinantur: ut agricola,] Non audivit Hottingerum Schützius, vetantem Davisio obsequi, qui *ut* abesse volebat: sed plene distinxit post *opinantur* et abiecit voculam innocentem. *Ut* dicitur pro *ita etiam*, ut saepius. *Mr.*

florem oleae] Vocem *oleae* omittit Cod. R. Idem scriptum habet *baccam*, Cr. *baccham*. Vid. Cellar. Orth. Lat. p. 185. ed. Harles. Grotefend. Orth. Lat. §. 142. Pro *se visurum*, quod habent libri nostri ad unum omnes, Dav., nescio unde, dedit *sese visurum*. Saepe ea confunduntur a scribis, saepe a Cicerone promiscue adhibentur. V. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 17. 54. p. 102. ad de Finn. V. 11. 30. p. 566. Tenendum autem *sese* dici, ut *meme* et *tete*: quae tamen rariora sunt et singularia tantum: illud plurale quoque est, ut simplex. *Mr.*

nonnunquam tamen fallitur.] Cod. M. *falluntur*. S. *ille fallitur*. Vocem *nonnunquam* etiam ad sequens *falluntur* subaudiendam esse, recte monet Hott. Cod. R. in seqq. *nunquam* habet pro *nihil*: idem omittit *aut* ante *ostentis*. *Mr.*

Nondum dico] Inde a voce *Nondum* usque ad *cantus* omnia desunt in Cod. U. Pro *nondum* Cod. M. habet *non*: pro *quam* Cod. R. *quare*, quod est correctoris, vim particulae *quam*, pro *quantopere* positae, non capientis. Idem pro *fissum* habet *fisum*, mox *dicta* pro *dicam*; sed posterius supra lineam: in fine periodi *non de universis* pro *nunc de universis*: tum pergit *quae possunt providere* — deinde *habeat* pro *habet*. *Notam, cur futurum sit* explicat Hott.: notam, ex qua, futurum esse, possit cognosci. Recte. Ita dixit Cicero *argumentum, cur* loco de N. D. I. 2. *Id satis magnum esse argumentum dixisti, cur esse deos confiteremur*: supra

p. 112. a. rum sit? Solis defectiones itemque lunae praedicuntur in multos annos ab iis, qui siderum cursus et motus numeris persequuntur. Ea enim praedicunt, quae naturae necessitas perfectura est. Vident ex constantissimo motu lunae, quando illa, e regione solis facta, incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscu-

I. 8. *argumenta, cur esset vera divinatio*. In Cod. S. scriptum est *furentum*, omissum *sortes:* mox habet *Quid potest,* omittit *notam*. *Mr.*

Solis defectiones] Cod. R. *defectionis*, et supra lin. *defectio*. *Mr.*

Siderum cursus et *motus*] Ita solum Pithoeanus. quippe Pall. quatuor, cod. S. Victoris, editioque Victorii non agnoscunt illud *cursus et*. *Gruter*.

Siderum cursus et *motus*] Omissis reliquis, *siderum motus* exhibent Paris. Med. Reg. Balliol. Pall. quatuor, et editio *Victoriana*. Voces tamen has agnoscunt Pithoeau. et Ascens. ac ob id quod supra dixi I, 19. eas non facile deleverim. *Dav.*

qui siderum cursus et motus numeris persequuntur] Delevi *cursus et*, auctoribus MSS. tribus Voss. apud Burmann. Anthol. T. I. p. 51. et Guelf. et in m. ed. Lamb. *Ern.* — Defendit Hott. lectionem vulgatam ita, ut *cursus* de orbe, quem describant sidera, intelligat, *motus* de maiori aut minori cursus celeritate. Quem ad nostrum locum defendendum laudant Dav. et Hott. locum de Div. I. 19., merito admodum controversum nominat Rathius: vide modo annot. nostram. Commodiorem idem affert I. 11. ubi est *stellarum motus cursusque*. Verba *cursus et* defenduntur et ratione ipsa Ciceronisque usu, et Codd. M. P. M. Co. Vi. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Ad verba *numeris persequuntur* conf. Cic. de Rep. II. 15. *inter eos, qui diligentissime persecuti sunt temporum annales*. In Cod. M. scriptum est *qui siderum cursus et numeris motibus persequuntur*. *Mr.*

Ea enim praedicunt] Ita rescripsi cum Ern. Hott. et Sch., quorum secundus se nescire ait, unde Dav. dederit *Ea praedicunt enim*. Ita nimirum est in Codd. nostris R. U. P. L. b. c. Cr. Edd. Asc. 1. Rob. Steph. Vict. Pro *naturae* est *naturam* in Cod. L. d. *Mr.*

e regione solis facta] Acri iudicio perpendant viri eruditi, an pro *facta* scribendum sit *recta*, quod transiit fortasse in *vecta*, idque in *facta*. Sin vero fallor, edoceant me, quaenam sit vulgatae potestas? Vicemne gerit participii praeteriti verbi *esse?* *Rath.* — Nihil opus Rathii emendatione, ne probabili quidem illa, nedum vera. *E regione — facta* positum est ad normam locutionis *obviam facta*. *K.* — Nimirum altera Rathii suspicio verior. Sed ne quisquam emendatum velit *soli*, quia *obviam fieri* dicitur *alicui*, is observet in locutione *e regione*, quamquam particulae vices gerit, substantivum *regione* non abiicere vim suam genitivi adsciscendi, ut *viam* in verbo *obviam:* vide modo de N. D. II. 41. 103. ubi de eadem re loquitur: *atque etiam tum subiecta atque opposita soli radios eius et lumen obscurat, tum ipsa incidens in umbram terrae, cum est e regione solis* [si participio uti voluisset, scripsisset ut nostro loco: *e regione solis facta*] *interpositu interiectuque terrae repente deficit*. In marg. Edd. Lamb. et Goth. ad v. *facta* scriptum est: fort. *posita:* quod si in libro aliquo reperirem, interpretis esse dicerem, qui sententiam verbi *facta* non ceperit. Pro *incurrat* est *incurrit* in Edd. Manut. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Sylb. Sequens *in* omittit Cod. S. *Mr.*

Quae est meta noctis] Nam nox est σκίασμα τῆς γῆς, ἀποκρυπτομέ-

rari necesse sit: quandoque eadem luna, subiecta atque opposita soli, nostris oculis eius lumen obscuret; quo in signo quaeque errantium stellarum, quoque tempore futura sit: qui exortus quoque die signi alicuius, aut qui occasus futurus sit. Haec qui ante dicunt, quam rationem sequantur, vides.

Qui te thesaurum inventurum, aut hereditatem [ven- 7. 18.

νου Ἡλίου, ut loquitur *Basilius* Hom. II. pag. 26. *Amm. Marcellinus* XX, 3. Luna, *obiectu* metae noctis *in conum desinentis angustum, latet parumper umbrata*. *Boëthius* Cons. lib. IV. Metr. 5.

Palleant plenae cornua Lunae
Infecta metis noctis *opacae*.

Vide sis *Ambrosium* Hexaëm. lib. IV. cap. III, 11. et *Leonem Allatium* in *Eustathii* Hexaëm. pag. 13. *Dav.*

quae est meta noctis,] „Nempe, ait Ern., umbra terrae nocturna habet figuram metae s. coni. *Ern.* — Laudat Hott. Plinii H. N. II. 10. ubi est: *manifestum est, nihil aliud esse noctem, quam terrae umbram: figuram autem umbrae similem metae ac turbini inverso*. Huc facit etiam Cic. de rep. I. 14. extr. — — *ex quo et in sphaera* [Galli] *solis fieret eadem illa defectio, et incideret luna tum in eam metam, quae esset umbra terrae, cum sole regione......* p. 65. sq. ed. nostr. Scribitur *noctis meta* in Cod. L. b. *Mr.*

quandoque — opposita soli,] Verba *quandoque — subiecta*, et verbum *soli* absunt a Cod. M.; pro *soli* est *solis* in Cod. L. d. *obscurat* pro *obscuret* in Cod. L. a. Cum nostro loco conferendus Cic. de Rep. I. 16. p. 70. sq. ed. nostr. *cum tota se luna sub orbem solis subiecisset — solem lunae oppositum solere deficere*. Vocem *eius* non habet Cod. S. *Mr.*

quoque tempore futura sit,] Cod. R. *temporeque futura sit:* mox *ut qui* pro *aut qui*. In fine capitis Cod. L. d. *notionem* pro *rationem:* male. Ad rem cf. Elmenhorst. ad Minuc. Felic. Octav. p. 35. sq. ed. Ouzelii. Cod. S. exhibet *quo tempore futurum:* mox *ante dant,* et *vident* pro *vides*. *Mr.*

Qui thesaurum inventum iri,] Proclive erratum imperito ex INVENTVM-IRI, si duo verba una coeant, in INVENTVRVM, quod est apud alios. *Brut.* Vid. nos infr. ad II. 15. 36. Cod. S. habet *inventurum*. *Mr.*

Qui thesaurum inventurum iri] Sic legendum esse ratio pervincit, libris omnibus reclamantibus. *Lambinus.*

Qui thesaurum inventurum] Subintellige, *alicuius*, vel *aliquem*, inquit Gulielmius. Lambinus quamvis libris omnibus reclamantibus reposuit, *inventum iri*. *Gruter.*

Qui thesaurum inventum iri] Vulgo *inventurum:* quod hoc in loco nullum parit sensum, licet id supplementis nescio quibus munire conatus sit *Gulielmius*. Multo melior est *Lambini* coniectura, cui placet *inventum iri:* nec eam recipere dubitavimus. Reg. et Cantab. *inveniendum* repraesentant: sed ita loqui non solitus est *Cicero*, licet apud alios scriptores huiusmodi locutionum non desint exempla. *Caesar* lib. I. B. C. c. 71. *Movebatur etiam misericordia civium, quos* interficiendos *videbat*. *Lactantius* de Mort. Pers. cap. XI. *Cum autem malum* (facere decrevisset,) *quoniam id* reprehendendum *sciebat, in consilium multos advocabat*, *ut aliorum culpae adscriberetur, quicquid ipse deliquerat*. *Hieronymus* in vit. Hilarionis p. 90. ed. Bened. *Iam se ad Dominum migraturum, et de vinculis corporis* LIBERANDUM. Ita persaepe loquitur, scriptor elegantissimus, *Sulpicius Severus*. Vide sis H. S. lib. I. capp. 4, 6, 8. etc. *Dav.*

Qui thesaurum inveniendum] Vitiosum est *inventurum*. Lambinus corrigit *inventum iri*, quod mihi quoque in mentem venerat. Davisius in MSS. reperit *inveniendum*, quod pro

turam] dicunt, quid sequuntur? aut in qua rerum natura inest, id futurum? Quod si haec, eaque, quae sunt eiusdem generis, habent aliquam talem necessita-

inventum iri dici potest, et saepe sic illa forma dicitur, ut docuit Davisius. Itaque id recepi. *Ern.* — Nimirum ita scripserat Dav. in ed. pr. oppugnatus a Verburgio, dicente participium futuri passivi non poni de rebus, quae aut fieri possint aut non fieri, sed semper de eo, quod certo est futurum. Wopkensius defendit Davisium, dicens, de eo ipso agi h. l., quod certo sit eventurum. Uterque vim illius participii non recte cepit: quod docere non est necesse, cum ipse Dav. a priore sententia decesserit. Hottingerus vero, improbans quidem exempla allata, ad Davisii priorem rationem regressus eamque amplexus est, laudans Vellei. Paterc. I. 16. *neque imitanda reliquere;* II. 46. *res vix multis voluminibus explicandae.* Ovid. Metam. VIII. 633. sq. Sed, ut animum lectoribus expleat Ciceronianis, affert etiam loca ex libris de Finn. I. 2. *Ne ipsos quidem Graecos est, cur tam multos legant, quam legendi sunt;* h. e. *legi possunt* s. *exstant:* de Off. I. 45. *Illud forsitan quaerendum sit, num haec communitas vitae:* cet. Posteriorem locum huc nihil facere, me non monente vident lectores: priorem dudum Bremius et Goerenzius recte explicaverunt dicentes: *legendi sunt* est i. q. *legi debent* sc. *si docti et esse et haberi velint.* Ego quidem hac in re cum Rathio facio dicente, interdum bonos etiam iudices perperam iudicare. Ex nostris Codd. reperi *inveniendum* in solo Cod. L. d. idque etiam receptum video in Ed. Bip. et ab Hott. Schützius cum Dav. et Lallem. Lambini correctionem amplexi sunt. Reliqui libri omnes habent *Qui thesaurum inventurum.* Mihi unice satisfacit postrema, quae in annot. seq. proponitur, coniectura, quare eam recipiendam duxi. *Mr.*

qui te thesaurum inventurum aut hereditatem [*venturam*] *dicunt, quid sequuntur?*] Mihi quidem dudum visum est, servari posse librorum lectionem *inventurum,* dummodo addas voculam *me,* scribasque *qui thesaurum me inventurum.* Facile potuit excidere *me* a praecedentis vocis litera incipiens ultima, et elisione perire potuit litera illius vocis posterior. Similiter dixit II. 14. *si pecuniae mihi amplificatio ostenditur.* Cum vero aliquando meorum aliquis discipulorum (*C. Gaa*) coniecisset *te aurum* pro *thesaurum* (cui tamen coniecturae minus favet I. 14. *thesauri inventione:*) mihi in mentem venit legere *te thesaurum:* cum ante *the* facillime potuerit vel oculis vel auribus elabi *te.* Sed post *inventurum* mihi non magis, quam Hottingero, gratum accidit auribus, quod statim sequitur *venturam.* Quae mihi quidem videtur glossa interpretis cuiusdam, qui reputaret, non dici *invenire hereditatem,* sed *hereditas venit,* neque zeugma h. l. esse sentiret. *K.* — Pro *venturam* Cod. R. exhibet *inventuram. Mr.*

aut in qua rerum natura inest,] Bene explicat Hott.: ex quibus causis naturalibus intelligi potest. *Mr.*

Quodsi haec eaque quae *sunt eiusdem generis*] Est ab edit. Victorii, alluduntque et Pall. et Gulielmiani. vulgatur passim, *quod si ea, quae sunt eiusdem* cet. *Gruter.*

Quod si haec, eaque, quae sunt] Codd. S. R. et L. b. *quod si haec ea quaeque sunt.* Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Lamb. Goth. Sylb. habent *quod si ea quae sunt.* Sed reliqui omnes nobiscum faciunt. Vide modo Heusinger. ad Cic. de Off. I. 4. 1. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 15. 42. p. 66. *Mr.*

Habent aliquam talem *necessitatem*] Lego *habent aliquam* tamen *necessitatem;* quod et amicus sibi videri monuit. *Davies.*

habent aliquam talem necessitatem:] Scribitur in Cod. R. *aliquam talem necessitatem habent.* Et Davi-

tem; quid est tandem, quod casu fieri aut forte fortuna putemus? Nihil enim est tam contrarium rationi et constantiae, quam fortuna; ut mihi ne in deum quidem cadere videatur, ut sciat, quid casu et fortuito

sium et eius amicum frustra sollicitasse lectionem librorum vett. omnium, iam monuit Wopk., laudans loca, quibus copulantur *aliquid* et *tale*; v. c. infra c. 21. ad Att. XVI. 8. de N. D. I. 30. 85. quo tamen ego loco cum Dav. Heind. et Sch. ex aliquot libris dedi *alio aliquo*, quia opponuntur, non adiunguntur haec praecedentibus *humano visu*. Nostro loco *aliquam talem* significat: qualem habent ea, quae a causis certis et naturalibus proficiscuntur: ut monuit Hott. In Cod. S. est *talem aliquam*. *Mr*.

Aut forte fortuna *putemus*] Balliol. habet *fortunaque*. Sed Reg. et Cantab. repraesentant *fortunave*. Supra cap. VI. *Quid* fors, *quid* fortuna, *quid casus*. Sic igitur reponi possit, licet alioqui bene se habeat vulgata lectio. *Davies*.

aut forte fortuna] Cod. R. *aut sorte fortunave*, ubi agnoscis manum correctoris non optimi: Cod. L. d. *aut fortuna*, omisso *forte*, quod item est scioli. Davisii coniectura nihil opus est; neque, quod supra est c. 6. *quid enim aliud est fors, quid fortuna, quid casus* —, id nos cogit, ut *forte fortunave* recipiamus. De *Forte Fortuna* dea vid. annott. ad Cic. de Legg. II. 11. 28. p. 244. sq. et p. 648. Ed. nostr. et Cr. et adde interpretes et veteres et recentiores ad Terent. Phorm. V. 6. 1. *Mr*.

Nihil enim est] Ita Codd. MSS. et Edd. omnes, nisi quod in Cod. R. omittitur *enim*. Sed tamen Hott., nihil monito lectore, scripsit *Nihil est enim*. Qua de re cum nuperrime disputaverimus ad Cic. de Legg. I. 12. p. 87. coll. p. 565. sq. ed. nostr. et Cr. Goerenz. ad eund. locum, ad Acadd. I. 5. 21. pag. 34. et ad de Finn. I. 14. 48. p. 60; nihil amplius addo. Illud moneo, Beierum ad Cic. de Off. I. 20. 68. p. 158. de aliis eiusmodi et de nostro loco disputantem dicere se in eiusmodi locis, si unus et alter codex addicat, vocem *est* deleturum. Cum nihil varient libri, et nostri loci multi sint simillimi, ego nihil muto. *Mr*.

contrarium rationi et constantiae] Hottingerus, *rationem* dicens esse rerum connexionem sive vinculum causarum effectorumque, argutari videtur, quod nonnunquam in locis paullo impeditioribus eum facientem deprehendimus. Sicut c. 6. *probabilis coniectura et ratio* se invicem explicant, ita *ratio* h. l. est certa computatio, qua astrologus, (quem nunc astronomum appellant) numeris persequitur cursus siderum; *constantia* vero ordo certus ideoque immutabilis, ut c. 6. *constantissimus motus lunae*. *K*.

Ne in deum quidem cadere videatur] Ad hunc locum respicit *Augustinus* C. D. lib. V. c. 9. *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 117. *Εἰ δ' ἐν τοῖς τυχηροῖς (ποιήσονται τὰς προαγορεύσεις,) ἀδύνατόν τι ἐπαγγέλλονται· ἄστατα γὰρ τὰ τυχηρῶς γινόμενα· τῶν δ' ἀστάτων καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἐκβαινόντων οὐκ ἔστιν ἑστῶσαν ποιεῖσθαι τὴν προαγόρευσιν.* Noti sunt, qui eam, quam Cicero tuetur, sententiam temporibus hisce nostris aperte defenderunt. *Dav*.

ut — ne in deum quidem cadere videatur, ut sciat,] *In deum cadit, ut sciat*, dictum videtur, quasi scripserit *fieri potest, ut deus sciat*. Sententia est: *ne deus quidem dici potest scire*. *K*.

quid casu et fortuito futurum sit.] Scripsit Goerenz. de Finn. V. 11. 33. *sive hoc ita fit fortuitu*, narratque, nostro quoque loco duos ex suis codd. exhibere *casu et fortuitu*. Idem etiam iure restituisse censet Mart. Lagunam Epp. ad Famm. V. 8. et Beckium II. Agrar. 7. 17: monetque, tum potissimum Ciceronem uti hoc substantivo, si ad aliud sub-

futurum sit. Si enim scit, certe illud eveniet: sin certe eveniet, nulla fortuna est: est autem fortuna: rerum
13. igitur fortuitarum nulla praesensio est. Aut si negas esse fortunam, et omnia, quae fiunt, quaeque futura sunt, ex omni aeternitate definita dicis esse fataliter; muta definitionem divinationis, quam dicebas praesensionem esse rerum fortuitarum. Si enim nihil fieri

stantivum referatur. Quod cum hic, quamvis locum habere videri possit, tamen male sonaret post *casu*, praeterea libri nostri omnes (exceptis Co. Victt. b.) in vulgata forma conspirent, nihil mutandum censui. Mox Schützius dedit *Sin arte eveniet* pro *sin certe eveniet:* invitus, ut existimo. *Mr.*

Si enim scit — nulla praesensio est.] Sententia loci cum paullo obscurior visa esset viro cuidam docto, qui me de eo consuleret; in eorum gratiam, quibus idem videri posset, eum explicabimus. *Si enim*, ait, *scit* [deus, quid casu et fortuito futurum sit], *certe illud eveniet.* [Fieri enim nequit, ut, quod deus eventurum scit, non eveniat.] *Si vero certe eveniet* [i. e. si certum est, antequam fiat, id re vera eventurum:] *nulla fortuna est* [i. e. res ista, quam certe eventuram scit deus, antequam fiat, cum denique re vera fit; facta non dici potest fortuito]. *Est autem fortuna* [i. e. negari nequit, esse res, quae fortuito fiant:] *rerum igitur fortuitarum nulla praesensio est:* [i. e. ergo res fortuitae praesentiri non possunt, ab hominibus, quid? quod ne a diis quidem: nam si praesentiri possent, non essent fortuitae, sed certae. Certum autem fortuito est contrarium]. *Mr.*

rerum igitur — praesensio est.] Cod. M. *fortunarum* pro *fortuitarum.* Scribitur *est praesensio* in multis Edd., nostrum vero ordinem servant Codd. Oxonn. nostri L. b. c. M. R. U. P. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. et Hott. *Mr.*

Aut si negas esse fortunam,] Malebat Hott. *At si negas:* praeter necessitatem. *Aut si negas* dicitur, quasi scripserit: Tu aut concedas esse res fortuitas, aut neges, necesse est. Si concedis: earum ego nullam praesensionem esse tibi demonstravi. Sin negas —: muta definitionem divinationis. — Quod sequitur, *quae fiunt, quaeque futura sunt,* in *fiant* et *sint* mutatum volebat Ern. Idem placebat Rathio, quia Marcus fratris proferat sententiam: et paullo inferius scriptum sit: *dicebas, omnia, quae fierent futurave essent, fato contineri.* Sed, quamquam et ipse mihi placiturum fuisse concedo *fiant* et *sint*, si libri addicerent, tamen loci posterioris rationem eam esse video, ut coniunctivus poni debeat, indicativus ne ferri quidem possit: nostro loco elegantem quidem fore coniunctivum, necessarium non item. — Pro *ex omni* est *et omni* in Cod. P. Ad rem facit, quod supra dixit I. 55. *εἱμαρμένη — est ex omni aeternitate fluens veritas sempiterna:* ubi v. annott. Ad verba *quam dicebas praesensionem esse rerum fortuitarum,* tenendum est Marcum quidem supra I. 1. non plane ita dixisse, sed *divinationem esse praesensionem et scientiam rerum futurarum:* sed Quinti definitionem I. 5. 9. ita se habere: *est earum rerum, quae fortuitae putantur, praedictio atque praesensio.* In Cod. S. est *divinationem* pro *praesensionem. Mr.*

Si enim nihil fieri potest,] Vocem *enim* non habet Cod. L. b. Paullo inferius Cod. R. habet *quid potest esse* pro *quae potest esse.* Verba *qua sublata* desunt in Codd. M. et R. Pergit Cod. Cr. *quis locus* pro *qui locus.* Utriusque scriptionis diversa est sententia. *Quis locus est* quaero, si locum aliquem esse scio et con-

potest, nihil accidere, nihil evenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit esse futurum rato tempore; quae potest esse fortuna? qua sublata, qui locus est divinationi? quae a te fortuitarum rerum est dicta praesensio. Quamquam dicebas, omnia, quae fierent futurave essent, fato contineri. Anile sane et plenum superstitionis fati nomen ipsum; sed tamen apud Stoicos de isto fato multa dicuntur, de quo alias: nunc, b.
quod necesse est.

Si omnia fato: quid mihi divinatio prodest? Quod 8.
20.

cedo, sed locum ipsum non novi. *Qui locus est* si quaero, de eo dubito, utrum re vera locus sit; et eum plane non esse suspicor. In Cod. S. scriptum est *ab aeternitate omni*. Mox idem *quid locus*. *Mr.*

quae a te fortuitarum rerum est dicta praesensio.] Idem paullo superius dixit: sed repetit ea, ut adiungat, quae nunc sequuntur. Quae est laxior sententiarum et enunciatorum coniungendorum ratio, a sermonis familiaris usu nequaquam aliena. *K.* — Scribitur *quae a te rerum est fortuitarum dicta praesensio* in Codd. L. b. et U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In seqq. pro *futurave essent* Cod. R. *ut futura essent*, ortum ex *aut futura essent*, quod habet Cod. S. *Mr.*

Anilis *sane plenum superstitionis*] Sic legendum putant, *anilis sane plenum superstitionis:* non, ut vulgo, *anile sane et plenum superstitionis, fati nomen ipsum. Lambin.*

Anilis sane plenum superstitionis fati nomen.] Haec multo venustior lectio et verior videtur. *Brut.* — Placet etiam Hottingero haec viri docti, quem perperam Lambinum esse ait, coniectura: idemque monet *superstitiones aniles* legi de Nat. Deor. II. 28. 70. Neque ego eam mutationem, si libri accederent, respuerem. Nunc in vulgata acquiesco. Pro *anile* Cod. M. habet *an ille*. Ceterum loco ab Hottingero laudato adde de N. D. III. 39. 92. *Neque id dicitis superstitiose et aniliter:* infra c. 60. 125. *eamque superstitionem imbecilli animi atque anilis putent:* supra I. 4. 7. *ne — anili superstitione obligemur.* — Cod. R. pro *ipsum* habet *ipsum est*. *Mr.*

Anile *sane et plenum superstitionis fati nomen*] Hanc lectionem retinent omnes MSSti, nec idoneam sane causam video, cur mutetur: nam *anile* quidem, vanum et stultum est *Fati* nomen. *Fati nomen,* inquit *Augustinus* lib. v. C. D. cap. 9. *nos abhorremus, praecipue propter vocabulum, quod non in re vera consuevit intelligi.* Recte *Maximus Tyrius* Diss. XIX. §. 9. *Ἔοικε δὲ καὶ ταυτὶ τὰ ὀνόματα* (*μοῖρα, πεπρωμένη,* aliaque similia) *εἶναι μοχθηρίας ἀνθρωπίνης εὔφημοι ἀποστροφαί, ἀναθέντων αὐτῆς τὴν αἰτίαν τῷ δαιμονίῳ καὶ ταῖς Μοίραις, καὶ ταῖς Ἐριννύσιν.* Recte etiam *Sallustius* de Diis et Mundo cap. XI. pag. 261. *Ἀδικίας τε καὶ ἀσελγείας ἐκ τῆς εἱμαρμένης διδόναι, ἡμᾶς μὲν ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ θεοὺς ποιεῖν ἐστι κακούς.* Vide quae disserit *Oenomaus* apud *Eusebium* Praep. Evang. lib. VI. cap. 7. et apud *Theodoretum* Therap. VI. p. 86. *Davies.*

de isto fato multa dicuntur,] Cod. L. b. *de fato isto*. Ultimam vocem, *est*, omittit Cod. U. Ad rem conf. infr. II. 10. de Fato 8. 9. Academm. II. 40. 126. Cod. S. exhibet *de fato ipso multa*. *Mr.*

Quod enim is,] Cod. R. *Quid* pro *quod:* mox: *praedicit vero quod futurum est, ut illud quidem sciam:* omissis verbis *id* et *ne*. *Mr.*

enim is, qui divinat, praedicit, id vero futurum est: ut ne illud quidem sciam, quale sit, quod Deïotarum, familiarem nostrum et necessarium, ex itinere aquila revocavit. Qui nisi revertisset, in eo conclavi ei cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit. Ruina igitur oppressus esset. At id, neque si fatum fuerat, effugisset: nec, si non fuerat, in eum casum incidisset. Quid

id vero futurum est:] i. e. certe eveniet, c. 7., quia fato continetur, ita ut mutari nequeat: non admonet, ut cautiores simus. Conf. capitis huius extr. *K.* — De hoc usu vocis *vero* et de singulari eius vi vid. quos laudat Ruhnken. ad Terent. Eun. v. 8. 8. p. 188. ed. Schopen. pag. 247. ed. Bruns., ubi noster locus adhibetur. Mox Cod. M. *dicam* pro *sciam*. P. *sicam* (sed deleto *c*): ubi vides originem lectionis *disam*. Cum enim aliquis literis transpositis *sicam* scripsisset pro *sciam*, alter subveniendum ratus sententiae scripsit *dicam*. Cod. U. omittit *sit* post *quale*. Pergit Cod. P. *quo Deiotarum*, Asc. 1. *Quid quod Deiotarum*. In Cod. S. est *scientiam* pro *sciam*: quam scriptionem Codicis scriptor compendium scribendi esse existimabat. *Mr.*

Deiotarum necessarium *nostrum*] Non aliter Pall. quatuor, Pith. S. Victoris, editique a Victorio. alii *familiarem* nostrum. cur obsecro? *Gruter.*

Familiarem nostrum et necessarium] Sic Reg. et Cantab. Haud aliter *Cicero* pro Sulla cap. 1. *L. Torquatus, meus* familiaris ac necessarius, *iudices, existimavit, si nostram in accusatione sua* necessitatem familiaritatemque *violasset, aliquid se de auctoritate meae defensionis posse detrahere.* Vulgo *necessarium nostrum*; editi veteres, *familiarem nostrum*: nos vero fugit, cur pleniorem loquendi modum, cum MSStorum fide, tum *Ciceronis* more suffultum, haberemus reiiculum. *Davies.*

familiarem nostrum et necessarium] Servavi cum Hott. et Sch. hanc lectionem a Davisio primum ex duobus Codd. receptam, quamquam ex nostris nullus assentit. Est enim *familiarem nostrum ex* etc. in Codd. L. b. P. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Boul. Sturm. Ald. Lamb. Goth. Sylb. in reliquis est *necessarium nostrum ex* etc. Addit Hott. loco a Dav. laudato Epp. ad Famm. XIII. 12. *Nam et privignus est M. Caesii, mei maxime et familiaris et necessarii:* Adde Or. pro Mur. 3. 7. *me familiaritatis necessitudinisque oblitum causam Murenae contra se defendere.* Philippic. II. 2. 3. *An ego non venirem contra alienum pro familiari et necessario meo?* In Epp. ad Famm. XIII. 19. *necessitudo* et *familiaritas* ita distinguuntur, ut illa sit cum omnibus hospitibus, haec cum paucis. Probarunt Davisii lectionem et iam Ern. et Rath. Hic vero dubitanter: fidenter autem idem nos corrigere iussit *revocarit* pro *revocavit*; vel sine libris. Ego de ea scriptione, etiamsi aliquot libri addicerent, recipienda dubitarem. Cod. S. habet *qui si non revertisset. Mr.*

ei cubandum fuisset,] Cod. P. *concubandum* pro *cubandum*. Pro *neque si* Cod. Cr. *ne si:* idem cum Cod. R. *futurum fuerat* pro *fatum fuerat:* sed Cr. in marg. habet: al. *fatum*. In seqq. Cod. R. *neque si non* pro *nec si non*. *Mr.*

Quid ergo adiuvat divinatio?] Non displicet, quod coniecit Hereline l. c. p. 187. *ergo me adiuvat:* statim enim sequitur: *quid me moneant;* praecessit initio capitis: *quid mihi divinatio prodest:* sequitur infra c. 9. *quid est quod me adiuvent haruspices?* c. 25. *quid igitur — ostenta — nostros adiuverunt?* Sch. eam emendationem recepit: ego idem facere

ergo adiuvat divinatio? aut quid est, quod me moneant aut sortes, aut exta, aut ulla praedictio? Si enim fatum fuit, classes populi Romani bello Punico primo, alteram naufragio, alteram a Poenis depressam interire; etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent L. Iunio et P. Clodio consulibus, classes tamen interissent. Sin,

non sum conatus, cum non desint loca, ubi *adiuvare* sine accusativo ponitur. Cod. S. *Quid igitur me. Mr.*

Quod me moneant] Vulgo *moveant*. Sed omnino vera est lectio quam Paris. Balliol. et Med. exhibent. *Dav.*

quid est, quod me moneant] Recepi hanc lectionem post Hott. et Sch. eamque exhibent etiam Co. Vi. b. Codd. M. L. c. d. P. Commendat eandem Hott. loco simillimo inf. II. 60. *Quid est igitur, cur, his hominibus consulens deus, somniis moneat eos* etc. In oratione spuria de Harusp. Resp. 25. 53. legitur: *cum dii immortales monent de optimatium discordiis. Mr.*

Aut ulla praedictio?] Pal. pr. et Pithoeanus *dictio*, non male. nam *dicere* est Apollinis vatum oraculorumque. sic supra lib. I. cap. 40. *futura dicebant*. et cap. sequenti: *coniectura quae essent futura dicebat. Gulielmius.*

Aut ulla praedictio] In Pal. primo et Pithoeano male legitur *dictio*; quamvis aliam sententiam foveat Ianus Gulielmius. Licet enim Cicero vatibus *futura dicere* tribuat, nunquam tamen apud hunc soli *dictionis* voci potestas ea fuit adscripta: nam quod *Gruterus dicere* sic intellexit infra cap. 52. ad illum locum ea de re videbimus. Interim mihi non latet, *dictionem* pro oraculo veteribus usitatam fuisse. Vide modo *Livium* lib. VIII. cap. 24. *Davies.*

aut ulla praedictio?] Pravam lectionem *dictio*, frustra a Gulielmio commendatam, habent etiam Codd. M. et P. Ceterum eam commendat etiam Pithoeus, in marg. ad collationem his additis: „V. ad Herenn. *Aperte fatur dictio flexa.* Nonius *autumare*: *eorum non falsa autumare dictio Delphis solet.*“ Ibi nimirum est versus Pacuvianus octonarius integer p. 118. b:

Flexa, non falsa autumare dictio Delphis solet.

Locus autem ad Herenn. II. 26. 42. item est ex poeta. In Cod. S. legitur: *aut exta fuit in illa praedictio. Mr.*

bello Punico primo] Cod. R. *bello primo punico*. Cod. S. omittit *primo*. Pergit Cod. L. c. *altero* pro *alteram*, nimirum ut hoc vocabulum cum praecedente et insequente concordet. Vocem *a* ante *Poenis* omittunt Codd. R. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Mr.*

etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent] Cod. R. *etiamsi tripudium solis cacumen fecisset publio lavino*. Vocem *consulibus* omittit Cod. P. In Cod. L. d. scribitur *tripudium solitum cum publi*. Hott., cui mirum accidebat, Consules hic, velut in re singularis eventi, nominari, hunc locum ita scriptum volebat: *Si enim fatum fuit, classes populi Romani bello punico primo, L. Iunio et P. Clodio consulibus, alteram* etc. Nec iniuria. Quis enim non offendatur legens: *L. Iunio et P. Clodio consulibus tripudium solistimum fecerunt pulli—?* Nolui tamen transponere verba, quae mihi eiicienda potius videntur. Lectorem enim aliquem paullo diligentiorem consulum nomina, quorum tempore illud factum est, margini allevisse existimo, quae solito scribarum more in contexta, loco parum commodo, recepta sint. Inter *Clodio* et *consulibus* in marg. Ed. Crat. additum esse dicitur apud alios *eorum*; cuius ego vocis alibi non reperi vestigium, nisi quod Cod. S. habet *Clodio eorum classes cum interissent*, omisso *consulibus*, ex cuius vocis compendio ortum esse *eorum* manifestum est. *Mr.*

cum auspiciis obtemperatum esset, interiturae classes non fuerunt; non interierunt fato: vultis autem omnia
21. fato: nulla est igitur divinatio. Quod si fatum fuit, bello Punico secundo exercitum populi Romani ad lacum Trasimenum interire; num id vitari potuit, si Flaminius consul iis signis iisque auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, paruisset? Certe non potuit. Aut

Sin, cum auspiciis obtemperatum esset,] Cod. M. *si cum.* S. *si non.* R. *Si tum.* *Mr.* — *Cum* ponitur pro *si*, κακοφωνίας evitandae causa: postea, ubi haec causa abest, scripsit: *si — paruisset.* Ita supra c. 6. dixit *nisi cum sic*, ne nimis sibilaret oratio: *nisi si sic.* In verbis *interiturae — fuerunt* constructio est, ut in graeca locutione ἔμελλον ἀπολέσθαι. *K.* Cod. S. *esset interpretum classes non fuerunt*, omisso *interiturae*. *Mr.*

Vultis autem omnia fato] *Lambinus*, interposito verbo, legendum coniecit, *vultis autem* evenire *omnia fato;* et ita sane loquitur noster infra cap. 9. At cum huiusce capitis initio, *si omnia fato*, ἐλλειπτικῶς dixerit; quid est, cur hic eodem modo loqui nequiverit? *Davies.*

Vultis autem omnia fato:] Haec desunt in Cod. M. quod non magis probari potest, quam quod Lamb. addi vult *evenire*, sed minus etiam. In Cod. Cr. scribitur *omnia a fato.* Vox *fato* abest a Cod. U. Pro *omnia* Ed. Milleri, ad exemplar Lond. expressa, habet *omnino.* *Mr.*

nulla est igitur divinatio.] Ita scripsi monente Beiero ad Cic. de Off. II. 2. 6. p. 16: cum vulgo scribatur *nulla igitur est.* Recte paullo inferius: *Ubi est igitur ista divinatio.* Vocem *est* omittunt Codd. S. L. b.; quod cave probes. Recte praecipit Hott. *nulla* poni h. l. pro *inanis*, neque vero *nulla est* dici pro *non est:* ut dixit supra I. 14. *aut num propterea nulla est rei publicae gerendae ratio atque prudentia.* — Cod. L. a. in seqq. post *bello Punico* repetit voces *si fuit.* *Mr.*

ad lacum Trasimenum] Copp. Victt. b. *Trasumen.* Cod. R. *transmenum.* P. *thrasumenum.* U. *transimenum:* ut Ed. Asc. 1. In Codd. L. b. c. d. M. Edd. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Dav. Oliv. Ern. Hott. Sch. est *Thrasimenum:* in Cod. Cr. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Bip. scribitur *Trasimenum.* Hanc ego scriptionem praeferendam duxi, motus iisdem rationibus, quibus Drakenborch. ad Liv. XXII. 4. p. 87. T. VII. Ed. Stutt. q. v. Conf. Nolten. Lex. Antibarb. p. 869. *Mr.*

Num id vitari potuit] Vulgata scriptura *mutari.* sed alterum haeret in Pall. in Pith. in edit. Victorii. *Gruter.*

num id vitari potuit,] Lectionem *vitari* habent Copp. Victt. b. Codd. nostri Cr. R. P. M. L. a. c. d. Edd. Rob. Steph. Verb. Ern. Oliv. Hott. Sch. Pro *num* est *non* in Ed. Rob. Steph., *unde* in Cod. R. Mox Cod. M. *atque* pro *iisque.* *Mr.*

Si Flaminius consul] Sic legendum est, non, *si Flamininus*, quemadmodum olim editum est, me imprudente, scioli alicuius, atque adeo improbi nebulonis opera: qui, me absente, suo arbitratu exemplum meum, quod operariis proposueram ad imitandum, saepe inquinabat. *Lambinus.*

Certe potuit] Videntur hae voces abundare. *Davies.*

Certe non potuit] Ita lego. Scilicet *non* potuit vitari interitus exercitus, si Flaminius paruisset iis auspiciis, quibus pugnare prohibebatur. His enim praemittuntur verba: *si fatum fuerit*, et paullo post sequitur: *si fato, etiamsi obtemperasset auspiciis, idem eventurum fuisset:* rursusque: *quoquo modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum*

igitur non fato interiit exercitus; mutari enim fata non possunt: aut, si fato: (quod certe vobis ita dicendum est) etiamsi obtemperasset auspiciis, idem eventurum fuisset. Ubi est igitur ista divinatio Stoicorum? quae, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, ut cautiores simus; quoquo enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est. Sin autem id potest flecti, nullum est fatum. Ita ne divinatio quidem, quo-

est. Pearcius. — Ego hunc virum sequendum duxi cum Lallem. et Rathio, et vocem *non* pridem a sciolo quodam esse deletam existimo, qui rei gestae, neque Ciceronianae huius de fato disputationis, memor, existimaret, vitari potuisse illam cladem. Ern. Hott. et Sch. cum Davisio faciunt: duo posteriora verba *Certe potuit* uncinis incluserunt. Male Meyerus verba haec ita vertit, quasi ad *certe potuit* subaudiendum sit *parere.* Servari posse lectionem vulgatam ait *Veesenmeyerus* in Prolusione *de Somnio Arcadis* supra a nobis laudata p. 10., si verba *certe potuit* ironice dicta existimes. *Mr.*

Quod certe vobis dicendum est] Vulgo *quod certe vobis* ita *dicendum est:* sed vocem supervacaneam fide MSti Paris. omisimus. *Davies.*

quod certe vobis ita dicendum est.] Restitui vocem *ita,* cum omnibus post Dav. Edd., eamque tuentur libri nostri omnes. Commode etiam laudat Hott. Epp. ad Famm. XIII. 42. *Quod ita sciunt Lucceii procuratores et ita Lucceius ipse ex litteris tuis, quas ad eum misisti, intellexit* etc. In Cod. R. est *quod vobis ita certe:* in Cod. M. *certe nobis.* Constructioni *etiamsi obtemperasset — eventurum fuisset* similis est haec de Fato: 3. 6. *etiamsi — non fuisset, saxum tamen — casurum fuisse.* Verba *aut si fato — dicendum est* omissa sunt in Cod. S. *Mr.*

Ubi est igitur] Cod. S. *ubi igitur ista est.* Vocem *igitur* omittit Cod. R. Vocem *ista* non habet Ed. Rob. Steph. Eam vocem ante *divinatio* positam dedimus cum Dav. ex Codd. U. L. c. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Nam minus gratus est et hiatus *divinatio ista,* et repetitio syllabarum similium *sta Sto.* In Cod. R. legitur *amovere* pro *admonere;* in eodem *quocunque* pro *quoquo,* quod est vel interpretis vel correctoris. Vox *enim* deest in Cod. M. In Cod. R. post *futurum est* scriptum est a sec. manu: *sin autem nullum est fatum, id flecti potest. Mr.*

Ut cautiores *simus*] Paris. *ut* cautitiores *simus. Tullius,* ut opinor, scripsit *ut* tutiores *simus.* Pariter apud *Corn. Severum* in Aetna vs. 8. edunt

— *Per insolitum, Phoebo duce,* cautius *itur.*

Ibi quoque legerim *tutius itur. Dav.*

ut cautiores simus] Non necessaria est Davisii coniectura: merito ideo neminem ille obedientem habuit. *Mr.*

Ita ne divinatio quidem,] Cod. R. *ita nec divinatio quidem.* Quid intersit inter *ne — quidem* et *nec — quidem,* et quando alterutrum ponatur, de eo monuimus et nos supra et nuperrime Gernhard. ad Cic. Lael. 5. 18. p. 45. respiciens ad ea, quae praeceperat ad Cat. mai. 9. 27. et 10. 33. Pergit Cod. R. *quae earum rerum* pro *quoniam ea rerum.* Cod. U. et Ed. Asc. 1. *quoniam rerum.* Asc. 2. *quoniam e rerum.* Verba *rerum futurarum* intellige *rerum certo futurarum:* neque eae opponuntur solum vel praeteritis vel praesentibus. Post *autem* omittitur *est* in Cod. R.; idem in fine capitis exhibet *ne id fiat:* ubi *id* est additamentum hominis, qui loci structuram non intelligeret. Qui calumniari velit, possit idem obiicere iis, qui post *acci-*

niam ea rerum futurarum est. Nihil autem est pro certo futurum, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat.

9. 22. p.113. a. Atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. Quae enim vita fuisset Priamo, si ab adolescentia scisset, quos eventus senectutis esset habiturus? Abeamus a fabulis; propiora videamus. Clarissimorum hominum nostrae civitatis gravissimos exitus in Consolatione collegimus. Quid igitur? ut omittamus superiores; Marcone Crasso putas utile fuisse, tum, cum maximis opibus fortunisque florebat, scire, sibi, interfecto Publio filio exercituque deleto,

dere distinctionem posuerunt, veluti Ern. Bip. Sch. quasi *quod* iungendum sit cum *potest*, cum tamen constructio ita procedat: *quod ne fiat, potest aliqua procuratione accidere* i. e. effici. Conf. Ochsner. ad Olivet. Ecclogg. Cicer. p. 57. sq. *Mr.*

pro certo] Idem vult quod *certe, certo, vere, vero. K.* De *procuratione* i. e. expiatione v. supra I. 4. 5. Conf. Nieup. de Rit. Rom. p. 269. ibiq. laud. Add. Drakenborch. ad Liv. I. 20. p. 171. V. 15. p. 126. Ed. Stuttg. Formulam *pro certo* v. inf. II. 50. extr. *Mr.*

Ne utilem quidem arbitror] Homines, qui futura se dicturos pollicentur, nullo pacto adeundos esse consulendosque, his argumentis concludebat *Favorinus* apud *Agellium* N. A. lib. XIV. c. 1. *Aut adversa*, inquit, *eventura dicunt aut prospera. Si dicunt prospera et fallunt, miser fies frustra exspectando. Si adversa dicunt et mentiuntur, miser fies frustra timendo. Sin vera respondent, eaque sunt non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias. Si felicia promittunt, eaque eventura sunt, tum plane duo erunt incommoda: et exspectatio te spe suspensum fatigabit, et futurum gaudii fructum spes tibi iam praefloraverit. Diogenianus* apud Eusebium Praep. Evang. lib. IV. cap. 3. *Τί γὰρ ὄφελος ἡμῖν ἦν προμανθάνειν τὰ πάντως ἐσόμενα δυςχερῆ, ἃ οὐδὲ προφυλάξασθαι δυνατὸν ἂν εἴη· τὰ γὰρ καθ' εἱμαρμένην γενέσθαι μέλλοντα, πῶς ἄν τις φυλάξασθαι δύναιτο; ὥστ' οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν τῆς μαντικῆς, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς κακοῦ τινος ἐγένετο ἂν αὕτη, τὸ προλυπεῖσθαι μάτην παρέχουσα τοῖς ἀνθρώποις* etc. Quin et *magnus Dicaearchi liber est, nescire ea melius esse quam scire*, prout ait noster infra c. 51. *Dav.*

ne utilem quidem] Est non tantum *inutilem*, sed *nociturum* vel *perniciosam etiam*; ut iunxit de Inv. I. 49. 91. *malus atque inutilis civis*. ib. II. 26. 77. *facti inutilitatem aut turpitudinem cum indignatione proferre*. Quamquam his locis de hominibus, nostro de re et scientia sermo est. Pergit Cod. R. *credo futurarum rerum scientiam;* omisso *nobis*. Cod. S. habet *nobis esse* pro *esse nobis*. Idem ante *cum* omittit *tum:* quod cave probes. In seqq. Cod. U. omittit *ab* post *si*. — *Propriora* pro *propiora* est in Codd. S. R. M. L. c.; quod, quamquam consulto scriptum videri potest a librariis, tamen est nihili. Ad ea, quae sequuntur, cf. inf. II. 47. extr. *Mr.*

interfecto Publio filio] Cod. R. *intestato* pro *interfecto*. Mox Dav. *Euphraten*. Sed ego cum Codd. et Edd. plerisque rescripsi *Euphratem*. V. Schneider. Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 36. 40. 48. Cod. S. habet *delecto* pro *deleto*. Cod. R. omittit *esse* ante *pereundum*. *Mr.*

trans Euphratem cum ignominia et dedecore esse pereundum? An Cn. Pompeium censes, tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria, laetaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum

cum ignominia et dedecore] Consulto addit *et dedecore*. Vid. Non. in *ignominia*, ibiq. Cic. de Rep. Vid. nunc de Rep. IV. 6. p. 282. ed. Stuttg. *Cr.*

tribus suis consulatibus,] Desunt haec verba in Cod. M. S. omittit *tribus*. Pro *Cn.* est in Codd. R. S. *Gneum:* de qua scriptione vid. Cellar. Orthogr. Lat. T. II. p. 16. sq. ed. Harles. Vocem *rerum* post *maximarum* omittit Cod. L. c. Eadem in Copp. Victt. b. duabus lineis subscriptis notata est. *Mr.*

Si sciret se] Vulgo *si scisset se*. Nos Paris. Reg. Balliol. et editionem Victorianam sequimur. *Dav.*

si sciret] Probam lectionem *sciret*, pro vulgato *scisset*, exhibent Codd. nostri L. b. c. d. M. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Ald. Hott. Sch. eandemque probarunt Gesner. in Chrest. Ciceron. p. 499. et Rath., qui de hac re ita disputavit: „Non sane ita facile est, cuiusque loci, cum temporis ratio omnium rerum longe subtilissima sit, rationem reddere, nec Heusingeri in egregia illa eruditaque praefatione ad Cic. Offic. p. 54. sqq. totum negotium confecisse videntur. — Si noster scripsit *sciret*, voluit, arbitror, perpetuam quandam infortunii recordationem significare: si paullo post *divinasset*, non video, qui aliter potuerit. Nam cum duntaxat semel divinare posset Caesar, ineptum profecto fuisset scribere *divinaret*. Res itaque ex cogitatorum serie pendet, i. e. ex vi atque natura enunciatorum hypotheticorum, quae dicuntur. Unde Tuscul. I. 12. necessario legendum est *nisi hausisset* [voluit *nisi haesisset:* quamquam hoc praeceptum nihil curavit F. A. Wolfius], nec cum Davisio *haereret*.“ *Mr.* — Non inepta quidem est Rathii disputatio: sed oblitus esse videtur vir doctissimus, quod paullo ante legerat: *Quae enim vita fuisset Priamo, si ab adolescentia scisset, quos eventus senectutis esset habiturus. K.* — Iam hac de re optime disputavit *Zumptius* in Gramm. Lat. §. 78. p. 393. sq. ed. 4. et, quem laudat in primis, *Goerenz.* ad Cic. de Legg. III. 12. p. 258. Adde, quos laudat *Stallbaum.* ad Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. T. II. p. 381. sq. qui et ipse suam sententiam addidit. *Mr.*

In solitudine Aegyptiorum *trucidatum iri*] Rem sic narrat *Caesar* lib. III. B. C. cap. 104. [ibiq. Davis. p. 769. p. 447. sq. Ed. Stuttg.] Amici regis Ptolemaei *clam consilio inito Achillam praefectum regium, singulari hominem audacia, et L. Septimium, tribunum militum ad interficiendum Pompeium miserunt. Ab his liberaliter ipse appellatus, et quadam notitia Septimii productus, quod bello praedonum apud eum ordinem duxerat, NAVICULAM parvulam conscendit cum paucis suis, et ibi ab Achilla et Septimio interficitur.* Sic et *Plutarchus*, *Appianus*, ac *Dio*, ne ipsum *Tullium* Tusc. III, 27. aut *Lucanum* VIII, 858. seqq. memorem. Huc igitur inrepsit menda: non enim Pompeius *in solitudine Aegyptiorum* fuit trucidatus. *Tan.* quidem *Faber* lib. I. Epist. 4. legit *a satellite Aegyptio contrucidatum iri*. Nobis placet, *in celoce Aegyptia tandem trucidatum iri*. Quid sit *celox*, docebunt *Nonius* cap. XIII. *Fulgentius* in Expos. Serm. Ant. p. 180. et *Isidorus* Orig. lib. XIX. c. 1. Non tamen obnitar, si legas, *a spadone Aegyptio demum trucidatum iri:* nam *a SPADONIBUS AEGYPTIIS detruncatus, insepultus abiectus est,* ut ait *Lactantius* Div. Inst. lib. VI. cap. VI, 17. *Iulius Firmicus* Mathes. lib. I. cap. 8. *Pompeii — cervices — SEMIVIRI hominis gladius, nefario genere mortis, incidit.* Pari modo Pompeium *Canopaci manu SPADONIS occubuisse* tra-

trucidatum iri, amisso exercitu: post mortem vero ea

dit *Ambrosius* in Symm. lib. II. p. 820. *Pseudo-Hegesippus* de halosi Iudaica I, 28. Pompeius, *dum arma Caesaris fugit*, SPADONI *Aegyptio caput suum amputandum praebuit*. *Seneca* Epist. IV. *De Pompeii capite pupillus et* SPADO *tulere sententiam*. Quin et *Pompeium ad* SPADONUM *libidinem in Aegypto trucidari* dixit *Amm. Marcellinus* lib. XIV. cap. XI. p. 68. *Dav.*

se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri,] Nil discordant libri, nil concordant viri docti. Nobis vero cum propositum sit, omnia afferre, quae ad locum aliquem difficiliorem explicandum facere possint, ita quidem, ut doctorum virorum sententiis allatis, nostroque interposito iudicio, lectori eligendae potioris sententiae arbitrium relinquatur: hoc quoque loco epitomen eorum, quae ad h. l. disputata sunt satis multa, exhibebimus. Igitur primum *Gronovius* contra Tanaq. Fabri coniecturam *a satellite Aegyptio contrucidatum iri* monet: „Vel ipsum *contrucidare* clamat haec nimis facta, quaesita fictaque esse, quum Tullio suffecerit *trucidare* aeque in Pompeio, ac in Caesare mox." *Wopkensius* Lectt. Tull. p. 277. „Fortasse, ait, praestat vulgatam lectionem retinere. Si enim reputemus Pompeium in navicula quidem interfectum esse, sed tamen ad littus illud, quod ad hanc Aegyptiorum solitudinem pertineret; magna iam difficultatis pars sublata erit, reliquamque haud aegre tollet ἀκυρολογία, auctoribus quibusque probatissimis haud plane inusitata, qua aliquid *in loco* factum dicant, quod prope istum locum acciderit." *Bukerius*, reiecta Fabri coniectura, ut nimium audaci, itemque, eandem ob causam, Davisiana ratione, sibi in mentem venisse ait, nihil superfuturum vitii, si legatur: *se in servitudine Aegyptiorum trucidatum iri.* Vocem *servitudo* Ciceronis aetate viguisse, probatum ivit ex Livio XXIV. 22. Festo v. *eritudo* et Gloss. vett. ubi est *servitudo* δουλεία. Convenire autem maxime huic loco *servitudinem:* significari enim ea, Pompeium, quando ad regem venerit Aegyptium, ei se servum dedisse. Sic poterat, ait, sentire et loqui Cicero, quod Pompeius ipse, cum Aegyptiam navem conscenderet, professus erat (Plutarch. in Pompeio p. 661. Dio Cassius XLII. p. 187.):

Ὅς τις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
Κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Add. Ovid. ex Pont. IV. 3. 41. Senec. Consol. ad Marc. 20. Lucan. Pharsal. VIII. 339. — *Anonymus* autem quidam in Ed. Oliveti „Si coniecturis, ait, certandum est, quidni legatur: *si scisset, se a sorditudine Aegyptiorum trucidatum iri* — ? Quid enim aptius designandis vilissimis capitibus et mancipiis, quorum consilio et manu periit Pompeius? At [addit, quasi ipse sentiens, quas sordes Ciceroni Plautina ista *sorditudine* adsperserit;] nihil emendatione opus est, sed hac tantummodo animadversione: Homini solitudo est, ubicunque frequentiam non habet, quam desiderat. Ita Pompeio fuit in ora illa Aegyptiaca solitudo. Aderant naves: rex cum ingenti comitatu stabat in litore: at erat nemo, cuius auxilio posset opibusque defendi." *Hottingerus*, quamquam ei lectio vulgata non satis placuerit, eo tamen defendi posse eam existimat, si cogitemus, ad sensum veterum, in primisque Romanorum, rem unam omnium tristissimam habitam esse solitudinem, ita, ut, quorum animus graviori quodam esset casu deiectus, ii per somnum sibi fere in locis solis ac desertis viderentur errare: laudatque locum ex L. I. c. 28. coll. Virg. Aen. IV. 466. sqq. In eandem sententiam disputat etiam *Meyerus* in versione vernacula p. 126. Qua in re illud mirari iubet, primum quod Hottingerus, quod omnium fere hominum est, ut solitudinem habeant in rebus tristibus, veteribus, in primisque Romanis quasi proprium fuisse dixit, et Romanos potissimum, cum animo essent afflicto,

consecutura, quae sine lacrimis non possumus dicere?
Quid vero Caesarem putamus, si divinasset fore, ut in 22.
eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptasset, in
curia Pompeia, ante ipsius Pompeii simulacrum, tot centurionibus suis inspectantibus, a nobilissimis civibus, par-

per somnum in solitudine versari sibi visos esse. Alterum illud est, quod, etiamsi vel maxime *solitudinem* dictam esse concedas, quia Pompeius afflictus in illis locis solum se esse existimaret et videret, non vidit, hanc *Pompeii solitudinem* certe dici non potuisse, hac quidem sententia, *solitudinem Aegyptiorum;* sed Ciceronem tum ita dicturum fuisse: *se in solitudine apud Aegyptios* vel *in Aegypti ora* vel *inter Aegyptios.* — *Rathius* denique „*si in solitudine,* ait, recte habet, lacuna fortasse est post nomen *Aegyptiorum,* quam ex aliis scriptoribus ita sarserim: *se in solitudine Aegyptiorum spadonum manu trucidatum iri.*" Sed nihil opus tali sartura (sit venia verbo), qua Ciceroni obtruditur vocabulum, quo alibi non est usus. Ego cum Schützio facio, qui litus Pelusiacum, ubi occisus est Pompeius, recte ait posse solitudinem vocari. Conf. etiam Creuzer. Dionys. p. 118. *Mr.*

non possumus dicere?] Cod. R. *possum.* Quam saepe exciderit terminatio *us* in Codd. MSS. compendio (9) scripta, non est quod demonstrem. Pro *trucidatum iri* est in Cod. P. *trucidatum ire. Mr.*

Quid vero Caesarem putamus — *quo cruciatu animi vitam acturum fuisse?*] *Quo* deest in Paris. Med. Reg. et Cantab. sed male: nam hoc orationis genere, licet quodammodo perplexum videri possit, alibi quoque utitur *Cicero.* Sic Offic. II, 7. *Quid enim censemus superiorem illum Dionysium,* quo *cruciatu timoris angi solitum?* Et pro Roscio Amerino cap. XVII. *Quid censes hunc ipsum Sext. Roscium* quo *studio et* qua *intelligentia esse in rusticis rebus?* Ibi vide *P. Manucium.* Quin et huiusmodi plura congessit vir eruditissimus *Franc. Hotomannus* Observ. lib. I. c. 18. Si fert animus, Historiam videas licet apud *Dionem* lib. XLIV. p. 249. *Plutarchum* in Caes. p. 739. et *Suetonium* in Iulio cap. 82. Adi sis et *Senecam* de Ira lib. III. c. 30. *Dav.*

Quid vero Caesarem putamus, — *quo cruciatu* — *acturum fuisse?*] Ἀνακόλουθον est. *K.* — Ad locum Cic. de Off., quem laudat Davis., vide nunc Heusinger. p. 424. Beier. T. II. p. 49. sq.: ad rem vero eundem ad de Off. III. 4. 19. p. 218. Ad constructionem propositam hoc tenendum: pravam esse distinctionem, quae obtinet in Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Boul. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Ern. Sch., ubi interrogandi signum ponitur post *putamus:* quasi verba *Quid - putamus* per se posita sint et per ellipsin debeant intelligi. Incipit, quasi dicturus: *Quid vero? Caesarem putamus animo victurum fuisse tranquillo, si divinasset fore,* etc. vel: *Quid vero? Caesarem quo putamus cruciatu animi vitam acturum fuisse, si divinasset fore,* etc. Iam vero, cum post *putamus* tam multa interiecerit, ut plane interrumpatur constructio instituta, denuo quasi post *accederet* eam incipit, et, respiciens quidem ad verba *Caesarem putamus*, continuat: *quo cruciatu* etc. ubi, si post tam longam quasi parenthesin pergeret: *quo eum cruciatu animi* etc., non mirandum esset. *Mr.*

quem maiore ex parte ipse cooptasset,] Cod. R. pro *ipse* habet *ipsa:* volebat videlicet, quod non semel monui, librarius hanc vocem aptare praecedenti: de sententia loci parum sollicitus. In Cod. Cr. est *coaptasset.* Cod. P. *spectantibus* pro *inspectantibus,* et ita Ed. Crat. in marg. *Mr.*

In curia Pompeia] Lectio commu-

tim etiam a se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus non modo amicorum, sed ne servorum quidem quisquam accederet, quo cruciatu animi vitam acturum fuisse? Certe igitur ignoratio futu-
24. rorum malorum utilior est, quam scientia. Nam illud quidem dici, praesertim a Stoicis, nullo modo potest: Non isset ad arma Pompeius: Non transisset Crassus Euphratem: Non suscepisset bellum civile Caesar. Non igitur fatales exitus habuerunt. Vultis autem evenire omnia fato. Nihil ergo illis profuisset divinare. Atque

nis, *Pompeiana*. Sed prior est in omnibus Pall. *Gruter*.

in curia Pompeia] Ita Codd. nostri S. L. a. b. c. d. R. Edd. Grut. Verb. Ern. Hott. Sch. Reliqui habent *Pompeiana*, nisi quod in Cod. Cr. est *Pompei ante ipsius Pompei simulacrum*. Cod. S. *ac* pro *tot*. Ad seqq. *partim etiam a se* etc. v. Garaton. ad Cic. in Verr. II. 65. p. 828. ed. Havn. Pro *ornatis* Cod. L. c. habet cum Co. Vi. b. *ordinatis*. R. *ornatis rebus*, ordine inverso: idem omittit verba *ita iaceret*. *Mr.*

ut ad eius corpus] Desideret fortasse aliquis *ad suum*. Sed cum paullo ante praecesserit *a se*, nihil est ambiguitatis: alibi eiusmodi locis *ipsius* reperies. *K.*

non modo amicorum, sed ne servorum quidem] Putidum sit, de hac locutione post tot virorum doctorum disputationes denuo disputare: laudasse sufficiat instar omnium Beierum ad Cic. de Off. III. 29. 105. p. 882. sq. add. quos laudat Stallbaum. ad Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 361. Praeter eos rem iam dudum attigerunt Guido Iuvenalis in libro rarissimo: In latinae linguae elegantias—interpretatio (Paris. Rob. Steph. 1528. 4.) p. 17. Thom. Linacer de Emendata Structura Lat. Serm. p. 420. Copp. Victt. b. *sed nec servorum*. Verba *sed ne servorum* usque ad *acturum* desunt in Cod. R. Idem omittit *igitur* cum Cod. M., qui cum S. L. b. in praecedd. omittit *quidem*. Lamb. post *accederet* posuit interrogandi signum: non melius, quam alii post *putamus*. Vocem *quo* omittit Cod. L. b. Cod. S. pro *utilior* habet *melior*. Post *scientia* pergit Cod. R. *Nam illud quidem dici, praesertim a Stoicis, nullo modo potest, evenire fortuna plurimum* omissis praeterea omnibus inde a *non isset* usque ad *evenire*. *Mr.*

Praesertim Stoicis] Vulgo *praesertim a Stoicis*. Illam vero praepositionem non agnoscunt Paris. Reg. Med. et Balliol. nec eam flagitat Latini sermonis ratio. *Davies.*

praesertim a Stoicis] Servavi praepositionem immerito a Davisio eiectam, eamque et ipse servaverat Dav. in Ed. pr., et tuentur, praeter Codd. L. b. U. et Edd. Ven. 1494. Asc. 1. 2., libri omnes. *Mr.*

Non isset ad arma] Melior est ordo, quem Reg. et Cantab. exhibent: *non transisset Crassus Euphraten: non isset ad arma Pompeius: non suscepisset bellum civile Caesar*: nam tum demum res eadem, qua prius, serie recensentur. *Dav.*

Non isset ad arma Pompeius etc.] Merito monet Hott., ordinem, quem exhibent duo Codd. apud Dav., esse correctionem scioli cuiusdam, suam in rebus parvis diligentiam prodentis. *Mr.*

Nihil ergo illis profuisset divinare;] Codd. S. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Lamb. Goth. Sylb. *profuisset illis*. Plene distinxi post *divinare* cum Hottingero, ut statim appareat *Atque etiam* habere augendi

etiam omnem fructum vitae superioris perdidissent. Quid
enim posset iis esse laetum, exitus suos cogitantibus?
Ita, quoquo se verterint Stoici, iaceat necesse est omnis b.
eorum sollertia. Si enim id, quod eventurum est, vel
hoc vel illo modo potest evenire; fortuna valet plurimum. Quae autem fortuita sunt, certa esse non possunt. Sin autem certum est, quid quaque de re quoque tempore futurum sit: quid est, quod me adiuvent haruspices, cum res tristissimas portendi dixerint?

Addunt ad extremum, omnia levius casura, rebus 10. 25.

vim, ut de Off. I. 26. 91, quam habet *Atque* initio huius capitis. *Mr.*

Quid enim posset iis esse laetum,] Codd. Cr. U. L. b. Ed. Asc. 1. *Quid enim iis esset laetum.* Codd. S. L. c. *possit* pro *posset.* Mox Codd. L. d. S. et P. *ita quoque.* L. c. *sese verterint. Mr.*

iaceat necesse est omnis eorum sollertia.] Ita infra II. 51. 106. extr., item contra Stoicos disputans, dicit: *iacet igitur tota conclusio.* Cod. S. omittit *omnis.* Pro *eorum* habet idem *illorum. Mr.*

vel hoc vel illo modo] Cod. L. d. Edd. Grut. Ern. Verb. Bip. Sch. *vel hoc modo, vel illo:* qui ordo non displicet. Sed cum eum, quem nos exhibemus, habeant Codd. et Edd. rell. omnes, eum non mutandum esse existimavimus. *Mr.*

Quae autem fortuita sunt,] Cod. Cr. *quae autem a fortuita sunt.* Post *possunt* pergit Cod. R. *si autem certum sit id quod de quaque re quoque tempore* etc. Cod. L. b. *id quaque* pro *quid quaque.* S. *quid de quaque re.* Idem *eventura* pro *futurum. Mr.*

quid est, quod me adiuvent] Circumlocutione utitur, ut hodie Francogalli, pro eo quod c. 8. simpliciter dixit: *quid adiuvat divinatio. K.* — Codd. L. c. S. *adiuvet haruspicis* pro *adiuvent haruspices.* In fine cap. Codd. R. S. L. c. d. *dixerunt* pro *dixerint.* In Cod. P. item est *adiuvet,* et omittitur *res. Mr.*

Si vero nihil fit extra fatum] Sic legendum existimo; nam vulgata lectio, *si enim,* ferri non potest. Quod autem olim, ante haec verba, edita sunt haec, *sed hoc eadem ratione refellitur;* fuerat amici cuiusdam mei coniectura, quam adscripseram, ut considerarem, non ut eam operae sequerentur, quemadmodum fecerunt: cuius eorum facti nonnullam videri possum culpam sustinere, quod illos non praemonuerim, ut ea verba negligerent ac praeterirent. Infra autem non longe sic habent tres vett. Codd. ut edidi, *nihil levare divinatio potest. Lambinus.*

Addunt ad extremum — procuratio. Si enim] Hic alii inter verbum *procuratio* et duo sequentia *si enim* haec addunt: *Sed hoc eadem ratione refellitur.* Equidem si discedendum a lectione vulgata sit, vocem *enim* aut tollam potius, aut mutandam in *quidem,* aut aliam quampiam vocem huius notionis censeam. *Brut.* — Ego conieci aliquando, neque coniecturae me poenitet: *Sed enim si nil fit extra fatum* etc. Neminem moleste habeat, quod sic *nil* et *nihil* tam exiguo spatio concurrunt, quum potius utrobique aut *nil* aut *nihil* dicturus fuisse Cicero videri possit. Sic enim Tusc. lib. II. c. 20. *si nil esset aliud, nihil esset homine deformius.* [Ibi vero F. A. Wolfius bis *nihil.*] Seneca epist. xciv. p. 388. *scis ut illi nil cum adultero, sic nihil tibi esse debere cum pellice. Wopkens.* — Fortasse: *Addunt ad extremum male, omnia* etc. Vix enim aliter se recte habebunt sequentia: *si enim nihil fit* etc. Haec enim non de iis

divinis procuratis. Si autem nihil fit extra fatum, nihil levari re divina potest. Hoc sentit Homerus, cum que-

dicuntur, qui addunt solum, sed qui *male* addunt. *Pearcius.* — Potest etiam scribi: *Addunt ad extremum, omnia levius casura, rebus divinis procuratis. Male. Si enim nihil fit* etc. *Ern.*

Si enim *nihil fit extra fatum*] Vel delenda est vocula secunda; vel legendum, *si* autem *nihil fit extra fatum.* Certe vulgata lectio ferri non potest, siquidem *Tullius* argumenti Stoici non *confirmationem,* sed *confutationem* iam nunc adgreditur. *Dav.*

Si enim nihil fit] Ego nescio an *enim* defendi possit usu illo elliptico, quem Cicero in primis amat: ita ut illud *male*, quod addendum censet Pearcius, potius intelligendum sit. Sic supra I. 54. *Tum Socrates, Non enim paruisti mihi:* et inf. c. 26. *id enim est, inquies, ostentum:* et Tusc. I. 6. M. *Quia disertus esse possem, si contra ista dicerem.* A. *Quis enim non in eiusmodi causa?* Ita quoque Ovid. Met. III. 261. de Iunone:

— — — *tum linguam ad iurgia solvit.*
Effeci quid enim toties per iurgia dixit.
Ipsa petenda mihi est. — —

Quem locum huic nostro censeo simillimum. Etenim ita quoque supplendus est. *Linguam ad iurgia solvit Iuno. Sed mox cur hoc facio? inquit. Quid enim toties effeci per iurgia? Hotting.* — Haec non adscripsissem, nisi Hottingeri nomen et apud alios et apud me merito magnam haberet auctoritatem: dixissem libentius, quatuor eum exempla proferre ad probandum, lectionem vulgatam bene se habere, quorum tria plane nihil faciant ad rem propositam, quartum videatur quidem, sed videatur tantum. Non semel ego virum egregium, dum verba captaret similia, sententiam negligentem deprehendi: quod hoc quoque loco factum esse, cum eius exempla attulerim, (quorum in nullo *autem* pro *enim* dictum velis) neminem esse credo, qui non primo adspectu videat. Non attendit enim ad vocem *Si*, quae omnes conatus vulgatam servandi vel explicandi irritos facit. Quis, quaeso, ferat hominem ita loquentem: *Tu quidem deum esse negas. Si enim deus non est, undenam eius notionem in animis insitam habemus?* pro *Si autem deus non est* etc. Quare a refutanda Hottingeri sententia abstineo. *Mr.*

Si autem nihil fit] Ita rescripsi ex Davisii sententia. Nam neque ferri potest vulgata, neque alia corrigendi ratio videtur commodior, et facillime poterant permutari particulae *autem* et *enim*, si compendio erant scriptae. *Mr.*

Nihil levari re divina *potest*] Ita Pall. om. et Victoriana. Aldus senior, *nihil levare divinatio potest*, quod est in Pithoeano. vulgata, *nihil levari de re divina potest. Gruter.*

Nihil levari re divina *potest*] *Lambino* Codicem Pithoeanum aliosque duos secuto placuit, *nihil levare divinatio potest.* Quin et ita dat Ven. 1471. Ast, ut opinor, aliud egit vir doctissimus, cum hanc probarit lectionem: non enim de divinatione, seu futurorum praesentiendorum arte iam tractatur, sed tum de reliquo Deorum cultu, tum de sacrificiis, quae *rei divinae* vel *rerum divinarum* nomen praecipue complectitur. *Davies.*

nihil levari re divina potest.] Recte vituperavit Lambinum Davisius, Ernesto quoque iudice, qui verba *re divina* item ad superiora refert et *rebus divinis procuratis* explicat: ceremoniis iis, in quibus expiatio ponitur ostentorum, somniorum etc. Est autem proba lectio in Codd. R. Cr. L. a. b. c. d. P. Edd. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Ald. Boul. Sturm. [quamquam in hac reperio *levare re* divina: sed si voluisset St. *levare*, scripsisset *res:* in alio vero editionis Sturm. exemplo reperi *levari*] Lambb. Goth. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Dav. Ern. Hott. Bip. Sch. *Mr.*

rentem Iovem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset. Hoc idem significat Graecus ille in eam sententiam versus,

Hoc sentit Homerus, cum querentem etc.] *Pet. Victorius* lib. XXXIV. Var. Lect. cap. 24. scribit, M. Tullium hoc loco memoria vacillasse; non enim Iovem induci ab Homero cum dolore dicentem, inquit, se non posse interitu filium liberare, cum cuperet; sed dubitantem, an hoc ipsum facere oporteat contra fatum. Ego vero puto *Victorium* cum haec scriberet, dormitasse, aut etiam somniasse, aut certe operam lusisse: nam Iupiter duo facit apud Homerum. Primum queritur, fatale esse, Sarpedonem filium a Patroclo interfici. Deinde dubitat et consultat apud se, utrum Sarpedonem e periculo eripiat, an a Patroclo interimi sinat. Queritur his verbis Iliad. II, 433. *Οἴ μοι ἐγών* etc. Dubitat et consultat his, vs. 435. *Δίχθα δέ μοι κραδίῃ* etc. *Lamb.*

Hoc sentit Homerus, cum querentem] Doctissimum *Victorium* bene refellit Cl. *Lambinus*. *Minucius Felix* Oct. cap. XXII. Homerus *Iovem narrat — Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus flevisse*. Huc respicit *Iosephus* contra Apionem lib. II. cap. 34. *Ὁ γενναιότατος*, inquit, *καὶ πρῶτος αὐτὸς ὁ πατὴρ —— τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας οὔτε σώζειν δύναται, κρατούμενος ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, οὔτ' ἀδακρυτὶ τοὺς θανάτους αὐτῶν ὑπομένειν*. Vide *Platonem* de Rep. lib. III. pag. 488. B. *Davies.*

Hoc sentit Homerus] Iortinus in Miscellann. Obss. Vol. III. 1. p. 11—15. (probante Hottingero) ita disputat: „Ego cum Victorio crediderim Ciceronem errare. Iupiter apud Homerum non inducitur conquerens, quod filium a morte contra fatum eripere non posset, sed querens, fati decretum esse, quod eius filius tunc periret, quae alia omnino res est, quoniam Iupiter nobis indicat, se filium contra ipsum fatum posse servare. Ponamus Iovem apud Homerum id dicere, quod Cicero putat ipsum dixisse, et videbimus, quam mirus hic erit sermo: *Vae mihi quod fatum superare non possum, nec filium, morti damnatum, servare. Quid faciam? dubito utrum illum morti eripiam, an interimi sinam*. Si ita Iupiter locutus esset, Iuno ipsi potuisset respondere *Ἀφραίνεις Κρονίδη, et dolor mentem turbavit: primum questus es, te non posse filium morti eripere, dein tecum consilium ambitiose agitas, utrum eum a periculo liberare velis, an non*. Iunonis autem responsio (Il. 16, 440—447.) ponit, Iovem potuisse Sarpedonem servare. Verum est, Minucium Felicem aliosque observare, non potuisse Iovem servare filium. — Sed Ausonius Homerum intellexit, ut ego, prout apparet ex his eius versibus in Sarpedonem:

———— proh ferrea fata!
Et patitur luctum, qui prohibere potest!

Statius eandem in animo speciem Iovis habebat, quam Ausonius: Theb. I. 213. —*vocem fata sequuntur*. Claudianus eum imitatus est, Bell. Gild. 202. — Contra Aeschylus fatum superius Iove videtur facere: Prometh. 516. et Ovidius Met. IX. 429. sqq." Quae mihi haud absone disputata videntur. *Mr.*

a morte — eripere] Egregie disputat de duplici verbi *eripere*, si cum *a* iungitur, in bonam et in malam partem significatione, locis ex Cicerone allatis, neque nostri loci oblitus, F. O. Menkenius in Obs. Latinae Linguae (Lips. 1745.) p. 329. sq. Verba *a morte* absunt a Cod. S. Idem mox *in eandem*. — Cod. R. habet *arripere* pro *eripere*: idem, ut solet, *signat* pro *significat*. Ad h. l. Rathius *λακωνίζων*: „*sentit — inducit — possit*: vulgo *posset*." Itane? Discat tandem latine loqui Cicero! Pendere discat *posset* a praesentibus *sentit — inducit*, neque vero a *querentem*. Non igitur credebat Rathius,

Quod fore paratum est, id summum exsuperat Iovem.

Totum omnino fatum etiam Atellanio versu iure mihi esse irrisum videtur; sed in rebus tam severis non est iocandi locus. Concludatur igitur ratio. Si enim pro-

inducit querentem, quod — non posset esse i. q. *narrat questum esse Iovem, quod non posset.* Ad rem in Copp. Victt. a. laudantur, praeter loca, a Lamb. et Dav. laudata, Max. Tyr. 178. [Ed. Steph. — Diss. XI. c. 5. p. 121. ed. Lond. in 4°.] et Clem. [Alex.] in προτρεπτικῷ [T. I. p. 49. l. 11. sqq. ed. Potter.] *Mr.*

Quod fore paratum est] In eandem mentem de Iove dixit *Aeschylus* in excerptis *Grotianis* pag. 18.

Οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.

Herodotus lib. I. cap. 91. Τὴν Πυθίαν λέγεται εἰπεῖν τάδε· Τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατά ἐστιν ἀποφυγέειν καὶ θεῷ. *Philemon* apud *Stobaeum* Serm. LX. pag. 383.

Δοῦλοι βασιλέων εἰσίν· ὁ δὲ βασιλεὺς Θεῶν·
Ὁ θεὸς ἀνάγκης.

Impias huiusmodi sententias colligere, prorsus esset infinitum. Vide *Platonem* de Legg. lib. V. pag. 610. et lib. VII. pag. 689. *Livium* lib. IX. c. 4. *Lucianum* Iove conf. p. 128. sqq. *Lactantium* lib. I. cap. XI, 18. Scholiasten ad *Euripidis* Orest. vs. 488. denique *Zenobium* Cent. I. 85. III, 9. *Dav.*

Quod fore paratum est,] Cod. M. et marg. Ed. Asc. 2. *forte* pro *fore*. Ad rem conf. Elmenhorst. ad Minuc. Felic. Octavian. p. 28. ed. Ouzelii. L. B. 1652. 4. Vocem *fatum* omittit Cod. S. *Mr.*

etiam Atellanio versu] Hott., cum in versu antecedente fatum non irrideatur, vel inter eum et hunc locum aliquid excidisse suspicatus est, vel legendum esse: *Totum autem omnino fatum Atellanio versu* etc. Contra eum disputat Herelius l. c. p. 188. dicens, voluisse Ciceronem versum illum Atellanum adscribere, sed statim, quod ipse significet, id consilium abiecisse. Quod vero dixerit *etiam*, non esse i. q. *ut versu praecedente*, sed i. q. *adeo*, ut sententia sit: in ludicra etiam fabula, et merito quidem, irridetur fatum: quamquam in rebus tam severis non est iocandi locus. — Ceterum *de fabulis Atellanis* novissime prodiit libellus ita inscriptus: *Ueber die Atellanischen Schauspiele der Römer. Ein Versuch v. C. E. Schober.* 8. *Lips. Hartm.* 1825. 54. pp. *Mr.*

Totum omnino — iocandi locus.] Mihi totus hic locus suspectus est, eumque additamentum interpretis alicuius esse existimo. Melius certe conveniret loco II. 7. extr. *Anile sane* etc. Parum vero profici videtur emendatione Hottingeri: qua locus non melius concinit cum antecedentibus. Neque enim in prioribus contra fatum locutus est, sed dixit tantummodo, si omnia, quae fiant, fato fiant, nihil prodesse rem divinam, procurationemque ostentorum ad mala instantia averruncanda. *K.* — Vocem *etiam* omittit Cod. R. *Locandi* pro *iocandi* est in Cod. P. *Mr.*

Concludatur ratio] Vulgo *concludatur* igitur *ratio*. Nos, MSStis Paris. Reg. Med. et Balliol. iubentibus, mediam vocem sustulimus. *Dav.*

Concludatur igitur ratio.] Restitui vocem nimis cupide a Davisio et Hott. aliquot librorum auctoritate eiectam. Nam primum oratio fieret nimis abrupta: deinde inter duas syllabas TUR et RA facile potuit excidere compendium vocis *igitur*, nonnunquam IR scriptae; vel aberrare potuit oculus scribae, si integra scripta essent vocabula, propter repetitam eandem terminationem TUR. Quod autem in nonnullis libris est *ergo*, item a compendio est repetendum. Nonnunquam enim tali sigla exarabatur vox quae et *ergo* et *igitur* legi posset. Est autem *igitur* in Co. Vi. b. Codd. L. a. b. c. P. Cr. S. Edd. Rob. Steph. Grut. Verb. Oliv. Ern. Sch. In reliquis est *ergo*: solus

videri nihil potest futurum esse eorum, quae casu fiunt, quia esse certa non possunt; divinatio nulla est. Sin autem iccirco possunt provideri, quia certa sunt et fatalia; rursus divinatio nulla est. Eam enim tu fortuitarum rerum esse dicebas. Sed haec fuerit nobis, tanquam 26. levis armaturae, prima orationis excursio: nunc comminus agamus, experiamurque, si possimus cornua commovere disputationis tuae.

Duo enim genera divinandi esse dicebas, unum arti- 11. ficiosum, alterum naturale: artificiosum constare partim

Cod. R., cuius in omittendis vocibus nulla est auctoritas, cum Davisio facit. *Mr.*

provideri nihil potest] Cod. R. *provideri potest nihil.* Cod. S. *nihil provideri potest.* Mox Cod. L. c. *certe* pro *certa:* perperam: opponuntur enim *certa* incertis, i. e. iis, *quae casu fiunt.* In seqq. Cod. R. *Si autem iccirco provideri possunt, quia certa et fatalia sunt, rursus nulla divinatio est. Mr.*

Sed haec fuerit nobis,] Cod. M. *sed haec sit nobis.* Pergit R. *tanquam levis armatura primae orationis excursio:* quae scriptio a nemine, ut opinor, vulgatae praeferetur. Post haec cum Dav. scripsi *comminus,* ex praecepto Cortii ad Sall. Catil. 60. 3. p. 386. cuius explicationem firmat versus Ennii ex Hectoris Lytris p. 16. (coll. p. 26. castigatt. Vossii) Fragmm. Vett. Tragg. P. Scriverii:

Quae mea comminus machaera atque hasta hostivit e manu.
Mr.

experiamurque] Scribitur *experiamur itaque* in Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Ald. Bonl. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Sed Codd. stant a vulgata. Quod h. l. scribitur *experiamur — si* pro *an,* rarius est apud nostrum, sed tamen in his etiam libris paullo inferius (II. 34.) legitur: *dicito, si pascuntur,* ubi vid. Creuzeri annot. Quamquam eo loco, cum Indicativus sequatur, paullo aliter se habet constructio. Eadem vero est Or. Philippic. IX. 1. *quo minus experiretur, si quam opem rei publicae ferre posset.* Cum illo loco convenit scriptio Codicis R. in quo est *experiamurque, si possumus.* Conf. de hac constructione *Gernhard.* Commentatt. Gramm. (Vimar. 1824. 4.) III. p. 6. *Mr.*

cornua commovere disputationis tuae.] Hanc locutionem metaphoricam ab acie bellica depromtam, alibi apud nostrum non reperies. Sed et translate quodammodo usus est voce *cornua* Or. Philippic. XIII. 20. 47. *deinde Pansa et Hirtius, qui quasi cornua duo* [Ed. Ern. *dua:* de qua scriptione obsoleta v. Ruddimann. l. c. I. p. 57.] *tenuerunt Caesaris tum, cum illae vere partes vocabantur:* et *commovere* pro *refutare* dixit de Orat. II. 51. 205. *si — convellere adoriamur ea, quae non possunt commoveri:* ubi item *convellere* translate ponitur. *Mr.*

Duo enim genera] Vid. supra I. 18. 34. ubi Quintus haec non ex sua, sed ex aliorum sententia posuit, quam vero sibi placere ait. *Mr.*

Unum artificiosum, alterum naturale] Ita solebant Stoici. Auctor vitae *Homericae* inter Opusc. *Galeana* p. 397. *Τῆς μαντικῆς τὸ μὲν τεχνικόν φασιν εἶναι οἱ Στωϊκοί· οἷον ἱεροσκοπίαν καὶ οἰωνοὺς καὶ τὸ περὶ φήμας καὶ κληδόνας καὶ σύμβολα, ἅπερ συλλήβδην τεχνικὰ προσηγόρευσαν· τὸ δὲ ἄτεχνον καὶ ἀδίδακτον, τουτέστιν ἐνύπνια καὶ ἐνθουσιασμούς.* Vide supra lib. I. cap. 6. *Dav.*

constare partim ex coniectura] Cod. R. *partim constare,* inverso or-

ex coniectura, partim ex observatione diuturna: naturale, quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus ex divinitate; unde omnes animos haustos aut acceptos aut libatos haberemus. Artificiosae divinationis illa fere
p. 114. a. genera ponebas, extispicum, eorumque, qui ex fulguribus ostentisque praedicerent, tum augurum, eorumque, qui signis aut ominibus uterentur: omneque genus con-

dine: idem omittit *ex*, utroque loco: perperam, ut plurima. Ita noster verbo *constare* eodem sensu, quo hoc loco, ut non significet i. q. compositum esse, usus est de Orat. III. 37. 149. *nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est; alius, qui ex continuatis coniunctisque constat.* *Mr.*

naturale,] „Durius videtur, ait Rath., ἀπὸ κοινοῦ repetere *constare ex eo*. Fortasse post *naturale* excidit *est*, a litera vocabuli antecedentis ultima absorptum. Mox legitur *aut acceptos*, quod glossam olet.“ Quod ad posterius non admodum repugno, cum supra I. 49. 110. solummodo dixerit: *a qua* [natura deorum] — *haustos animos et libatos habemus;* I. 32. 70. *animos hominum — esse tractos et haustos.* Incommode vero interrumpitur oratio metaphorica *haustos — libatos* interiecta voce propria *acceptos*. Quod vero post *naturale* excidisse suspicatur *est*, parum in eo loci huius rationem grammaticam perspexisse videtur, quae cogit, ut *esse dicebas* ex antecedentibus intelligamus, nec vero, ut Marcus, fratris sententiam referens, ex sua persona loqui videatur. *Mr.*

quod animus arriperet — ex divinitate;] Cod. S. *acciperet*. Ad hunc verbi *arripiendi* usum facit locus de N. D. III. 11. 27. *At enim quaerit — Socrates, unde animum arripuerimus, si nullus fuerit in mundo:* ubi vid. interprr. p. 530. ed. Cr. et nostr. mai. p. 194. ed. nostr. min. Conf. Or. pro Milon. 4. 10. *quam* [legem] *non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.* In seqq. Cod. R. non habet *omnes*. Fortasse scriptor Codicis *omnes* accusativum esse existimabat, quem non poterat non putare supervacaneum. Eandem vocem omisit tacite vel Hottingerus vel typotheta editionis Hott. *Mr.*

Artificiosae divinationis illa fere genera ponebas,] Codd. R. Cr. U. *Artificiosa*, et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In Cod. P. Edd. Car. Steph. et Boul. est *artificiose:* in reliquis *artificiosae*. Pro *fere* Cod. R. habet *fore:* mox idem cum Codd. M. U. et Ed. Asc. 1. *extis aruspicum* pro *extispicum:* mox R. *fulgoribus portentisque*. S. *ex superioribus ostentisque:* mox idem *cum* pro *tum*. Idem omittit *qui* ante *signis*. *Mr.*

praedicerent — uterentur:] Imperfecta ponit, quamquam non de factis sermo est, respiciens ad *ponebas;* ut paullo superius *arriperet — exciperet — haberemus*, respiciens ad *dicebas*. *K.*

aut ominibus] Cod. M. *aut hominibus*. S. *aut omnibus*. In seqq. Cod. R. omittit *quasi* ante *fundi*. Amat noster verbum *fundere* in rebus ad oracula et divinationem spectantibus: v. c. de N. D. I. 24. 66. *haec ego nunc physicorum oracula fundo:* de Div. I. 50. 115. *anhelitus — quibus inflatae mentes oracula funderent:* I. 18. 34. *oracula — quae instinctu divino afflatuque funduntur*. Quod vero h. l. dicit *concitatione mentis edi* supra I. 18. 34. est *concitatione quadam animi — futura praesentiunt.* — Verbum *videbatur* positum est pro *videri tibi dicebas*. Pro *per somnum* Codd. L. b. d. S. habent *per somnium*. Ad v. *provideri* in marg. Edd. Lamb. et Goth. est: al. *praevideri*.

iecturale in hoc fere genere ponebas. Illud autem naturale aut concitatione mentis edi et quasi fundi videbatur, aut animo per somnum sensibus et curis vacuo provideri. Duxisti autem divinationem omnem a tribus rebus, a deo, a fato, a natura. Sed tamen cum explicare nihil posses, pugnasti commenticiorum exemplorum mirifica copia. De quo primum hoc libet dicere. Hoc ego philosophi non esse arbitror, testibus uti, qui aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. Argumentis et rationibus oportet, quare quidque ita sit, docere, non eventis; iis praesertim, quibus mihi liceat non credere. 27.

Quod item Verb. margini Ed. suae allevit: nimirum ex Lambb., ut solet: nam eum ipsum librum aliquem vidisse, qui illud exhiberet, non credo. Neque ego ex tot libris scriptis editisque, qui ad manum sunt, in uno reperi illam scriptionem. *Mr.*

Duxisti autem] Perperam est in Codd. S. R. et Cr. *dixisti*, in L. b. *dixti*. Sed Cr. literae *i* superscriptum habet *u*. In eodem scribitur *omnem divinationem tantum a tribus rebus*. Rem habes supra I. 55. 125. Pro *Sed tamen* Cod. R. exhibet *Sed tu;* quae scriptio orta est ex *tñ.*, quod est compendium vocis *tamen*. *Mr.*

A deo, a fato, a natura] *Mihi videtur,* inquit Quintus lib. I. cap. 55. *ut Posidonius facit, a Deo, deinde a fato, deinde a natura vis omnis divinandi ratioque repetenda. Plutarchus* de Plac. Philos. lib. I. cap. 28. Statuit εἱμαρμένην Ποσειδώνιος τρίτην ἀπὸ Διός· πρῶτον μὲν γὰρ εἶναι τὸν Δία, δεύτερον, τὴν φύσιν, τρίτον δὲ, τὴν εἱμαρμένην. Ubi alius est harum causarum ordo. *Dav.*

De quo hoc libet dicere] Vulgo *de quo* primum *hoc libet dicere*. Sed *primum* nesciunt Paris. Reg. Med. et Cantab. *Dav.*

De quo primum hoc libet dicere. Hoc ego] Restitui *primum* cum omnibus post Davisium Edd. ex Codd. L. a. c. d. Cr. (ubi est *hoc primum*) M. S. Edd. Asc. 2. Rob. Steph. Grut. et quae sequuntur: in reliquis est *primo:* solus Cod. Cr. habet *de quo hic libet dicere*. Magis placet *primum* i. e. ante omnia, quam *primo* i. e. initio meae refutationis, ut explicat Rath. Conf. Tursellin. de Particull. p. 702. *Mr.* — Rathio displicet repetitum *hoc,* ideoque alterum melius abfore existimat. Ego talia in sermone familiari, qualis hic esse fingitur, facile fero. *K.*

Non esse arbitror] Ex Victor. Paris. Med. Balliol. Reg. Cantab. et Ven. 1471. mediam vocem restituimus; quia MSStis, nisi vetet ratio, semper est parendum. *Dav.*

non esse arbitror,] Restitui *esse* cum Davisio, Verb. Oliv. Hott. Sch. ex Codd. Oxonn. Cr. L. b. c. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Ven. 1471. Crat. Herw. Car. Steph. Rob. Steph. Sturm. Sed quod ait Rath., comparere eam vocem in omnibus Edd. ante Lambinum, falsum est. Abest enim iam ab Edd. Ald. (1552) et Boul. (1560). *Mr.*

qui — esse possunt] „i. e., ait Rath., *testibus uti, qui eiusmodi sunt, ut — possint*. Hinc scribe *possint,* ut c. 12. *si est in extis aliqua vis, quae declaret futura.*“ Explicatio loci proba est: correctio non necessaria. In fine capitis Codd. Cr. R. et L. b. pro *mihi* exhibent *nihil*. In Cod. S. scribitur: *quare ita sit quidque*. Idem non habet verba *non eventis* etc. usque ad finem capitis. *Mr.*

12. 28. Ut ordiar ab haruspicina, quam ego rei publicae causa communisque religionis colendam censeo. Sed soli sumus: licet verum exquirere sine invidia, mihi praesertim de plerisque dubitanti. Inspiciamus, si placet, exta primum. Persuaderi igitur cuiquam potest, ea, quae significari dicuntur extis, cognita esse haruspicibus observatione diuturna? Quam diuturna ista fuit? aut quam longinquo tempore observari potuit? aut quo

Ut ordiar ab haruspicina,] Conf. Cic. de Off. I. 2. 4. ibiq. Beier. p. 10. *Mr.* — Copiose de hoc loco disputat *Freret* in *Reflexions sur les Prodiges rapportés dans les Anciens* in *Mémoires de l'Acad. des Inscriptt.* Tom. VI. p. 110. seq. ed. min. Hagan. *Cr.* Cod. S. omittit *ab.*

rei publicae causa] Vid. quae de toto hoc loco disputat *Kühnerus* in libro quem inscripsit: *M. T. C. in Philosophiam eiusque partes merita,* p. 202. sqq. *Hottingerus* post *censeo* distinctionem minorem posuit, deinde verba *sed soli* usque ad *dubitanti* parentheseos signis inclusit, et sine distinctione pergit *inspiciamus.* Quod factum probavit *Rathius.* Fecit id vir doctissimus, ut verba *Ut ordiar ab haruspicina* habeant enunciatum, quod iis respondeat. Quasi vero haec logice cohaereant: *inspiciamus — exta primum, ut ordiar ab haruspicina.* Est abrupta liberiorque loquendi ratio. Quod ad sententiam vere dici potest, interiici ista, quae inclusit Hott., sed non sunt parenthesis grammatica. Neque tamen necessarium est cum Davisio addere *ergo* post *inspiciamus*, vel *igitur,* quod sequitur post *persuaderi*, ibi reponere, ubi Dav. addi volebat *ergo,* quae est sententia Pearcii. Commode ponitur *Persuaderi igitur cuiquam potest,* quod per breviloquentiam dicitur pro: *Quaero igitur, an persuaderi cuiquam possit. Mr.*

Sed soli sumus:] Cod. M. *sed si soli sumus*, quod est scioli cuiusdam correctoris. Mox R. *veritatem* pro *verum*, et *de quibusque* pro *de plerisque.* Ne quis verba *de plerisque* intelligat de religione vel haruspicina, commode monet Ern. ad v. *dubitanti* intelligi debere: *qui Academicus sum.* Dubitare autem est, in utramque partem rationes exquirere, maximeque illud cavere, ne cuiquam orationi vel ratiocinationi temere assentias. Hott., nescio unde, post *plerisque* addidit *rebus.* S. habet *inquirere* et *pluribusque.* Idem verba *si placet* post *primum* ponit. *Mr.*

Inspiciamus, si placet exta primum] Reg. et Cantab. *inspiciamus* ergo, *si placet, exta primum,* quod rectum puto; siquidem, interrupta per parenthesin oratione, *Cicero* tales particulas solet immittere. *Dav.*

Cognita esse haruspicibus] Sic Paris. Med. et Reg. Vulgo *ab haruspicibus. Dav.*

cognita esse haruspicibus] Cod. R. *agnita* pro *cognita.* Voculam *ab* merito eiecit Dav. eamque non agnoscunt Codd. Oxonn. E. U. ψ. nostri L. b. M. U. Edd. Ven. 1494. Asc. 1. 2. Hott. Sch. *Mr.*

Quam diuturna ista fuit?] Ita Codd. Oxonn. omnes, itemque nostri L. b. c. d. R. Cr. P. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Grut. Ern. Oliv. Bip. Hott. Dav. Sch. Sed Codd. M. U. Edd. Asc. 1. Sturm. habent *et quam,* Lamb. pr. et Verb. *at quam.* Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lambb. Goth. Brut. et Sylb. *ecquam.* Cod. L. a. omittit verba *quam diuturna. Mr.*

aut quam longinquo tempore observari potuit?] „Quidnam? observatio? id esse nequit: Ergo aliquid? tum vero unum idemque repetitur.“ Ita Rathius. Mihi vero ista verba ad explicanda priora *quam diuturna ista fuit* addita videntur, neque super-

modo est collata inter ipsos, quae pars inimica, quae pars familiaris esset: quod fissum, periculum, quod commodum aliquod ostenderet? An haec inter se haruspices Etrusci, Elii, Aegyptii, Poeni contulerunt? At id, praeterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest. Alios enim alio more videmus exta interpretari, nec esse unam omnium disciplinam. Et certe, si est in 29.
extis aliqua vis, quae declaret futura; necesse est, eam

vacanea. *Observari* est i. q. observatio fieri v. institui. *K.*

Aut quo modo est collata] Ita quidem MSSti: sed legendum videtur, *et quo modo est collatum inter ipsos.* Ac *collatum* etiam *Lambinus* reponendum vidit. *Dav.*

aut quo modo est collata inter ipsos,] Intellige: pars utraque, ut, quae familiaris, quae inimica esset, cognosceretur vel statueretur. Sed id est durius. Lenius est cum Lambino corrigere *collatum*. Ern. — Explicat Hott. locum simili modo, sed idem praefert Lambini coniecturam, quam recipi etiam iussit Rathius. Recte autem Ochsner. ad Olivet. Eclogg. Cic. p. 177. confert Or. de Lege Agr. 37. [voluit II. 37. 102.] *ea ne accidere possent, consilio meo ac ratione provisa sunt* i. e. provisum est: nimirum ad locum de Amic. 16. *constituendi sunt, qui sint in amicitia fines — diligendi.* Sed vid. quos ibi plures laudat Ochsn. quibus adde Gernhard. ad Cic. Lael. 14. pr. p. 107. Vocem *est* non habent Cod. U. et Ed. Asc. 1. Ad rem conf. *Frandsen.* Harusp. p. 41. sq. ibiq. laudd. Pro *fissum* Cod. S. habet *falsum*. *Mr.*

Quae pars inimici, *quae* pars *familiaris esset*] Med. *quae pars* inimica, *quae familiaris esset.* Ac ita scribendum puto. *Lucanus* I, 621.

— — *Venasque minaces*
Hostili *de parte videt.*

Livius lib. VIII. cap. 9. *Decio caput iecinoris a* familiari parte *caesum dicitur ostendisse.* De his et aliis huc spectantibus vide *Barn. Brissonium* Form. lib. I. pagg. 20. 21. aut *I. C. Bulengerum* de Sort. lib. II. cap. VII. pag. 327. seqq. *Dav.*

quae pars inimica, quae pars familiaris esset;] Ita, quamquam nostri libri non addicunt, rescripsi cum Sch. ex sententia Davisii, quidquid obloquatur Hott.; motus in primis iis, quae monuerunt interpretes ad Livii locum a Davisio laudatum T. IV. 2. p. 87. ed. Drakenb. Stuttg. Fuit formula haruspicinae *pars familiaris:* quam cum non intelligerent librarii, existimarunt *familiaris* esse genitivum casum. Quo errore inducti sunt in alterum, ut, quod oppositum est *parti familiari*, nimirum *pars inimica* (vel, ut est apud Lucanum, *hostilis*) corrigerent, id est corrumperent, *partem inimici* inde fingentes. In Cod. S. scribitur *commodum aliquid.* In Copp. Victt. a. citatur noster II. 13. *Mr.*

haruspices Etrusci, Elii,] Hic quoque locus in iis est, qui probant, Romanos non fuisse haruspices: alioquin addidisset etiam *nostri:* sed nusquam hoc possessivum voci *haruspices* additur. Scribitur autem in Cod. L. d. *haruspices etnicis alii Aegyptii:* pro *Elii* Cod. P. habet *Belii.* Iis, qui haruspices Romanos esse credebant, favet prava Cod. S. scriptio *aruspices et Etrusci.* *Mr.*

At id, praeterquam] Cod. Cr. pro *At id* habet *adit.* M. et L. c. *ad id.* Cod. L. d. omittit *fieri* et exhibet *potui*, pro *potuit.* Cod. S. *nec fingi quidem.* In seqq. Codd. R. S. habent *si in extis est* pro *si est in extis:* idem, inverso ordine, *futura declaret.* In Cod. U. inde a v. *declaret* usque ad v. *coniunctam* omnia de-

aut cum rerum natura esse coniunctam, aut conformari
b. quodam modo numini deorum. Atqui cum rerum natura

sunt. Cod. L. a. pro *necesse est* habet *necesse esset*. Inutilem Hottingeri coniecturam *ea—coniuncta* pro *eam —coniunctam* non refutamus, cum ipse eius auctor parum ei tribuerit. Cod. S. exhibet *aut contra naturam rerum esse*. *Mr.*

Conformari quodam modo numini *deorum*] Paris. Med. Balliol. Reg. Cantab. et Ven. 1471. habent *nomine deorum*. Omnino legerim *numine deorum*, (nec aliter *Aldum* nepotem edidisse video) vult enim noster, exta nutu et voluntate deorum in hanc vel illam formam, aut speciem, fuisse redacta. *Davies.*

conformari quodammodo numine deorum.] Vulgo est *numini*. Correxi *numine*, ut Aldus nepos edidit. Nam et in MS. Guelf. est *nomine* ut et in Ed. Ven. 1494. ubi docta manus correxit *numine*. Forte et *modo* est spurium. *Ern.* — Hott. vulgatam (*numini*) defendit ita explicans: „necesse esse, ut exta talem vim habentia aliqua cum deorum numine cognatione contineantur.“ Fortasse *numini* servari poterit, si locum ita explices, ut *numini conformari* sit i. q. *se ad numen conformare:* conf. I, 9. *maturitatem ad signum accommodet. K.*

conformari quodam modo numini deorum.] Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *confirmari*. Servavi autem *numini*, quod est in Cod. M. Edd. Rob. Steph. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Grut. Verb. Oliv. Hott. eamque lectionem ita explico: necesse est, eam (vim extorum) aut cum *rerum* [nisi mavis *eorum*] natura esse coniunctam, aut eam quodammodo accipere aliquid divinum (i. e. divinans) ipso sacrificandi actu. Ernestum secuti sunt Bip. Lall. et Sch. *Numine* autem est in nullo Cod., sed tantum in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. in Ed. Asc. 1. Co. Vi. b. et Codd. reliquis *nomine*. Ceterum scriptioni *numine* patrocinatur etiam illud, quod est cap. XV: *deorum enim numini parere omnia* et lectio Edd. Asc. 2. Crat. Herw. *numine deorum vique divina. Cum rerum natura* etc. *Mr.*

Atqui divina cum rerum natura] Legendum videtur vel libris omnibus reclamantibus, *atqui* divinatio *cum rerum natura:* nam vulgata lectio, *atqui divina cum rerum natura*, inexplicabilis est; nisi forte dicamus sic explicari posse, *atqui divina natura cum rerum natura;* vel sic, *atqui vis divina cum rerum natura*, ut repetatur vocula *vis* e superioribus illis: *et certe si est in extis aliqua vis* etc. *Lamb.*

Atqui divina cum rerum natura] Equidem a vulgata lectione non recedo: sensus enim mihi videtur elici inde apertissimus. *Brut.* — Ego, sive *divinatio* legamus, sive ad Lambini interpretationes confugiamus, corrumpi involvique sententiam, aliena denique a M. Tullii mente dici existimo. Sed haec alibi docemus: lectori, in quo se exerceat, interim exputandum relinquo. *Sylb.* Sententiam Sylburgii nusquam expositam reperio. Fortasse eam in scholis tantum cum discipulis communicavit. Cod. S. pro *atqui* habet *atque*. *Mr.*

Atqui divina *cum rerum natura*] Huiusce loci nec emendatio, nec explicatio *Lambino* cessit feliciter. *Aldus* nepos edidit, *numine deorum*, vique *divina*. *Cum rerum natura*. Ei favet Med. qui dat *neque divina*. Reg. et Cantab. repraesentant, *utique* mente divina *cum rerum natura;* unde non difficulter intelligi potest, quid de *mente divina* sit statuendum. Nimirum sunt Glossema, quo Librarii declarandum putarunt *Deorum numen*. Itaque, nisi fallor, deleta voce *divina*, rescribendum: *Atqui cum rerum natura tanta tamque praeclara, in omnes partes motusque* (forsan *locosque*) *diffusa, quid habere potest commune non dicam gallinaceum fel: sunt enim qui vel argutissima haec exta esse dicant: sed tauri opimi*

tanta tamque praeclara, in omnes partes motusque diffusa, quid habere potest commune, non dicam gallinaceum fel, (sunt enim, qui vel argutissima haec exta esse dicant) sed tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo? quid

iecur aut cor, aut pulmo etc. In libris vulgatis perperam distinguitur oratio. *Davies.*

Atqui cum rerum natura] *Ern.*, servata tamen lectione vulgata, haec annotavit: „Locus difficilis varieque tentatus a viris doctis. Mihi videtur *rerum* delendum esse, quod insertum est, quia putabant, *rerum naturam* esse commemorandam, nec videbant eam in sequentibus memorari. Sed signum interrogandi est ponendum post *tauri opimi iecur.* Ad *rerum naturam* pertinent sequentia: *aut cor, aut pulmo, quid habet naturale* etc.“ *Hott.* Ernesti sententiam secutus est, eamque longiore disputatione defendit. *Lallem.* ad Davisii partes se applicuit. *Rathius* totum locum sic refingebat: *At quid divinâ cum naturâ, tantâ tamque praeclarâ, in omnes partes rerum motusque diffusâ, quid habere potest commune, non dicam gallinaceum fel, (sunt — dicant) sed tauri opimi iecur? aut cor? aut pulmo? quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit?* Quod scripsit *At quid,* cum tamen sequatur *quid habere,* commendat eo, quod supra c. 57. extr. repetatur similiter *cur.* Vocem *rerum* loco motam post *partes* commode sibi reiecisse visus est, quia tum etiam *motus* melius intelligantur. *Quod declarare possit* se recepisse ait ex Edd. longe plurimis. Pravum illud interrogandi signum post *commune,* quod servaverant Ern. cum Dav. Verb. Oliv., merito sustulit. Denique se ad verba *quid habet naturale* subaudire ait *ea vis.* Ego vero cum Sch. delevi *divina,* ea potissimum ratione motus, quod h. l. et proxime seqq. de *rerum natura,* et capite demum xv (Sch. scripsit 115) de cognatione cum *deorum natura* loquitur. Librorum lectiones hae sunt: Codd. Cr. L. a. c. d. P. Rob. Steph. Car. Steph. Brut. Sturm. Ald. Boul. Sylb. Grut. Verb. servant vulgatam. Codd. R. L. b. habent *Utque* pro *atque:* eius loco Codd. M. U. et Ed. Asc. 1. habent *aut.* Asc. 2. Crat. Herw. *confirmari quodammodo numine deorum vique divina. Cum rerum natura* etc. Pro *tanta tamque* est *tantaque* in Cod. P., *tantamque* in Cod. L. d., *tantaque tam* in Cod. M. *Mr.*

in omnes partes motusque diffusa,] i. e., ait Hott., *in omnes partes motu celerrimo diffusa.* Explicationem hanc addidit, ut monstraret Davisii coniecturam *locosque* esse supervacaneam; quod item, ratione non addita, ait Sch. Ego vero miram esse Hottingeri explicationem credo, nec ullo modo verbis Ciceronis convenientem. *Motus* melius intelliges de viribus: virium enim natura motu patefit, vis omnis est causa motus, motus vero est quaedam ἐντελέχεια et ἐνέργεια. Conf. Muret. Opp. T. III. p. 852. ed. Ruhnk. *K.* Cod. R. habet *in omnes partesque diffusa.* Pergit Cod. L. d. *quod habere.* Post *commune* Cod. R. habet *ut dicunt gallinaceum fel.* Cod. S. exhibet *quid dicere potest. Mr.*

argutissima] Recte explicat Hott. quibus multa arguantur s. significentur: laudatque de Legg. I. 9. *et oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur:* ad quem locum v. Wyttenbach. et nos p. 70. sq. ed. nostr. et Cr. Pergit Cod. R. *haec exta ipsa esse dicunt.* Tum Cod. M. *scilicet tauri.* R. *iecur et cor.* In Cod. S. scribitur *angustissima* pro *argutissima. Mr.*

Quid habet naturale quo declarare possit] Vulgo *quod declarare possit:* sed Paris. Med. Reg. et Cantab. sequendi videbantur. Quin etiam vocabulum *naturale,* nisi fallor, haud Tul-

gallinaceum

habent naturale, quo declarari possit, quid futurum sit?

13. 30. **Democritus tamen non inscite nugatur, ut physicus: quo genere nihil arrogantius.**

Quod 'st ante pedes, nemo spectat: caeli scrutantur plagas.

Verum is tamen habitu extorum et colore declarari

lio, sed librariis debetur: ut legerim *quid habet quo declarare possit quid futurum sit? Dav.*

quid habent naturale,] Non tuli singularem numerum *habet*, post tot enumerata. Quam facile lineola, literae *e* superscripta in antiquis libris, obliterari potuerit vel evanescere, non est, quod doceam. Servavi autem *naturale* contra Davisii sententiam. *Quid habent naturale* est i. q. *quid habent secundum naturam suam*, vel *quid habent natura sua* vel *naturae suae insitum*, ut est de Finn. I. 9. *aiunt hanc quasi naturalem atque insitam in animis nostris inesse notionem*. Codd. Cr. et R. *quid naturale habet. Mr.*

quo declarari possit,] Sic edidi e MS. Guelf. et libris Victorii, unde et reposuit Davisius [Davisius quid dederit, vides ex eius annot.] Vulgo est *quod declarare possit. Ern.* — Cum Ern. faciunt Codd. Oxonn. nostri M. L. a. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Reliqui cum vulgata conspirant. *Mr.*

Democritus tamen — Verum is tamen] De hac particulae *tamen* repetitione vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 2. 7. p. 10. Cod. L. d. habet *non in te si nugatur*. Cod. Cr. *vulgatur* pro *nugatur*. Verbum *nugatur* Ern. explicat *iocatur*; Hott. vero: doctrina physica ridicule utitur ad explicanda ea, quae explicari non possunt. Cod. S. in versu seq. habet glossam *speculantur* pro *scrutantur*. *Mr.*

Quod est ante pedes] Versus est Trochaïcus; nam vox secunda pro brevi syllaba passim numeratur. Vide *Chr. Wasii* Senar. cap. 2. *Dav.*

Quod 'st ante pedes etc.] Legitur hic versus cum aliis ipsum antecedentibus in Cicer. libris de Rep. I. 18. ubi vid. A. Maii et nostr. annot. p. 82. sq. ed. nostr. Add. Elmenhorst. ad Minuc. Fel. Octavium p. 31. ed. Ouzelii. Diogen. Laert. I. 34. *Σὺ γὰρ, ὦ Θαλῆ, τὰ ἐν ποσὶν οὐ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴει γνώσεσθαι·* cuius simile apophthegma legitur in Stobaei Florilegio LXXX. p. 184. ed. Gaisford. *Βίων ἔλεγε γελοιοτάτους εἶναι τοὺς ἀστρονομοῦντας, οἳ τοὺς παρὰ ποσὶ τοὺς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἰχθῦς οὐ βλέποντες, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ φάσκουσιν εἰδέναι·* ibidem et Thaletis factum narratur (LXXVIII. p. 420. Gesn. Iamblichus Protrept. 14. Tertullian. de Anima VI. extr.: *sed enormis intentio philosophiae solet plerumque nec prospicere pro pedibus. Sic Thales in puteum!* Ad seqq. *Verum* etc. adhibe Diog. Laërt. IX. 42. *Mr.*

Verum is tamen] Cod. Cr. *his* pro *is*: eandem adspirationem idem habet in *iis* et *ii*, exhibens constanter *hiis* et *hii*. Cod. S. habet *cum* pro *tamen* ex male lecto compendio *tn̄*. *Mr.*

Declarari censet, hoc duntaxat] Med. et codices *Victoriani* repraesentant *haec duntaxat*. Bene: sed mirum quantum fallor, nisi particula negans exciderit, quam flagitare videtur oratio. Legendum ergo crediderim, *declarari censet, non haec duntaxat*; nam sequitur, *salubritatem etiam aut pestilentiam extis significari putat*. Harum vocum tres ultimas a Librariis manasse censet *Gruterus*, quod in suis MSStis erat *significari puto*, quibus accedunt Paris. Med. et Balliol. Sed emendatio nostra, prorsus inanem esse illam suspicionem, abunde docet. *Dav*

censet haec duntaxat, pabuli genus et earum rerum, quas terra procreet, vel ubertatem, vel tenuitatem: salubritatem etiam aut pestilentiam [extis significari putat]. O mortalem beatum! cui certo scio ludum numquam defuisse. Hunccine hominem tantis delectatum esse

censet haec duntaxat] Edidi *haec* ex MS. Guelf. Sed malim pronomen deleri. *Ern.* — Hott. recte contra Dav. monet, significari a Cicerone, Democritum quidem nugari, ut fere soleant physici, sed ceteris esse modestiorem, quia *haec duntaxat* censeat, quique praeter terrae ubertatem aut sterilitatem, salubritatem aëris aut pestilentiam, nihil extis contendat declarari. Scripsi autem *haec* [quamquam si plane abesset, non desiderarem] ex Codd. Oxonn. nostris Cr. L. a. b. c. d. M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Ern. Bip. Hott. Sch. Mox Cod. L. b. habet *ut earum rerum.* Tum R. *vel ad ubertatem — etiam et pestilentiam. Mr.*

Extis significari putat.] Pall. omnes et S. Victoris *puto;* ut suspicer has tres vocas manasse ab librariis, et delendas. *Grut.*

[*extis significari putat*]] Uncinis inclusi has voces, ut supervacaneas: eiicere eas, quod fecit Sch., nolui, cum in iis fortasse vera Ciceronis manus lateat, et omnes eas servent libri. Ceterum scribitur etiam *puto* in Codd. nostris S. L. b. d. Cr. U. P. Ed. Asc. 1. et in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. Ex scriptione *puto* non inepte suspicatur Rathius, glossam a principio scriptam fuisse *extis significari puta. Mr.*

Cui certo scio iudicium *nunquam defuisse*] Quid *iudicium* hoc loco significare possit, non facile dictu est. Veneti pro hoc *ludum* habent; id quod rectius videtur esse: certe convenientius esse apparet. *Camerar.*

Ludum *nunquam defuisse*] Omnes nostri *iudicium nunquam defuisse. Cicero,* nisi fallor, reliquit *ludicrum nunquam defuisse.* Eo certe ducunt MSSti. *Davies.*

cui certo scio ludum nunquam defuisse.] MS. Guelf. ut alii et Edd. vett. ut Ven. 1494. pro *ludum* habent *iudicium.* In meo exemplo Ven. manus docta supra scripsit: *ludum* i. e. *iocum, ut et Iuvenalis Sat. x. dixit;* quod et editum deinde est, probante Camerario. Davisius autem malebat *ludicrum*, ut minus lectio abesset a *iudicium.* Mihi non liquet. Sequentibus quidem magis convenire videtur *iudicium. Ern.* — Hottingerus malebat *iocum*, cuius glossam existimabat esse *ludum*, quod tamen in nullo Cod. esse contendit. Est autem *ludum* in Codd. M. S. L. a. c. d. P. et in marg. Cod. Cr., ex vett. edd. autem Edd. in Rob. Steph. Car. Steph. [qui tamen ex vet. Cod. *iudicium* enotavit:] Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Brut. Pro *certo* est *certum* in Cod. R., *suo* pro *scio* in Cod. P. Quod autem coniecit Dav. *ludicrum*, quamvis quod ad literarum ductus prope accedat ad *iudicium*, placere tamen nemini potest, qui usum verbi *ludicrum* apud veteres scriptores, et apud nostrum in primis, perspexerit. Rathius restitui volebat cum Ern. *iudicium*, Tullium id velle dicens: „Quamquam certo scio, Democrito nunquam acrem quandam indicandi vim defuisse; mirum tamen est, virum talem tantopere nugis esse delectatum, ut non videret etc.“ Sch. contra *ludum* verum esse contendit. Mihi quidem magis placeret *ludum*, si ita pergeret Marcus: *Hunccine autem hominem ita* [v. *adeo* v. *tantopere*] *delectatum esse nugis* etc. Neque tamen *iudicium* plane satisfacit, cum Cicero eum multo saepius carpat, quam eum laudat. Cod. S. exhibet *nunquam ludum defecisse. Mr.*

Hunccine hominem etc.] De hac constructione v. *Krüger. Unters. aus d. Gebiete d. lat. Sprachl.* I. Heft. (8. *Brschwg.* 1820. 80. pp.) p. 22—24.

nugis, ut non videret, tum futurum id veri simile, omnium cum pecudum exta eodem tempore in eundem habitum se coloremque converterent? Sed si eadem hora aliae pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliae
31. horridum et exile; quid est, quod declarari possit habitu extorum et colore? An hoc eiusdem modi est, quale Pherecydeum illud, quod est a te dictum? qui

Scribitur autem *hominum* pro *hominem* in Cod. L. d. — Ern. pro *tantis delectatum esse nugis* volebat *tantum delectatum nugis*: quo quid proficiatur, non video. Cod. R. habet *delectatum esse*. L. b. *magis* pro *nugis*. *Mr.*

Si omnium pecudum exta] Sic vulgo legitur: at Paris. Med. Reg. Balliol. et Cantab. *somnium cum pecudum exta*. Procul dubio scribendum *omnium cum pecudum exta*, nec aliter edidimus. *Dav.*

omnium cum pecudum exta] Ita dedi cum Dav. Hott. et Sch., cum ex nostris quoque libris nonnulli eius scriptionis vestigia exhibeant. Est enim in Codd. L. b. U. et vetere Caroli Steph. itemque in Edd. Asc. 1. et Sturm. *tum futurum id veri simile somnium, cum pecudum* etc. — Extorum *habitum et colorem* iunxit etiam supra I. 57. 131. quo etiam loco inde *tum salubritatis tum pestilentiae signa percipi* dicuntur, itemque, *quae sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura*. In Cod. S. scribitur *in eodem tempore*. *Mr.*

Aliae *pecudis*] Genitivus est ἀρχαικός, si modo debet id ἀρχαικὸν dici, quod adhibent optimi Scriptores. Vide *G. I. Vossium* Anal. lib. IV. c. 6. *Dav.*

aliae pecudis iecur nitidum — aliae horridum] De hoc Genitivo (*aliae*) vid. nunc *Ruddimann*. Inst. Gramm. Lat. T. I. p. 53. ibiq. laudd. In Cod. R. scribitur *pecudis iecur aliae*. Cod. L. a. exhibet: *aliae pecudes iecur nitidum atque plenum habent*: ubi agnoscis manum correctoris, antiquum illum Genitivum vel non noscentis vel non concoquentis apud Ciceronem. Pro *horridum* Hott. coniecit *torridum* laudatque Cic. de Leg. Agr. II. 34. *Considium vegrandi macie torridum*. Sed nec vulgatam damnat. Et recte: non enim *nitidum* est i. q. pingue, quod macilento (*torrido*) opponeretur: sed ea illius vocis explicatio hic locum habet, quae est in Gesneri Thes. L. L. s. h. v. (med.): *Nitidus, qui corpore est solido, carne laevi et polita, non horrida vel scabra et strigosa*. *Mr.*

An hoc eiusdem modi est,] Codd. R. S. et Cr. *an hoc eiusmodi est*. Monet Hott. *an* poni h. l. pro *annon*, ut de Off. I. 15. *An imitari agros fertiles* (debemus), *qui multo plus efferunt, quam acceperunt*: ubi vid. *Heusinger*. *Gernhard*. et, quem hic laudat, F. A. *Wolf*. ad Sueton. Octavian. 54. p. 180. Sed illo de Officiis loco *Beierus* rescripsit *an non imitari* ex Codd. MSS. et Edd. vett. ubi vid. eius annot. p. 116. sq. Illud certe exemplum, quod Gernh. addi vult ex Cic. de Legg. II. 2. 5. *an est una illa patria communis?* hic locum non habere, primo plane adspectu patet. Ceterum ad Hottingeri sententiam v. quae attulit *Ochsner*. ad Oliveti Eclogg. Ciceron. p. 102. nec nostri loci oblitus. Pergit Cod. Cr. *quare* pro *quale*: tum *phereti dictum* est in Cod. R. pro *Pherecydeum*. *Mr.*

Pherecydeum illud — — qui cum] Laudat ad hanc constructionem Hott. Ciceronem de Finn. V. 6. *Carneadea nobis adhibenda divisio est — — — Ille igitur vidit*: ibiq. Davis. Ruhnk. ad Vellei. Pat. p. 16. Adde Liv. XLII. 47. *calliditatis Graecae, apud quos* etc. Infra II. 61. *fuit igitur divina beneficentia dignius, cum consulerent nobis*. *K.*

cum aquam ex puteo vidisset haustam, terrae motum dixit futurum. Parum, credo, impudenter, quod, cum factus esset motus, dicere audent, quae vis id effecerit: etiamne futurum esse, aquae iugis colore praesentiunt? Multa istiusmodi dicuntur in scholis; sed credere omnia, vide, ne non sit necesse. Verum sint sane ista Demo- 32.
critea vera. Quando ea nos extis exquirimus? aut quando aliquid eiusmodi ab haruspice, inspectis extis, audivimus? Ab aqua aut ab igni pericula monent: tum heredita- p. 115. a.
tes, tum damna denuntiant: fissum familiare et vitale

Cum aquam ex puteo vidisset *haustam*] *Frid. Lindenbrogius* ad *Amm. Marcellini* XXII, 16. hoc in loco reponit *cum aquam ex puteo* bibisset *haustam*. Receptam vero lectionem, quae cunctis nititur MSStis, satis superque firmavimus ad I, 50. *Dav.*

cum aquam ex puteo vidisset haustam] Hunc verborum ordinem recepi cum Dav., eumque reperi in Codd. Cr. R. L. c. et Ed. Rob. Steph. Vict. In reliquis est *cum aquam vidisset ex puteo haustam:* quod videtur esse correctoris, verba in constructionis ordinem iustum cogere studentis. Ad rem v. Plin. H. N. II. 79. Diogen. Laërt. I. 116. Solus Cod. S. habet *e puteo videret — dixit esse futurum. Mr.*

Parum, credo, impudenter,] Hoc nullo modo verum est, nec commodus sensus inde exsistit. Quomodo corrigendum sit, non facile dixerim. *Non parum, credo, impudenter,* an *Parum, credo, pudenter. Ern.* Ironice haec esse dicta, neque quidquam mutandum, viderunt Hott. Rath. Sch. et Veesenmeyerus in Progr. laud. p. 10. Scribitur in Cod. R. *impudenterque, cum factus esset.* Pro *factus esset* scribi volebat Rath. *factus est:* quod ut non displicet, ita invitis libris omnibus facere nolui. Cod. Cr. habet *esset factus.* Mox Cod. L. d. *qua eius id efficeret:* postremum vocabulum etiam ita scribitur in Cod. R. Pro *dicuntur* est *dicunt* in Cod. L. d. quae est interpretis correctio non necessaria. Cod. S. in praecc. *audeat* pro *audent. Mr.*

vide, ne non sit necesse] Ita supra II. 4. extr. *vide igitur, ne nulla sit divinatio.* In seqq. Cod. L. b. habet *nos ea* pro *ea nos.* Voculam *ea* plane omittit Cod. U.; sed *nos ea* est etiam in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Pro *audivimus* Cod. R. *audimus,* quod ortum est ex scriptione *audImus.* Idem cum Cod. Cr. habet *ab igne* pro *ab igni.* Vid. quae praecipit de hac forma K. L. *Schneider. Lat. Gramm.* II. *Formenl.* I. p. 299. Pro *monent* est *movent* in Cod. L. b. de qua permutatione haud rara v. Drakenb. ad Sil. Ital. II. 272. et V. 117. Sed est fortasse correctio librarii, qui non concoqueret *monent pericula* pro *monent instare pericula:* quasi non ipse noster saepius dicat *monere aliquem aliquid,* et *moneri aliquid. Mr.*

quando aliquid eiusmodi — audivimus?] Cum haec absque interrogatione posita significarent i. q. *nunquam tale quid audivimus;* proprie dicendum fuit: *quando quidquam eiusmodi audivimus? K.* — Conf. de differentia inter *aliquis* et *quisquam* Zumpt. Gr. Lat. p. 110. sq. ed. 4. *Mr.*

fissum familiare et vitale tractant:] Hott. haeret in v. *vitale,* neque ei satisfacit, quod ait Turneb. Adversarr. v. 18. qui *Apparet,* inquit, *duplex fissum fuisse, unum familiare, ut opinor in iecore, alterum vitale, in aliis extis, ut pulmone, de quo Lucanus,*

—Parvusque secat vitalia limes.

„Numquid, pergit Hott., *fissum vitale* linea erat, qua explorandum esset, num vitae eius, qui consule-

tractant: caput iecoris ex omni parte diligentissime considerant: si vero id non est inventum, nihil putant accidere potuisse tristius.

14.
33. Haec observari certe non potuerunt, ut supra docui. Sunt igitur artis inventa, non vetustatis, si est ars ulla rerum incognitarum. Cum rerum autem natura quam cognationem habent? quae ut uno consensu iuncta sit et continens; quod video placuisse physicis, eisque maxime, qui omne, quod esset, unum esse dixerunt:

ret, periculum aliquod immineret? Num forte scriptum erat *fissum hostile?*" Recepit Sch. hanc coniecturam, addens: „Nam *pars familiaris* in extispicina erat ea *pars iecinoris*, cuius vitium consulentibus vel amicis, *hostilis* vero ea, cuius vitium *hostibus* mala portendere credebatur." Equidem illud fateor, non haesurum me fuisse, si in libris esset *hostile:* sed non tam facile me ex vulgata lectione expedire, cum *fissum vitale* alibi neque explicetur, neque legi etiam videatur. Nisi igitur est simile quid ei, quod in Chiromantia dicunt *lineam vitalem*, facile me ad partes Hottingeri applicuerim. Est autem in Cod. M. *utile;* unde aliquis coniiciat, vulgatam lectionem ita ortam esse, ut pro *hostile* aliquis (ut solet saepissime excidere *h:*) scripserit *ostile,* unde factum sit *otile, utile,* inde *vitale.* Sed in tanto reliquorum librorum consensu nihil novare ausus sum. *Mr.* — Primo adspectu placet Hottingeri coniectura: sed tamen non facile dixeris, quomodo *hostile* transierit in *vitale.* Vulgatae lectioni fortasse ita patrocinari possis, ut *familiare* et *vitale* synonyma esse statuas, quae se invicem explicent: non enim necesse est, ut etiam id addatur, quod *familiari* oppositum est, ut supra II. 12. Potest etiam fieri, ut *vitale* sit glossa vocis *familiare,* quae, in contexta recepta, causa fuerit additae particulae *et. K.* — In fine capitis Cod. R. habet *nihil putant accidere triste. Mr.* — Liv. VIII. 9. *Decio caput iecinoris a familiari parte caesum dicitur aruspex ostendisse:* ubi cf. interprr. *Cr.*

si est ars ulla rerum incognitarum] Cod. R. *ullarum rerum.* Idem in seqq. cum S. et P. *quam cognitionem.* Tum R. *quae uno,* omisso *ut;* L. b. *quae in uno.* Mox R. *physicis eis maxime.* S. habet *ubi* pro *ut;* et *coniuncta* pro *iuncta. Mr.*

Qui omne, quod esset, unum esse dixerunt] Horum princeps fuit Xenophanes. *Cicero* Acad. II, 37. *Xenophanes dixit unum esse omnia, neque id esse mutabile, et id esse Deum. Sextus Empiricus* Pyrr. Hypot. I, 33. Ἐδογμάτιζε δὲ ὁ Ξενοφάνης, παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων προλήψεις, ἓν εἶναι τὸ πᾶν. De hac sententia vide quae disputat *Rad. Cudworthus* System. Intell. cap. IV. §. 31. *Dav.*

qui omne, quod esset, unum esse dixerunt.] De hoc Xenophanis placito docte disputavit *Roschmannus,* Ulmensis, in *Diss. de Xenophane* (Altorf. 1729. 4.) p. 37. et 44. Add. Diog. Laërt. VII. 148. fin. Plutarch. de Plac. Phil. II. 1. Sext. Empir. adv. Phys. I. Sect. 332. p. 615. *Kindervater.* ad Cic. de N. D. II. 22. p. 164. In Cod. S. scriptum est *quid esset unde esset dixerunt.* Pergit Cod. L. d. *quod habere.* Vocem *cum* ante *thesauri* omittunt Cod. U. et Ed. Asc. 1. Mox Codd. R. U. Edd. Asc. 1. 2. *Si enim ex extis:* pergit R. *mihi pecuniae amplificatio.* Ad h. l. Rathius haec: „Post *coniunctum* supple (responsum) *permultum.* Vid. supra c. 10. *Si enim* [autem] *nihil fit* etc. Si autem verum est, quod multi volunt, ut *enim* vim quoque habeat adversativam, nullo hic supplemento opus est. Et illud animadvertendum, quod Ven. 1404. et Sturm. exhibent

quid habere mundus potest cum thesauri inventione coniunctum? Si enim extis pecuniae mihi amplificatio ostenditur, idque fit natura; primum exta sunt coniuncta mundo: deinde meum lucrum natura rerum continetur. Non pudet physicos haec dicere? Ut enim iam sit aliqua in natura rerum cognatio, quam esse concedo;

h. l. *si autem — continentur.*" Ego, quid in Ven. sit, nescio. Sed Ed. Sturm. cum omnibus meis libris habet *Si enim — continetur.* Rationibus contendunt contra Ciceronis disputationem Hott. et Meyerus, quos nunc missos facimus, cum nobis non sit propositum exquirere, verane an falsa protulerit Cicero, (qua de re iudicium cuique sit liberum) sed quid dixerit, et quo modo. Verbis *quod esset, unum* in Copp. Victt. a. superscriptum est τὸ ὂν ἕν. *Mr.* — Non adversativa inest vis voci *enim* et sententiae, sed sequitur applicatio quaestionis praecedentis, et quae inde, si quidem ista ponantur, sint consecutura. *K.*

idque fit natura;] „i. e., ait Hott., sine miraculo aliquo, aut numinis cuiusdam opera singulari, verum ita, ut exta naturalibus causis sic fuerint conformata, ut eorum habitus thesauri inventionem significet." Ego simplicius haec ita explicaverim, ut *natura* sit i.q. vulgo dicunt *via naturali* vel coniunctione cum natura. *K.* — Pro *fit* in Cod. P. est *sit*. *Mr.*

Non pudet physicos haec dicere?] Scripsi *Non* pro *Nonne* ex Codd. M. et L. b.: ita enim gravius interrogat, et magis etiam eos arguit. Scribitur autem *philosophos* pro *physicos* in Cod. U. et Ed. Asc. 1. idque magis placet vulgata lectione, quae potest esse correctoris, qui *physicos* rescribendum crederet, quia praecessit *video placuisse physicis.* Credo autem argui a Marco istos physicos ut philosophos, qui, quid ex quoque sequatur, et quinam sit nexus causarum, parum attendant. Quod autem scribitur *hoc* pro *haec* in Codd. S. R. et M. minus bene se habet. Magis universe dicitur *haec,* quasi dicat *hoc* *et talia:* qua de re diximus nuper in prolusione, quam inscripsimus *Symbolae Criticae ad aliquot Cic. etc. loca,* (1825.) p. 17. Vocem *pudet* omittit Cod. S. *Mr.*

Ut enim iam sit aliqua in natura rerum cognatio] Libri veteres habent *contagio.* Ego tamen nihil muto; nam paullo ante *cognationis* nomine usus est in eandem sententiam: ibi, *Cum rerum autem natura, quam cognationem habet?* Et infra non longe semel atque iterum. *Qua ex cognatione naturae et quasi concentu atque consensu* etc. ubi mendose operae fecerunt olim *cogitatione.* Nisi quis dicat ubique *contagionis* nomen esse reponendum: sic enim loquitur lib. de Fato: *Ut in reliquis eiusmodi, naturae* contagio *valeret.* Et infra ibidem: *Cui primum de ipsa rerum contagione respondeamus. Lamb.*

In natura rerum cognatio] Omnes Pall. et S. Victoris, *contagio.* sed facilis est literae unius transpositio itaque Lambinus heic fluctus excitat in simpulo. *Gruter.*

Ut enim iam sit aliqua in natura rerum cognatio,] Cod. R. *ut enim sit aliqua iam in* etc. Servavi autem scriptionem *cognatio*, quamquam in plerisque libris est *contagio:* illud exhibent Codd. L. a. b. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. et seqq. Sed quod ait Hott. scriptionem *cognatio* non minus recte se habere, quam *contagio,* dicere debuit, praestare illam lectionem huic. Non enim tam bene diceretur *contagio est in natura rerum:* quamquam de Fato c. 3. dixit: *ut in reliquis eiusmodi naturae contagio valet:* et pro Sulla 2. 6. *in hoc crimine — est — etiam quaedam contagio sceleris:* horum

(multa enim Stoici colligunt: nam et musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, et puleium aridum florescere brumali ipso die, et inflatas rumpi vesiculas, et semina malorum, quae in iis mediis inclusa sint, in contrarias partes se vertere: iam nervos in fidibus, aliis pulsis, resonare alios; ostreisque et conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant, pariterque

enim locorum paullo diversa a nostro est ratio. Ad verba *rerum cognatio* cf. etiam Cic. de N. D. II. 7. p. 239. ed. Cr. et nostr. mai. *Mr.*

(*multa enim — naturalis appareat.*) *Demus hoc*] Ita distinximus cum Hott. et Sch. Vulgo enim neque in Edd. apparent parentheseos signa, et novum caput incipit a *Demus hoc:* quo obscuratur nexus sententiarum. Pro *multa enim* est *multa autem* in Cod. U. et Ed. Asc. 1. *Mr.*

Musculorum iecuscula, bruma dicuntur *augeri*] Lege *dicunt,* nempe Stoici. *Murium iecuscula bruma increscere* docet etiam *Plinius* H. N. lib. XI. §. 76. Quin et, quod adfirmat vir ille doctissimus non uno loco, simul ac *Aelianus* H. A. lib. II. c. 56. *Μυὸς ἧπαρ καὶ μάλα ἐκπληκτικῶς τε καὶ παραδόξως, τῆς μὲν Σελήνης αὐξανομένης, λόβον ἑαυτῷ τινα ἐπιτίκτει ὁσημέραι μέχρι διχομήνου.* Vide sis et *Antigonum* Carystium Hist. Mir. c. CXXXVI. Lunam etiam *muribus fibras addere* docet *Lucilius* apud *Agellium* XX, 8. *Davies.*

bruma dicuntur augeri,] *Bruma* est i. q. mox dicitur *brumali die.* Quod ait Dav. legendum esse *dicunt,* nimirum *Stoici* non necessarium iudicavit Hott., quia et ad *dicuntur* facile subaudire possis *a Stoicis,* neque Stoici soli id dixerint. Exoritur autem Rathius, severius praecipiens, scribendum esse *dicunt,* iubente Prisciano, quia sequuntur Accusativi. Sed non vapulabit Priscianus, si serves *dicuntur,* ad sequentia autem ex hoc ipso verbo intelligas *dicunt,* quod, liberiore constructione usus, Cicero a lectoribus intelligi voluisse putandus est. *Mr.*

Puleium aridum — rumpi vesiculas] Pulegium *ὑπὸ τὰς τροπὰς ἀνθεῖν* docet *Aristoteles* Probl. Sect. XXI. pag. 446. *Plinius* H. N. II, 41. *Floret ipso brumali die suspensa in tectis arentis herba pulegii; rumpuntur intentae spiritu membranae.* Vide et lib. XVIII. §. 60. *Dav.*

puleium aridum] Scribitur *pulegium* in Cod. L. c. et Co. Vi. b. *pullegium* in Codd. R. M. Illud etiam in aliis reperiri narratur in marg. Edd. Lamb. Goth. et Verb.; neque vero Lamb. ita scripsit, ut narrat Olivet. Scribitur deinde *ipso brumali die* in Codd. L. b. c. U. Edd. Car. Steph. Brut. Sturm. Boul. Ald. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Verb. Ern. Bip. In reliquis est *brumali ipso die,* ut nos edidimus. Illum ordinem a correctore profectum puto. In seqq. Cod. R. exhibet *in ipsis mediis.* Cod. L. d. omittit *mediis.* R. pro *vertere* habet *convertere. Mr.* Ad v. *puleium* v. Burmann. ad Sueton. Octav. 87. p. 434. *Cr.*

nervos in fidibus, aliis pulsis, resonare alios;] Monet Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 27. 75., *fides* instrumentum musicum quodlibet nervis instructum notare: laudato ipso loco nostro. Pergit Cod. R. *ostreis conchyliisque.* Verba *pariterque decrescant* desunt in Codd. P. et S. propter similitudinem antecedentium. *Mr.*

Ostreisque et conchyliis omnibus contingere] *Agellius* N. A. XX, 8. *Luna nunc videlicet senescit: ea re ostrea quoque, sicuti quaedam alia, tenuis exsuctaque est —— Eadem autem ipsa, quae crescente Luna gliscunt, deficiente contra Luna, defiunt.* *Plinius* H. N. lib. II. §. 41. *Iam quidem Lunari potestate, ostrearum, conchyliorumque, et concharum*

decrescant; arboresque ut hiemali tempore, cum luna simul senescentes, quia tum exsiccatae sint, tempestive caedi putentur. Quid de fretis, aut de marinis aestibus 34.
plura dicam? quorum accessus et recessus lunae motu

omnium corpora augeri ac rursus minui. Vide sis *Aelianum* H. A. lib. IX. cap. 6. et *Leonem Allatium* in *Eustathii* Hexaëm. pag. 17. *Dav.*

arboresque ut hiemali tempore — caedi putentur.] Nullum se videre ait verbum Hott., ex quo pendeat *ut*, nisi forte ex superioribus assumendum sit *contingere:* quod ei minime probabatur. Deletas igitur volebat voces *ut — putentur.* Hac vero scriptoris negligentia, sibi in sermone familiari indulgentis, correcta, non librarii, sed ipse Cicero corrigitur. *K.* — Rathius suadet, ut legamus: *arboresque hyemali tempore cum luna simul s e n e s c e r e, u t, quia tum exsiccatae sint, tempestive caedi putentur.* Eamque coniecturam censor quidam Halensis (1809. Ergbl. 98.) Hottingeri emendationi praefert. Certe, alterutra ratio si necessario sit eligenda, a Rathii partibus steterim. Migravit enim Hott. eam artis criticae regulam, qua, si eiecta velis vocabula, quae in omnibus apparent libris, monstrare et docere iubemur, quomodo potuerint irrepere, et necessaria videri correctori. Huius vero additamenti, si non est a Ciceronis manu, nulla plane apparet ratio idonea. Non enim eo expeditior fit oratio, neque, si abest, aliquid cuipiam abesse potest videri. Quamquam ego, si absint verba *ut — putentur*, sententiam minus aptam fore existimo, idque ipsum etiam, si Rathium audiveris, consecuturum esse videbis. Prodibit enim haec sententia: dicere istos, arbores hyemali tempore vel (ex Hott. sententia) cum luna senescentes tempestive caedi, vel cum luna senescere (ut vult Rath.) ideoque tempestive caedi. Sed non hoc dicunt isti sive Stoici sive alii cum iis: hoc enim ita esse sciebant quicunque per aliquod tempus naturales anni conversiones temporumque mutationes observassent, rustici etiam. Sed id vult Marcus: dicunt cohaerere haec omnia, quae inde a *multa enim* enarrantur, et huc etiam pertinere illud, quod quidem inter omnes constat, nimirum ut arbores hiemali tempore exsiccatae tempestive caedi merito putentur. Nihil ergo mutandum, sed ex verbo *contingere* post *decrescant* subaudiendum est *plerique* vel *fieri etiam,* (*ut arbores* etc.). *Mr.*

Cum Luna simul senescentes] Vide sis, inter alios, *Plinium* H. N. lib. XVI. §. 74. Hinc *ligna, quae Luna vel iam plena, vel adhuc crescente deiecta sunt, inepta fabricis esse quasi emollita per humoris conceptionem*, statuit *Macrobius* Saturn. lib. VII. cap. 17. *Dav.*

cum luna simul senescentes] Cod. R. *q u i a cum luna* etc. Mox Cod. Cr. *quia d u m* pro *quia t u m.* Pergit L. b. *e x p l i c a t a e sint.* P. *exsiccata est intempestiva caeli putetur.* L. a. *cedi* pro *caedi.* Cod. S. *cum exsiccata est intempestive accedi. Mr.*

de fretis aut de marinis aestibus] „i. e., ait Hott., de mari in fretis potissimum effervescente, incurrente in illa aestu.“ — Ego simplicius de Euripo et similibus fretis cogitaverim, in quibus proprius quidam esse solet quasi fluxus et refluxus vel accessus (aestus) et recessus maris. *K.* Verba *et recessus* absunt a Cod. U. Cod. S. habet *aut marinis,* omisso *de. Mr.*

Lunae motu gubernantur] Hac de re veterum loca collegimus ad lib. II. N. D. c. 7. Hinc *Oceanus quasi Lunae comes cum ea simul senescit adolescitque*, prout ait *Favorinus* apud *Agellium* N. A. lib. XIV. cap. 1. *Dav.*

lunae motu gubernantur.] Cod. R. omittit verbum *gubernantur.* Eius loco dedit, libris omnibus adversan-

gubernantur. Sexcenta licet eiusdem modi proferri, ut
b. distantium rerum cognatio naturalis appareat.) Demus hoc; nihil enim huic disputationi adversatur: num etiam, si fissum cuiusdam modi fuerit in iecore, lucrum ostenditur? Qua ex cognatione naturae et quasi concentu atque consensu, quam συμπάθειαν Graeci appellant,

tibus, Hott. *gubernatur:* fortasse invitus. Emendatio certe non esset admodum probabilis. *Mr.*

Sexcenta licet eiusdem modi proferri] Ita quidem MSSti simul ac editi libri. Sed *proferre* mavult vir doctissimus *Ioan. Clericus;* cui adsentior. *Dav.*

Sexcenta licet eiusdem modi proferri,] MS. Vossian. *eiusdem modi,* quomodo etiam Victorius ante edidit, ut loquutus etiam creditur Tullius modo cap. praeced. *Gronov.* Nimirum in verbis: *an hoc eiusdem modi est, quale Pherecydeum illud.* Dedi autem *eiusdem modi* ex Codd. Cr. et L. c. Edd. Rob. Steph. et Dav., cum probabilius sit, a librariis duo ista verba in unum esse contracta, quod iis esset usitatius, quam unam vocem ab iis in duas esse discerptam. Quod autem Davisius, Clerico obsecutus, praeferebat *proferre*, in eo ducem auctoremque habuit Sturmium, imitatorem Lallemannum. Wopkensius autem ad Passivum firmandum et aliorum scriptorum affert loca (Lectt. Tull. p. 278.) et Ciceronis Philipp. V. 17. de Finn. II. 32. de Legg. II. 26. Tuscc. I. 12. Quibus, cum vel sine exemplis veritas lectionis vulgatae pateat, non opus est plura addere. Scribitur autem *preferri* in Codd. S. P. et R. Plerique a *Demus hoc* novum caput incipiunt: nos vero, cum hoc demum loco parenthesis desinat, cum Davisio, Hott. et Sch. fines capitis proferendos esse existimavimus. Pro *num etiam* Cod. R. habet *non' etiam.* Vocem *si* ante *fissum* omittit Cod. L. d. Cod. S. habet *dicimus* pro *demus,* tum *haec* pro *hoc,* et mox *cuiusmodi. Mr.*

Qua ex coniunctione *naturae*] Sic editi a Victorio et Pall. duo meliores, nam tert. et quart. *cognatione,* ut vulgg. *Gruter.*

Qua ex cognatione *naturae*] *Gruterus* post *Victorium* dedit, *qua ex* coniunctione *naturae,* nec aliter in Pall. pr. sec. legi testatur. At Paris. Med. Reg. Balliol. et Cantab. *qua ex* cognatione *naturae.* Quapropter editorum veterum lectionem censui revocandam. Alioqui vocem *coniunctionis* haud incommodam puto. Vide sis infra capp. 60, 69. *Dav.*

Qua ex cognatione naturae] Habent *cognatione* Codd. Oxonn. E. O. ψ. nostri L. b. R. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Olivet. Hott. Bip. Sch. Dav. In Ox. U. est *cogitacione,* in nostro M. *convinctione.* Cod. S. *quod ex coniunctione.* Idem mox *vocant* pro *appellant;* et in fine capitis *terraque rerum natura.* Pro *qua* est quam in Cod. P. In seqq. Cod. P. habet *accentu* pro *concentu,* idque etiam Verb. in marg. ex Cod. MS. enotavit: videlicet ex Pal. pr. Vid. annot. Gruteri. *Mr.*

Quasi concentu] Pal. pr. *accentu.* ut forsan voluerit vitare repetitiones similis syllabae auctor. *Gruter.*

συμπάθειαν] Latinis literis exarata est haec vox in Edd. Asc. 1. 2. et Sturm. *Simphantiam* est in Cod. R. quod in Cod. Cr. transiit in *simphoniam.* Conf. Epist. ad Att. IV. 7. In eodem Cod. scribitur *cum Lucello meo,* quasi Cicero habuerit amicum quendam *Lucellum.* Voce *lucellum* noster usus est etiam in Ver. II. III. 30. 72. *si Apronio, deliciis praetoris, lucelli aliquid iussi sunt dare, putate Apronio datum, si Apronianum lucellum, ac non praetoria praeda vobis videbitur:* vocem *quaesticulus,*

convenire potest aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quaesticulus cum caelo, terra, rerumque natura?

Concedam hoc ipsum, si vis; etsi magnam iacturam 15. causae fecero, si ullam esse convenientiam naturae cum extis concessero. Sed tamen, eo concesso, quî evenit, 35. ut is, qui impetrire velit, convenientem hostiam rebus suis immolet? Hoc erat, quod ego non rebar posse

item rariorem, posuit ad Famm. IX. 16. *tum enim, cum rem habebas, quaesticulis te faciebam attentiorem.* In Cod. R. scribitur *quaestulus. Mr.*

συμπάθειαν] Ita lib. de Nat. Deor. 3. *Illa vero cohaeret et permanet naturae viribus, non deorum: estque in ea iste quasi consensus, quam συμπάθειαν Graeci vocant.* Et infra hoc eodem libro: *coniectores ex quadam convenientia et coniunctione naturae, quam vocant συμπάθειαν, quid cuique rei conveniat ex somniis, et quid quamque rem sequatur, intelligunt.* Et rursus: *Quae est continuatio coniunctioque naturae, quam ut dixi, vocant συμπάθειαν. Brut.* — Sunt haec loca de N. D. III. 11. 28. de Divin. II. 60. 124. II. 69. 142. Duo certe loca posteriora favere vides lectioni *coniunctione. Mr.*

etsi magnam iacturam causae fecero,] Cod. R. habet *si* pro *etsi:* idem omittit in seqq. *si* et *esse,* exhibetque *naturae convenientiam.* Cod. S. exhibet *iacturae causam. Mr.*

si ullam esse convenientiam naturae – concessero.] Quaerat aliquis, cur non scripserit *aliquam.* Ideo nimirum, quia id proprie non concedit, sed ad tempus tantum, ut iis, quae inde consequuntur, absurda plane consequi demonstret. *K.* Haec omnia verba exciderunt in Cod. S. *Mr.*

Ut is qui impetrire velit] Sic legendum, non *impertire,* ut est in libris vulgatis; neque *impetrare,* ut operae hic olim mendose fecerunt. Est autem *impetrire,* antiquum verbum, quod significat *impetrare,* ut supra diximus. *Festus:* Impetritum, *impetratum.* Cum superiora illa olim scripsissem, hoc est, cum admonuissem Lectorem mendose olim operas fecisse *impetrare* pro *impetrire,* tamen homo *βάσκανος* et *ἀναιδής* ausus est scribere, me edidisse *impetrare;* multaque talia fecit, neque hoc semel commisit, neque uno loco. *Lambinus.*

ut is, qui impetrire velit,] Scribitur *impertire* in Codd. L. b. c. d. U. S. Edd. Asc. 1 Herw. Rob. Steph. Boul. Brut. Ald. Sylb. [qui tamen in annot. probat *impetrire*]. *Impartire* est in Codd. Cr. [ubi supra lin. est *impertire*] R. Asc. 2. Crat. In Cod. P. est *impertiore:* in Edd. Car. Steph. et Sturm. *impetrare.* In reliquis et Oxonn. U. ψ. proba est lectio. Brutus ad h. l. haec annotavit: „Turnebus *impetrire* legit, quod verbum alibi diximus ex Festo ab antiquis pro *impetrare* usurpari solitum. Ita et apud Valer. lib. I. cap. 1. de religione, ubi in vulgatis *impertito* legitur, *impetrito* legendum. Et apud Plin. libr. 28. cap. 2. *Praeterea alia sunt verbis impetritis, alia depulsoriis, alia commendationibus.* Corrupte enim hactenus lectum esse existimat: *Praeterea alia sunt verba impetrantis, alia depulsoris, alia commentationis.* Apud Plautum quidem in Asinaria iam olim Aldus *impetritum* ediderat: fol. 22. b. Ald. editionis. De loco Plinii utrum ita emendandus sit, docti viderint. In Valerii editione Antwerpiensi, quae, Steph. Pighii annotationibus locupletata, multo auctior ceteris praeclariorque habetur, *impetrito* legitur.“ Vid. iam Valerii Ed. Torrenian. p. 9. sq. ibiq. annott. Plinii locum Hard. p. 444. edidit: *Praeterea alia sunt verba impetritis, alia depulsoriis, alia commentationis:* ubi vid. Harduin. *Mr.*

dissolvi. At quam festive dissolvitur! Pudet me non tui quidem, cuius etiam memoriam admiror, sed Chrysippi, Antipatri, Posidonii, qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum a te, ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quae toto confusa mundo sit. Illud vero multo etiam melius, quod et a te usurpatum est, et dicitur ab illis: cum immolare quispiam velit, tum fieri extorum mutationem, ut aut absit aliquid, aut supersit: deorum enim numini
38. parere omnia. Haec iam, mihi crede, ne aniculae quidem existimant. An censes, eundem vitulum si alius

At quam festive dissolvitur!] Cod. R. *atque festive*. P. *ad quam*. Cr. *festine*. Ad seqq. confer. *Ian. Bake de Posidonio* p. 46. sq. *Baguet. de Chrysippo* p. 226. sqq. Ad v. *etiam* monet Hott. eam habere vim velut corrigendi, q. d. *non pudet tui, quin potius* etc. Verba *istuc — dictum* desunt in Cod. R. Scripsi autem *istuc quidem*, (neque cum Sch. *istud quidem*), ex Codd. et Edd. plerisque omnibus, et ex praecepto *Grotefendii*, Orth. Lat. §. 146. cf. Cellar. Orth. Lat. T. I. p. 65. ed. Harles. Pro *deligendam* Cod. R. habet *delegandam*. S. L. d. *diligendam*. Mox S. R. et Ed. Rob. Steph. *quae tota* pro *quae toto*. De eadem re supra loquens Quintus I. 52. 118. iisdem verbis usus est: *nam et ad hostiam deligendam potest dux esse vis quaedam sentiens, quae est toto confusa mundo*. Nomen *Posidonii* omittit Cod. S. Pergunt Co. Vi. b. *quidem istuc quid est dicunt*. *Mr.*

Ducem esse vim quandam sentientem] Mundi dicit animam, quam δι' ὅλου τοῦ κόσμου διήκειν censebant Stoici. Vide ad lib. I. cap. 52. *Dav.*

Illud vero multo etiam melius] *Εἰρωνικῶς* v. ad I. 23. 47. *Cr.* — De hoc usu ironico vid. *Ian. Bake* l. c. p. 46. sq. et *Baguet*. l. c. p. 228. Hott. verba: *multo etiam melius* explicat: *multo magis festivum et ridiculum*. In Cod. R. legitur *illud vero multo etiam extorum mutationem:* omissis quae interiecta sunt. Cod. S. omittit *et* post *quod*. *Mr.*

Hoc iam, mihi crede, ne aniculae quidem] Vulgo *haec, mihi iam crede*. Sed *hoc* ex Paris. dedimus: ille vero verborum ordo, quem suppeditarunt Paris. Med. Balliol. Reg. et Victor. efficaciorem reddit orationem; docet enim, vel ipsas tum temporis aniculas veteribus illis Stoicis minus fuisse credulas. *Dav.*

Haec iam, mihi crede, ne aniculae quidem] Recte monet contra Davisium Hottingerus, *iam* non ad tempus esse referendum, sed maiorem rei turpitudinem significare; coll. Tusc. I. 41. *id multo iam beatius:* et inf. *iam ut nihil possit esse contemtius*. Add. Philippic. II. 8. 19. *Iam illud cuius est non dico audaciae, — sed — stultitiae*. Cod. S. habet *omnia heo. Item mihi crede*. Ceterum verborum ordinem, quem exhibet Dav., recepi ex Codd. nostris Cr. L. a. b. c. d. R. P. M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Verb. Olivet. Ern. Bip. Hott. Sch. Sed restitui ex libris, qui ad manum sunt, omnibus *Haec:* pro quo post Dav. ediderunt, neque libris inspectis, neque sententia satis ponderata, Hott. et Sch. *hoc*. — *Haec* ait, i. e. *hoc et talia*. Scribitur *nec aniculae quidem* in Codd. S. R. et L. b. *Sine capite iecur: ἄλοβα ἱερά*. Vid. *Baehr*. ad Plutarchi Pyrrhum c. xxx. Add. Plutarch. Cimon. c. 18. *παρῆν ὁ θύτης ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ τὸν λόβον οὐκ ἔχοντα κεφαλήν*. *Mr.*

Eundem vitulum si alius delegerit sine capite iecur inventurum] Pronomen *eum* subaudiri non deerunt

delegerit, sine capite iecur inventurum; si alius, cum capite? Haec decessio capitis, aut accessio, subitone fieri potest, ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent? Non perspicitis, aleam quandam esse in hostiis deligendis, praesertim cum res ipsa doceat? cum enim tristissima exta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur esse dirius; proxima hostia litatur saepe pul-

qui contendant. Cum tamen haec curarint haruspices; reposuerim, *Eiusdem vituli*, *si alius delegerit, sine capite iecur* inventum iri. *Dav.*

iecur inventurum] Davisium refutat Hott. dicens, eum, qui sacrificaret, quamvis exta non inspiceret, tamen ita plane, quid in illis esset, invenisse dici posse, quemadmodum saepe is rem aliquam fecisse dicatur, qui modo fieri iusserit. Ego quidem in librorum consensu nihil muto: sed mihi quidem passivum magis placiturum fuisse fateor. Facile etiam permutantur INVENTVMIRI et INVENTVRVM. *Mr.*

Haec decessio capitis, aut accessio] Ad verba convenit locus de Univ. 6. 16. *neque enim ulla decessio fieri poterat, neque accessio.* Scribitur *discessio* in Cod. R. Quod sequitur nomen *immolatoris*, cum sit hoc tantum loco apud Ciceronem, et praeter eum nonnisi bis apud Prudentium (Cathem. XII. 48. p. 77. et Hamartig. Praefat. 49.) displicuisse videtur quibusdam librariis, qui correxerunt *immolantis.* Ita nimirum est in Edd. Sturm. Ald. Car. Steph. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Sed servant substantivum Codd. excepto R. omnes et Edd. reliquae. Cod. S. habet *immolationis. Mr.*

Non perspicitis,] Cod. R. *num* pro *non:* pergit idem *alia esse vim in hostiis deligendis.* Cod. M. *aliam esse vim.* Cod. L. b. Ed. Asc. 2. *aleam quandam inesse hostiis.* Codd. U. S. et Asc. 1. Sturm. *aliam quandam inesse vim hostiis delig.* Cod. P. *aleam quandam esse hostiis.* Lamb. Goth. Brut. Boul. Ald. Sylb. cum Cod. L. b. faciunt. Vocem *quandam* additam esse monet Goer. ad Cic. Acadd. I. 5. 21. p. 36. ad mitigandum velut audacius dictum. In Cod. S. est: *cum res ipsa doceat praesertim:* mox *certissima* pro *tristissima. Mr.*

cum enim tristissima exta sine capite fuerunt] Restitui cum Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. *fuerunt,* pro quo Dav. edidit *fuerint,* quamquam *cum* h. l. est temporale, neque pro *etsi* ponitur. Et habent *fuerunt* libri nostri omnes exceptis Codd. Cr. et R. Vocem *tristissima* ineptam h. l. esse ait Hott. et fortasse glossam verborum *quibus nihil videtur esse dirius:* ideoque eam uncinis inclusit, idemque fecit Sch. Neque ego diffiteor, mihi eam haud admodum placere, quamquam in omnium librorum consensu nihil volui novare, et locum ita explico: *cum enim tristissima exta fuerunt, nimirum sine capite, quibus nihil* (immolantibus) *videtur dirius:* etc. *Mr.* — Immerito vocem *tristissima* ab Hottingero uncinis esse inclusam existimo, verba enim *quibus — dirius* accuratius explicant vocem *tristissima.* In colloquiis vero et sermone familiari veteres sibi indulserunt haud pauca, quae in oratione expolita non commisissent: nimirum ut lector se colloquio quasi interesse existimet, vel sermonem re vera inter familiares habitum fuisse literis mandatum. Vid. Iacobs. ad Platon. in Lachet. §. 11. coll. §. 19. et 44. *K.* — Pro *dirius* est *durius* in Codd. S. R. L. b. c. d. Co. Vi. b. P. Sequitur in Cod. R. *proxima ostia saepius litatur pulcherrime. Mr.*

cherrime. Ubi igitur illae minae superiorum extorum? aut quae tam subito facta est deorum tanta placatio?
16. Sed affers, in tauri opimi extis, immolante Caesare,
p.116. a. cor non fuisse: id quia non potuerit accidere, ut sine corde victima illa viveret; iudicandum esse, tum inter-
37. isse cor, cum immolaretur. Qui fit, ut alterum intelligas, sine corde non potuisse bovem vivere; alterum non videas, cor subito non potuisse, nescio quo, avolare? Ego enim possum vel nescire, quae vis sit cordis ad vivendum, vel suspicari, contactum aliquo morbo,

Ubi igitur *illae minae superiorum extorum?*] In vulgatis deest vox secunda, quam obtulerunt Paris. Med. Reg. et Balliol. eaque recepta, melius, ut opinor, connectitur oratio. *Dav.*

Ubi igitur illae minae] Probat additum *igitur* Ern. idque reperit in Cod. Guelf. et in m. Ed. Lamb., nos in Codd. L. a. c. d. Cr. M. R. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Circa finem capitis pro *subito* est *subita* in Codd. L. b. P. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Brut. Sylb. *Mr.*

Sed affers,] Cod. U. *sed aufers.* Respicit I. 52. De seq. constructione, qua verbis *ut sine corde victima illa viveret* praemittitur *id*, v. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 4. 18. p. 22. Pro *quia* est *qui* in Cod. L. b. in Cod. Cr. est *idque non:* in Cod. U. *id quare non:* et ita Ed. Asc. 1. In seqq. Cod. M. habet *dum immolaretur* pro *cum immolaretur*. Idem pergit *Quo fit.* Mox R. *bovem non potuisse vivere.* Cod. S. habet *Qui,* omisso *fit.* *Mr.*

Ego enim possum vel nescire,] Coniecit Hott. *autem* pro *enim:* Rathius nihil mutatum vult, siquidem *enim* possit habere significationem adversativam: Sch. eam coniecturam plane improbat, nulla ratione addita. Est vero h. l. *enim* non causale, sed, ut saepius, explicationi et continuationi inservit, ut particula *autem*. Vid. Forcellin. in Lex. Quod si nolis, elliptice positum esse poteris dicere, ut Graecum *γάρ:* quasi dicat: *Quomodo hoc potest fieri? duobus modis me inde extrico: sive enim — — sive —.* Verba *possum vel nescire* Hott. ita explicat: „Ego potius dubitaverim, annon possit animal aliquod esse ita constitutum, ut ad vitam corde non egeat, quam hoc credam, quo dici nihil absurdius possit, cor subito disparuisse.“ Ego autem haec ita explicaverim: vel possum nescire i. e. fortasse nescio, quae vis sit cordis ad vivendum, ideoque credo, fieri posse, ut desit cor. *K.* Equidem ita locum intellexerim: facilius aliquis vel de eo incertus haereat, an ad vivendum cor omnino sit necessarium; vel, si de hoc quidem non dubitet, suspicari potest, non evanuisse quidem cor, sed morbo quodam adeo sive extenuatum sive deformatum esse, ut vel abesse videatur, vel non agnosci possit. In Cod. S. scribitur in praecedd. *cur* pro *cor, advolare* pro *avolare*, et *corde* pro *cordis. Mr.*

contactum aliquo morbo] Placet Hottingero *contractum* i. e., ut ait, macie comminutum, quam esse ait coniecturam Victorii, et habere Ed. Crat. [Est idem in Edd. Herw. Camerar. Rob. Steph. Codd. S. L. c. d. P. M.; in Cod. R. est *concavum*. Rathius cum Hott. facit. *Mr.*] Neque vero erat, cur probaret lectionem, qua recepta nihil aliud diceretur, quam quod statim subiicitur, *exile, exiguum* et *vietum.* — *Contactum* vero, i. e. contagione quadam mali cuiuscunque affectum, rationem reddit, vel causam subiicit, qua cor exile, exiguum et vietum sit factum: morbo videlicet. *K.*

bovis exile et exiguum et vietum cor, et dissimile cordis fuisse. Tu vero quid habes, quare putes, si paullo ante cor fuerit in tauro opimo, subito id in ipsa immolatione interisse? An, quod adspexerit vestitu purpureo excordem Caesarem, ipse corde privatus est? Urbem philosophiae, mihi crede, proditis, dum castella defenditis. Nam, dum haruspicinam veram esse vultis, physiologiam totam pervertitis. Caput est in iecore, cor in

et vietum cor] Pro *et* est *vel* in Codd. L. c. R. Edd. Ern. Bip. Sch. Pro *vietum* est *vegetum* in Codd. U. R. Cr. Ed. Asc. 1. *victum* in Cod. S. qui omittit etiam *et* ante *exile*. Eadem Ed. Asc. 1. cum Cod. U. paullo superius *vel* omittit ante *suspicari*. Post haec Cod. M. *dissimile cor defuisse* pro *dissimile cordis fuisse*. S. *dissimile cor fuisse*. Cod. M. habet *defecisse* pro *interisse*, quod est vel interpretis, vel correctoris. *Mr.*

An, quod adspexit] Cod. L. a. Edd. Rob. Steph. Camerar. Lamb. pr. Davis. sec. Bip. (quamquam in hac operarum vitio est *adsperexit*) habent *adspexerit*, quod cum verbis *ipse corde privatus est* non bene convenit. *Mr.*

Quod adspexerit vestitu purpureo excordem Caesarem, ipse corde privatus est] Hoc ait, quia tum primum *Caesar cum purpurea veste processit*, ut observarat lib. I. c. 52. et *taurum color rubicundus excitat*, et furibundum reddit. Vide *Senecam* de Ira lib. III. cap. 30. Memoratu vero digna videtur hac de re ipsius Iulii responsio, qui *eo arrogantiae progressus est, ut haruspice tristia et sine corde exta sacro quodam nuntiante*, futura *diceret* laetiora, cum vellet; nec pro ostento ducendum; si pecudi cor defuisset. Verba sunt *Suetonii* in Iulio cap. LXXVI. *Polyaenus* Stratag. lib. VIII. c. XXIII, 32, 33. Καῖσαρ τοιούτου (Leg. τοῦ θύτου, nam τοῦ ἱερέως, vel τοῦ μάντεως, infeliciter reponit *Is. Casaubonus*) λέγοντος ἀπαίσια τὰ ἱερά· καὶ μὲν ἀμείνω ἔφη γενήσεσθαι, ἐπειδὰν αὐτὸς θελήσῃ — — Ἀκαρδίου θύματος εὑρεθέντος, Καὶ τί παράδοξον, ἔφη, εἰ ἄλογον ζῷον καρδίαν οὐκ ἔχει. In eo lusit, quod *cor* passim sapientiam denotet. *Dav.*

excordem Caesarem] Immerito exagitat Ciceronem Hottingerus, hunc verborum lusum, in sermone familiari nequaquam reprehendendum, inficetum appellans et Cicerone plane indignum. Ceterum recte *excordem*, ait, Caesarem Tullius dicit, eo quod habitu illo et splendore non veritus esset, civium animos offendere; *corde* vero *privatum* bovem, id est item *excordem* factum, quia veterum multi in corde sedem esse rationis existimaverunt. Quamquam posteriora non satis commode dicta videntur. *K.* *Excordem* bovem ait, quia ad etymologicam rationem animal, in quo cor non est repertum, dici potest *excors*. Id vult: An fecit deus aliquis bovem *excordem*, ut aequalis quodammodo fieret conspecto ab ipso Caesari *excordi*? — Pro *corde* est *eodem* in Cod. M. *Mr.*

Urbem philosophiae — proditis, dum castella defenditis.] „Num forte, ait Hott., *arcem* pro *urbem*? ut supra I. 6. Ita Quinctilianus Inst. XII. 11. 28. *arcem eloquentiae* dicit: nisi quod ibi de *fastigio* accipiendum videtur.“ Verissimum contra ait esse *urbem* Schützius. Recte: opponitur enim *urbs castellis*, quae urbis tuendae causa erecta sunt. Ait igitur: primarium vos et quod principale est proditis, dum tueri studetis ea, quae non per se alicuius sunt pretii, sed, ubi res primaria periit, servari neque possunt neque merentur. Ad verba *mihi crede* vid. Ochsner. ad Olivet. Eclogg. Ciceron.

extis: iam abscedet, simul ac molam et vinum insperseris: deus id eripiet, vis aliqua conficiet aut exedet. Non ergo omnium interitus atque ortus natura conficiet: et erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat. Quis hoc physicus dixit umquam? Haruspices dicunt. His igitur, quam physicis, credendum potius existimas?

17. Quid? cum pluribus diis immolatur, quî tandem
38. evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? Quae autem

p. 231: qui monet, ita saepius scripsisse Ciceronem, quam *crede mihi:* aliquantum autem differre sententiam utriusque formulae. Iis vero, qui ibi laudantur, adde Beierum ad Cic. de Off. III. 19. 75. T. II. p. 324. *Mr.*

iam abscedet,] Cod. R. *absedet* pro *abscedet. Mr.*

Simul ac molam et vinum insperseris] MStus habet, *simul ac molam, immo iam ut vinum insperseris. Ursinus.*

Simul ac molam ac vinum insperseris] His adnectunt Med. et Reg. *immo iam ut vinum inspexeris.* Scribere debuerunt *insperseris*, ut habet Cantab. Sed eas voces recte nesciunt Paris. et Balliol. Porro molam salsam et vinum explorandis victimis, antequam percuterentur, inspergebant veteres. Vide *Ioan. Saubertum* de Sacr. cap. XVIII. pagg. 429, 433. *Dav.*

simulac molam et vinum insperseris:] Verbo molam in Cod. L. a. superscriptum *in molem:* idem habet *asperseris.* Cr. *inspersserit: vero iam et unum inspexeris.* Cod. L. b. *insperseris immo iam ut unum inspexeris.* Cod. U. et Asc. 1. *inspersetis iam vero ut unum inspexeria.* R. *et ut vinum inspexeris.* Ed. Ven. 1494. *insparseris iam vero ut unum inspexeris.* Pro *exedet* Cod. L. b. habet *credet:* L. a. *cedet.* Verba *aut exedet* omissa sunt in Cod. P. In Cod. S. desunt omnia, quae post *eripiet* sequuntur, usque ad *et erit. Mr.*

Non ergo omnium interitus atque obitus] Omnino lege *non ergo omnium interitus atque* ORTUS, vel *omnium* ortus *atque obitus.* Vel haec vel illa ratio plane necessaria videtur; quod ex sequentibus manifestum. *Dav.*

Non ergo omnium interitus atque ortus] Ita ex coniectura Dav. et Hott. rescripsi cum Lallem. Hott. et Sch. propter ea, quae statim subsequuntur: *et erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat.* In Cod. reg. apud Lallem. est *oblitus* pro *obitus:* in Cod. L. d. *naturae* pro *natura. Mr.* Sententia est: Natura non unam aliquam totius partem procreat, neque eam unam per se dissolvit et tollit: sed unamquamque vel procreat vel dissolvit cum toto coniunctam. *K.*

subito occidat.] Cod. Cr. *subito excidat.* Cod. S. *subito incidet.* Pergit Cod. R. *quis hoc physicus dixerit unquam?* et mox *Iis igitur physicis.* Cod. S. *quis haec physicus. Mr.*

credendum potius existimas?] Ita scripsi cum Dav., quod Hottingero quoque magis placebat vulgato ordine: *potius credendum existimas.* Quod vero Hott. sine libris non audebat, ego ex libris feci. Faciunt enim cum Davisio Codd. Cr. L. b, Edd. Rob. Steph. Vict. Camerar. *Mr.*

ut litetur aliis, aliis non litetur?] Cod. L. d. bis *litemus.* In marg. Edd. Lambb. vir doctus coniecit in seqq. legendum esse: *Quae autem tanta inconstantia deorum est:* quod non displicet Rathio, cum mox sequatur *aut tanta inter eos dissensio:* neque nobis improbatur. Cod. S. omittit *est* post *deorum.* Poni nostro loco *aut* in apodosi cum quadam ironia con-

inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? aut tanta inter eos dissensio, saepe etiam inter proximos, ut Apollinis exta bona sint, Dianae non bona? Quid est tam perspicuum, quam, cum fortuito hostiae adducantur, talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia? At enim id ipsum habet ali- b.
quid divini, quae cuique hostia obtingat; tamquam in sortibus, quae cui ducatur. Mox de sortibus. Quamquam tu quidem non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. An, cum in Aequimaelium misimus, qui afferat 38.
agnum, quem immolemus; is mihi agnus affertur, qui habet exta rebus accommodata, et ad eum agnum non casu, sed duce deo servus deducitur? Nam si casum

tendit Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 14. 40. p. 62. Est quidem irrisio in toto nostro loco, nec vero ea vel in voce *aut* continetur, vel ab ea incipit. Scribitur *fortuitu* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Sturm. Crat. Herw. Sed duae posteriores in varr. lectt. habent *fortuito*. Cod. S. habet *quantae* pro *quam*. In seqq. ubi est *talia cuique — qualis cuique* in Cod. Cr. est *talia c u i q u e — qualis q u o i q u e*. *Mr.* — Memorabilis est locutio *Apollinis exta* pro *exta hostiae Apollini immolandae,* fere ut *infamia legionum* apud Caes. B. C. Ita paullo inferius *hostiarum casum,* pro casu, qui in hostiis immolandis evenire solet. *K.*

At enim id ipsum] i. e. *at fortasse quispiam dixerit,* ut Offic. III. 20. male itaque Venet. 1494. *aut enim. Rath.* Vocem *id* omittit Cod. R. Mox idem *quae c u i q u e ducatur:* et ita scripsit etiam Rath. in annott. nescio an invitus. Idem ex Cod. Balliol. ex prima Ed. Davis. enotavit *ducantur*. Quod sequitur *Mox de sortibus* ita intelligendum est, ut Marcus inde ab *At enim* usque ad *ducatur* fingat sibi obloquentem aliquem, vel Quintum, cui iam respondet: *de sortibus mox videro: quamquam tu quidem* etc. In seqq. Cod. R. inverso ordine exhibet *similitudine sortium.* Quod sequitur *infirmas sortes* Hott. commode sic explicat: „in hostiis adducendis casum valere, tam est perspicuum, ut sortes, si illas cum his conferas, et earum similem rationem esse dicas, hoc ipso suspectas reddas.“ *Infirmandi* verbo saepius usus est noster, sed rarius solo: adiungere enim solet ei verba *tollere, convellere, diluere, excludere, deminuere, frangere.* Hoc loco eo utitur, elegantis oppositionis causa, cum modo dixerit *confirmas.* Cod. S. habet *sortis collationem. Mr.*

Tanquam in sortibus] Pal. pr. *fortibus.* quod ne fortuitum fuisse videatur, statim iterum eadem forma expressit. *Gruter.*

in Aequimaelium] Liv. XXXVIII. 28. *substructiones* factas tradit in Aequimelio: quo nomine magnae porticus et basilicae in primis intelliguntur. Ex h. l. colligi videtur posse, oves ibi et pecora alia fuisse venalia, praesertim quae ad sacra essent idonea, ut Hierosolymis in porticibus templi. *Ern.* Locus fuit *Aequimelium,* vel, ut nos cum Drakenborchio scripsimus, *Aequimaelium,* in urbe, quo *Sp. Maelii,* qui regnum affectaverat, domus fuerat, quae solo *aequata* est. Vid. Livius IV. 16. ibiq. laudd. a Drakenb. p. 140. Pro *misimus* Cod. L. a. habet *mittimus.* S. *cum c u m v i a Equim e lium v i a s i m u s. Mr.*

Si casus in eo etc.] Vulgati *casum,*

in eo quoque dicis esse, quasi sortem quandam cum deorum voluntate coniunctam; doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Non
15. enim ignoras, quam ista derideant. Et quidem illi facilius facere possunt. Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos, et perflabiles, et habitantes,

sed alterum erat in Pall. omnibus, agnoverantque item scripti Victoriani. *Gruter.*

Nam si casum] Vulgo *casus:* sed hoc recte se non habet, cum superioribus haud respondeat. Nos igitur editionum vetustiorum fidem secuti sumus; faventque Reg. et Cantab. in quibus *casu*. *Davies.*

Nam si casum] Edd. vett. et MSS. habent *casu:* inde factum a recentioribus *casus*. immo *casum* erat scribendum, idque res postulat. *Ern.* — *Casum* scripsit etiam Hott. explicans: si hic quoque (perinde ut sortem in oraculis, quae fiunt per sortem) casum dicis esse coniunctam cum voluntate deorum, ita ut in hac re et casus quidam obtineat, is vero regatur numine deorum. I. 18. Ne autem legi velis *coniunctum*, ut ad *casum* referatur, eam locutionem dicit esse *σύλληψιν* generis, laudatque Cic. Brut. 75. *omni ornatu orationis tanquam veste detracta;* ubi nunc vid. Ellendt. p. 191. sq. ibiq. laudd. Primum *casum* edidisse Sturmium existimabat Rathius. Est autem proba lectio in Codd. Oxonn. E. U. nostris L. a. Cr. M. U. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Mox Dav. *esse dicis:* sed *dicis esse* rescripsi ex Codd. L. b. M. R. P. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. rell. Vocem *si* non habent Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Conf. de scriptione *dicis esse* Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 1. p. 4. ad de Finn. II. 19. 94. p. 262. *Mr.*

cum deorum voluntate coniunctam] Vocem *cum* non habent Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In Ed. Asc. 2. scriptum est *coniuncta*. *Mr.*

Stoicos vestros] Vulgo *Stoicos nostros*. Absurde: nam fratrem suum Quintum Marcus adloquitur; is autem superiore libro partes Stoicorum defenderat. Quia et noster paullo post sic ait: *Sed non, ut hic* (Epicurus) *sibi constat, item Stoici; illius enim Deus — non potest hominibus divinationem impertiri;* VESTER *autem Deus potest non impertiri.* Cum res igitur esset manifesta, coniecturam meam, licet Codicum auctoritate destitutam, recipere non sum veritus. *Dav.*

Stoicos nostros] Ern. contra Dav. monet, Marcum quoque Ciceronem favisse Stoicis, eosque in multis rebus esse secutum. Quare restituit *nostros*. Hott. idem fecit, sed alia ductus ratione, nimirum, ut Marcus aliquo modo per contemtum sic dixerit, ut Tusc. I. 32. *Numquid igitur est causae, quin amicos nostros Stoicos dimittamus?* Cui assentit Sch. Nos quoque idem faciendum esse duximus; ad sententias autem Ernesti et Hottingeri illud monemus: Ciceronem in parte philosophiae physica, quam physiologiam appellabant veteres, minime sensisse cum Stoicis, in parte autem morali Stoicorum magis, quam ceterarum scholarum, sententiam esse amplexum. *Mr.*

irridendi sui] Ad Stoicos refer. *K.* Conf. Ruddimanni Inst. Grammat. Lat. II. p. 245. *Cr.* Mox Cod. L. d. habet *ignorans* pro *ignoras*. R. *istam* pro *ista*. Cod. S. *non agnoras*, omisso *enim*. *Mr.*

Induxit *Epicurus*] Legendum *inducit*, ne tempora confundantur: id quod etiam recte monuit Amicus. *Dav.*

induxit Epicurus] Perfectum illud *induxit*, ait Wopkens. l. c. p. 278., et praesens *putat*, intervallo tam longo a se invicem distant, ut

tamquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinarum; eosque habere putat eadem membra, quae nos, nec usum ullum habere membrorum. Ergo hic circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat divinationem tollere. Sed non, ut hic sibi

mirum non sit, si Tullius memoriae vitio in istiusmodi enallagen inciderit. Sed et similis incuriae exempla alibi haud pauca exstare video. Infra cap. 34. *nunc vero... famc enecta, si in offam pultis invadit, et si aliquid ex eius ore cecidit, hoc tu auspicium putas?* Est vero hic locus c. 35. ubi Dav. item corrigi volebat *invasit*, sed merito non obedientes habuit nimia eius accuratio Hottingerum et Schützium. *Mr.*

perflabiles] Cod. R. *per fabulas*. Conf. de N. D. I. 27. prc. *Illud video pugnare te, species ut quaedam sit deorum, quae nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, levis, perlucida:* ubi vid. Crzr. p. 119. ed. Cr. et nostr. mai. Sed conf. ibid. universe cap. 25. 26. 27. *Mr.*

Tamquam inter duos lucos, sic inter duos mundos] Paris. Med. Reg. et Cantab. omissis reliquis exhibent *tamquam inter duos mundos;* quod Lectorem celare nolui, licet perperam factum videatur. De hac Epicuri sententia, quae *intermundia* Deorum sedes esse statuit, egimus ad lib. I. N. D. cap. 8. *Dav.*

tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos,] Hoc respicit, ut opinor, ad locum in Capitolio inter duos lucos, quod erat asylum et perfugium securitatis. Liv. I. 8. ubi v. Gron. et Neapolim ad Ovid. Fastos III. 430. [cf. ib. Nic. Heins.] Colligo e verbis *propter metum ruinarum. Ern.* — Laudat praeterea Hott. Velleium Paterc. I. 8. Tu vero de hac deorum inter duos mundos habitatione, sive de Epicureorum intermundiis (*μετακοσμίοις*) vid. Victorium, Camerarium, Davisium ad Cic. de N. D. I. 8. p. 30. sq. ed. Cr. et nostr. mai. Absunt autem verba *lucos sic inter duos* etiam a Codd. Oxonn., nostris L. b. U. Edd. Ven. 1494. Asc. 1. 2. Add. Senec. de Benef. IV. 9. Diogen. X. 89, init. In seqq. Cod. S. habet *eosdemque* pro *eosque*. *Mr.*

Propter metum ruinarum] Scilicet Epicurus mundos innumerabiles posuit, quorum nonnulli quotidie oriantur et occidant. Vide *Ciceronem* N. D. I. 26. *Dav.*

Eosque putat eadem membra] Epicurus Deos ἀνθρωπομόρφους esse contendit, omnem tamen ademit usum membrorum. Vide *Plutarchum* de Plac. Philos. I, 7. et *Ciceronem* N. D. I, 27. 33. *Dav.*

Nec usum ullum habere membrorum.] *Habere* mihi h. l. suspectum est putoque esse insititium, ac temere e superioribus repetitum. *Ern.* — Recte monet Hott. et Sch. hac verbi repetitione expressius significari, quam absurdum sit hoc tale commentum. In Cod. R. est *ullum usum*, in Cod. P. *nec usum habere ullum*. *Mr.*

Ergo hic] Sic Paris. et Reg. Vulgo *ergo is. Dav.*

Ergo hic] Ita Codd. nostri Cr. U. R. L. b. c. d. Edd. Venet. 1494. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Scripsi autem *circuitione* (pro quo Dav. dedit *circumitione*) ex libris tantum non omnibus: quamquam alteram scriptionem non reprobo. Tenendum videlicet, melius scribi *circumire* quam *circuire* v. Cort. ad Sall. Iug. 45. p. 623. cap. 100. p. 869; melius item scribi *circuitus*, quam *circumitus;* sed inter *circuitio* et *circumitio* liberam esse eligendi facultatem. Vid. Ruhnken. ad Terent. Andr. I. 2. 31. p. 41. ed. Bruns. ubi perperam noster locus legi dicitur in libris de N. D. Voce *circuitio* coniuncta cum *anfractus* usus etiam est noster infra c. 61. 127. *Mr.*

Recte *non dubitat*] Cum doctissi-

constat, item Stoici. Illius enim deus, *nihil habens nec sui nec alieni negotii*, non potest hominibus divinationem impertire. Vester autem deus potest non impertire, ut nihilominus mundum regat et hominibus con-
41. sulat. Cur igitur vos induitis in eas captiones, quas

mo *Clerico* legendum *recta;* nisi forsan utraque vox eandem significationem recipit, uti quidem censet *Henr. Valesius* ad *Ammiani Marcellini* lib. xv. cap. 7. Utcunque sit, Epicurus iste, qui *verbis reliquit Deos, re sustulit, μαντικὴν ἅπασαν* verbis disertis ἀνῄρει. Inter alios vide *Diogenem Laertium* lib. x. §. 135. *Dav.*

recte non dubitat] Frustra Clericus et Dav. malunt *recta*, nempe ut opponatur *circuitioni*. Sensus est, quia deos tollit, quamquam per circuitionem, *recte* et consentienter ei rei etiam divinationem tollit, sibique in eo constat, ut statim Cicero dicit. *Ern.* — In eadem sententia sunt etiam Hott. et Rath. Recte. Pro seq. *divinationem* Cod. M. habet *dubitationem*. In Cod. S. scribitur *recte non dubitationem tollere*. Cod. L. d. post *Sed non* omittit *ut*. Pro *item* Cod. P. habet *idem*. Ad v. *divinationem tollere* in Copp. Victt. a. annotata sunt haec: Plutarch. 980. [Ed. Ald. Opp. Mor. adv. Colot. T. V. p. 389. Wytt.] *οἱ μαντικὴν ἀναιροῦντες καὶ πρόνοιαν ὑπάρχειν θεῶν μὴ φάσκοντες* etc. *Mr.*

illius enim deus] i. e. qualem ille deum fingit vel esse existimat. Ita statim *Vester autem deus*. *K.*

Nihil habens nec sui, nec alieni negotii] *Κυρίων* Epicuri *δοξῶν* haec erat prima: *Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὐδὲ αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὐδὲ ἄλλῳ παρέχει.* Hoc eius decretum memorant plures, e quibus adi *Laertium* x, 139. et *Ciceronem* N. D. lib. I. capp. 7, 30. *Dav.*

nihil — negotii] Conf. Cic. de Legg. I. 7. 21. ibiq. Goerenz. p. 29. Victorium et Davis. p. 54. ed. nostr. et Cr. Add. Cic. de N. D. I. 17. p. 77. sq. ed. Cr. et nostr. mai. ibiq. laudd. et I. 30. p. 138. sq. *Mr.*

divinationem impertire — non impertire] Scripsit Dav. cum Vict. *impertiri:* nos, plerosque omnes libros secuti, activum posuimus. Est tamen in Cod. Cr. *impertiri — impertire:* in Cod. R. *impartire — impertire:* in Ed. Asc. 2. et Crat. utroque loco *impartire*. In Cod. S. prius omittitur, altero loco scribitur *impertire*. De huius verbi scriptione longa est et docta annotatio Cortii ad Plin. Epist. IV. 23. p. 305. Ed. Amst. 1734. 4. Pro *non potest* est *nec potest* in Cod. R. Verba *Vester autem — non impertire* desunt in Cod. L. b. oculo scribae aberrante. *Mr.*

ut nihilo minus mundum regat] *Ut* ponitur pro *ita ut, ea lege s. conditione, ut* — quod monuit *Ochsner.* ad Olivet. Eclogg. Ciceron. p. 174. Scribitur *etiam hominibus* pro *et hominibus* in Cod. R. Cod. S. habet *cur ergo vos inducitis meas captationes. Mr.*

Cur igitur vos inducitis] Duo verba quae sequuntur, *captiones* et *explicetis*, facile me adducunt, ut legendum putem *induitis;* qua ratione item in Verrem dixit, *induere se in laqueos*. Et *Lucretius* lib. IV, 815.

Ac nos in fraudem induimus frustra nimis ipsi.

P. Manucius.

vos inducitis] Ego etiamsi plurimi Manutii coniecturam facio, vulgatam tamen lectionem retineo: video enim non semel, quod huius persimile est, Ciceronem *inducere in errorem* dixisse. Nam et *inducere*, ut cetera absint, saepe *fallere, decipere* et *circumvenire* significat. Exempla cuivis sunt in promptu. *Brut.*

Cur vos induitis *in eas captiones*] Sic omnino legendum est, ut recte indicavit *Manucius*, eique iam olim assensus sum. Quod autem quidam *ἀλάζων* tuetur lectionem vulgatam, *vos inducitis in captiones*, nihil aliud

numquam explicetis? Ita enim, cum magis properant, concludere solent: Si dii sunt, est divinatio: sunt autem dii: est ergo divinatio. Multo est probabilius, non est autem divinatio: non sunt ergo dii. Vide quam temere committant, ut, si nulla sit divinatio, nulli sint dii. Divinatio enim perspicue tollitur; deos esse, retinendum est.

hoc facto assequitur, quam ut suam confidentiam atque impudentiam, cum pari linguae Latinae inscientia coniunctam, prodat ac declaret. Quod autem *Manucius Lucretii* versum ex lib. IV. profert, ut suam emendationem *Lucretii* auctoritate confirmet, admonendus est Lector, mendose ab eo proferri. Sic enim ille,

Ac nos in fraudem induimus, frustra nimis ipsi.

Legendum est autem, ut nos ex auctoritate librorum MSStorum bis iam edidimus,

Ac nos in fraudem induimus frustramur et ipsi.

Lambinus.

Induitis *in eas captiones*] Sic Pall. pr. et sec. item S. Victoris antiquus liber. *inducitis*, aliae editiones; quod et displicuit P. Manutio, sed non habuit suffragentes membranas. ideoque iure se ei opposuit Mich. Brutus, cui iniquum videbatur recipi a Lambino in contextum meram coniecturam. *Gruter.*

Vos induitis *in eas captiones*] *P. Manucii* coniecturam firmant Pall. pr. sec. liber S. Victoris et Paris. Pari modo saepe peccarunt Librarii. *Ciceronis* assecla *Lactantius* Div. Inst. lib. III. cap. I, 8. *Ipsi se in plagas et errores maximos* induxerunt. Leg. *induerunt*. Idem lib. IV. cap. XXIV, 6. *Illud ipsum maxime cavet, ne rursus in eosdem laqueos* inducatur. Scribendum *induatur*. Sic enim illius libri cap. XII, 13. *Prudens ac sciens in hos se laqueos* INDUIT. Licet ergo *Lambini* sententiam lubens amplectar; eius tamen intemperiem laudare nequeo, qui propter titivillitia quaedam *I. M. Bruto* aliisque viris doctis frequenter inequitat. Huiusce φράσεως plura nos olim exempla congessimus ad *Caesaris* lib. VII. B. G. cap. 73. *Dav.*

vos induitis] Firmatur Manutii coniectura Codd. L. a. c. U. eamque receperunt post Lambinum Grut. Ern. Verb. Oliv. Bip. Dav. Hott. Sch. Ad nostrum vero locum faciunt, quae ad Lucretii locum a Lambino correctum annotarunt Lambinus p. 334. (Ed. Paris. 1563. 4.), Fayus p. 347. (Ed. Paris. 1680.), Creech. p. 230. (Ed. Bas. 1770. 8.). In Cod. M. scribitur *induxistis*. *Mr.*

quas nunquam explicetis?] Usitatius dixisset *e quibus vos nunquam explicetis*, vel *expediatis*. Sed et hoc rectum est, ut et *laquei* dicuntur *expediri* et solvi. *Ern.* Scripsit nimirum noster Orat. pro Coel. 28. 67. *qui se nunquam profecto, si istum in locum processerint, explicabunt.* Sed ad Famm. XIV. 12. *metuo, ne id consilii ceperimus, quod explicare* (i. e. unde nos explicare) *non facile possimus.* Ad Att. VIII. 3. prope fin. *o rem, inquis, difficilem atque inexplicabilem! atqui explicanda est.* *Mr.*

est ergo divinatio] Codd. R. et Cr. minus bene, formâ logicorum, *ergo est divinatio:* et mox R. eodem modo: *ergo non sunt dii.* Cod. S. *sunt igitur dii.* Verba *temere* usque ad *nulli sint dii* absunt a Cod. U. Pro *committant* est *commutant* in Cod. R. Verbum *committere* in disputatione simili modo posuit noster de Legg. I. 13. 37. *vereor committere, ut non bene provisa — principia ponantur.* In Cod. R. scribitur *nulli sunt dii* pro *nulli sint dii.* Verbum *retinere* ut sit i. q. tueri, obtinere, posuit noster in Or. Verrin. Act. II.

18. Atque hac extispicum divinatione sublata, omnis ha-
42. p. 117. ruspicina sublata est. Ostenta enim sequuntur, et ful-
a. gura. Valet autem in fulguribus observatio diuturna; in ostentis ratio plerumque coniecturaque adhibetur. Quid est igitur, quod observatum sit in fulgure? Caelum in XVI partes diviserunt Etrusci. Facile id quidem fuit, quatuor, quas nos habemus, duplicare: post idem iterum facere, ut ex eo dicerent, fulmen qua ex parte venisset. Primum id quid interest? deinde quid significat? Nonne perspicuum est, ex prima admiratione ho-

L. III. 14. 37. *suum ius retinere se posse. Mr.*

hac extispicum divinatione] Cod. U. Ed. Asc. 1. *hac extorum piscium divinatione.* Cod. M. *hac extorum picum divinatione.* Cod. S. *atque ex aruspicum.* Ad verba *omnis haruspicina* v. *Frandsen.* l. c. p. 10. sq. *Mr.*

Ostenta enim sequuntur et fulgura.] Cod. R. *Ostenta igitur* pro *ostenta enim.* Cr. *secuntur:* M. *sequantur* pro *sequuntur: Mr. Sequuntur* intellige: eodem pertinent: ut, quod de extis dici possit, idem etiam in ostentis et fulguribus locum habeat. Vid. II. 22. in. *K.* — Ad seqq. *Valet autem* etc. vid. *Frandsen.* l. c. p. 39. pro *diuturna* Cod. R. *divina.* S. *fulgoribus. Mr.*

ratio plerumque coniecturaque] Ita Codd. nostri Cr. L. a. b. c. d. R. M. Edd. Vict. [ut annotavit Olivet.] Grut. Verb. Ern. Bip. Dav. Hott. Sch. Sed in Cod. U. Edd. Ven. 1494. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. *est ratio plerumque coniectura, quae:* in Edd. Sturm. Car. Steph. Boul. Ald. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Oliv. *ratio, plerumque coniectura.* Cod. R. habet *adhibeatur* pro *adhibetur.* Cod. S. *autem ratio. Mr.*

Quid est igitur, quod] De hoc verborum ordine vid. *Beier.* ad Cic. de Off. III. 4. 18. p. 212: nos ad Cic. de Legg. I. 12. 34. p. 87. ibiq. laudd. Vocem *in* ante *fulgure* omittit Cod. R. Cod. S. habet *Quod* pro *Quid. Mr.*

Caelum in XVI partes diviserunt Etrusci] Idem docet *Plinius* H. N. lib. II. cap. 54. quem vide. *Servius* ad Aen. VIII, 427. *Dicunt* Physici *de sexdecim partibus caeli iaci fulmina.* Forsan legendum *Etrusci. Dav.*

Caelum in XVI partes diviserunt Etrusci.] Ed. Asc. 1. XV pro XVI. Verb. in marg., nescio unde, annotavit: *al. XII.* Certe id non habet ex Codd.; sed fortasse ex Ed. Goth. ubi est: „al. *in XII*, ut 1. Tusc.“ quem ego locum non reperio. Ad rem conf. *Frandsen.* l. c. p. 39. *Creuzer. Symbol. u. Mythol.* II. p. 944. *Mr.* — Vid. supra I. 17. et conf. Ang. Mai. ad Dionys. Exceptt. XIV. 5. qui ibidem laudat hos eiusdem Dionysii locos ex libris integris II. 5. III. 70. IV. 60. *Cr.*

quas nos habemus] Cod. R. *non* pro *nos:* idem pro *Etrusci* a pr. m. *Erusi.* Cod. U. *rerum* pro *iterum.* Cod. S. *disceret* pro *dicerent.* Pro *qua ex parte venisset* Codd. P. L. b. c. d. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. *qua ex parte evenisset.* Sed c. 20. est *unde fulmen venerit.* Laudat Hott. Plinium H. N. II. 54. *ex his* (partibus) *octo ab exortu sinistras, totidem e contrario appellavere dextras.* Sed totus Plinii locus conferendus cap. 54. Sect. 55. p. 101. ed. Harduin. Pergit Cod. R. *Primum quidem id quid interest?* Cod. M. *Primum id quidem interest? Mr.*

Ex prima admiratione hominum] *Sextus Empiricus* adv. Mathem. lib. IX. §. 24. *Εἰσὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῶν γιγνομένων κατὰ τὸν κόσμον παραδόξων ὑπονοήσαντες εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἐληλυθέναι θεῶν· ἀφ' ἧς φαίνεται εἶναι δόξης καὶ ὁ Δημόκριτος· ὁρῶντες*

minum, quod tonitrua iactusque fulminum extimuissent, credidisse, ea efficere rerum omnium praepotentem Iovem? Itaque in nostris commentariis scriptum habemus: *Iove tonante, fulgurante, comitia populi habere* 43.
nefas. Hoc fortasse rei publicae causa constitutum est. Comitiorum enim non habendorum causas esse volue-

γάρ, φησί, τὰ ἐν τοῖς μετεώροις καθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ βροντὰς καὶ ἀστραπὰς κεραυνούς τε — ἐδειματοῦντο, Θεοὺς οἰόμενοι τούτων αἰτίους εἶναι. Hinc, ut recte vidit vir eruditissimus *Ioan. Clericus* Silv. Philol. c. VII. dixit *Petronius* in fragm. pag. 676.

Primus in orbe Deos fecit timor, ardua caelo
Fulmina cum caderent ——

Quin et in quatuor causis, quibus informarentur Deorum notiones, hanc tertiam ponit Cleanthes, *quae terreret animos* (legendum puto, *quia terrentur homines*) *fulminibus*, ut ait noster lib. II. N. D. cap. 5. *Dav.*

ex prima admiratione hominum] Olivet. annotavit Lambinum (in Ed. pr. ut videtur) edidisse *homines*. Quod quamquam in nullo plane libro reperi, admodum tamen arridet, ut verbum *credidisse* habeat subiectum, praesertim cum *admiratione* sine genitivo commode stare possit. Tenendum autem vocem *admiratio* h. l. idem significare, quod *miratio* infra II. 22: *causarum enim ignoratio in re nova mirationem facit.* Adiectivo *praepotens* de deo usus est noster de N. D. II. 30. de Legg. I. 7. 23. Cod. S. pro *quod tonitrua* habet *quo et tonitrua. Mr.*

Iove tonante, fulgurante] Noster tamen, ubi Stoicorum tuetur allegorias, haec habet N. D. II, 25. *Hunc etiam augures nostri* (nuncupant,) *cum dicunt*, Iove fulgente, tonante: *dicunt enim, caelo fulgente, tonante.* Quod autem hoc in loco tradit *Cicero*, confirmat enim Orat. in Vatin. cap. VIII. *Augures omnes usque a Romulo decreverunt*, IOVE FULGENTE, CUM POPULO AGI NEFAS ESSE. Idem Philipp. V, 3. *Iove tonante, cum populo agi non esse fas, quis ignorat?* Vide *Plinium* H. N. lib. II. §. 18. *Tacitum* Hist. I, 18. et *Heraldum* ad *Arnobii* lib. II. pag. 114. *Dav.*

Iove tonante, fulgurante] Lego *Iove tonante, fulgente*, ut et lib. de Nat. Deor. II. cap. 25. Nam Festus: *fulgere prisci pro ferire dicebant.* Frustra est Aldus Manutius *Quaesit. per Epist.* I. 5. *Baker.* — Narrant Hott. et Sch. ita iam coniecisse Lambinum; qui de ea lectione ne cogitavit quidem. Sed Gothofredus in marg. ad v. *fulgurante* adscripsit: „vel ita: *Iove fulgente*, ut 2. de N. D. et in Vatin." Videlicet Or. in Vatin. 8. 20. *quod augures omnes iisque a Romulo decreverunt; Iove fulgente cum populo agi nefas esse.* II. de N. D. 25. p. 207. ed. Cr. et nostr. mai. *Iove fulgente, tonante;* ubi ex uno Cod. enotavimus *Iove fulgurante: sed* vid. universe ibi annotata. Add. infra II. 72. 149. *si fulserit, si tonuerit;* Orat. 9. 29. de Pericle loquens, respecto versu Aristophaneo: ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα, Iovis instar, dicit: *fulgere, tonare-dictus est.* Alium errorem peperit annotatio Gothofredi Verburgio, qui, quod ille scripserat: *vel ita*, legit *vet. ita* et margini editionis suae adpinxit notulam mendacem: „*fulgente* ed. vet." Ego vero in omnium librorum consensu nihil mutavi, cum Cicero ipse non hoc quoque loco voce propria necessario uti debuerit. Olivet. ex Ed. pr. Lamb. enotavit *nefas est* pro *nefas*. Sch. inverso ordine dedit *Iove fulgente, tonante. Mr.*

Hoc fortasse rei publicae causa constitutum est.] „Aliquo eorum dolo, ait Hott., qui rei publicae praeessent, ut scilicet, si quando parum opportunum tempus videretur habendis comitiis, populi voluntatem possent

runt. Itaque comitiorum solum vitium est fulmen; quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit. Sed de auspiciis alio loco: nunc de fulguribus.

19. Quid igitur minus a physicis dici debet, quam

eludere. Itaque parum accurate interpres Francogallus: *pour le bien de la republique.*" Mihi quidem durius videtur cogitare de *dolo* eorum, qui rei publicae praeessent. Videri potius debent ista instituisse rationibus, quas dicunt, politicis ducti, et ex civilis prudentiae legibus; cum e republica esse existimassent, esse causas comitiorum non habendorum. *K.* — Ad seqq. *Itaque comitiorum — si sinistrum fuit:* conf. quae sunt infra c. 35. *Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus ad omnes res, praeterquam ad comitia: quod quidem institutum rei publicae causa est. Mr.*

Comitiorum solum vitium est fulmen] Hoc, ut videtur, apud Romanos obtinuit, quod *cum ad exercitum recensendum concionem in campo ad caprae paludem* Romulus *haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitrubusque, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum eius concioni abstulerit, nec deinde in terris Romulus fuit.* Verba sunt *Livii* lib. I. cap. 16. *Dav.*

omnibus rebus] Cod. R. *rebus omnibus.* Mox idem *fuerit* pro *fuit*, et ita Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Lamb. Goth. Sturm. Ald. Boul. Brut. Sylb. Sed reliqui libri omnes tuentur *fuit.* Ad v. *sinistrum* Goth. haec: „sinistrum fulmen prosperum, ut hic, ut sinistrae aves, sinistrum auspicium, quod sinit fieri. Festus in *sinistrum* et *sinistimum.*" Tu conf. Plin. H. N. II. 54. ibiq. Harduin. p. 101. Add. I. I. *Mascov.* in Diss. doctissima *de Iure Auspicii apud Romanos* (Lips. 1721. recusa 1732. 4.) p. 6, qui monet, comitia fuisse vitiata fulmine, sive illud dextrum esset, sive sinistrum. *Mr.*

Sed de auspiciis alio loco: nunc de fulguribus.] Cod. R. *comitiis* pro *auspiciis.* — Haec omnia spuria esse censet Hott., quia ante dixerat Marcus: *fulmen, si sinistrum fuerit, aliis rebus omnibus optimum auspicium haberi;* ubi *auspicium* non de singulari illa divinationis forma dicatur, sed nonnisi signum aut omen significet. Quare non potuisse redire Ciceronem ab re, ad quam haud divertisset. Videri itaque haec verba additamentum hominis alicuius, illum Ciceronis morem imitari volentis, quo generis divinandi mentione obiter facta, huiuscemodi aliqua formula ad genus propositum redire solet: ut cap. sup. *Mox de sortibus.* — Sed sit praecedens *auspicium* nonnisi i. q. signum, tamen inde non necessario consequitur, hunc locum esse spurium: quo omisso quomodo adiungerentur apte, quae sequuntur: *Quid igitur minus* etc. Si vult, peccasse dicat ipsum scriptorem, qui scribens *auspiciis* vocabulum modo *auspicium* respexit, neque vero ad eam, quam ibi habet, significationem. Qua in re sermonis familiaris negligentiam imitatus esse censendus est. *K.* — Possis etiam Ciceronem arguere, quod in colloquio dicit *alio loco;* quod est scriptoris, non loquentis. Sed aliis quoque librorum eorum locis, quibus confabulantur inter se amici, oblitus est, se sermonem fingere, neque scriptoris nunc partes agere. Sch. contra Hott. haec monet: „At enim Cicero non dicit, *se redire ad locum de auspiciis*, sed quoniam hic obiter auspiciorum in comitiis mentionem fecerat, dicit *se de his alio loco acturum;* nempe infra c. 33. sq." *Mr.*

Quid igitur minus] Cod. M. *quid enim minus.* Tum Cod. W. *a fisicis.* Mox R., ut solet, *signari* pro *significari. Mr.*

quicquam certi significari rebus incertis? Non enim te puto esse eum, qui Iovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes: (nam esset mirabile, quomodo id 44.

Non enim — moneret. Placet enim Stoicis] Hae periodi ab *enim* procedentes appositione quadam iunguntur, vel potius utraque spectat ad *physicis*. Commode etiam dixeris verba *Non enim te puto* usque ad *moneret* esse quasi parenthesin, ut *Placet enim Stoicis* referendum sit ad *a physicis dici debet*. Qualemcunque amplectaris sententiam, nequaquam cum Hottingero praeferas vel malis scriptum *Placet autem Stoicis*. *K.* — Herelius l. c. offendebatur scriptione *non enim te puto esse eum, qui — putes:* volebatque reponi priore loco *duco esse*; et, si hoc cuiquam soloecum esse videatur, scribere iubet *non enim te duco eum*, ut *puto esse* fuerit glossa verbi *duco*. Nimis fastidiose. Ceterum favet ei aliquantulum Cod. R. in quo deest *esse*. Cod. P. pro *Aetna* habet *aeterna*. R. *putas* pro *putes*. *Mr.*

Cyclopas in Aetna putes] Vates, ut notum est,

Illis Cyclopas memorant fornacibus usos,
Cum super incudem numerosa in verbera fortes
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen,
Armarentque Iovem —

Ita cecinit *Corn. Severus* in Aetna vs. 37. Quamvis autem his manibus informatum erat fulmen, tamen Iuppiter

—— Plurima caelo
Deiicit in terras ——

ut ex vulgi sententia locutus est *Virgilius* Aen. VIII, 427. Vide sis et Georg. IV, 170. *Dav.*

(*nam esset mirabile — unum haberet:*) *nec vero monere.*] Ita rationibus omnibus ponderatis rescribendam, distinguendum et corrigendum censui. Quod ad sententiam plane accedo Kaysero, verba *Placet enim Stoicis* ita pendere a superioribus *a physicis dici debet*, ut omnia, quae sunt inde a *Non enim te* usque ad *monere*, haberi debeant quasi παρένθετα. Parenthesin autem ego alteram, maiore inclusam, reperisse mihi visus sum, quam etiam parentheseos signis circumscripsi, videlicet verba *nam esset — haberet*. Quo facto non potui servare *moneret*, sed cum Dav. et Sch. praetuli *monere*, ut pendeat a *putes*. Recte autem contra Hottingerum, qui *Placet autem* coniecit pro *placet enim*, monet Sch., in ipsa ratione Stoicorum causam esse, cur negandum sit, Iovem fulminibus aliquid monere. Hott. paullo diversam rationem inibat. Cum enim post *haberet* plene plerumque distingueretur, is distinctionem minorem posuit, et locum ita explicavit: „Si fulmen non naturale esset, sed arte fabricatum ab Iove mitteretur, mirum foret, illum toties id mittere, cum unum haberet, atque tunc quoque mittere, cum homines nihil monitos vellet.“ Praeterea ei suspecta erat vox *fulminibus*, qua eiecta sensum fore apertiorem existimabat. Idem etiam contra Davisii rationem monuit, Quintum Ciceronem, Stoicum, et divinationis defensorem utique sic existimare debuisse, *Iovem homines fulminibus monere*. Ego vero existimo, hoc velle Marcum: „Non enim te puto esse eum, qui Iovi fulmen fabricatos esse Cyclopas — putes, sed fulminibus eundem homines non monere, quod ex physica vestra (Stoicorum) doctrina sequeretur. Placet enim Stoicis etc.“ Illud vero in Hottingeri scriptione mirum accidit, quod, cum *fulminibus* eiiciendum censuisset, eam vocem servavit, eiecit autem nihil monens sequentem vocem *homines*, quam tuetur et ipsa sententiae ratio et librorum omnium consensus. *Mr.* — Fortasse vox *fulminibus* glossa est, eiusque loco reponendum *tum quoque* sc. cum fulmina iacit. Quomodo enim in his contextis pluralis numerus locum habet? Dicendum enim fuisset: *Tum vero etiam, si plura cum ha-*

Iuppiter toties iaceret, cum unum haberet:) nec vero
fulminibus homines, quid aut faciendum esset aut caven-
dum, monere. Placet enim Stoicis, eos anhelitus terrae,
qui frigidi sunt, cum fluere coeperint, ventos esse: cum
autem se in nubem induerint, eiusque tenuissimam quam-
que partem coeperint dividere atque disrumpere, idque
crebrius facere et vehementius, tum et fulgores et toni-
b. trua exsistere: si autem nubium conflictu ardor expressus
se emiserit, id esse fulmen. Quod igitur vi naturae,

bere fulmina statuas, intelligi non posset, quomodo ea toties iaceret, nec vero homines moneret, quid etc. *K.*

quomodo id Iuppiter] Vocem *id* omittunt Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Lamb. Goth. Brut. Sturm. Ald. Boul. Sylb. Scribitur in Cod. R. *quomodo totiens Iupiter id iaceret.* Est etiam *totiens* in Codd. S. W. L. b. c. Ad v. *unum* Pearcius annotavit: „Nisi vox *unum* idem hic sonet, quod *unum solum*, legendum videtur *unicum.*" Atqui *unum* idem hic sonat, quod *unum solum:* Ergo. — In seqq. Cod. R. exhibet *quid autem faciendum esset:* idem omittit verba *anhelitus terrae qui frigidi*, et *ventos esse* usque ad *induerint*. In seqq. pro *coeperint* habet *teneant*, et *dirrumpere* pro *disrumpere*. Cod. L. b. pro *se in* habet *si in*. L. d. nonnisi *se*. *Mr.*

Cum unum haberet — moneret] Locus sic legendus videtur et distinguendus, *cum unum haberet: nec vero fulminibus homines, quid aut faciendum esset aut cavendum monere.* Plena oratio se sic haberet: *nec vero* te puto eum esse qui putes Iovem *fulminibus homines monere. Dav.*

qui frigidi sunt] Ita scripsi cum Dav. Hott. et Sch. ex Codd. Oxonn. E. U. nostris M. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Quid vero sibi voluerit Hott. ad firmandam lectionem *sunt*, contra vulgatam *sint*, laudans Heusingerum ad Cic. de Off. I. 24. 12. (qui ibi defendit lectionem: *sunt — qui — sibi student*) nisi dormitasse eum statuas, non facile dixeris. Caecutivit etiam Sch., Davisium edidisse dicens *sint* ex Edd. vett. et aliquot MSS. Ad rem cf. Diog. Laërt. VII. 153. 154. Verba *in nubem* desunt in Cod. S. *Mr.*

Et fulgura *et tonitrua*] Edit. Victorii et S. Victoris, *fulgores*. Pall. pr. et sec. *fulgures*, tert. *fulgorem*. quart. *fulgora*. *Grut.*

Fulgores *et tonitrua exsistere*] Vulgo *fulgura*. Sed lectionem, quam recepi, firmant Paris. Reg. Cantab. aliique Codices; et recte quidem, ut olim monuimus ad *Minucii Felicis* cap. XXXII. De hisce vero rebus Stoicorum sententiam sic effert *Diogenes Laertius* lib. VII. §. 153. *Ἀστραπὴν δὲ, ἔξαψιν νεφῶν παρατριβομένων ἢ ῥηγνυμένων ὑπὸ πνεύματος· βροντὴν δὲ, τὸν τούτων ψόφον ἐκ παρατρίψεως ἢ ῥήξεως· κεραυνὸν δὲ, ἔξαψιν σφοδρὰν μετὰ πολλῆς βίας πίπτουσαν, νεφῶν παρατριβομένων ἢ ῥηγνυμένων. Plutarchus* de Plac. Philos. lib. III. cap. 3. *Οἱ Στωϊκοὶ βρόντην μὲν, σύγκρουσμον νεφῶν, ἀστραπὴν δὲ, ἔξαψιν ἐκ παρατρίψεως, κεραυνὸν δὲ, σφοδροτέραν ἔλλαμψιν. Seneca* Nat. Quaest. lib. I. cap. 1. *Nubes mediocriter collisae, fulgurationes efficiunt; maiore impetu pulsae, fulmina.* Vide sis etiam lib. II. cap. 22. seqq. et *Plinium* H. N. lib. II. §. 48, 49, 50. *Dav.*

tum et fulgores et tonitrua exsistere:] Lectionem *fulgores*, quam receperunt etiam Verb. Oliv. Hott. et Sch., firmant Codd. Oxonn. U. et ψ. quorum prior habet *fulgures*, posterior *fulgorem*. Est etiam *fulgures* in Codd. S. L. b. W. U.; sed *fulgores*

nulla constantia, nullo rato tempore videmus effici, ex eo significationem rerum consequentium quaerimus? Scilicet, si ista Iuppiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret! Quid enim proficit, cum in medium 46. mare fulmen iecit? quid? cum in altissimos montes,

in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Laudat Hott. nostrum II. 29. I. 49. Senec. Nat. Qu. II. 16. Add. Ouzelium ad Minuc. Fel. Octavium p. 26. Vocem *tum* omittit Cod. U. Pro *exsistere* Cod. L. d. habet *extitere;* pro *conflictu* R. *confluctum*. Cod. S. exhibet *si autem ex nubium ardor*, omisso *conflictu*. In eodem scribitur *et omne fulmen*. Cum nostro loco differentia esse ponatur inter fulgura (fulgores), tonitrua et fulmina, eam adhibuit *Baguet* de Chrysippo p. 178. Eandem ponit differentiam Seneca l. c. In seqq. pro *igitur vi* Codd. R. et L. b. habent *igitur in*. Vocem *rato* omittunt Cod. U. et Ed. Asc. 1. Eius loco Cod. S. habet *recto:* mox *istud* ante *Iuppiter*. *Mr.*

Scilicet si ista Iuppiter significaret,] Cod. R. *Set si ista Iupiter fulmen significaret*. Ubi *set* ortum est ex male lecto compendio *sct.* pro *scilicet*, vel *scl.* quod idem significabat. Vid. Io. *Nicolai* Tract. *de Siglis Veterum* p. 75. (Lugd. Bat. 1703. 4.). *Fulmen* autem natum esse ex glossa *fulmine* existimo. *Mr.*

Tam multa frustra fulmina emitteret] Pall. pr. ac sec. immittunt negationem, *fulmina non emitteret*, et hoc verum est. non ausus tamen sum admittere in contextum, quod et alteri scripturae suus esset sensus, neque discordarent editiones. *Grut.*

Tam multa frustra fulmina emitteret] Pall. pr. et sec. probante *Grutero*, dant, *tam multa frustra fulmina* non *emitteret*. Iis accedit Cantab. et haec sane mens est Auctoris. At cum idem sit in vulgatis sensus, modo haec *εἰρωνικῶς* dicta statuamus; et particula *scilicet*, si non *semper*, ut vult *Donatus* ad *Terentii* Andr. Act. I. Sc. II, 14. at crebro saltem, cum *εἰρωνείᾳ* ponatur; receptam lectionem a *Cicerone* profectam esse mihi persuadeo: altera vero semidoctis librariis videtur tribuenda. Ceteroquin, interrogationis vel admirationis addita nota, res tota possit confici. *Dav.*

tam multa frustra fulmina emitteret!] MSS. quidam addunt *non:* sed non est necesse hoc verbum addi, modo interrogando pronuncietur sententia, ut et scripsimus. *Ern.* — Vocem *non* additam habent etiam nostri Codd. W. M. S. P. L. d. Ego vero cum Hott., interrogandi signo, quod placebat Ernesto, Bip. et Sch., sublato, exclamandi signum posui, ut magis etiam et melius significetur ironia. In Cod. S. est *sinistra* pro *frustra*. Idem post *Quid* omittit *enim*. *Mr.*

Quid enim proficit] Exstant praeclari, ut alii in hanc sententiam, *Lucretii* versus lib. VI, 402. quos indicabo Lectori duntaxat;

In mare qua porro mittit ratione? quid undas
Arguit, et liquidam molem, camposque natantes?

etc. *Lambin.*

cum in medium mare fulmen iecit?] Haec Epicurei. Sed et ante Epicurum Aristophanes *νεφέλαις·* *ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθήνης, καὶ τὰς δρῦς τὰς μεγάλας, τί παθών;* observat Turnebus. *Sylb.* — MSS. plerique et Edd. vett. *iecit.* Quidam libri tamen habent *iacit*, quod et edidit Davisius, idque recte putat ordinem temporum postulare: atque ita correxit manus docta in exemplo meo Veneto. *Ern.* — Mihi autem hoc loco praeteritum tempus, vim aoristi habens, multo visum est aptius. Atque omnino ista talis accuratio, superstitiosa potius quam diligens, neque Ciceronis, neque optimi cuiusque scriptoris latini est. Vid. Conr. Heusin-

quod plerumque fit? quid? cum in desertas solitudines? quid? cum in earum gentium oras, in quibus haec ne observantur quidem?

20. At inventum est caput in Tiberi. Quasi ego artem aliquam istorum esse negem! Divinationem nego. Caeli enim distributio, quam ante dixi, et certarum rerum notatio docet, unde fulmen venerit, quo concesserit: quid significet autem, nulla ratio docet. Sed urges me meis versibus:

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
Ipse suos quondam tumulos ac templa petivit,
Et Capitolinis iniecit sedibus ignes.

ger. praef. ad Cic. de Off. p. 56. sqq. *Hott.* — *Iecit* i. e. iacit, iecit et iaciet; aliter dicam: ἀορίστως accipiendum est. Similiter cap. 21. praesens ad praeteritum refertur: ibi enim *animadverti potuerunt;* alii perperam *animadverti possunt.* Utrobique antiqua lectio revocanda est, quam hic Lambinus primus mutavit in *iacit.* Conf. quoque paullo ante cap. 18. extr. *si sinistrum fuit:* et I. 8. 9. 16. 19. cet. *Rath.*

Fulmen iecit] Ita Pall. tres, ita editio Victorii, ita membranae S. Victoris, neque abit noster tert. quam quod is *iniecit.* editi *iacit.* *Grut.*

Fulmen iacit] Vulgo *iecit;* at ob *temporum* rationem Reg. et Cantab. ne vetustiores editos memorem, sequendi videbantur. *Davies.*

fulmen iecit] Ita rescripsi post Hott. ex Codd. Oxonn. et nostris praeter P. et M. omnibus, itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Sylb. Brut. Verb. Grut. Oliv. Hott. Rationes secutus sum eas, quas Hott. Cod. R. post *iecit* habet *quidque* pro *quid?* idem *plurimum* pro *plerumque.* In Cod. S. est *quid quod in altissimo montis plurimumque* fit. In seqq. Cod. Cr. *horas* pro *oras,* eadem prava enunciatione inductus, qua scribere idem scriba solebat *hii* pro *ii.* In fine capitis Cod. L. b. habet *haec non observantur quidem.* *Mr.*

At inventum est caput in Tiberi] Caput erat Summani Dei. Vide lib. I. cap. 10. *Dav.*

At inventum est caput in Tiberi.] Rathio excidisse videbatur *Summani* post *caput.* Sed vix necessarium erat, ut adderet hoc Marcus, cum statim Quintus sine dubio recordaretur, non de alio fratrem capite loqui, quam de capite *Summani.* Neque facile, si aderat nomen, vel ultimum eius vestigium potuisse videtur evanescere. *Mr.*

Quasi ego artem aliquam istorum esse negem!] Nempe haruspices caput illud arte sua repererunt, observato quasi cursu fulminis, cum sacerdotes non possent reperire. *Ern.* — Cod. S. *equidem* pro *ego.* Pro *esse negem* Cod. R. habet *negem esse.* *Mr.*

Caeli enim distributio] *Enim* ponitur h. l. ut Graecum γὰρ in sermone familiari. Haec nimirum respiciunt verba *quasi ego-negem,* quae posita sunt pro: *non ego nego esse artem.* Ad verba autem *Divinationem nego* respiciunt quae sequuntur: *quid significet autem* etc. *K.* — Pro *certarum rerum notatio* Cod. R. habet *ceterarum rerum notio.* Cod. L. d. *docuit* pro *docet.* Cod. S. *cesserit* pro *concesserit.* Tum: *quid significet nulla autem ratio — me me his versibus olimpo. Nam* etc. — *cum templa — ignis.* *Mr.*

Nam pater altitonans —— *in Capitolio collocabatur*] Haec omnia legi possint supra lib. I. cap. 12. *Dav.*

Tum statua Nattae, tum simulacra deorum, Romulusque et Remus cum altrice belua, vi fulminis icti conciderunt, deque his rebus haruspicum exstiterunt responsa verissima. Mirabile autem illud, quod eo ipso tempore, 46.
quo fieret indicium coniurationis in senatu, signum Iovis biennio post, quam erat locatum, in Capitolio collocabatur. „Tu igitur animum induces, (sic enim mecum agebas) causam istam et contra facta tua et contra

Tum statua Nattae,] Ad marg. Ed. Lamb. cui Pithoeus adscripsit collationem Cod. P., idem adpinxit: „Iuvenal. Sat. XII. *inclusus corpore Nattae.*“ Est ille versus 123. ibi vero nunc legitur *inclusus carcere nassae.* In Cod. R. est *Tum statua vatae, cumque et simulacra.* Idem non habet verba *belua, vi.* Cod. S. *nocte* pro *Nattae.* Idem *tum et simulacra — Romulus et Remus. Mr.*

Cum altrice belua] Vox *belua* unico *L.* scribi debet, quamvis reclamet *Festus,* qui bellum a belluis dictum esse scribit, *quia belluarum sit,* inquit, *perniciosa dissensio.* Sed errat et labitur *Festus;* nam *bellum* dictum est a *duello,* ut *bis* a *duis.* Quin hoc, quod dico, idem *Festus* alibi docet. Tanta est inconstantia! Itaque qui *Festi* auctoritatem hac in re secuti *belluam* cum duplici *ll* scribunt, una cum *Festo* labuntur. Omnino nostri veteres Codices semper habent hoc nomen scriptum simplici *l. Lamb.*

cum altrice belua, vi fulminis icti conciderunt] Conf. ad I. 12. et adhibe *I. Winckelmanni* Opera III. p. 419. sq. ed. nov. Dresd. et VII. p. 63. et p. 268. *Cr.*

Vi *fulminis* icti] Pal. pr. tert. quart. *ut fulminis ictu. Gruter.*

Vi *fulminis icti*] Siquidem Paris. Balliol. Reg. Cantab. cum tribus Pall. et Ven. 1471. exhibent *ut fulminis ictu;* forsan reponendum *tum fulminis ictu conciderunt.* Vide Offic. III, 25. *Davies.*

vi fulminis icti] Cum permulti Codd. habeant *ictu,* ego suspicor vel *vi* vel *ictu* esse glossam, malimque aut *vi fulminis* scriptum, aut *fulminis ictu.* Sed potest etiam *vi fulminis icti* dictum esse pro *fulmine icti,* ut II. 21. est *Romulus lactens fulmine ictus. K.*

vi fulminis icti] Loco, quem laudat Dav. ex Off. III. 25. scriptum est *ictu deflagravit fulminis.* Coniecturae Davisii favere ait Hott. inter Oxonn. Cod. U. ubi pro *vi* legitur *eum.* Sed faveant ei quotquot velint libri, ratio certe non favet. Ex nostris quidem libris pro *vi* est *ut* in Codd. S. W. P. L. b., in iisdem et Cod. U. (qui habet *ac* pro *ut*) est *ictu.* Est etiam *ut — ictu* in Edd. Asc. 1. et Sturm. Ed. Goth. habet *vt — icti. Mr.*

deque his rebus] Cod. W. *de queis rebus,* quod ortum est ex scriptione Cod. R. *deque iis rebus. Mr.*

quod eo ipso tempore, quo fieret indicium — signum Iovis — collocabatur] De eadem re noster et iisdem fere verbis loquens, alia tamen constructione usus est cap. seq. *At eodem tempore signum Iovis collocabatur, quo coniuratio indicabatur.* Et hoc quidem loco posteriore coniunctivus locum non habebat: nostro elegantior est indicativo. *K.* — In Cod. R. bis scriptum est *ipso;* tum *iudicium* pro *indicium.* Ad rem conf. Or. Catil. III. 8. et 9. *Mr.*

sic enim mecum agebas] Cod. M. *aiebas* pro *agebas.* Cod. S. *agebas mecum.* Non est necesse exemplis allatis probare, quantopere amet noster locutionem *agere cum aliquo.* Illud moneo, eam plurimis locis significare idem fere, quod *cohortari aliquem.* Rarior est hic usus, quo significat *gravioribus verbis alloqui aliquem.* Vid. de hac locutione Guidon.

scripta defendere?" Frater es; eo non vereor. Verum quid tibi hic tandem nocet? resne, quae talis est; an ego, qui verum explicari volo? Itaque nihil contra dico: a te rationem totius haruspicinae peto. Sed te mirificam in latebram coniecisti. Quod enim intelligeres fore, ut premerere, cum ex te causas uniuscuiusque

Iuvenalis Cenomani in Latinae Ling. elegantias tam a L. Valla, quam a Gellio proditas interpretatio p. 141. a. (Paris. Rob. Steph. 1528. 4.) Mox Cod. R. *ut contra* pro *et contra* Cod. U. et Ed. Asc. 1. habent *ut contra facta mea:* est etiam *mea* pro *tua* in Cod. L. b. Ad usum v. *eo* in sqq. (ante *non vereor*) v. Moebium ad Cic. Oratt. selectas T. I. p. 283. ed. 2. *Mr.*

Frater es, non vereor] Veneti, *frater es, eo vereor.* Et naturalis est certe pudor inter consanguineos, et erga parentes; at ille reverentia patris prohiberi se ait, quo minus dicat eum desipere:

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σε γ' ἀφρονεῖν.

Camerarius.

Frater es; eo non vereor:] sc. fateri, quod sentio; quamquam alibi (in Catilin. III. l. c.) aliter locutus sum, nimirum publice, et rei publicae causa. Scripsi autem ita cum Schützio, cum libri fluctuent inter *eo vereor* et *non vereor.* Prius est in Codd. L. a. b. c. d. R. P. W. U. Edd. Ven. 1494. Asc. 1. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt.) Car. Steph. Rob. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. cett. *Non vereor* legitur in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. et Cod. S. Recte autem respexit Hott. ad cap. 12. ubi est: *haruspicinam ego rei publicae causa communisque religionis colendam censeo. Sed soli sumus: licet verum exquirere sine invidia,* mihi praesertim, de *plerisque rebus dubitanti.* Ceterum pro *frater es* scribitur *fateris* in Co. Vi. b. Codd. L. c. R. *fatereris* in Codd. U. L. b. Ed. Asc. 1. In Cod. M. post *defendere* statim sequitur *Verum quid,* omissis mediis. Pro *hic tandem* in Cod. R. est *haec tandem.* Sequitur in Cod. P. *noceres neque talis est:* in Cod. M. *nocet res neque talis est:* in Cod. R. *nocet res ne quis talis est:* in Cod. S. *fratres non vereor—res. neque talis est, an qui,* omisso *ego.* Quarum turbarum manifesta est causa. Verba ipsa commode ita explicat Hott.: quodsi non potis es, divinationem defendere, non magis haec mea culpa est, qui abs te velim doceri, quam causae ipsius, quae talis est, ut defendi omnino nequeat. In seqq. Cod. L. b. omittit vocem *totius.* Mox R. exhibet *Sed rem mirificam* pro *Sed te mirificam. Mr.*

Quod enim intelligeres, fore] i. q. cum enim hoc intelligeres fore. *K.*— Cod. R. *Quid enim* pro *quod enim;* et ita Ed. Asc. 1. Rathius coniecit *Quum enim:* quod interpretando intelligi potest ex vulgata. *Mr.*

Quod enim intelligeres fore, ut premerem te] Magis placet, ut est in antiquo, *quod enim intelligeres fore,* ut premerere, *quum ex te causas* etc. *Ursinus.*

Fore ut premerere] Est a Pall. quatuor, mirorque hactenus obtinuisse, *premerem te*, lectionem inficetam prae nostra. GRUTERUS. Lectionem, quam probavit *Ursinus* et recepit *Gruterus,* exhibent Paris. Med. Balliol. Reg. et Cantab. *Dav.*

fore, ut premerere] Ad probam scriptionem proxime accedere ait Lallemannus Codicem regium, qui exhibet *premerer.* Cod. noster L. d. *premeret;* Edd. Ven. 1494. Asc. 1. 2. Cod. U. *premerem:* cui additum est *te* in Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lambb. Goth. Sylb. Oliv. Codd. Cr. L. c. R. Cepp. Victt. b. Recte vero scribitur *premerere* in Codd. nostris W. P. L. a. b. M. in marg. Edd. Crat. Herw.

divinationis exquirerem, multa verba fecisti, te, cum res
videres, rationem causamque non quaerere: quid fieret,
non cur fieret, ad rem pertinere. Quasi ego aut fieri
concederem, aut esset philosophi, causam, cur quidque
fieret, non quaerere. Et eo quidem loco et progno- 47.
stica nostra pronunciabas et genera herbarum, scammo-

Goth. et Edd. Grut. Ern. Verb. Bip. Hott. Sch. Male Olivet. ait in Edd. Manut. et Lamb. esse *pugnarere*. *Mr.*

cum ex te causas] Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *causam* habent pro *causas*. Mox Cod. L. b. habet *multa fecisti verba*, ordine verborum inverso. *Mr.*

te, cum res videres] i. q. spectares, rationem haberes rerum: quo item sensu est in fine capitis: *vim et effectum videres. K.* — Mihi quidem videtur verbum *videndi* eo sensu positum, ut significet: cum res quas enarrares, quamquam plerasque non ipse vidisses, ita tamen certas esse tibi persuasisses, quasi tuis ipsius oculis usurpasses, iisque interfuisses. Ita saepe ea videre dicimus, quae historiae vel historicis credimus, v. c. videmus Aristidem ab ingratis civibus in exilium missum. Supra I. 45. *Quod quidem sexennio post Veios captos esse factum videmus.* Marcus vero, qui ista, quamvis a plurimis narrata, non crederet esse facta, vituperat fratrem, quod dixerat *videre* se, i. e. tam certa se ea credere, quasi ipse vidisset, res, quae neque fierent unquam, neque unquam factae essent. — Cod. R. pro *videres* habet *videris:* quae est correctio hominis, qui eam, quam nos dedimus certissimam, verbi *videndi* significationem non caperet. In Codd. R. S. est *exquirere* pro *quaerere:* quod est interpretis. Verba *non cur fieret* desunt in Cod. U.; in Cod. R. scribuntur *cur non fieret. Mr.*

Quasi ego aut fieri concederem,] I. A. *Nodellius* in Obss. critt. legi volebat *fieri non concederem* probante censore in Bibl. Crit. a Wyttenbachio edita II. 3. p. 96. (cf. C. D. *Beck.* Commentatt. Acadd. de interpretat. vett. scrr. p. 74.) Hottingerus, quamquam ei non plane displicet ista coniectura, commode tamen contra eam affert locum c. XI. ubi est: *pugnasti commenticiorum exemplorum mirifica copia... Hoc ego philosophi non esse arbitror, testibus uti, qui aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. Argumentis et rationibus oportet — docere, non eventis, iis praesertim, quibus mihi liceat non credere.* Cod. R. favet Nodellianae coniecturae, exhibens *quasi ego haud fieri contenderem, aut* (a m. 2. *haud*) *esset — cur quid quam fieret* etc. *Mr.*

Prognostica nostra — Aristolochiamque radicem] Res, ad quas hic respicit, exstant lib. I. capp. 7, 8, 9, 10. *Davies.*

Et eo quidem loco et prognostica nostra pronunciabas] Cod. S. Edd. Crat. et Herw. *Ex eo quidem loco;* eaedem cum Asc. 2. *ex prognosticis nostris.* Codd. U. R. Asc. 1. Ox. E. U. ψ. *ex prognostica nostra.* Vocem *et* ante *genera* omittunt Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ox. E. In marg. Edd. Lambb. et Goth. ad seqq. adscriptum est: fort. *scammoniae aristolochiaeque radicem.* Cod. L. b. habet *sanctam moneam.* M. *verum* pro *vim.* — Hottingero non satis accommodatum videbatur vocibus *genera herbarum* verbum *pronunciabas:* quare aliud quod excidisse ei videbatur. Rathius se isto zeugmate non offendi aiebat, praesertim cum huius verbi potestas latius pateat. Et recte. *Mr.* — Videtur esse zeugma in iis loquendi generibus, quae, ut negligentiam quandam habentia, conceduntur dialogis et sermoni familiari. Conf. quae monui ad c. 15. ad v. *tristissima,* et c. 16. ad v. *excordem. K.*

neam aristolochiamque radicem, quarum causam ignorares, vim et effectum videres.

21. Dissimile totum. Nam et prognosticorum causas persecuti sunt et Boëthus Stoicus, qui est a te nominatus, et noster etiam Posidonius: et, si causae non reperiantur istarum rerum, res tamen ipsae observari animadvertique possunt. Nattae vero statua, aut aera legum

quarum causam ignorares] *Ignorares* est i. q. *dicebas te ignorare* v. *ignorabas, ut dicebas. K.* In voce *causam* deficit Cod. L. d. *Mr.*

Dissimile totum.] Cod. M. *dissimiles;* quod ortum est ex scriptione *dissimile est,* quae fortasse cuipiam necessaria visa est. *Mr.* Intellige: Alia plane res sunt prognostica, alia item Nattae statua fulmine prostrata. Observatio enim quaedam adhiberi potest in iis rebus, ad quae Prognostica referuntur; in his non item. *K.*

prognosticorum causas] Locum adhibuit *I. Bake* ad Posidonii Reliquias p. 218. Scribitur in Cod. R. *Boeteus — qui est ante nominatus.* Est etiam *ante* pro *a te* in Cod. L. b., sed perperam. *Posidonius* quinque libros περὶ μαντικῆς conscripsit: conf. I. 3. 30. 52. 57. II. 15. 42. *Mr.*

Animadvertique potuerunt] Ita Pal. pr. et sec. nam tert. ac quart. item S. Victoris ultima voce carent; quam tamen expressit etiam editio Victorii. aliae enim *possunt. Gruter.*

Animadvertique possunt] Vulgo *potuerunt.* Sed congruentior est lectio, quam nos fide MSti Reg. damus. Quin et eam repraesentant editiones vetustae. *Davies.*

animadvertique possunt.] Sic MSS. quidam et Edd. vett., idque melius convenit verbo *reperiantur,* quam vulgatum *potuerunt. Ern.* — Edidit quidem Hott. *possunt:* idem tamen fortasse praestare hic ait *potuerunt,* ubi de prognosticorum agitur veritate, quam quidem totam inesse ait in antegressa eaque longa observatione: unde his *fulmina* opponens dicat: *quid habent observatum et vetustum?* Quod, ut equidem existimo, neminem movebit, ut perfectum tempus probet. Non enim loquitur Marcus de prognosticis tantum praeteriti temporis, vel quasi iam adhiberi desierint, sed ut de re, quae quotidie observari animadvertique possit. Et habent lectionem *possunt* Codd. Oxonn. omnes, nostri L. a. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Pergit Cod. R. *in arte statua erea aerea.* Car. Steph. ex Cod. vet. enotavit: *animadverti potuerant. Mr.*

Quid habent observatum ac vetustum?] Distinguit Gulielmius, *quid habent? Observatum ac vetustum. Pinarii* etc. placet. *Gruter.*

Observatum ac vetustum] Locum *Gulielmius* et *Gruterus* hoc modo distinguunt: *Nattae vero statua, aut aera legum de caelo tacta quid habent? Observatum ac vetustum. Pinarii Nattae nobiles.* At haec interpunctio nec sensui nec linguae latinae congrua videtur. Licet autem distinctio recepta mutari non debeat; est tamen, nisi fallor, in verbis latens vitium. Vir ingeniosus *Ier. Marklandus* in Epist. Crit. pag. 47. reponit, *quid habent* observandum. At vetus, tum *Pinarii Nattae,* nobilis. Vide lib. I. cap. 12. *Davies.*

aut aera legum de caelo tacta, quid habent observatum ac vetustum?] Cum merito displicuerit viris doctis illud *ac vetustum,* Dav. legit *ac animadversum.* Ego aliter sententiam puto refingendam esse. Fortasse Cicero scripsit: *aut aera legum vetustarum de caelo tacta quid habent observandum?* Hic vocat *leges vetustas,* ut in I. 2. dixerat: *elapsaeque vetusto numine leges.* Lego etiam *observandum,* non

de caelo tacta, quid habent observatum ac vetustum? Pinarii Nattae nobiles: a nobilitate igitur periculum.

observatum, sensu, opinor, postulante: opus est enim verbo, quod tempus post legum lapsum futurum exprimat. Sic in cap. 40. *quae si suscipiamus, ... sternutamenta erunt observanda. Pearcius.* — Wopkensio vox *vetustum* videtur ita posse explicari, ut locus illi satis commodus sit: „Quemadmodum enim, ait, *novum* dicitur, quodcunque iam primum cognoscatur, quum antea non satis innotuerit: sic contra *vetustum* dici potest, quod saepius cum in oculos incurrat, dudum observari poterat." — Cum quo consentiens Hott. ait hoc dicere Ciceronem: „illa prognostica vera esse, longa observatio docuit. At quibus exemplis anterioribus ac vetustis observatum est, tabulas legum de caelo tactas legum exitium significare?" *Observatum* igitur *ac vetustum*, quasi ἓν διὰ δυοῖν esse dictum existimat pro *longa observatione notatum*. Ern. nihil dixit, nisi lectionem librorum vix veram esse. Rathius se, antequam Pearcii et Marklandi sententias legisset, locum ita expedivisse ait, ut nomina *statua* et *aera* nominativos esse absolutos arbitraretur, putaretque *habere observatum* h. l. dici ut alibi *exploratum, cognitum habere*, totumque locum sic interpretaretur: „Quod ad Nattae statuam attinet, aut ad aera legum, quid isti harioli observarunt in iis, quidve in iis vetustum? i. e. quid ex longinquo tempore observare in iis potuerunt?" Copp. Victt. b. pro *aera legum* exhibent *simulacra deorum. Mr.*

Quid habent observatum ac vetustum?] Haec immerito corrupta existimabat Ern. Intellige: Quid habent in se, quid iis inest, quod observatum sit, et quod inde a vetustate ita in iis reperiatur? conf. II. 12. *quam longinquo tempore observari potuit;* II. 11. *observatio diuturna*, I. 6. *observatis longo tempore significationibus*. Haec cum tam saepe simillimo modo sint dicta, ferri etiam potest locutio minus accurata ac definita. Nihil vult aliud, quam haec: quoties iam illud observatum est, de caelo tactis legum tabulis legum interitum fuisse significatum? Quare ego ne cum Hottingero quidem in his verbis ἓν διὰ δυοῖν inesse dixerim. *K.* — In hac ego explicatione plane acquiesco, ita ut ne Pearcii quidem emendatione, quamquam satis placet, opus esse existimem. Ceterum in Cod. L. c. verba *aera legum* sunt erasa, eorumque vocabulorum loco scriptum: *simulacra deorum*. In Cod. L. b. scribitur *aut vetustum;* in Cod. P. *ac vetustutum*, quae scriptio orta est ex *vetustum: tum. Mr.*

Pinarii Nattae nobiles: a nobilitate igitur periculum.] Cod. W. *Pinari nattae nobiles a nobilitate: igitur periculum hoc tam* etc. Cod. R. *Privari nobiles a nobilitate: igitur* etc. P. *Pinarii Nattae nobiles nobilitate: igitur periculum. Hoc* etc. *Mr.* — Non video, quid sibi velit illud *a nobilitate periculum:* iuxta enim eorum opinionem, qui prognosticis fidebant, lapsus statuae Nattae, quia nobilis esset, nobilitati periculum minitabatur: non aliis periculum a nobilitate oriundum. Lego igitur: *At Pinarii Nattae nobiles: nobilitati igitur periculum. Pearcius.* — Ita corrigebat etiam Marklandus ad Statium p. 2. a. *Ern.* „Debebat utique, ait Hott., minitari nobilitati periculum ille statuae lapsus, si sanum fuisset acumen haruspicum. Illi vero contra populo et urbi a nobilitate s. civibus nobili loco natis, Catilina scilicet et sociis, periculum imminere respondebant, quod aperte dicunt illi versus sup. I. 12. *Omnes civili generosa ab stirpe profectam vitare ingentem cladem pestemque monebant.*" Recte Hott. Quare servandam librorum lectionem duximus. Servat eam etiam Beierus, laudans locum nostrum ad Cic. de Off. II. 6. 19. p. 41. *Mr.*

Periculum, hoc tam callide Iuppi-

Hoc tam callide Iuppiter cogitavit. Romulus lactens fulmine ictus: urbi igitur periculum ostenditur, ei, quam ille condidit. Quam scite per notas nos certiores facit Iuppiter! At eodem tempore signum Iovis collocabatur, quo coniuratio indicabatur. Et tu scilicet mavis, numine deorum id factum, quam casu, arbitrari? et redemptor, qui columnam illam de Cotta et de Torquato condu-

ter] Sic Pall. et S. Victoris. editi hactenus *tamen*. forsan adhuc interpungendum: *periculum hoc. tam callide*, nisi malimus, *calide*. quomodo S. Victoris codex. *Gruter*.

Periculum. Hoc tam callide Iuppiter cogitavit] Malim, *hoc quam callide Iuppiter indicavit!* Nam paullo post ait, QUAM *scite per notas nos certiores facit Iupiter!* Porro *Gruterus* dubitat, an non, interpunctione mutata, locus ita sit legendus: *A nobilitate igitur periculum hoc. Tam calide Iupiter cogitavit.* Et *calide* quidem est in Med. et S. Victoris libro. Sed lectio simul ac interpunctio mihi videtur incommoda. *Dav.*

Hoc tam callide Iuppiter cogitavit!] Posui cum Hott. et Sch. exclamandi signum, cumque illo facio, dicente, non persensisse Davisium vim eius verbi, quod voluerit mutatum. *Cogitare* enim significare meditandi curam, atque inveniendi solertiam, quo fere modo *cogitata fraus, cogitatum facinus* dicantur. Ridere autem Marcum eorum, qui ista sic explicent, ineptum acumen rationemque interpretandi contortam ac quaesitam. Ceterum legitur pro *tam* in Cod. P. *tamen*, et ita Edd. Car. Steph. Rob. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. In marg. Edd. Lamb. Goth. et Verb. dicitur, alios legere *tandem*. Quinam vero hi sint, nescio. Libri nostri reliqui ad unum omnes servant *tam*. Pro *lactens* Cod. R. a pr. m. habet *lantens*, quod correxit sec. m. in *latens*. In eodem Cod. est *additur* pro *ostenditur:* mox *ac* pro *at;* tum *cum locabatur* pro *collocabatur*, ibidemque pergit: *et coniuratio iudicabatur*. Tum vox *scilicet* a pr. m. per *.L.* significata, a m. 2. deleta est. In Cod. S. est *scire*. Pro *numine* Cod. L. c. exhibet *nomine;* pro *casu* Cod. P. *causa*. Ad v. *per notas* in Copp. Victt. a. adnotatur: διὰ σημείων ad Attic. 500. [Epp. ad Att. XIII. 20.] et infr. II. 26. *Mr.*

Urbi igitur periculum ostenditur] Ita solebant argutari. Nam

—— *Malus interpres rerum metus omne trahebat*
Augurium peiore via, truncataque membra
Nutricemque Lupam Romae regnoque minari.

Sunt *Claudiani* de Bell. Get. vs. 262. *Davies.*

Et redemptor —— reservatus est] Non bene cohaerent sententiae. Legerim, UT *redemptor —— non inertia aut inopia tardior* fuerit, *sed a Deis immortalibus ad istam horam reservatus* sit. *Dav.*

Et redemptor etc.] Recte indicavit Hott., non opus esse Davisii emendatione, cum multo apertius illa orationis forma, quam parum sit verisimilis talis suspicio, declaret: laudavitque Or. in Catil. II. 6. *etenim, credo, iste centurio* etc. q. v. Ad rem conf. Barn. Brisson. de Verb. signif. vv. *redimere, conducere, locare opus*. *Mr.*

qui columnam illam de Cotta — conduxerat] Memorabilis est constructio: sed eadem usus est noster ad Att. I. 17. *Asiani, qui de censoribus conduxerant, questi sunt in senatu, se, cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio, postulaverunt.* Pro *inertia* Cod. M. habet *inscitia*, quod est interpretis. Quod autem dicit, redemptorem conduxisse columnam faciendam de consulibus, id ita intel-

xerat faciendam, non inertia aut inopia tardior fuit, sed a diis immortalibus ad istam horam reservatus est? Non 48.
equidem plane despero ista esse vera, sed nescio, et discere a te volo. Nam cum mihi quaedam casu viderentur sic evenire, ut praedicta essent a divinantibus; dixisti multa de casu, ut, Venerium iaci posse casu, quatuor talis iactis; quadringentis, centum Venerios non

ligendum est, ut ex Senatusconsulto Consules columnam locandam curaverint, ut est in SC. de statua Ser. Sulpicii apud Cic. Philippic. IX. 7. *utique C. Pansa, A. Hirtius Consules, alter ambove, si iis videatur, Quaestoribus Urbanis imperent, ut eam basim statuamque faciendam, et in Rostris statuendam locent: quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori attribuendam solvendamque curent.* Conf. E. *Figrelii* liber *de Statuis Illustrium Romanorum.* (S. Holmiae 1656.) p. 185. *Mr.*

Ad istam horam reservatus est] Vulgati destituebantur illo *re;* quod eieci e Pall. S. Victoris et Victoriana editione. *Gruter.*

ad istam horam reservatus est?] Scribitur *rem* pro *horam* in Ox. E. U. Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Eam vocem omittit Cod. L. b., eiusque loco *oram* exhibet Cod. W. Quod ait Grut. in annot., se eiecisse syllabam *re,* scribere voluit se *adiecisse.* Est autem *reservatus* in Codd. W. Cr. R. L. a. b. c. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Ald. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Displicebat autem *reservatus* Hottingero, ut insolenter dictum, quare coniecit *retardatus:* Rathius vero: *ad istam horam res servata est. Mr.* Non placet Rathii ratio: neque satisfacit Hottingeriana emendatio: non enim commode sibi invicem respondent *non inertia aut inopia tardior fuit,* et *a diis retardatus est:* neque placet dictum: *aliquem ad horam aliquam retardare. K.* — Mihi quidem magis certe placet *retardatus,* quam *reservatus:* in illo agnosco significationem differendi et impediendi, in hoc non item. *Retardatus* autem *ad istam horam* per breviloquentiam dictum esse potest, pro *retardatus ab opere instituto perficiendo usque ad istam horam.* Quod autem scribitur de Senect. 16. 57. *ad* (agrum) *fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus;* zeugma est, neque huc referendum. Sed a corrigendo manum abstineo. *Mr.*

et discere a te volo.] Cod. R. *et adiscere:* voluit, ut videtur, *addiscere.* Cod. M. *et differre.* Mox R. *quodam casu videretur.* In seqq. omittit *casu* post *multa de.* Cod. S. habet *quaedam casu videntur. Mr.*

Venerium —— Panisci] Quae Marcus hic repetit, Quintus supra lib. I. cap. 13. dixerat. Porro Paris. Med. Balliol. Reg. Ven. 1471. et Victor. dant *et quadringentis.* Lege *sed quadringentis. Davies.*

quadringentis, centum Venerios non posse casu consistere:] Distinctionem post *quadringentis* sustulit Sch. Ego eam servavi, non quod plane necessaria videretur, sed quia commode monet, ex superioribus ad hunc numerum subaudiendum esse *iactis.* Ceterum quod Dav. ex complurium librorum lectione, *et quadringentis,* coniecit *sed quadringentis,* Hott. non necessarium existimat, cum facile intelligi possit. Verum est, facile intelligitur; sed cum ex nostris quidem libris habeant etiam illud *et* Codd. W. Cr. P. L. b. c. S. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph., fieri potest, ut scriptum fuerit antiquitus IACTISETQVADR. i. e. *iactis, set* (i. e. *sed*) *quadr.* Potuit etiam *et* ortum esse ex *at. Mr.*

b. posse casu consistere. Primum nescio, cur non possint:
sed non pugno; abundas enim similibus. Habes et
respersionem pigmentorum, et rostrum suis, et alia per-
multa. Idem Carneadem fingere dicis de capite Panisci.
Quasi non potuerit id evenire casu, et non in omni
marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita! Illa
enim ipsa efficiuntur detractione, nec quicquam illuc
affertur a Praxitele: sed cum multa sunt detracta, et
ad lineamenta oris perventum est, tum intelligas, illud,
40. quod iam expolitum sit, intus fuisse. Potest igitur
tale aliquid etiam sua sponte in lapicidinis Chiorum
exstitisse. Sed sit hoc fictum. Quid? In nubibus
numquam animadvertisti leonis formam aut hippocen-

consistere] Cod. S. *subsistere*. Ablegat Ern. in annot. lectores ad Clav. Cic. v. *consistere:* inde, nihil explicans, reiicit eos ad *Venerius:* ubi, nihil plane docens, adire iubet v. *talus*, et hic demum docet, quae promiserat: nimirum dici *talum* in iactu Venério *rectum cadere, rectum assistere:* sed v. ipsum, vel Sch. Lex. Cic. s. v. *talus*, qui Ernesti explicationem adoptavit vel exscripsit. *Mr.*

cur non possint:] Cod. Oxon. ψ. *an non possint*. Non male, ait Hott. Ego vero dixerim esse istam scriptionem hominis, qui nesciret, *cur non possint* idem esse, quod: *cur non posse dicas*. In seqq. Cod. L. b. habet *abundas* pro *abundans*. *Mr.*

Habes et respersionem etc.] *Habes* est i. q. affers. Respicit I. 13. Verbum *habes* omittit Cod. R. Pro *respersionem* est *responsionem* in Codd. S. M. et P. Mox Cod. R. exhibet *rostrum*. *alia enim multa eundem Carneadem* etc. Scripsit Dav. *Carneaden:* ego vero cum Ern. Hott. Sch. ex plurimis aliis et scriptis et editis *Carneadem*. Vid. K. L. *Schneider. Lat. Gramm.* II. *Formenl.* I. p. 48. Cod. S. habet *Illud Carneadem*. Unde aliquis coniiciat: *Idem illud Carneadem:* cuius locutionis exempla v. ap. Tursellin. de Particull. p. 348. sq. ed. Schw. *Mr.*

Quasi non potuerit id evenire — detractione — detracta] Conf. Plotin. de Pulcrit. I. 6. 9. p. 57. C. *Cr.* — Cod. S. *Quasi id non potuerit*. *Mr.*

et non in omni marmore] Cod. M. *et ut in omni marmore*. In seqq. pro *inesse* est in Cod. R. *idem esse*, in Cod. W. *inesset*. Pergit R. *a praxitele. set cum multa sint detracta et ad limamenta*, omissis omnibus interponendis inde a *vel* usque ad *affertur*. Pro *Praxitelia* irrepsit in Edd. Asc. 2. Crat. et Herw. glossa *perfecta;* sed eaedem probam lectionem habent in marg. et varr. lectt. Pro *nec quicquam* est *neque quicquam* in Codd. S. L. c. et W. Cod. M. habet *afferrent* pro *affertur*. Mox Cod. P. *cum multa sunt, sunt detracta*. In seqq. Cod. R. *cum intelligas aliquid quod iam expositum sit*. Cod. U. pro *illud* habet *aliud*, quod est argutantis interpretis, indeque natum est, quod habet Cod. R., *aliquid*. Sed quantopere ipse Marcus hoc loco argutetur, non est quod moneam. *Mr.*

in lapicidinis] Cod. R. *in lampidicinis*. Cr. *in lapidicinis*. Verbo *exstitisse* eo sensu utitur, quo mox cap. 23. *Tages quidam dicitur — exstitisse*. Verba *quid? in nubibus* desunt in Cod. R.; idem pro *nunquam* habet *non;* mox omittit *modo*. Est

tauri? Potest igitur, quod modo negabas, veritatem casus imitari.

Sed quoniam de extis et de fulguribus satis est 22.
disputatum; ostenta restant, ut tota haruspicina sit pertractata. Mulae partus prolatus est a te. Res mirabilis, propterea quia non saepe fit; sed si fieri non potuisset, facta non esset. Atque hoc contra omnia ostenta valeat: numquam, quod fieri non potuerit, esse factum; sin potuerit, non esse mirandum. Causarum enim ignoratio in re nova mirationem facit. Eadem ignoratio si in rebus usitatis est, non miramur. Nam

numquid pro *nunquam* in Edd. Asc. 1. 2. Ald. Boul. Brut. Sylb. *Mr.*

Potest igitur — veritatem casus imitari.] Supra enim I. 13. extr. dixerat Quintus: *Sic enim se profecto res habet, ut nunquam perfecte veritatem casus imitetur.* Ad v. *quid? in nubibus* etc. conf. Aristoph. in Nubibus v. 342:

ἤδη ποτ' ἀναβλέψας εἶδες νεφέλην
Κενταύρῳ ὁμοίαν,
ἢ παρδάλει, ἢ λύκῳ, ἢ ταύρῳ;

Mr.

Sed quoniam de extis — ostenta restant,] An ideo ostenta restant, quia de extis — satis est disputatum? Ita fortasse quaerat aliquis. *Quoniam* significat etiam *postquam*. Forcellin. [Nimirum *quoniam* ortum est a *quum iam*.] Vel res ita potest expediri: *Quia iam satis disputatum est de extis* etc., *iam de eo disputabo, quod restat, videlicet de ostentis.* Similiter ad sequentia quaerat aliquis: an eo consilio restant ostenta, *ut* tota haruspicina sit pertractata? Sed dicitur illud *ut* pro: *quibus pertractatis tota haruspicina erit pertractata. K.* Pro *Sed quoniam* Cod. S. habet *Saepe autem. Mr.*

et de fulguribus] Ita Codd. nostri Cr. W. R. M. U. et Oxonn. omnes, Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav. Oliv. Hott. In reliquis deest *de*. Ad rem conf., quae disputat Censor Halensis 1824. 214—216. in primis p. 48. et 57. *Frandsen.* Harusp. p. 11. Pro *pertractata* est *pertracta* in Cod. U. *Mr.*

Mulae partus] Vide lib I. cap. 18. *Davies.*

prolatus est] Cod. L. b. *pertractatus est.* S. *probatus est.* In seqq. Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *foeta non esset:* sed duae posteriores in varr. lectt. habent *facta*. Pergit Cod. L. b. *Atque haec* pro *atque hoc*. Cod. S. omittit in praecc. *a te. Mr.*

Numquam quod fieri non potuerit etc.] Albutius Silus apud *Senecam* Controv. I, 3. *Hoc unum scio nec fieri, quod non potest, nec portentum esse, quod potest.* Vide sis infra cap. XXVIII. *Dav.*

nunquam — esse factum;] Accusativus cum infinitivo ponitur, quia in verbo *valeat* latet sententia: *dici potest. K.* — Pro *potuerit* in Cod. P. scriptum est *potest*. Mox Codd. R. et W. *si potuerit;* sed in posteriore inter haec vocabula rasura est, ut prius scriptum fuisse videatur *sin*. Cod. S. *causarum etiam miratio.* In Cod. W. scriptum fuisse videtur a pr. m. *novam mirationem*, quod correctum est in *ămirationem;* i. e. *admirationem*. Sed minime erat sollicitandum substantivum nostrum, quamquam *ἅπαξ λεγόμενον. Mr.*

Si in rebus usitatis *est*] Legendum puto *visitatis*, hoc est, frequenter visis: nam statim subiicit noster, *quod crebro* VIDET, *non miratur;* — *quod ante non* VIDIT — *ostentum esse censet.* Pari modo rescribendum crediderim Tusc. lib. I. cap. 27. *Seiun-*

qui mulam peperisse miratur, is, quo modo equa pariat,
aut omnino quae natura partum animantis faciat, ignorat.
Sed, quod crebro videt, non miratur, etiamsi, cur
fiat, nescit. Quod ante non vidit, id si evenit, ostentum
esse censet. Utrum igitur, cum concepit mula, an cum
50. peperit, ostentum est? Conceptio contra naturam fortasse:
sed partus prope necessarius.

23. Sed quid plura? Ortum videamus haruspicinae: sic
p. 119. a. facillime, quid habeat auctoritatis, iudicabimus. Tages

cta ab his VISITATIS *notisque naturis;* non *usitatis*, ut vulgo. *Dav.*

si in rebus usitatis est,] Monet Wopkens. Lectt. Tull. p. 280. sq. pluribus in locis Davisium nomina *inusitatus* et *usitatus* emendare voluisse, ut scriberetur *invisitatus* et *visitatus;* in eoque eum secutum esse auctoritatem Salmasii, Freinshemii, I. F. Gronovii et Graevii (ad Flor. I. 18. Iustin. XVIII. 1.) Sed si velimus omnia istiusmodi loca mutare, mutanda fore paene innumera: deinde verbum *visitare,* itemque *visitatus* et *invisitatus* apud Ciceronem nunquam ita legi, ut *visitatus* sit i. q. *saepius visus:* postremo res, quae oculis haud raro usurpentur, alibi apud Ciceronem et optimos quosque scriptores dici *saepe usu venire*, vel *in usu quotidiano esse collocatas:* quae autem ita dicantur, posse etiam dici *usitata*. Recte. Nos de hac re iam diximus supra ad I. 42. 93. Neque Dav. quemquam habuit obtemperantem. Ad rem conf. Heynii Opuscc. Acadd. III. p. 272. *Mr.*

is, quomodo equa pariat,] Vocem *is* male omittit Cod. R. idem *partium* habet pro *partum*. Verbum *natura* explicat Hott. *vis aut causa naturalis;* ut est inf. c. 28, 80. et 69, 142. In seqq. Cod. M. habet *qui crebro* pro *quod crebro;* R. *fiat* pro *videt*. Pergit Cod. S. *non miratur suam cur fiat:* ubi *suam* ortum videtur ex vocibus *si etiam*, compendio scriptis. *Mr.*

Quod ante *non vidit*] Est ab editione Victoriana et Pall. quatuor. prius cusi, *quod* autem *non vidit*. *Gruter.*

Quod ante non vidit,] Probam scriptionem *ante* habent Codd. Oxonn., nostri L. a. b. c. W. P. M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Dav. Oliv. Bip. Hott. Sch. Pro *vidit* est *videt* in Codd. P. S. *Mr.*

Id si evenit] Sic Paris. Med. Reg. et Balliol. non *evenerit*, ut vulgo. *Davies.*

id si evenit] Firmant scriptionem *evenit* Codd. nostri Cr. W. R. M. P. Oxonn. omnes, et ita nos post Dav. cum Schützio rescribendum censuimus. In seqq. pro *Utrum* Cod. L. b. habet *Verum*. Vocem *cum* post *igitur* non habet Cod. S. Mox pro *concepit* est *conceperit* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Tum Cod. R. exhibet *aut cum peperit*. *Mr.*

Ortum videamus haruspicinae:] Cod. W. *Hortum* pro *ortum*. Cod. R. *si* pro *sic*. Pergit M. *facillimum est, quid habeat auctoritatis, iudicare*. Codd. W. et Cr. *quod habet*, sed in priore recentior manus superscripsit *quid*. Cod. R. habet *iudicabitur*. Ad v. *haruspicinae* in Copp. Victt. a. citatur noster II. 41. *Mr.*

Tages quidam dicitur] *Ovidius* Metam. lib. XV, 553.

Haud aliter stupuit, quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam mediis adspexit in arvis,
Sponte sua primum, nulloque agitante, moveri:
Sumere mox hominis terraeque amittere formam,
Oraque venturis aperire recentia fatis.

quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra arare-

Indigenae dixere Tagem: qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Censorinus de Die Nat. cap. IV, p. 23. *In agro Tarquiniensi puer dicitur divinitus exaratus, nomine Tages, qui disciplinam cecinerit extispicii; quam Lucumones, tum Etruriae potentes, exscripserunt.* Ad eum locum videatur *Henr. Lindenbrogius.* Adi sis etiam quae diximus ad huiusce libri cap. 38. *Dav.*

Tages quidam dicitur] Columella Lib. X. de cultu hortorum vs. 344—347:

Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.
Utque Iovis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Saepe suas sedes praecinxit vitibus albis.

De Tagete cf. *Lanzi Saggio di lingua Etrusca* II. p. 289. sqq. et p. 561. sqq. Spangenberg. de vet. Latii religionibus p. 31. Schneideri indicem Scriptorr. rei rusticae p. 368. Io. Laurent. Lydum de Mensibus in fragmento περὶ σεισμῶν p. 130. ed. Schow. p. 190. ed. Hasii. Eundem de Ostentis pag. 6 — 12. cf. p. 100. et p. 190. et Hasii notam p. 324. *Inghirami Monumenti Etruschi* ad Tab. LXIII. p. 582. (*delle Urne Etrusche*). Adde *Symbolik u. Mytholog.* II. p. 925 — 935. [*Moseri* Epitom. p. 518 — 520.] *Dionysum* p. 147. *Frandsen.* Harusp. p. 4. *Cr.* Cum in paucorum manibus sit I. Lydi de Ostentis liber, nos quae huc faciunt, excerpemus (p. 6. sqq.): *Ἐπειδὴ δὲ ἡμῖν, τοῖς ἐξ Ἰταλίας φημί, Τάγης ἀρχηγὸς τοῦ πράγματος γέγονεν, ἀκόλουθον τοῖς αὐτοῦ ῥήμασι χρήσασθα[ι, μ]ᾶλλον δὲ τῇ τούτων ἐννοίᾳ. Τοῖς γὰρ ἀρχαιοτέροις ὀνόμασιν ἐκεῖνα συγκείμεν δυςπαρακολούθετά πώς ἐστι, καὶ οὐ σφόδρα σαφῆ .... — Δεῖ [τοίνυν ἀφη]γήσασθαι πρῶτον, τίς τε οὗτος ὁ Τάγης, καὶ τίνες οἱ λοι[ποί· καὶ ὅπως] γράμμασιν ἐνεπιστεύθη, παρὰ τὸ κρατοῦν ἐν τοῖς ἱερ[οῖς τὰ τοιαῦ]τα. Τάρχων — ἀνὴρ γ[έγονε μὲν] θυοσκόπος, ὡς αὐτὸς ἐπὶ τῆς γραφῆς εἰςενήνεκται, εἰς [τῶν ὑπὸ] Τυῤῥηνοῦ τοῦ Λυδοῦ διδαχθέντων. καὶ γὰρ δὴ τοῖς Θύσκ[ων γράμμα]σι ταῦτα δηλοῦται, οὔπω τηνικαῦτα τοῖς τόποις ἐκείνοις Εὐάνδρου τοῦ Ἀρκάδος ἐπιφανέντος — — —. φησὶ τοίνυν ὁ Τάρχων ἐπὶ τοῦ συγγράμματος, ὅπερ εἶναί τινες Τάγητος ὑποπτεύουσιν· ἐπειδήπερ ἐκεῖ κατά τινα διαλογικὴν ὁμιλίαν, ἐρωτᾷ μὲν δῆθεν ὁ Τάρχων, ἀποκρίνεται δὲ ὁ Τάγης, ὡς προςκαρτερῶν ἑκάστοτε τοῖς ἱεροῖς· ὡς [τυχὸν] συμβέβηκεν αὐτῷ κατά τινα χρόνον, ἀροτριῶντι, θαυμάσιόν τι, οἷον οὐδὲ ἀκήκοε τις ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ γενόμενον. Ἀνεδόθη γὰρ τοῦ αὔλακος παιδίον ἄρτι μὲν τεχθῆναι δοκοῦν, ὀδόντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν ἡλικίᾳ γνωρισμάτων ἀπροςδεές. Ἦν δὲ ἄρα τὸ παιδίον ὁ Τάγης, ὃν δὴ καὶ χθόνιον Ἑ[ρμῆν] εἶναι τοῖς Ἕλλησιν ἔδοξεν, ὥς που καὶ Πρόκλος φησὶν ὁ Διάδοχος. τοῦτο δὲ ἀλληγορικῶς παρὰ τὸν ἱερατικὸν παρακεκάλυπται νόμον· ἐκεῖ οὐ προφανῶς ὁ περὶ θειοτέρων πραγμάτων λόγος διὰ τοὺς ἀνιέρους. ἀλλὰ νῦν μὲν μυθικῶς, νῦν δὲ παραβολικῶς παραδέδοται. Ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, ψυχὴν τελειοτάτην καὶ τῶν οἰκείων οὐ προςδεῆ ἐπὶ τὴν ὕλην ἐλθεῖν, βρέφος ἀρτιγενὲς ἐκ τοῦ αὔλακος ἀναδοθῆναί φησιν. Τάρχων δὲ — τὸ παιδίον ἀναλαβών, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐναποθέμενος τόποις, ἠξίου τι παρ᾽ [αὐτοῦ] τῶν ἀποῤῥήτων μαθεῖν. Τοῦ δὲ αἰτουμένου τυχών, βι[βλίον] ἐκ τῶν εἰρημένων συνέγραψεν, ἐν ᾧ πυνθάνεται μὲν ὁ Τάρχων τῇ τῶν Ἰταλῶν — συνήθει φωνῇ, ἀποκρίνεται δὲ ὁ Τάγης, γράμμασιν ἀρχαίοις τε καὶ οὐ σφόδρα γνωρίμοις ἡμῖν γε ἐμμένων τῶν ἀποκρίσεων. Πλὴν ἀλλ᾽ ὅσον μοι γέγονε δυνατόν, ἔκ τε τῶν πεύσεων, ἔκ τε τῶν ἄλλων, ὅσοι τούτους ἡρμήνευσαν, Καπίτωνός τέ φημι, καὶ Φωντηΐου, καὶ Ἀπουληΐου, Βικελλίου τε καὶ Λαβεῶνος, καὶ Φιγούλου, Πλινίου τε τοῦ φυσικοῦ, πειρά-*

tur, et sulcus altius esset impressus, exstitisse repente et eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Etruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamoremque maiorem cum admiratione edidisset; concursum esse factum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam convenisse; tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius verba exceperint literisque mandaverint: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinae disciplina contineretur; eam postea crevisse rebus novis cognoscendis et ad eadem illa principia referendis. Haec accepimus ab ipsis: haec scripta conservant: hunc fontem habent
51. disciplinae. Num ergo opus est ad haec refellenda

σομαι ταῦτα πρὸς ὑμᾶς διελθεῖν. Mr. — Ex Tagae libris excerptum dicitur Tonitruale Nigidii Figuli, quod ibidem exhibetur p. 100. sqq. Ibid. p. 190. C. *Αὐτὸς γὰρ Βικέλλιος ὁ Ῥωμαῖος ἐκ τῶν Τάγητος στίχων (περὶ οὗ καὶ Ἀπουλήϊος ὕστερον πλατεῖ ἐλευθέρου ποδὸς ἀφηγήσατο λόγῳ) ταῦτα, ῥήμασιν αὐτοῖς καθ' ἑρμηνείαν φησίν. Cr.*

sulcus altius esset impressus] Cod. R. *alterius* pro *altius*. Quod ait h. l. Cicero *sulcus altius impressus*, Virgil. Georg. I. 45. similiter dicit *aratrum deprimere*. Pro *eum affatus esse* Cod. L. b. habet *quum affatus est*. In eodem pro *obstupuisset* est *occubuisset*, in Codd. W. P. *obstipuisset*. Infra c. 30. eodem verbo in enarrando portento utitur:

Quidnam torpentes subito obstupuistis Achivi?

Mr.

clamoremque] Cod. R. *clamorem quoque*. Alibi non dixisse videtur noster *clamorem edere:* sed in libris de Finn. II. 8. 24. ex Lucilio est in versibus hexametris:

In quo Laeliu' clamores sophos ille solebat

Edere.

Risus edere scripsit ad Qu. Fr. II. 10. Pro *admiratione* est *ammiratione* in Cod. W., ut cap. superiore *ammirationem* pro *mirationem*. Mox Cod. U. *Etruria* pro *Etruriam;* in Cod. M. est *in eum locum convenisse*, omisso *Etruriam*. Verba *in eum locum* omisit Hott. Invitus, ut existimo. *Mr.*

omnia eius verba] Dav. edidit *omnia verba eius:* ut est in nonnullis libris. Sed vulgatum eumque meliorem ordinem servant Codd. Oxonn. nostri L. a. M. P. U. Edd. praeter Rob. Steph. omnes. Pro *literisque* Cod. R. habet *literis quoque*. Cod. S. habet *communem* pro *omnem:* mox *aruspicina*. In seqq. Cod. M. post *fuisse* omittit *eam. Mr.*

Omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinae disciplina contineretur] *Quae* pro *qua* scriptum est in vetere libro. *Ursin.*

qua haruspicinae disciplina contineretur;] Cod. R. habet *quae haruspicium disciplinae*. Est etiam *disciplinae* in Cod. Cr.; quae peiora etiam sunt eo, quod est in Cod. Ursini. Effigiem antiquam Aruspicis Etrusci vid. in Museo Cortonensi (Rom. 1750. f. m.) Tab. LXV. ibiq. Venutum p. 92. sq. De origine aruspicinae v. etiam Ouzelium ad Minuc. Fel. Octav. p. 38. *Mr.*

Haec accepimus ab ipsis:] Cod. R. *hoc* pro *haec*. Post *ipsis* Cod. L. a. pergit *qui haec scripta conservant*. Tum R. *nunc* pro *hunc*. Cr. *hunc*

Carneade? num Epicuro? Estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam, an hominem? Si deum, cur se contra naturam in terram abdiderit, ut

habent fontem; non male. Pro *refellenda* Cod. R. *referenda:* a manu sec. in marg. *refellenda Carneade, Epicuro.* Cod. L. a. *non Epicuro.* Ad Davisii coniecturam *num vel Epicuro* monet Hott., particulam *vel* per se intelligi, cum Cicero, Epicuri post Carneadem mentionem faciens, se quasi corrigat. *Mr.*

Num Epicuro] Cum Carneades disputator habitus sit subtilissimus; acumine vero caruerit Epicurus, ut passim dicit *Cicero;* legendum crediderim, *num* vel *Epicuro?* Aliter enim, ut puto, si non vitiosa, saltem debilis est et languida prorsus oratio. *Davies.*

num Epicuro] Quod ait Dav. debilem ita et languidam prorsus esse orationem, nisi legamus *num vel Epicuro?* quia disputator Carneades habitus fuerit subtilissimus, Epicuro autem defuerit acumen (cf. II. 50.): mihi quidem videtur non necessarium illud additamentum. Nihil aliud vult Marcus, ut opinor, nisi hoc: nemo paullo prudentior haec credet: neque opus est, ut aliquis divinationis adversarius exsistat, sive qualis Carneades (I. 4. *a Carneade multa acute et copiose contra Stoicos disputata;* coll. II. 3.), sive qualis fuit Epicurus (I. 3. *Epicurum, balbutientem de natura deorum,* et in primis II. 17. *is circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat divinationem tollere:*). *K.*

ita desipiens,] Cod. R. *descipiens,* unde factum est, quod legitur in Cod. L. b. *despiciens:* unde correxit aliquis, sapientior scilicet, ut est in Cod. U., *Estne quicquam ita despiciendum.* Mox Cod. R. male verborum ordine traiecto *exaratum deum esse dicam. Mr.*

Deum dicam, an hominem] Tages, *Genii* fuit *filius, nepos Iovis,* si *Festo* credimus. *Dav.*

Si deus] Vulgo *si deum:* cum vero noster in membro sequente dicat, *si autem* homo *ille Tages fuit;* Codicis Balliol. auctoritati paruimus. *Dav.*

Si deus] Sic pro *si deum* bene Davisius. Intellige *exaratus est.* Sic in altero membro: *Si autem homo ille Tages fuit. Ern.*

Si deum] Restitui lectionem a Dav. et Ern. expulsam, quam habent libri nostri omnes, quamque iam Wopk. Lectt. Tull. p. 282. restitutam volebat, dicens, verba *si autem homo ille Tages fuit* longius distare, suavioremque Latinis auribus accidere vulgatam. Hottingerus vero affert exemplum ex Acadd. II. 39. ubi §. 124. cum praecesserit *ut Platoni placuit* tribus lineis interiectis sequitur *an, ut Xenocrates,* ubi Lamb. correxerat *Xenocrati,* Hott. vero et Goerenz. (l. c. p. 224.) subaudiunt, servato nominativo, *dixit.* Rathius item *deum* vult restitutum, dicens i. e. *si quis deum fuisse credit.* Davisium autem et Ernestum non retro respexisse ait, sed prospexisse, verbum assimilantes iis, quae sequuntur. Quod de Davisio verum est, de Ernesto non item, ut cuique huius annotationem inspicienti patet. Ernesto vero respondere debebat Rathius, non recte eum iungere: *si deus exaratus est,* cum iungendum sit: *si deum exaratum esse credit, quaero, cur* etc. Sed Hott. quoque et Sch. nonnisi Davisium respexerunt, qui miro consilio Ciceronem ad ea respicere vult, quae nondum dixit, eundemque ad ea respicere vetat, ad quae proxime spectat oratio, et quorum structura continuatur. Verba *si deum* omittunt Codd. R. S.; iidem cum Codd. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. non habent verba *in terram. Mr.*

Cur se contra naturam in terram abdiderit] Videtur legendum *abdiderat.* LAMBINUS. Lego *abdidit,* ut exhibet Med. *Dav.*

patefactus aratro lucem adspiceret? Quid? idem nonne poterat deus hominibus disciplinam superiore e loco tradere? Si autem homo ille Tages fuit, quonam modo potuit terra oppressus vivere? unde porro illa potuit, quae docebat alios, ipse didicisse? Sed ego insipientior, quam illi ipsi, qui ista credunt, qui quidem contra eos tam diu disputem.

24. **Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspi-**
53. **cem cum vidisset. Quota enim quaeque res evenit praedicta ab istis? aut si evenit quidpiam; quid afferri**

abdiderit] Neque Lambinus audiendus est, neque Davisius: dummodo locum recte construas et intelligas, nihil mutatum voles. Cod. R. cum Dav. facit, exhibens *abdidit*. Pro *nonne* Cod. S. *non*. *Mr.*

superiore e loco] Voculam *e* omittunt Codd. S. R. et M. In Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. scribitur *ex*. In seqq. Cod. R. habet *terra oppressus potuit vivere:* idem prope finem capitis omittit *ipsi*. *Mr.*

Sed ego insipientior — qui — tam diu disputem.] Similis locus est Acadd. I. 5. 18. *Sed quid ago? — sumne sanus, qui haec vos doceo?* Ubi Rathius ad normam loci nostri corrigebat *doceam:* Goerenz. vero ea correctione nihil opus esse contendit, cum *qui* non solum pro *cum is* cum subi., sed etiam pro *quod is* (h. l. pro *quod ego*) cum indicativo ponatur. *Mr.*

Quod non rideret haruspex] Nulla Catonis facta mentione, noster idem dictum refert lib. I. N. D. cap. 26. *Dav.*

quod non rideret haruspex,] Cod. R. *ridet*. *Mr.* Quod referatur hoc dictum de N. D. I. 26. nulla Catonis facta mentione, colligebat vir doctus, id abiisse iam in proverbium. Aiebant nonnulli, contumeliam hanc esse et despectionem collegii auguralis, cuius pars erat Cato. Ita sentientes inscitiae arguit idem criticus, eosque item omnes, quicunque augurem ab haruspice non discernunt. Aperte quidem distinguit Cicero de N. D. II. 4. *nostrorum augurum et Etruscorum haruspicum disciplinam*. Augures sedem habebant Romae, adhibebantur ad auspicia, sine quibus nihil publice, nec domi nec militiae, gerebatur. Haruspices arcessebantur ex Etruria, cum evenerat quidpiam, quo terrerentur plebis animi. Sic favebant haruspicibus augures, ut medici circulatoribus, et paganis ludionibus actores urbani. Quid mirum, si augur Cato haruspices facit ridiculos? *Olivet.* — Cod. S. habet *aruspicem cum videret*. *Mr.*

Quota enim quaeque res] Cod. R. *Cotta* pro *Quota*. *Mr.* — In designanda paucitate usurpari solita est haec locutio, ut infra c. 39. 81. *Quotusquisque est, qui voluptatem neget esse bonum?* Tacit. Ann. I. 3. fin. *Quotusquisque reliquus, qui rem publicam vidisset?* Ubi vel argentea Latinitas coniunctivum subiicit verbo *esse*. Alia ratio nostri loci est similiumque. Hic praeterea tenenda est elegans tmesis, ut de Officc. III. 17. fin. *Quotus enim quisque reperietur, qui — abstinere possit iniuria:* et, binis voculis interpositis, pro Ligario cap. 9. *Quotus enim istud quisque fecisset* etc. cf. Noltenii Lex. Antibarb. p. 1171. et Supplem. I. p. 175. *Cr.* Admodum amavit Cicero formulam *quotus enim quisque:* ea enim usus est etiam Tusc. II. 4. 11.

potest, cur non casu id evenerit? Rex Prusias, cum Hannibali apud eum exsulanti depugnari placeret, negabat se audere, quod exta prohiberent. „An tu, inquit,b. „carunculae vitulinae mavis, quam imperatori veteri „credere?" Quid? ipse Caesar, cum a summo haru-

Or. pro Planc. 25, 62. de Orat. III. 50. 196. ad Att. I. 13. prc. de N. D. I. 28. 79. Or. pro Flacc. 41. 104. et alibi. — In seqq. Cod. P. habet *auferri* pro *afferri*. In seqq. Cod. L. b. habet *cum apud eum Hannibali exulanti*. Ern. et Sch. cum pluribus aliis scripserunt *Annibali:* de cuius nominis scriptione vid. interprr. ad Corn. Nep. Hannib. prc. p. 135. sq. ed. Bardili. T. II. *Mr.*

Rex Prusias,] Hoc Antiocho Regi tribuit *Plutarchus*. Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος, inquit ille de Exsil. Tom. II. p. 606. οὐκ ἐχρῆτο παῤῥησίᾳ πρὸς ἈΝΤΙΟΧΟΝ, βασιλέα ὄντα, φυγὰς ὤν; ὁπηνίκα καιροῦ διδόντος ἐκέλευεν αὐτὸν ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις· τοῦ δὲ θυσαμένου καὶ τὰ σπλάγχνα κωλύειν φάσκοντος, ἐπετίμησεν, εἰπών, Σὺ τι κρέας λέγει ποιεῖς, οὐ τι νοῦν ἔχων ἄνθρωπος; At cum *Cicerone* facit *Valerius Maximus* lib. III. cap. VII, 6. extern. et homo, ceteroqui superstitiosus, animosum hoc Hannibalis effatum comprobat. *Dav.*

Rex Prusias] Recte contra Davisium, Ciceronis auctoritatem auctoritate Valerii Maximi fulcientem, monet Hott., Valerii quidem nullam esse auctoritatem, quippe qui haec, ut alia, aperte sumserit e Cicerone. Ceterum constat, et Antiochum et Prusiam ab Hannibale contra Romanos fuisse concitatos. De Hannibale apud Prusiam exsulante v. Liv. XXXIX. 51. Pro *exsulanti* est *exultanti* in Cod. U. *Mr.*

depugnari placeret,] Nihil monent Dav. Ern. Hott. et Sch.; et tamen admodum variat lectio Edd. vett. Solus Rathius monet, ante Gruterum editum fuisse *depugnare*. Quod quam verum sit, mox videbimus. Codd. Cr. W. L. a. c. P. M. U. Edd. Crat. Herw. (hae in varr. lectt.) Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Gesn. (in Chrest. Cic.) Oliv. Bip. Hott. Sch. habent *depugnari:* sed Edd. reliquae *pugnare:* Cod. L. b. *pugnari*, et solus noster R. *depugnare*. Pro *placeret* est *placebat* in Cod. M., *audire* pro *audere* in Cod. R. Tum M. *quae exta. Mr.*

An tu, inquit,] P. Pithoeus ad marg. Ed. Lamb. adscripsit ex uno Cod. *Vni tu*, ex altero *Vin tu* [ut est in Cod. S.], supra scripto *An*. Pro *mavis* idem enotavit *maius* [ita Cod. S.] et ex altero *magis*. Inde certe haec lectio concinnari posset: *Vin' tu — carunculae vitulinae magis, quam imperatori veteri credere?* Sed optime habet vulgata, a qua etiam discedit Cod. R. in quo est: *An tu — magisque carunculae vitulinae credere mavis* etc. Idem pro *Quid* habet *sic*. Verba *Quid — ne in* desunt in Cod. U. *Mr.*

Cum a summo haruspice] Quod *immolanti aufugisset hostia*. Vide *Suetonium* in Iul. cap. 59. *Minucius Felix* Oct. cap. XXVI. *Caius Caesar, ne ante brumam in Africam navigia transmitteret, auguriis et auspiciis renitentibus, sprevit. Eo facilius et navigavit et vicit.* Sic etiam *Cyprianus* de Idol. Van. cap. 3. Forsan tamen utrobique reponendum *navigio transmitteret*. Pseudo - Hegesippus de halosi Iud. I, 41. *Inde Caesarem navigio transmittit*. Sic enim legendus est iste locus. Et V, 52. *Ipse Alexandriam contendit, et inde Romam* navigio transmisit. Ut ut haec se res habeat, certe labuntur *Minucius* et *Cyprianus*, cum *auguria* et *auspicia* renisa fuisse scribunt. Ceterum menda, nisi fallor, hunc *Ciceronis* locum obsidet: vix enim est, ut *summum haruspicem*, hominis nomine non prolato, dixerit noster. Legendum puto, *a* SPURINNA *haruspice*. Supra lib. I. cap. 52. *Cum*

alt[?]

spice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? quod ni fecisset, uno in loco

Spurinna *diceret, timendum esse, ne et consilium et vita deficeret.* Adi *Valerium Maximum* lib. I. cap. VI, 13. lib. VIII. cap. XI, 2. et *Suetonium* in Iul. cap. LXXXI. Similis quidem ductus est literarum, nominaque propria crebro temerarunt librarii. *Dav.*

cum a summo haruspice] Docte quidem Davisius et acute, uti solet. Non tamen ea loci natura esse videtur, ut nomen proprium requirat. Primo enim non satisfacit, quod scribit, vix esse, ut haruspicis summi meminisset Tullius, nisi nomine illius apposito; nam haruspicis nomen satis celebre erat, ideoque non opus erat, ut coram Quinto exprimeret illud Tullius, praesertim quum ante iam ipse Quintus haruspicem nomine significasset. Accedit, quod vox *summo* huic loco egregie conveniat; quippe quae eo spectat, ut haruspicinae vanitatem eo significantius exprimat; quod nimirum non de trivio tantum haruspices, sed eorum quidem summi falsa monerent, praedicentesque sic negligerentur, ut nihil incommodi, maximum etiam emolumentum sequeretur. *Wopkens.* — Wopkensio assentit Hott. addens, ita dici supra I. 14. *summus imperator,* nec nominari Pompeium. Aliter Rathius defendit vulgatam, dicens: „credibile videtur, eum, qui haruspicum collegio praeesset, *summum haruspicem* esse appellatum. Conf. Alex. Adami Antiquitt. Rom. T. I. p. 545.“ Sed Rathii rationem nullam esse, inde patet, quod tum quidem haruspicum collegium fuit nullum, et recte monet *Frandsen.* Harusp. p. 52. sq. *summum* Ciceroni saepius eum dici, quem *inclytum* vel *excellentem* vulgo vocant, ut Brut. 85. *summus vir;* de Orat. I. 2. *summi homines.* Sch. quoque monuit, non necessariam esse Davisii emendationem, cum Spurinae, nomen ex lib. I. c. 52. intelligi possit. *Mr.*

ante brumam] *Terentius* Phorm. Act. IV. Sc. IV, 28.

Haruspex vetuit ante brumam
autem quid novi
Negoti incipere.

Ubi *Donatus: Arte,* inquit, *irrisit homines Terentius, quibus religio sit aggredi negotium aliquod, diebus decrescentibus. Dav.*

ne in Africam ante brumam transmitteret,] Non mirum, id fuisse monitum ab haruspice: erat quippe *religio,* inquit Donatus in Terent. Phorm. IV. 4. 28. *aggredi negotium aliquod diebus decrescentibus.* Decrescunt autem dies usque ad brumam, hoc est solstitium hibernum. Videri mirum potest, quod affirmet Cicero, ante brumam profectum esse Caesarem, qui teste Hirtio de bello Afr. c. 2. navem conscendit VI. Kal. Ian., hoc est die 27. Decembris, ac proinde non ante brumam. Nodum facile solvet, qui didicerit, eo anno, U. C. 707. ita fuisse turbatam rationem temporum, ut, qui dies debebat octavus esse mensis Octobris, numeraretur Decembris septimus et vigesimus. Turbationis quae fuerint causae, quod remedium, explicat erudite ac perspicue Dionysius Petavius de Doct. Temp. IV. 1. *Anonymus ap. Olivet.* — Pro *ante brumam* Cod. R. habet *aut in bitiniam,* ut voluisse videatur *aut in Bithyniam. Mr.*

nonne transmisit?] Nulla deterreri se passum esse religione narrat etiam Suetonius in Iul. Caesare c. 59. *Ne religione quidem ulla a quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus est. — — Prolapsus etiam in egressu navis, verso ad melius omine, teneo te, inquit, Africa.* Quod Graevius ita intelligi voluit, quasi Caesar Africam se ut sponsam complecti intelligi voluerit; Gesnerus vero in Chrest. Cic. p. 503. ita interpretatur, ut respiciat ad Liv. I. 56. ubi Brutus, velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit, ut matrem: quo ducit narratio Frontini, qui Strategem. I. 12. 2. *C. Caesar,* ait, *cum forte conscendens navem*

omnes adversariorum copiae convenissent. Quid ego haruspicum responsa commemorem, (possum equidem innumerabilia) quae aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios? Hoc civili bello, dii immortales! quam 53.
multa luserunt! quae nobis in Graeciam Roma responsa haruspicum missa sunt! quae dicta Pompeio! Etenim ille admodum extis et ostentis movebatur. Non lubet

lapsus esset, Teneo te, terra mater, inquit. Mr.

Uno in loco omnes] Vulgati, *unum in locum omnes*, sed praeter Pall. et edit. Victorii, in quibus exstat alterum: sicque etiam S. Victoris, nisi quod is, *uni in loco. Grut.*

uno in loco omnes] De re conf. *Middleton.* in Vita Ciceronis III. p. 175. vers. germ. *Cr.* Praetuli lectionem Gruteri, quam exhibent Codd. nostri praeter U. omnes, itemque Edd. Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Dav. Hott. Sch. Rathius praeferebat *unum in locum*, laudans ex cap. superiore *in eum locum convenisse:* ex Or. pro Rosc. Amerin. [22, 62.] *convenisse in unum locum.* Censendus est autem Cicero auferendi casu usus esse, ut, *convenissent omnes adversariorum copiae uno in loco*, dictum intelligamus pro: *tum quidem, si post brumam navigasset, deprehendisset omnes adversariorum copias uno iam in loco congregatas.* Pro *omnes* Cod. W. antique *omnis. Mr.*

Quid ego haruspicum etc.] Codd. R. S. *Quid ergo haruspicum.* Mox Cod. M. *possem* pro *possum:* quod est vel interpretis, vel correctoris temerarii. Ita noster Cat. Mai. XVI. 55. *Possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum.* Conf. Gernhard. Commentatt. Grammatt. III. p. 15. Creuz. ad Cic. de N. D. II. 47. p. 407. *Mr.*

quae aut nullos habuerunt exitus,] *Habuerint* est in MS. Guelf. idque melius, quam vulgatum *habuerunt*. Illud etiam Dav. tacite edidit, et ante P. Victorius. *Ern.* — Hott. ait, utroque modo dici posse; videri autem aptius vulgatum, cum Cicero loquatur de re, ut ipsi persuasum erat, maxime certa: alterum videri correctoris nimis accurati. Rathius praefert *habuerint*, eiusque coniunctivi rationem quaerendam esse ait in pronomine *quae*, ut mox c. 25. Ego vero existimo, coniunctivum esse librarii cuiusdam vel correctoris, qui nesciret, verba *possum equidem innumerabilia* esse χαρίενθετα, quique, quae proxime sequuntur, ex grammaticorum praeceptis ad ista accommodaret. Tuentur autem indicativum Codd. Oxonn. omnes, nostri P. U. et Edd. praeter Rob. Steph. Dav. Ern. Bip. omnes. *Mr.*

Hoc civili bello] Cod. R. *Haec* pro *hoc:* idem mox *quo nobis* pro *quae nobis:* sed supra lin. ab al. m. *quae nobis Graecia nobis a Roma.* Verba *quam multa luserunt* explicat Hott.: *Quam multa irrita et velut operam ludentes dixerunt!* laudato Propert. II. 33. 23. *non audis, et verba sinis mea ludere.* Melius laudasset talia loca, qualia vel apud Ciceronem sunt satis multa, quibus *ludere* idem vult quod *illudere. Mr.* — Non ego cum Hott. verba *multa luserunt* intellexerim, ut dicta pro *multa irrita dixerunt*, sed Graeco more *multa ludere* dictum existimo pro *multum illudere, saepe fallere:* quasi dixerit: *quam saepe frustrata sunt, et ludibrio habuerunt consulentes! K.*

quae nobis in Graeciam — missa sunt!] Ad sententiam loci vid. *Frandsen.* Harusp. p. 37. Ego vero loco interrogandi signorum, quae sunt in Edd., exclamandi signa, ut aptiora, posui. Verba *quae dicta Pompeio* desunt in Cod. M. Mox Codd. Cr. et R. habent *monebatur* pro *movebatur.*

commemorare, nec vero necesse est, tibi praesertim, qui interfuisti. Vides tamen omnia fere contra, ac dicta sint, evenisse. Sed haec hactenus. Nunc ad ostenta veniamus.

25. Multa me consule a me ipso scripta recitasti: multa
54. ante Marsicum bellum a Sisenna collecta attulisti: multa ante Lacedaemoniorum malam pugnam in Leuctris a Callisthene commemorata dixisti. De quibus dicam equidem singulis, quoad videbitur; sed dicendum etiam est

Cod. R. *libet* pro *lubet:* idem mox *tu* pro *tamen,* quod ortum est ex compendio *tn̄,* ut non semel monuimus. *Mr.*

ac dicta sint] Ita Codd. nostri, excepto U., omnes, itemque Oxonn. O. ψ. Edd. Rob. Steph. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Scribitur *sunt* in Codd. S. U. Oxonn. E. U. Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Abest verbum auxiliare ab Edd. Crat. et Herw. In Edd. Boul. Lamb. Goth. et Brut. est *venisse;* sed in marg. Lamb. et Goth. scriptum est: fort. *evenisse. Mr.*

Multa me consule — commemorata dixisti] Lib. I. cap. II, 34, 44. *Dav.*

Multa — recitasti — attulisti:] Cod. R. *Multa — r e v o c a s t i — r e v o c a s t i.* In Cod. L. b. desunt verba *multa ante Mars. — attulisti.* Pro *attulisti* in Cod. Cr. est *tittulasti.* Ed. Crat. in contextis *collectum;* in marg. *collecta. Mr.*

malam pugnam in L e u c t r i s] Supra I. 19. insolentius etiam dixit *oraculum D e l p h i s* pro *oraculum D e l p h i c u m,* quod ideo stare posse monuimus, quia scriptum est *illud oraculum Delphis* (i. e. quod Delphis floruit) *tam celebre fuisse.* Nostro loco dicta est *pugna in Leuctris* pro *Leuctrica pugna* Graeco more, ut τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην. Conf. Xenoph. Hist. Gr. VI. 4. 4. Sophocl. Electr. 1. ἐν Τροίᾳ i. e. *ad Troiam.* Plato Apol. p. 28. ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν de heroibus Graecis. Menexeno p. 242. A. ἐν Τανάγρᾳ, ibiq. Gottleber. ap. Locrsium p. 182. Add. Pindar. Ol. VI. 16. (Boeckh.) Sophocl. Ai. 1000. Reichard. ad Gemist. Plethon. p. 20. Fischer. ad Weller. III. 2. p. 139. Viger. de Idiot. p. 605. Wyttenbach. ad Plutarchi Mor. p. 592. Ad rem cf. supra I. 34. ubi est *paullo ante Leuctricam calamitatem.* Cod. S. habet *suo loco* pro *singulis. Mr.*

Quoad videbitur] Vulgo *quoad* utile *videbitur.* Cum vero mediam vocem repudiarint tam res ipsa, quam MSSti Voss. Paris. Med. Balliol. Reg. Cantab. ac editt. Ven. 1471. Ascens. et Victor., eam nos expungendam duximus. *Dav.*

quoad videbitur;] Delevi *utile,* quod addunt edd. recentiores. At id Cicero in hac forma non solet addere, abestque a MS. Guelf. et aliis itemque Edd. Ven. 1471. Med. Asc. Vict. *Ern.* — Cod. Reg. *q u o d videbitur;* non male. *Lall.* — Vocem *utile* non agnoscunt Codd. Oxonn. et nostri omnes, itemque Edd. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Crat. Herw. Sturm. Ald. Verb. Dav. Ern. Bip. Hott. Sch. Cum Cod. reg. Lallemanni Cod. L. b. habet *q u o d videbitur. Mr.*

Dicendum etiam *est de universis*] Balliol. dat, *dicendum est* primo *de universis.* Non male, si faverent alii Codices. *Dav.*

sed dicendum etiam est] Cod. S. *est etiam.* Quae probatur Davisio lectio cod. Balliol., merito improbabatur Hottingero, ut a glossatore profecta. Pro *dicendum* Cod. R. habet *videndum,* quo nonnunquam utitur noster pro illo, veluti in Verr. Act. II. L. II. 61. 150. *alio loco de*

de universis. Quae est enim ista a diis profecta significatio et quasi denuntiatio calamitatum? quid autem volunt dii immortales, primum ea significantes, quae sine interpretibus non possimus intelligere: deinde ea, quae cavere nequeamus? At hoc ne homines quidem probi faciunt, ut amicis impendentes calamitates praedicant, quas illi effugere nullo modo possint: ut medici,

aratorum animo et iniuriis videro: nostro vero loco incommode poneretur post *videbitur;* praesertim cum *dicendum* bene respondeat verbis *de quibus dicam.* Verba *quae est enim* explicat Hott.: *qualis tibi videtur, aut quid de illa iudicandum existimas? Mr.* — *Enim* ut Graecum *γάρ* h. l. non causam vel rationem reddendam significat, sed excipit quasi ea, de quibus se dicturum promisit Marcus, quasi dicat: *Quaenam est, ut ab hoc exordiar, ista* etc. *K.* — In Cod. R. scribitur *a deis ista profecta.* Mox Cod. W. *denuntio*, sed supra lin. *denuntiatio. Mr.*

Quid *autem* volunt ea *dii*] Sic Pall. omnes et S. Victoris, neque recedit Victorii editio, quam quod ipsa, *ea volunt dii.* lectio vulgaris, *quei autem ea volunt. Gruter.*

quid autem volunt ea dii] Ita Codd. nostri Cr. P. R. L. a. b. W. U. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Grut. Ern. Hott. Sch. Sed *ea volunt* est in Cod. L. c. Edd. Rob. Steph. Sturm. Ald. Sylb. Oliv. In Edd. Boul. Lamb. Goth. Brut. habent *Qui autem ea volunt.* Bip. *ea* post *immortales* posuit, Lamb. pr. *ea* habet post *primum.* Vocem *immortales* omittit Cod. M. In Cod. R. *signantes quae cum interpretibus nec.* Ego autem *ea* reposui post *primum*, cum vago in libris reperiatur loco, et ita dedisse Lambinum in Ed. pr. scriptum sit in marg. Edd. Lambb., quamquam Rathius eam correctionem ut suam coniecturam protulit. Ceterum cum eodem verba *Quid autem volunt* explico: *Quid sibi volunt s. quo consilio significant. Mr.*

Non possimus *intelligere*] Vulgo *possumus;* male: addit enim *ea, quae cavere nequeamus.* Quapropter nos MSStos Paris. et Balliol. secuti sumus, ne *modorum* oriretur confusio. Simili vero ratione contra Genethliacos argumentatur *Sextus Empiricus* adv. Mathem. lib. v. §. 47. *Εἰ μὲν ἐν τοῖς κατ' ἀνάγκην (ποιήσονται τὰς προαγορεύσεις) ἀνωφελεῖς εἰσιν ἐν τῷ βίῳ· τὸ γὰρ κατὰ ἀνάγκην συμβαῖνον οὐκ ἔστιν ἐκκλῖναι —— τότε δ' ἂν χρειώδης ἐτύγχανεν ἡ πρόῤῥησις, εἰ πρὸς τὴν ἔκκλισιν αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἐλάμβανεν. Dav.*

non possimus intelligere] Sic esse legendum, non *possumus*, ut editur vulgo, vel alterum *nequeamus* docet. Sed sic est et in MSS. Guelf. et Balliol. *Ern.* — Rationem Dav. et Ernesti vanam existimabat Hott., lectionem ipsam probabat; subiunctivum enim in re nec certa modo, nec praesenti, sed quae cum conditione ponatur, esse aptiorem merito contendit. Ex nostris libris firmant coniunctivum Codd. L. a. b. c. W. receperunt etiam Verb. Ern. Dav. Bip. Hott. Sch. *Mr.*

ne homines quidem probi] Cod. R. *ne homines qui* (sunt, supra lin.) *probi* (sic). Mox Cr. *impendendentes.* Pro *quas illi* est *quasi illi* in Cod. P., *qui si illi* in Cod. M. Tum R. habet *possint nullo modo* pro *nullo modo possint. Mr.*

Ut medici] Paris. *ut a medici:* Med. et Reg. *aut medici.* Legendum *et medici. Dav.*

ut medici,] Merito improbant Hott. et Rath. Davisii coniecturam *et medici.* Utitur enim noster voce *ut*, si ab universe dictis ad singularia vel exempla redit. Ceterum habent *aut medici* Oxonn. E. U. Edd. Ven. 1494.

stultitia est, earum rerum deos facere effectores, causas
14. rerum non quaerere. Tu vates Boeotios credis Lebadiae vidisse ex gallorum gallinaceorum cantu, victoriam esse Thebanorum, quia galli victi silere solent, canere

illi valde delirant, et simul plane declarant se Latini sermonis esse ignaros atque imperitos. Hic enim ordo, atque haec sententia verborum est: magna stultitia est, Deos facere effectores earum rerum, neque causas quaerere: quas res tum natura, tum casus affert, et in quibus rebus nonnunquam etiam errorem creat similitudo. *Lambinus.*

deos facere effectores.] „i. e., ait Hott., Stultum est, earum rerum deos facere effectores, quae vel natura fiunt, vel casu; interdum etiam modo fieri nobis videntur, quia, similitudine quadam decepti, speciem cum re atque veritate confundimus.“ Post haec Cod. R. habet *et causas.* Cod. S. *effectantes. Mr.*

Quas res — earum rerum deos facere effectores, causas rerum non quaerere.] Est haec negligentia sermonis familiaris, quam nolim cum Hott. et Rathio corrigere: quorum hic *putide*, ille *inconcinne* repetitam vocem *rerum* ait. Sed quis in sermone omnia ad unguem usque expolita desideret? Quam multa vel mutanda vel delenda essent, si hoc velles! Quod nisi is, qui criticam factitat, spectaverit, nae ille saepius scriptorem vexabit, quam librariorum errores corriget! *K.* — Assentio, quod ad sententiam et regulam criticam. Nostro vero loco vocem *rerum* post *causas* non supervacaneam modo esse credo (quod ferrem in sermone familiari), sed ea obscurari etiam nonnihil veram loci sententiam. Quare, quam supra exposui, emendationem praetulerim: in librorum tamen omnium consensu nihil muto. *Mr.*

Tu vates Boeotios] Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. *Tum* pro *tu.* Quod cum Hott. in Ed. Crat. reperisset, coniecit *Tunc.* Non male: quamquam non est necessaria mutatio. In Ed. Ald. male scribitur *Boeotius.* Scriptionem *Lebadiae* ego nonnisi in Cod. L. a. reperi et in Edd. inde a Sturm. Sed *Thebaide* est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Codd. R. C. W. M. S. In Codd. L. b. c. P. est *Thebaidae*, ubi in fine vocis vestigium verae scriptionis servatum vides. Ad v. *Lebadiae* in Copp. Victt. a. adnotatum est: Apud Hephaestionem [p. 44. ed. Gaisford.] Cratini versiculus: *Χαίρετε δαίμονες οἱ Λεβάδειαν Βοιώτιον οὖθαρ ἀρούρης. Mr.*

Quia galli victi silere solent] Vulgo *solerent*, nec aliter Paris. et Cantab. At Balliol. Med. Reg. et Ven. 1471. eam, quam quasi postliminio reduximus, praebent lectionem. Ac merito quidem: non enim olim modo, sed etiam nunc *ἐν μάχῃ ἀλεκτρύων καὶ τῇ πρὸς ἄλλον ἀγωνίᾳ ἡττηθεὶς οὐκ ἂν ᾄσαι· τὸ γάρ τοι φρόνημα αὐτῷ κατέσταλται καὶ μεμείωται καὶ καταδύεταί γε ὑπὸ τῆς αἰδοῦς.* Verba sunt *Aeliani* lib. IV. H. A. c. 29. Ad historiam quod attinet, ita *Plinius* H. N. lib. X. §. 24. *Habent ostenta et praeposteri eorum* (gallorum) *vespertinique cantus. Namque totis noctibus canendo, Boeotiis nobilem illam adversus Lacedaemonios praesagivere victoriam; ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret.* Vide sis et nostrum lib. I. cap. 34. *Dav.*

silere solent] Sic legendum, non *solerent.* Et sic MSS. quidam, etiam Guelf. et Edd. vett. 1471. 1494. Med. Asc. Ald. Vict. etc. *Ern.* Eandem lectionem amplexi sunt etiam Verb. Oliv. Bip. Hott. Sch.; nos reperimus in Codd. P. L. a. b. c. U. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Rathius vero *solerent* servatum vult contra libros plerosque, quia oratio ad vates Boeotios pertineat, non ad Tullii de victis victoribusque gallis opinionem. Quasi vero de Marci opinione sermo sit, neque de observatione et dudum ab aliis instituta

victores. Hoc igitur per gallinas Iuppiter tantae civitati signum dabat? An illae aves, nisi cum vicerint, canere non solent? At tum canebant, nec vicerant. Id enim est, inquies, ostentum. Magnum vero; quasi pisces, non galli cecinerint. Quod autem est tempus, quo illi non cantent, vel nocturnum, vel diurnum? Quod si victores alacritate et quasi laetitia ad canendum excitantur; potuit accidisse alia quoque laetitia, qua ad cantum moverentur. Democritus quidem optimis verbis 27.

et cuique facile obvia. Illud vult: an Thebanorum victoriam esse inde videre potuerunt vates Boeotii, quia galli gallinacei continuo canebant, qui, ut constat, victi silere solent, canere victores? *Mr.*

Per gallinas] Non per *gallinas*, sed per *gallos*. Ergo rescribendum videtur *per gallinaceos:* nam gallinae cantus prodigium censebatur. Vide *Terentium* Phorm. Act. IV. Sc. IV, 27. Interdum tamen gallinas *velut mares cantare* tradit *Columella* III, 5. *Dav.*

per gallinas] Improbat Hott. Davisii coniecturam, cum *gallinas* sine dubio dixerit Cicero, ut genus, non ut sexum significaret. Meyerus vero ait, consulto dixisse Ciceronem *gallinas*, ad pullos Romanorum divinantes respicientem eorumque divinationem irridentem, quod infra apertius etiam facit c. 34. sq. Utcunque se res habet: illud primum contra Davisium fuit monendum, nunquam Ciceronem voce *gallinaceus* ut substantivo uti. *Mr.*

tantae civitati signum dabat] Male *civitatis* est in Codd. Cr. et W. Cod. S. *cantus civitati*. *Mr.* — Imperfectum posuit (*dabat*) respiciens ad I. 34. *assidue canere coepisse*. *K.*

nisi cum vicerint.] Codd. S. R. P. L. a. *vicerunt*. Non male. In seqq. Codd. W. et L. b. *At cum canebant*. S. *ac cum canebant*. *Mr.*

Id enim est, inquies, ostentum. Magnum vero; quasi pisces, non galli cecinerint.] Vocem *est*, omissam ab Ern. et aliis nonnullis, addidi ex Codd. nostris L. c. Cr. M. W. R. P. Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Oliv. Bip. Hott. Sch. Reliqui libri cum Ern. faciunt, nisi quod Cod. R. habet: *Id enim est, inquies, ostentum magnum: quasi pisces non galli cecinerunt;* omisso *vero;* in Ed. Asc. 1. est *Id enim inquies ostentum magnum verum quasi* etc.; in Ed. Asc. 2. *id enim inquies ostentum magnum: quasi vero* etc.; in Edd. Crat. et Herw. *id enim est, inquies, ostentum magnum: quasi vero* etc. In seqq. omittit Cod. R. *est* post *Quod autem:* in Cod. W. est *quo si* pro *quod si:* in Cod. L. a. deest *et* post *alacritate*. Sch. distinxit post *laetitia*, quam distinctionem servavit ex Ed. Ern., deleta antecedente post *alacritate*. Mox Cod. R. *potuit alia accidisse laetitia*, ordine inverso, et omisso *quoque*. *Mr.*

laetitia, qua — moverentur] Coniunctivus ponitur post *qua*, quia, ut saepius, dicitur pro *quae fortasse talis erat, ut ea* etc. *Mr.*

Optumis verbis] *D. Lambinus* reponendum coniicit *versibus:* at non est cur hoc in loco MSStorum fides habeatur suspecta. Pariter enim *optimis verbis ab Epicuro de laudibus amicitiae dicta* memorat lib. II. de Fin. cap. 26. *Dav.*

optimis verbis] Explicat Hott. *ratione satis probabili*. In Cod. R. est *opportunis verbis:* quod est interpretis haud inepti. *Mr.* Mihi *optimis verbis* idem esse videtur, quod *optime*, quamquam paullo insolentius dictum. *K.*

causam explicat, cur ante lucem galli canant. Depulso enim de pectore et in omne corpus diviso et mitificato cibo, cantus edere, quiete satiatos: qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, *favent faucibus russis cantu,*

Ante lucem galli canant] Reg. *canent:* Paris. autem, Med. et Balliol. *cantant.* Forsan leg. *cantent,* ut habet Ven. 1471. *Plautus* Mil. Glor. Act. III. Sc. I, 96.

Verum priusquam galli cantent, *quae me somno suscitet.*

Vide sis et *Ambrosium* in Hexaëm. lib. V. §. 88, 89, 90. Sed perinde est. *Dav.*

cur ante lucem galli canant.] i. e. *canere soleant.* Neque necessarium est legere cum Dav. *cantent,* quamquam ita est etiam in Cod. Oxon. U. et nostris R. L. b. S. *Cantant* autem est in Codd. W. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Mr.*

In omne corpus diviso] Rursus impingit *Lambinus*, cum, repudiata omnium MSStorum lectione, rescribat *didito. Livius* lib. II. cap. 32. *Reddentem in omnes partes hunc — divisum pariter in venas, maturum confecto cibo, sanguinem. Apuleius* de Habit. Doct. Platon. pag. 593. *Cum id, quod insertur ad totius corporis conservationem, velut singillatim exaequatum, cunctis partibus* dividitur. Eundem errorem errat vir ille doctissimus ad lib. II. N. D. cap. 54. ubi vide quae diximus. *Dav.*

in omne corpus diviso] Quod narrant Dav. et Verb., Lambinum coniecisse *didito*, id verum non est. Falluntur enim et hi et alii saepissime, coniecturas, quae in marg. Edd. Lambb. (neque vero Lamb. pr., quae sola habet contextum Lambinianum, prodiitque 1566. f. m.) adscripta voce *fortasse* leguntur, omnes esse Lambini, cum sint pleraeque virorum doctorum, qui mortuo Lambino 1572., eiectis e contextu lectionibus Lambinianis, eas cum suis in marginem coniecerunt. Non autem facile crediderim, Lambinum obtrudere voluisse huic loco verbum, quod plane non est Ciceronianum. *Mr.*

Mitificato *cibo*] Est a Victorianis, cui succurrunt ultro Pal. pr. ac secunam tert. et quart. *modificato,* quomodo aliae editiones; inepte. *Grut.*

Mitificato *cibo*] Concocto, digesto. Vide *Petr. Victorium* ad lib. I. c. 51. Omnes nostri, *modificato cibo:* sic et plerique MSSti nec non typis impressi Codices. *Dav.*

mitificato cibo] Hottingero non placet *mitificato,* cum non sit i. q. *concocto,* ut explicabat Victorius; sed *mitigare* (vel *mitificare*) sit de N. D. II. 60. i. q. alimenta cruda et acerba non modo molliora, sed et ad gustum reddere suaviora, neque vero in succum convertere, quod ipsum est *concoquere.* Coniecit igitur *mollificato,* sed dubitanter, cum sola auctoritate nitatur Pseudo-Macri [IV. 14. 2. *escis illius quia venter mollificatur.*] Placebat ei etiam *confecto,* ex Cic. de N. D. II. 59; nisi a librorum scriptione nimium recederet. Sed servari potest *mitificato,* cum in ipso verbo nihil insit, quod impediat, quo minus de immutatione cibi in χυλὸν intelligatur. Est vero *mitificato* in Codd. nostris M. W. Cr. P. L. a. c. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. (ergo iam ante Vict.) Sturm. Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Dav. Oliv. Bip. Hott. Sch. In Cod. R. est *mondificato;* in Cod. S. *mortificato;* in rell. *modificato.* Pergit Cod. P. *cantu sedere quieto satiatos. Mr.*

silentio noctis] Fortasse haec verba etiam sunt pars loci Enniani, cum redoleant poesin, et *silentia noctis* dixerint Lucret. IV. 462. Ovid. Metam. VII. 184. Quod supra ait *depulso enim — cibo* admonet loci similis de N. D. II. 54. 135. *depulsum et quasi detrusum cibum accepit stomachus:* quo loco cum Heind. pro *depulsum* coniecisset *depressum,* debebat deterreri ab eo conatu hoc nostro loco. *Mr.*

Favent faucibus russis; cantu plausuque premunt alas] Sic edidit *Colinaeus* anno MDXLV. neque posteo-

ad lic. h. n. 21

plausuque premunt alas. Cum igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte, quid in mentem venit Calli-

riores ullae Editiones, quas quidem viderim, aliter habent, paucis admodum exceptis, ut Lugdunensi quadam, et praeterea altera. Et tamen noster *ἀλάζων* praedicat se ita edidisse, *Manucii* et *Victorii* auctoritatem secutum. Atqui nonne tibi multi anteverterunt, homo omnium, qui unquam nati sunt, iniustissime atque impudentissime? nonne Ego septem abhinc annos ita edidi? Cur tu ab aliis occupata tibi vindicas? cur, quae ab aliis inventa sunt, compilas? cur, quae ab aliis scripta sunt, odiose iteras, et miseras chartas male perdis, et lectorum otio abuteris, ut aliquid sapere videaris? Sed me reprimam, et integrum ad aliud tempus servabo. Est autem *russus color*, rubro finitimus. Hinc *russata factio. Lamb.*

Favent faucibus russis cantu] Est a Victoriana aliisque editt. solummodo distinctio est a Gulielmio. nam, *favent faucibus : russis cantu* etc. Victorius. *favent cantibus russis: cantu*, P. Manutius, Lambinus, Brutus, minus recte. nam *favere cantu*, est *canere:* ut *favere linguis*, ominati verbis bene; non tacere, ut vult P. Marsus. Haec Gulielmius. *Grut.*

Favent faucibus russis : cantu plausuque premunt alas] Sic recte distinguit MS. Balliol. Vulgo *favent faucibus russis cantu;* ut *favere cantu* sit *canere*, quemadmodum volunt *Hadr. Turnebus* Advers. v, 19. et *Ianus Gulielmius*. Sed hoc, quod cum bona doctissimorum virorum venia sit dictum, prorsus experientiae repugnat: nam gallos intempesta nocte per omnes tantum non anni partes *tacere* norunt omnes, et vult *Ennius*. Vide *Plinium* H. N. lib. x. §. 24. *Favere faucibus*, ut *favere linguis* aut *vocibus*, silere denotat. Vide *Senecam* de Vita Beat. cap. XXVI. et *Servium* ad Aen. V, 71. *Dav.*

Favent faucibus: rursus cantu] Haec scriptura est Edd. vett. Ven. 1494. Herw. Cam. Sturm. et Lambb. [itemque Codd. R. M. P. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Car. Steph. Boul. Brut.] Sensus est: concubia nocte silent, tum rursus favent cantui, seu canunt, plausuque premunt alas. *Rath.* — Dav. in Ed. pr. ad suam annotationem haec addiderat: „si, sede vocis unius mutata, legas:

— — — — — — *Favent*
Faucibu' russis: cantu plausuque
alas premunt:

metrum erit iambicum.“ Egregium scilicet. Hott. cum Davisio *Favere faucibus* explicat *silere:* deinde ait, vocem *cantu* iungendam esse cum *favent faucibus russis*, ut sit *favent faucibus a cantu* vel *quod ad cantum.* Pro *russis* autem legi volebat *raucis* vel *ravis*, probante Schützio; „quid enim, ait, color ad cantum?“ Ita vero non est in epithetis litigandum cum poeta: quod si velis talibus interrogatiunculis agere cum poetis epicis, innumera essent corrigenda Homeri et Virgilii loca. Tuentur autem scriptionem *russis* Codd. L. a. b. c. W. Cr. Edd. Rob. Steph. Ald. Sylb. Grut. et recc. Contra Hottingerum et Davisium Meyerus (qui vertit *klingt ihr Gesang aus rothen Kehlen, und ihr wack'rer Flügelschlag:*) monet, *faucibus favere* non esse i. q. *silere*, eamque significationem ne in verbis quidem *favere linguis* simpliciter inesse. Posse contrarium potius significari verbis *favere faucibus*, ut vel *cantu* sit dativus antiquus, vel ut ablativus cum *plausu* iungatur. Dixisse autem supra Marcum: *Quod est autem tempus, quo illi non cantent, vel nocturnum, vel diurnum*, et mox *cum igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte;* nimirum: ut, quod est in versu Ennii, noctu non minus, quam interdiu cantet. Scribitur autem *cantus* pro *cantu* in Codd. W. et L. c.; prior pergit *lausuque*. Cod. U. pro *alas* habet *alias*. Ego conieci aliquando *tremunt alis. Mr.*

Favent faucibus russis cantu plausuque premunt alas] Locus est expli-

stheni dicere, deos gallis signum dedisse cantandi, cum
b. id vel natura vel casus efficere potuisset?
27. Sanguinem pluisse senatui nuntiatum est: atratum
58. etiam fluvium fluxisse sanguine: deorum sudasse simu-

catu difficilior. Videtur inesse sententia *cantant plauduntque alis.* Durius vero Hott. explicat *favent faucibus a cantu* i. e. *quod attinet ad cantum.* Melius videtur ita intelligi *faucibus russis*, ut dicas esse ablativos, quos dicunt, qualitatis, ut *galli faucibus russis* sint *galli, qui habent fauces russas.* Neque igitur cum Hottingero *raucis* vel *ravis* est emendandum; neque locus cum Davisio de silentio est intelligendus. Hoc quidem patet ex totius orationis serie. Causam explicat, *cur ante lucem galli canant;* canunt ergo silentio noctis. *K.*

Deos gallis signum dedisse cantandi] Quid ad rem faciat, *Deos gallis signum cantandi dedisse,* nescio. Si *Deos gallorum cantu signum dedisse* dixerat *Cicero;* non haereremus, nec ullus esset dubitandi locus, quin recte dixisset. Modo mihi meam proferre suspicionem liceat; reponendum crediderim *Deos gallis signum dedisse* CANTANTIBUS. *Dav.*

deos gallis signum dedisse cantandi] Priore editione Dav. deletam volebat vocem *cantandi,* ut *gallis* sit ablativus instrumenti. Ad quae Wopkensius, At vero, ait, omnino ad rem facit, deos gallis signum cantandi dedisse: id enim agit Cicero, ut nihil boni aut mali ex gallorum cantu praesagiri posse ostendat, quoniam ille his animalibus naturalis est, et a naturalibus plane causis pendet. Hinc vanitatem sententiae Callisthenis deducit, qui putabat, extra ipsos gallos divinitus signum quodpiam exstare, quod cum vidissent, incitari eos ad cantum. Recentiorem autem Davisii coniecturam commode ita refutat Hott. ut dicat, hoc velle Marcum: minime necesse esse, ut ille gallorum cantus referatur ad signum aliquod i. e. iussum s. instinctum divinum, cum vel a natura horum animalium per se canora, vel a casu potuerit proficisci. *Mr.*

cum id vel natura vel casus efficere potuisset?] In antecedentibus Codd. W. P. habent *Gallisthem:* hoc loco Cod. R. *idem* pro *id.* Cod. M. omittit *vel* ante *natura. Mr.*— Pro *potuisset* Hott. scribi volebat *potuerit,* cum rem ipsam haud in dubium vocet, sed de causa modo ambigat. Sed bene Rathius contra eum monet, *potuisset* respicere ad tempus historiolae, quam Callisthenes ad rem confirmandam narraverat. Ita Plato utitur Imperfecto pro Praesente, cuius usus monstravit exempla Buttmannus in indice ad quatuor, quos post Gedikium et Biesterum edidit, dialogos. *K.*

Sanguinem pluisse] Edd. vett. *sanguine pluisse,* ut apud Livium aliosque. *Rath.* Habent *sanguine* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Cod. U. Liv. XXIV. 10. 7. *Romae in foro boario sanguine pluisse;* ubi vid. interprr. Ed. Drakenb, T. VII. p. 655. ed. Stuttg. Conf. XXII. 1. 8. p. 15. *Mr.*

Atratum etiam fluvium] Hoc demum loco expergiscitur Ph. Cluverius, et notat in Ital. Antiq. II. 12., Ciceronem scripsisse *Aternum,* patere ex Livio atque Obsequente. At nunc respondetur eis, quae Lib. I. c. 43. disputaverat Quintus, ubi etiam nominabatur *fluvius atratus sanguine,* et primo debuerat tractari. Reliqua Cluverii incertissima. Praeterquam enim, quod in Piceno et alius fuisse fluvius significatus ab Obsequente potuerit, et in Livio plane nihil agat, non in Cicerone declaratur unum speciale prodigium, et semel factum, sed genus prodigii, quod saepius contigit, ut sunt etiam alia duo, quibus hoc adiungitur. *Gronov.*

Atratum *etiam fluvium fluxisse sanguine*] Nihil agit *Phil. Cluverius,* qui

lacra. Num censes his nuntiis Thalen, aut Anaxagoram, aut quemquam physicum crediturum fuisse? nec enim sanguis nec sudor, nisi e corpore est. Sed et decoloratio quaedam ex aliqua contagione terrena maxime potest sanguini similis esse, et humor allapsus extrin-

Ital. Ant. lib. II. cap. XII. pag. 752. legit *Aternum etiam fluvium:* nam noster lib. I. cap. 43. ait, *quid quod fluvius* Atratus *sanguine fluxit?* Ii certe, quos sententiae suae fideiussores laudat vir doctissimus, negotium haud conficiunt: nam *Livius* lib. XXIV. cap. 44. tradit *flumen Amiterni* (non *Aternum*) *cruentum fluxisse.* Nec huiusce portenti meminit *Iulius Obsequens,* sed *Conr. Lycosthenes* in additamentis ad *Obsequentem* cap. 30. Is autem sua, prout videtur, hausit ex *Orosii* lib. IV. cap. 12. *Namque,* inquit, *in Piceno flumine sanguis effluxit.* At in Piceno multi erant, praeter Aternum, fluvii. Non igitur recepta moveatur lectio; sed *Atratus* habeatur ignobilis fluvius, qui vel exaruit, vel cuius hodie situm nescimus. *Dav.*

atratum etiam fluvium fluxisse sanguine:] Ad lectionem et ad rem v., quae supra annotavimus ad I. 43. Cod. R. habet *aratum.* Vocem *etiam* non habent Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. In Cod. W. post *fluxisse* tota linea erasa est, et in rasura scriptum: *sanguine: sanguinem deorum sudasse simulacra:* cuius lectionis vestigia sunt etiam in Codd. Cr. U. L. b. Ed. Asc. 1. Supra I. 44. est *et deorum simulacra sudavisse et sanguinem fluxisse:* ubi cum frustra quaeras, undenam fluxerit sanguis, possis suspicari, nostro loco veram esse Codicis W. scriptionem, et L. I. c. 43. legendum esse: *et deorum simulacra sudavisse indeque sanguinem fluxisse.* Ita apud Liv. XXI. 1. narratur *et scuta duo sanguine sudasse. Mr.*

Num censes] Cod. R. habet *Non credis iis taletem aut* etc. P. *nunc censes his nuptiis Thalen:* quae scriptio inepta orta est fortasse ex scriptione non inepta, quam habet Cod. S. *his ineptiis,* neque tamen probandâ. De scriptione *Thalen* supra monuimus ad I. 49. 111. Scripsit etiam Dav. *Anaxagoran,* de qua scriptione poetis frequente, rariore apud solutae orationis scriptores, v. K. L. Schneider. Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 32. *Mr.* Quod h. l. dicit *num censes — crediturum fuisse,* eadem constructione utitur infra II. 68. *An tu censes, ullam anum tam deliram futuram fuisse. Cr.*

nisi e corpore est] Vocem *est* omittunt Codd. S. W. et L. a. Pro *nisi e* Cod. R. habet *sine.* Ad *corpore* recte subaudiebat Hott. *animali:* quod faciendum esse iam monuit Gesnerus in Chrestomath. Ciceron. p. 505. Idem monet vocem *decoloratio* respondere Graecae ἀνάχρωσις. Ern. in Clav. Cic. dictum esse ait pro *coloratione.* Ceterum illa vox alibi non reperitur. *Mr.*

Sanguinis *similis*] Pall. quatuor et S. Victoris, *sanguini,* nihilo peius. *Gruter.*

Sanguini *similis*] Vulgo *sanguinis similis,* contra quam iubent *Gruteriani* nostrique MSSti. *Dav.*

sanguini similis] Ita scripsi cum Dav. Hott. et Sch. ex Codd. nostris Cr. W. M. R. P. Mira est Schützii notula, dicentis, vulgo scribi *similis.* Cod. W. pro *humor* habet *umor.* Pro *tectoriis* Cod. R. *temptoriis,* idem pergit *haustro videmus. Mr. Austro* dixit, ut Caesar *vento,* pro eo tempore, quo erat ventus. *K.* — Similiter dixit noster Philippic. VIII. 1. *tumultu* (i. e. tumultus tempore) *non valent vacationes.* Ad sententiam vid. *Heynii* Opuscc. Academm. III. p. 272. 257. 266: ibiq. *Blumenbach.* ibi enim sunt binae Comm. inscriptae. *Historiae naturalis fragmenta ex ostentis, prodigiis et monstris* p. 198 — 215. et p. 255 — 274. *Mr.*

secus, ut in tectoriis videmus austro, sudorem videtur imitari. Atque haec in bello plura et maiora videntur timentibus: eadem non tam animadvertuntur in pace. Accedit illud etiam, quod in metu et periculo cum cre-
59. duntur facilius, tum finguntur impunius. Nos autem ita leves atque inconsiderati sumus, ut, si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum pute-

In tectoriis videmus Austro] *Auster* scilicet, humidus est ventus, Notus ἀπὸ τῆς νοτίδος appellatus. *Statius* Thebaid. I, 160.

—Madidique *tepentes*
Igne Noti.

Videatur *Nonius* in Austrum. *Dav.*

Sudorem videtur *imitari*] Vulgo deest vox media, quam nos ex Paris. Med. Reg. Cantab. Ven. 1471. Ascens. et Victor. mutuam sumsimus. *Dav.*

sudorem videtur imitari] Eiecerunt *videtur*, a Davisio reductum, Ern. Verb. Oliv. Bip. Hott. Sch. idemque faciendum censebat Rathius: nimirum, ut ex superioribus assumamus *potest*. Quasi vero ille humor *possit* sudorem imitari, ut *potest* decoloratio quaedam ex aliqua contagione terrena sanguini similis esse! Imo vero *videtur* imitari sudorem i. e. consimilis est sudori. Quare obtemperavimus Codd. nostris Cr. M. W. P. U. L. b. c. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph., in quibus omnibus est *videtur*. *Mr.*

Atque haec in bello] Cod. U. et Ed. Asc. 1. *hoc* pro *haec*. Cod. S. *canentibus* pro *timentibus*. In seqq. Cod. R. *accidit* pro *accedit*. Idem Cod. R. habet *et in periculo cum traduntur facilius*. Cod. L. b. *quidem* pro *quod*. Cod. S. *etiam in metu*, omisso *quod*. Idem mox *et creduntur — tamen finguntur*. Post *periculo* Schützius contra omnium librorum auctoritatem scripsit *tum* pro *cum*. Pro *impunius* Cod. R. exhibet *in peius*. *Mr.*

Quod in metu et periculo] Id animum advertit *Claudianus* Bell. Get. vs. 227.

Utque est ingenioque loquax, et plurima fingi
Permittens credique timor; tum somnia vulgo
Narrari; tum monstra Deûm, monitusque sinistri:

quod late diducit elegantissimus Poëta. *Statius* de Pavore Thebaid. lib. VII, 112.

— *Bonus omnia credi*
Auctor, et horrificis lymphare incursibus urbes.
Si geminos soles ruituraque suadeat astra,
Aut nutare solum, aut veteres descendere silvas,
Ah miseri vidisse putent —

Idem plus vice simplici monuit *Livius*, et rem ita se habere quotidiana docet experientia. *Dav.*

leves atque inconsiderati] Vocem *leves* omittit Cod. R. Idem cum Codd. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *inconsiderantes*, quod est interpretis vel correctoris, qui nostram scriptionem obliteraret, quia fortasse *inconsiderati* passivum esse existimabat. Sed Edd. Crat. et Herw. meliorem lectionem habent in varr. lectt. Mox Codd. S. R. habent *aliquid eorum, quorum opus est hoc unum*. *Mr.* — Ad verba *quorum est opus hoc unum* v. quae monet Ruddimannus in Institutt. Gramm. Lat. II. p. 67. not. 59. *Cr.* — Post *putemus* cum Dav. et Bip. interrogandi signum posui, quod item fecit Meyerus in vers. Germ. Interrogat enim urbane, ne dicat: *Levium autem hominum est et inconsideratorum* etc., neque vero ita urbanus est Marcus, ut se ipsum in huius levitatis et inconsiderantiae societatem inserat. *Mr.*

mus? Ante vero Marsicum bellum, quod clypeos Lanuvii, ut a te est dictum, mures rosissent, maximum id portentum haruspices esse dixerunt. Quasi vero quicquam intersit, mures, diem noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Nam si ista sequimur, quod Platonis Politiam nuper apud me mures corroserunt,

Ante vero Marsicum bellum] Cod. R. *Ante vero bellum Marsicum.* Idem *clypeos Lavinii. Mr.* — Supra I. 44. dixit Quintus *initio belli*, non *ante bellum.* Sed haec facile possunt conciliari inter se, si reputes, factum esse hoc, cum fieret praeparatio vel comparatio belli, quae re vera etiam *initium belli* dici potest. *K.* — Tenendum autem, bellum *Marsicum* idem esse, quod alibi dicitur *sociale* et *Italicum.* Conf. Flor. III. 18. *Car. Sigonii* Commentar. in Fastos et Triumph. Rom. p. 467 — 471. ed. Henr. Steph. 1568. 8. *Mr.*

Ut a te dictum est, mures rosissent] *Victorius* edidit *mures nocte essent.* At renituntur MSSti. Supra lib. I. cap. 44. *Lanuvii clypeos, quod haruspicibus tristissimum visum est, a muribus esse derosos. Plinius* H. N. lib. VIII. §. 82. *Mures, arrosis Lanuvii clypeis argenteis, Marsicum portendere bellum. Dav.*

ut a te est dictum] Dav. edidit *ut a te dictum est;* quem ordinem habent etiam Codd. S. P. et L. b. Reliqui omnes vulgatum servant. Pro *mures rosissent* Codd. Cr. L. c. (hic ex corr.) *mures nocte rosissent.* Cod. P. *mures possent.* Cod. M. *mures rodere possent.* Co. Vi. b. Edd. Sturm. et Rob. Steph. *mures nocte essent. Mr.*

Quasi vero etc.] Cod. R. *quin vero.* Pro *diem noctem* Cod. S. *diem noctemque;* Cod. R. habet *diem ac noctem,* et ita Edd. Asc. 2. Crat. Herw. et *Gesn.* in Thes. L. L. qui tamen in Chrest. Cicer. p. 504. edidit, ut nos cum Rob. Steph. Grut. Ern. Oliv. Bip. Hott. Dav. Sch. ex Codd. nostris praeter R. omnibus. Scribitur *diem et noctem* in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Apud Corn. Nep. Datam. 4, 4. ubi est *dies noctesque iter faciens,* duo Codd. habent *dies noctes iter faciens.* Sequitur in Codd. R. L. b. U. Ed. Asc. 1. *aliquid rodant* (L. b. *rodent.* R. *rodeant*): *quorum est opus: an cribra corroserint.* S. *an cribra roserint. Mr.*

Scuta an cribra corroserint] *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VII. pag. 842. *Τί δὲ καὶ θαυμαστὸν, εἰ ὁ μῦς, φησὶν ὁ Βίων, τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν ὅ, τι φάγῃ· τοῦτο γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ, ὥςπερ Ἀρκεσίλαος παίζων ἐνεχείρει, τὸν μῦν ὁ θύλαξ κατέφαγεν.* Adi sis et *Theodoretum* Therap. VI. pag. 88. *Augustinus* de Doct. Christ. lib. II. cap. XX. §. 31. *Illud eleganter dictum est Catonis, qui, cum esset consultus a quodam, qui sibi a soricibus erosas caligas diceret, respondit, non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse, si sorices a caligis roderentur. Davies.*

Platonis Politiam] Dedit Dav. *Politian.* Sed haec forma accusativi nonnisi apud poetas et in nominibus propriis Graecis reperitur. V. K. L. *Schneider. Lat. Gramm.* II. *Formenl.* I. p. 31. In Cod. S. est *politicum:* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *Politica.* Sed Crat. et Herw. in varr. lectt. *Politiam. Mr.*

mures corroserunt,] Sic, vel *corroserant,* legendum, non *corroserint,* ut habent vulgati. At illud habent MS. Guelf. et Edd. vett. *Ern.* Recepi Ernestinam correctionem cum Hott. Bip. et Sch., quam exhibent Codd. nostri W. L. a. b. c. Cr. U. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Cod. R. *apud me nuper. Mr.*

buchler 514 ...

de re publica debui pertimescere: aut, si Epicuri de Voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore.

28. 60. An vero illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude aut ex homine nata dicuntur? quorum omnium, ne sim longior, una ratio est. Quicquid enim oritur, qualecumque est, causam habeat a natura necesse est; ut, etiamsi praeter consuetudinem exstiterit, praeter naturam tamen non possit exsistere. Causam igitur investigato in re nova atque admirabili, si poteris.

aut, si Epicuri] Cod. Oxonn. E. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et noster Cod. U. habent *At si Epicuri:* merito improbantibus Rathio ad h. l. et Goerenzio ad Cic. de Legg. I. 14. 40. Quaenam enim hic est oppositio? *Mr.*

Liber corrosus] Vulgo *rosus*, contra MSStorum fidem. *Dav.*

corrosus esset,] Quod ait Dav. scribi vulgo *rosus* contra MSStorum fidem, repetitque, nullo plane libro inspecto, Hottingerus, id verum non est. Legitur *rosus* in Codd. S. W. L. a. b. c. P. Ego tamen ex reliquis et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Verb. Oliv. Bip. compositum praetuli. *Mr.*

putarem] Pro *putarem*, ait Rath., malim *putare,* ita ut referatur ad *debui,* cui *putarem* non respondet; nisi forte quis putat, omissum esse h. l. *necesse fuit, ut..* Si voluit Rathius Ellipsin esse, durissima certe est. Sed durum est item, *putarem* dictum statuere pro *putare debui*. *K.* Non quidem displicet *putare;* sed in omnium librorum consensu nihil audeo. Ceterum non intelligendum erit *putare debui,* sed *putare deberem*. *Debui* locum haberet, si de re, quae facta est, loqueretur, scripsissetque *cum — corrosus esset*. Alia autem nostri loci est ratio, quam eorum, de quibus loquitur *Stallbaum.* ad *Reddimann.* T. II. p. 381., ubi post *si* cum plusquamperf. coniunctivi sequitur imperfectum coniunctivi pro plusquamperfecto. *Mr.*

An vero illa nos terrent,] Cod. R. *at vero;* mox idem omittit *id;* tum cum Codd. U. L. b. exhibet *portentuosa:* imitantur nimirum formam *monstruosus,* quae est infra 32, 69. ubi *simia* dicitur *monstruosissima bestia.* Quod in Cod. R. pro *homine* scribitur *hinc*, ortum est ex compendio *hie.* Vocem *nata* omittit Cod. M. Cod. S. *dicantur* pro *dicuntur:* idem *oratio* pro *ratio*. *Mr.*

Quicquid enim oritur] Codd. S. P. U. *moritur* pro *oritur:* cuius erroris causa manifesta est. Sequitur in Cod. R. *qualemcunque causam habeat.* De constructione *qualecunque est* vid. Ochsner. ad Olivet. Ecl. Ciceron. p. 29. In seqq. Cod. R. *iam si* pro *etiamsi.* M. pro *extiterit* habet *aliquid acciderit,* quod est *interpretis.* U. *praeter cum* in margine habet, cum asterisco ad verba contextus relegante, quae scripta sunt *etiamsi conschwetudinem;* unde agnoscis patriam scribae, qui fuit Biberacensis. In proximis Cod. R. omittit *tamen;* L. b. *in* ante *re.* Cod. U. et Ed. Asc. 1. habent *mirabili,* omisso, quod sequitur, *si.* Scribitur etiam *mirabili* in Ed. Asc. 2. *Mr.*

Investigato — *si* potes] Edit. Victorii, *si poteris,* neque secus Pal. pr. ac sec. nam tert. et quart. *investigare — si poteris*. *Grut.*

Si poteris] Sic MSSti; non *potes,* ut vulgo. *Dav.*

investigato — si poteris] Ita Codd. L. b. c. Cr. W. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Ald. Olivet. *Dav.*

Si nullam reperies, illud tamen exploratum habeto, nihil p. 121.
fieri potuisse sine causa; eumque terrorem, quem tibi a.
rei novitas attulerit, naturae ratione depellito. Ita te nec terrae fremitus, nec caeli discessus, nec lapideus aut sanguineus imber, nec traiectio stellae, nec faces visae terrebunt. Quorum omnium causas si a Chrysippo 61.

Hott. Rathius ex Ed. Ven. 1494. enotavit *investigare in re nova atque mirabili poteris:* et plane ita Cod. U. et Ed. Asc. 1. Constructionis *si poteris — Si nullam* etc. rationem et exempla vid. apud *Ramshorn.* Gr. Lat. §. 190. p. 590. sq. Mox Cod. L. b. exhibet *habeo* pro *habeto.* Cod. S. *nihil potuisse fieri. Mr.*

Eumque terrorem] Sic legendum esse et duo libri veteres, et ratio pervincunt; non, ut vulgo, *errorem. Lambinus.*

Eumque errorem] Sic omnes nostri, Lambinus tamen adfirmat, duos suorum codd. habere *terrorem*; non probo; et improbant istud statim sequentia. *Gruter.*

Eumque terrorem] Vulgo *errorem;* nec aliter nostri Codices: sed audiendus est *Lambinus*, licet *Ianus Gruterus* suo more contra nitatur. Certe multum abest, ut illam διόρθωσιν *improbent* sequentia: clare potius firmant et stabiliunt. *Ita te*, subiicit noster, *nec terrae fremitus — nec traiectio stellae, nec faces visae* TERREBUNT. Et paullo ante: *An vero illa nos* TERRENT, *si quando aliqua portentosa —— dicuntur.* Haec loca, nisi fallor *terrorem* veram esse lectionem demonstrant. *Dav.*

eumque terrorem] Ita dedi cum Dav. Lall. Hott. Sch. cui lectioni accedit nunc auctoritas Codicis nostri M. eamque iam probabant Brut. et Sylburg. Commode vero advocat Hott. locum Lucretii I. 147. sqq.

Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque necesse 'st
Non radii solis, nec lucida tela diei
Discutiant, sed naturae species ratioque.

Ubi vid. interprr. *Lambinum* p. 20. coll. p. 3. (Ed. Paris. 1563. 4.) *Fayum* p. 16. (Ed. Paris. 1680. 4.) *Creechium* p. 11. Cod. S. omittit *rei. Mr.*

Naturae ratione depellito] Physiologia, quam *naturae rationem* vocavit lib. I. c. 41. *Dav.*

naturae ratione] quam nos dicimus physicam. *Ratio* est i. q. scientia. Ita mox *naturalem rationem reddere. K.* — Iunxit *rationem* et *scientiam* in Bruto 74. 258. Vid. etiam locum Lucretii, quem modo laudavimus. *Mr.*

Ita te nec terrae fremitus] Cod. R. omittit *te.* Cod. W. habet *ita teneo: terrae fremitus.* Cod. U. *ita te nec terreret fremitus.* Ed. Asc. 1. *ita te nec terrebit fremitus.* Dixit noster *terrae fremitus* supra quoque I. 18, ubi additur *mugitus* et *motus.* Apud Iul. Obseq. c. 113. est *Faesulis fremitus terrae auditus.* Quod nostro loco dicitur *caeli discessus;* apud eundem Iul. Obseq. 112. est *Caelum visum discedere*, ubi vid. interprr. p. 172 et 174. Ed. *Kapp.* p. 151. et 153. Ed. *Oudendorp.* Denique quod h. l. est *traiectio stellae*, I. 1. noster dixit: *traiectiones motusque stellarum:* Seneca Quaest. Nat. II. 14. *stellas transvolantes. Mr.*

lapideus aut sanguineus imber] Singulariter dictum. similiter tamen infra c. 30. *draco lapideus factus. K.* Ita dicitur *Niobe lapidea* pro *in lapidem conversa*, Tusc. III. 26. 63. Sed cum nostro plane loco convenit Liv. XXX. 38. 8. *Cumis — pluit lapideo imbri.* Apud Silium Ital. XIII. 181. in descriptione pugnae dicitur *Tunc saxeus imber ingruit.* Supra I. 43. 98. Quintus simplicius dixit: *lapidum, sanguinis — imber defluxit.* Cod. R. pro *aut* habet *nec. Mr.*

Quorum *omnium causas*] Vulgo *quarum omnium*, quod tam Latinitate,

quaeram, ipse ille divinationis auctor numquam illa dicet facta fortuito, naturalemque rationem omnium reddet. Nihil enim fieri sine causa potest: nec quicquam fit, quod fieri non potest. Nec, si id factum est, quod potuit fieri, portentum debet videri. Nulla igitur portenta sunt. Nam si, quod raro fit, id portentum putandum est; sapientem esse portentum est. Saepius enim mulam peperisse arbitror, quam sapientem fuisse. Illa igitur ratio concluditur, nec id, quod non potuerit

quam MSto Balliol. flagitante, mutavimus. *Dav.*

Quorum omnium causas — rationem omnium reddet.] „Non placet *omnium* priore loco, et nonnisi posteriore recte positum videtur. Malim igitur *Quorum ominum causas*, quamquam non de *ominibus* proprie sic dictis sermo est. De solenni harum vocum permutatione vid. Heynium ad Virg. Aen. II. 178. 182.“ Haec dudum scripsi, antequam horum librorum edendorum consilium cepissem: nunc nihil moveo, quamquam illius suspicionis nondum plane poenitet. Laudat nostrum locum, aliis praeterea adhibitis, *Baguet.* de Chrysippo p. 227. Est autem *quorum* (non *quarum*) in Codd. Oxonn., nostris L. a. Cr. (a pr. m., sed *a* superscriptum est) M. Edd. Ern. Bip. Oliv. Hott. Sch. Refert Rath. eandem lectionem habere iam Aldum nepotem. Quod autem narrat Hotting., *quorum* esse in Ed. Crat., ibi oculus eius aberravit ad antecedentia: *Quorum omnium, ne sim longior* etc. *Mr.*

Chrysippo quaeram] Est a Pal. pr. et sec. item Victoriana et Aldina recente. vulgata *quaeras*. *Gruter.*

quaeram] Cod. R. *quaereret*. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed duae posteriores in varr. lectt. *quaeras*) habent *quaererem*. *Quaeram* exhibent Codd. nostri L. a. c. Cr. M. W. P. Edd. Rob. Steph. Ald. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Dav. Sch. In rell. est *quaeras*. *Mr.*

numquam — naturalemque] Monet Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 5. 17. p. 140. *que* h. l. post negationem esse i. q. *sed* vel *immo potius:* laudatque praeterea Cat. Mai. 6, 16. *Nihil igitur afferunt, qui — negant, similesque sunt* etc. Pro *fortuito* est *fortuitu* in Cod. R. Quam vocis scriptionem servarunt apud nostrum de Offic. I. 29. Heusingeri, Schützius, Gernhard. Beier. et Olshausen., quos vide. Erat eadem forma in Or. Philipp. x. 2. ubi vero Garaton. ex solo Cod. Vat. correxit *fortuito*. V. pag. 317. ed. Wernsd. Pergit Cod. R. *naturalem rationem omnium redderet*. Posterius certe responderet lectioni *quaererem*. Cod. S. exhibet *omnium rationem* inverso ordine. *Mr.*

quod fieri non potest.] Cod. R. *quod fieri non possit*. Mox idem *quod fieri potuit*. Pro *debet* Codd. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *debuit*. Verba *nulla igitur portenta sunt* desunt in Cod. P. Pergunt Codd. R. et L. b. *Nam si id quod;* sed posterior omittit *id* ante *portentum*. Verba *portentum putandum est; sapientem esse* absunt a Cod. S. *Mr.*

Illa igitur ratio concluditur.] Cod. R. *concludit*. Hott., cum supra c. 10. scriptum sit *Concludatur igitur ratio*, hoc quoque loco aptius fore scriptum *concludatur* existimabat. Quod ut non est reprobandum, ita etiam non videtur necessarium. Eodem certe iure ego aliquando coniecci scribendum esse *Ita* pro *Illa*. Ceterum valde variavit Cicero hanc locutionem; ita scripsit Orat. 35. 122. *argumentationes concludere:* ib. 40. 137. *argumentum ratione concludere:* de N. D. I. 32. 89. *argumenti sententiam concludere*. Qui autem

fieri, factum umquam esse; nec quod potuerit, id portentum esse: ita omnino nullum esse portentum. Quod 62. etiam coniector quidam et interpres portentorum non inscite respondisse dicitur ei, qui cum ad eum retulisset, quasi ostentum, quod anguis domi vectem circumiectus fuisset: *tum esset,* inquit, *ostentum, si anguem*

nostrae coniecturae favet locus, est supra I. 32. 71. *Cratippus solet rationem concludere hoc modo. Mr.*

nec id, quod non etc.] Vocem *nec* omittit Cod. U: idem omittit *esse* post *unquam.* Pergit Cod. R. *nec quod potuerit fieri, portentum esse.* In Cod. W. ante *quod potuerit* rasura est, eique maioribus literis inscriptum *nec.* In Cod. U. desunt verba *ita omnino nullum esse portentum.* Post haec pergit Cod. R. *Quod et interpres praeteritorum non inscite. Mr.*

Qui cum *ad eum*] Reg. *quiddam:* Paris. autem, Med. et Balliol. *quoddam.* Forte, *qui* quondam *ad eum retulisset;* vel *cum,* si libet, deleatur. *Davies.*

respondisse dicitur ei, qui cum ad eum retulisset] *Cum* sine dubio delendum est, nec enim convenit orationis structurae. Quia abest MS. Guelf. delevi. *Ern.* Quod praecepit Ern. fecerunt Bip. Hott. Sch. probante Goerenzio ad Cic. de Finn. II. 31. 102. et Creuzero in Dionyso p. 144. Rathius vero ita locum nondum perpurgatum existimabat. „Primum enim, ait, non apparet, unde, inducto *cum,* subiunctivus pendeat [tum quidem procedit constructio, quasi praecessserit acc. cum inf. *K.*]; nec placet vocula *ei,* quia proxime sequitur *eum,* idque ita, ut alterum ad coniectorem referendum sit, alterum ad eum, qui retulerat. Quid Cicero scripserit nescio; sed ita potuisset: *Quod* (i.e. quod ad hanc rem attinet) *etiam coniector quidam — non inscite respondisse dicitur. Etenim, cum quis ad eum retulisset — inquit* etc.“ Non inscite, fateor. Sed ita scribens Ciceronem correxit. Ego nihil mutavi et Ciceronem paullo negligentius et ἀνακολούθως scripsisse existimo. Pro *cum* est *quoddam* in Codd. Cr. et L. b. Ad v. *coniector — et interpres* Victor. adnotavit in marg. Ed. suae: τερατόσκοπος. *Mr.*

Vectem circumnexus *fuisset*] Sic habet liber unus MS. Malim tamen *vecti circumnexus esset;* nisi quis dicat esse ἀναστροφήν, et, pro *circum vectem nexus fuisset, vectem circumnexus fuisset* positum. Vel lege potius, *vectem circumnexuisset,* cui respondebit verbum *circumplicasset,* quod sequitur. *Lambinus.*

Vectem circumiectus] Sic Pall. et Victoriana. vulgata *circumvectus.* Lambinus *circumnexus,* fingebat Gulielmius *circumplexus. Grut.*

Vectem circumiectus *esset*] Sic Pall. nostrique MSSti. *Lambino* tamen placet *circumnexus, Gulielmio* autem *circumplexus.* At nullis opus est coniecturis, siquidem *vectem circumiectus* idem valet ac circa vectem iactus. Acutum vero responsum, quod cuidam *interpreti portentorum* tribuit noster, Diogeni adscribit *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VII. pag. 843. *Διογένης,* inquit, *πρὸς τὸν θαυμάζοντα, ὅτι εὗρεν τὸν ὄφιν ἐν τῷ ὑπέρῳ περιειλημένον, Μὴ θαύμαζε, ἔφη· ἦν γὰρ παραδοξότερον ἐκεῖνο, εἰ τὸ ὕπερον περὶ ὀρθῷ τῷ ὄφει κατειλημένον ἐθεάσω.* Idem refert etiam *Theodoretus* Therap. VI. pag. 88. Similiter Leotychidas *δράκοντος περὶ τὴν κλεῖν ἑλιχθέντος, καὶ τῶν μάντεων τέρας ἀποφαινομένων εἶναι, οὔτι ἐμοὶ γάρ, ἔφη, δοκεῖ, ἀλλ' εἰ ἡ κλεὶς τῷ δράκοντι περιειλίχθη.* Auctor est *Plutarchus* Apophthegm. Lacon. pag. 224. [p. 895. Wytt.] *Dav.*

vectem circumiectus fuisset] Clementis Alexandrini locum, a Davisio laudatum, ita emendat Wytten-

vectis circumplicavisset. Hoc ille responso satis aperte declaravit, nihil habendum esse portentum, quod fieri posset.

29. C. Gracchus ad M. Pomponium scripsit, duobus anguibus domi comprehensis, haruspices a patre convocatos. Quî magis anguibus, quam lacertis, quam muribus? Quia sunt haec quotidiana, angues non item. Quasi vero referat, quod fieri potest, quam id saepe fiat. Ego tamen miror, si emissio feminae anguis mor-
b. tem afferebat Ti. Graccho, emissio autem maris anguis

bach. ad Plutarchi locum in Animadverss. p. 1179. *Διογένης πρὸς τὸν θαυμάζοντα, ὅτι εὗρεν ὄφιν τῷ ὑπέρῳ περιειλημμένον, Μὴ θαύμαζε, ἔφη· ἦν γὰρ παραδοξότερον ἐκεῖνο εἰ τὸ ὕπερον ὀρθὸν τῷ ὄφει περιειλημμένον ἐθεάσω.* *Cr.* In Cod. R.
circumseptus
scribitur *domi* *circumiectus* (sic).
circumsectus
Reliqui omnes *circumiectus*, et ita etiam Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Grut. Verb. Oliv. Dav. Ern. Hott. Sch. et Codd. Oxonn. In Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lambb. Goth. Brut. (cui probabatur Lambini *circumnexus*) Sylb. habent *circumvectus*. *Mr.*

circumplicavisset.] Cod. R. *complicavisset.* Cr. *complacuisset.* Pergit Cod. R. *Hoc illo responso satis declaravit.* Quod non magis probandum, quam si quis coniiceret *satis superque declaravit. Mr.*

Habendum esse portentum, *quod fieri posset*] Praeter Codices nostros editosque ceteros *Pet. Victorius* dedit, *habendum esse, quod fieri posset, ostentum:* quod non sine libris factum videri facit singularis doctissimi viri fides et diligentia. *Dav.*

nihil habendum esse portentum, quod fieri posset.] Cod. Cr. *nihil ha-* *osten* *bendum esse portentum* (sic), *quod fieri posset.* Codd. W. L. c. S. P. Ed. Rob. Steph. et Edd. Crat. et Herw. in varr. lectt. *nihil habendum esse, quod fieri posset, ostentum.* In Cod. autem M. est: *nihil habendum esse portentum, quod fieri posset ostentum:* ubi utraque lectio, sed infeliciter, iungitur. Copp. Victt. b. *esse portentum* [lineolis subductis] *quod fieri posset ostentum. Mr.*

C. Gracchus] Cod. S. *G. Gracchus* — *Pompeium.* Omisso praenomine Cod. W. exhibet *Cracchus.* Idem habet *scribsit* et in seqq. *cotidiana:* antiqua scribendi ratione. In Cod. U. omittuntur verba *ad M.* — *domi* i. e. linea integra. Pro *anguibus* Cod. R. habet *quam anguibus.* Verba *quam muribus* desunt in Cod. M. Pro *non item* Cod. R. habet glossam *non ita.* Cod. S. *non irem. Mr.*

Duobus anguibus domi comprehensis] Vide lib. I. cap. 18. *Dav.*

Quasi vero] De vi huius formulae ironica monuit nuperrime Beierus ad Cic. de Off. III. 9. 39. p. 248. eiusque usus multa exempla congessit; quibus plura addere non est necessarium, quamquam in promtu sunt. *Mr.*

feminae anguis] Conf. Cic. de N. D. I. 36. 101. *Ibes — volucres angues — interficiunt — ex quo fit, ut illae nec morsu vivae noceant, nec odore mortuae.* Ceterum de genere vocis anguis, plerumque masculino, vid. Heindorf. ad Cic. l. c. et K. L. Schneider. Lat. Gr. II. Formenl. I. p. 98. sq. Pro *Ti.* (i. e. Tiberio) *Graccho* scribitur *Tito Graccho* in Codd. R. W. Cr. P. L. c. S. *Mr.* — *Afferebat* ponit, tempore imperfecto, ut de re nota; pro: *si emissio feminae, ut haruspices affirmasse constat, mortem attulit Ti. Graccho. K.* — Verba *feminae* usque ad *emissio* in Cod. S.

erat mortifera Corneliae, cur alteram utram emiserit. Nihil enim scribit respondisse haruspices, si neuter anguis emissus esset, quid esset futurum. At mors insecuta Gracchum est. Causa quidem, credo, aliqua morbi gravioris, non emissione serpentis: neque enim tanta est infelicitas haruspicum, ut ne casu quidem umquam fiat, quod futurum illi esse dixerint.

Nam illud mirarer, si crederem, quod apud Home- 30.
rum Calchantem dixisti ex passerum numero belli Tro- 63.
iani annos auguratum: de cuius coniectura sic apud

a pr. m. omissa, in marg. addita sunt. *Mr.*

Alteram utram] Sic Paris. et editio *Victoriana*. Vulgo *alterutram*. *Dav.*

alteram utram] Ita Codd. nostri Cr. (nisi quod hic omissa lineola transversa cum Cod. Ox. U. habet *altera utra*) M. P. W. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Dav. Hott. In reliquis est *alterutram*. De illa scriptione vid. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXVIII. 41. 10. (*si altera utra victoria novis consulibus relinquenda est:* p. 980. Ed. Stuttg. T. VIII. Cort. ad Cic. Epp. ad Famm. VI. 1. 15. p. 268. In Ed. Rob. Steph. est *emisit* pro *emiserit:* qui est error vel scribae, negligentis virgulam literae *s* appositam (*emiſ'it*), vel typothetae eam non animadvertentis. Cod. S. *cur alteram vitam emiserat. Nihil enim scripsit.* In eodem est *sive uter* pro *si neuter*. Copp. Victt. b. *alterum utram*. In seqq. Cod. W. habet cum Co. Vi. b. *missus* pro *emissus*. *Mr.*

Mors insecuta Gracchum *est*] Hanc lectionem constanter tenent omnes MSSti. Legendum tamen censeo, *mors insecuta* Gracchi *est:* nam inepta videtur mortis χροσωποποιΐα, ut ea, tanquam telis armata, fugientem Gracchum a tergo sequeretur. *Dav.*

mors insecuta Gracchum est] Recte contra Davisii sententiam affert Hottingerus Tusc. Qu. I. 39. *adolescentes — nec opinantes assecuta est senectus.* Epp. ad Famm. VIII. 4. *nam M. Caelium — mentio illa fatua — insecuta est.* Add. de Finn. I. 16. 50. *plerumque improborum facta — suspicio insequitur.* Vid. Creuzer. in Dionyso p. 144, qui eandem, quam nos, sententiam probat. Neque Davisius quemquam obsequentem habuit. Ceterum in Cod. Cr. scriptum est: *mors insecuta est Gracchum.* Pergit Cod. R. *causam quidem credo morbi.* Idem in seqq. exhibet: *ut casu nunquam quid fiat* pro *ut ne casu quidem unquam fiat.* Cod. Cr. *fiet.* In Copp. Victt. b. Edd. Rob. Steph. et Sturm. est *nunquam* pro *unquam*. Perperam. Cod. S. omittit *illi* ante *esse*. In fine capitis pro *dixerint* est *dixerunt* in Codd. M. et R. Minus bene. *Mr.*

Nam illud mirarer] Cod. R. *miror.* — Verba *illud — quod Calchantem dixisti auguratum* dicta sunt pro: *illud, quod, ut dixisti, Calchas auguratus est.* Neque igitur recte intellexit locum Hott., suspicans Ciceronem dicere, se *magis* mirari, quae sequuntur, quam priora de anguis emissione. *K.*

Ex passerum numero belli Troiani annos auguratum] Huc respicit *Petronius* Satir. c. 89:

Iam decima moestos, inter ancipites metus,
Phrygas obsidebat messis, et vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu.

Philostratus vit. Apoll. I. 22. *Οἱ δὲ δὴ στρουθοί, ἔφη ὁ Δάμις, οἱ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ τι φησουσιν, ους ὁ δράκων μὲν ἐν τῇ Αὐλιδι ἐδαίσατο ὀκτὼ ὄντας, ἐννάτην ἐπ' αὐτοῖς τὴν μητέρα*

Homerum, ut nos otiosi convertimus, loquitur Agamemnon:

Ferte viri, et duros animo tolerate labores,
Auguris ut nostri Calchantis fata queamus
Scire, ratosne habeant, an vanos pectoris orsus.
Namque omnes memori portentum mente retentant,
Qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis,
Quae Priamo cladem et Troiae pestemque ferebant;
Nos, circum latices gelidos, fumantibus aris,
Aurigeris divûm placantes numina tauris,

ἑλών· Κάλχας δ' ἐξηγούμενος ταῦτα, ἐννέα ἐνιαυτοὺς ἀνεῖπε πολεμήσεσθαι τὴν Τροίαν. Vide sis et *Originem* in Cels. lib. IV. pag. 224. Exstat autem locus Il. B. 299. *Dav.*

de cuius coniectura] Cod. S. *de quovis* pro *de cuius:* nimirum ex scriptione de *quoius*. Cod. R. *sit* pro *sic*. S. *sicut*. *Mr.*

Loquitur Agamemnon] Immo Ulysses. *Ciceronis* μνημονικὸν ἁμάρτημα, quod a *Politiano* priore animadversum esse, cum iam haec scripsissem, ab amico quodam admonitus sum. Itaque delere volueram; nam pudet, quae ab aliis dicta sunt, recantare. Sed propterea quod numeri iam erant utrobique adscripti, non delevi. Lambinus. Vide *Politianum* Miscell. cap. LIII. fol. 65. sq. Ed. Bas. 1522. 8. *Mr.*

loquitur Agamemnon:] Cicero memoria lapsus est: nisi hoc est a glossatore. *Ern.* — Nimirum facile errat, qui ex memoria laudat scriptorem. Quare ego hunc errorem non glossatori, sed ipsi Ciceroni tribuerim, cuius aliquot similia ἁμαρτήματα notavit A. Politianus l. c. *K.* — Cod. S. *forte verum* pro *ferte viri*. *Mr.*

animo tolerate] Cod. R. *animi* pro *animo*. Cod. U. *tolle* pro *tolerate*. — *Calchantis fata* recte explicat Hott. oraculum a Calchante coniectura editum. *Fata Sibyllina* ita dixit noster in Catil. III. 4. 9., ubi in Ed. Ern. min. perperam scribitur *ex satis Sibyllinis*. *Mr.*

fata — scire, ratosne habeant — orsus.] Est attractio ex more Graeco, pro *scire, ratosne habeant orsus fata*. *K.* — Multo haec simplicius eoque efficacius dici apud Homerum cuique eius locum comparanti apparebit. Iuxta posuit Latinis Graeca Henr. Stephanus in Ciceroniano Lexico p. 60—63. Pro *vanos* est *varios* in Cod. U., et sententia et metro adversante. Sic S. *pastoris* pro *pectoris*. Idem U. pro *retentant* habet *retenta*. Pro *lumina* est *nomina* in Cod. R. *Lumina linquere* dixit Lucret. v. 987. et Plaut. Cistell. Act. III. v. 12. *Relinquere lumina* dixit Virgil. Aen. XII. 63. *Mr.*

primum ut] i. e. ut primum. *K.* — Pro *Aulis* est *Aules* in Codd. P. et W., *Argos* in Cod. R. *Ardes* in Cod. S. Rathius edidit *primum et*. Pro *ferebant* in Cod. P. est *ferebat*. Pergit Cod. M. *Hos circum*. Cod. S. *Ros circum*. Facillime nimirum permutantur inter se *n* et *h* et *r*. *Mr.*

Aurigeris —— tauris] Ita loquitur, quod victimarum cornua deaurare soliti sint veteres. Vide *Everh. Feithium* Ant. Homer. lib. I. cap. 9. aut *Ioan. Saubertum* de Sacrif. cap. XVIII. pag. 438. *Dav.*

Aurigeris — tauris] Hoc non esse ex nostro Homeri loco monet Hott., sed ex aliis, velut Od. III. 384. et 437. Ad rem conf. Lyl. Gyrald. de Sacrificiis p. 518. Opp. T. I. Ed. Iens. Lugd. B. 1696. f. m. Vid. etiam Nonn. Dionysiac. XI. 200. et Ouzelium ad Minuc. Felic. Octav. p. 207. sq. Cod.

Sub platano umbrifera, fons unde emanat aquaï,
Vidimus immani specie tortuque draconem
Terribilem, Iovis ut pulsu penetrabat ab ara:
Qui platani in ramo foliorum tegmine septos

S. habet *auguriis* pro *aurigeris*. Pro *tauris* est *tantis* in Cod. R. Pro *platano* est *platane* in Cod. P. *Mr.*

fons unde emanat aquai] Codd. Cr. L. b. c. U. et Edd. Asc. 1. 2. *fons unde emanabat*. W. *fons emanabat*. M. et P. *fons unde manabat*. S. *ut* pro *unde*. R. *fons manat*. Idem cum S. U. et Asc. 1. *aquarum* pro *aquai*. Ex Oxonn. E. habet *manabat aquarum*, U. *emanabat aquarum*. Vir doctus (Iortinus) in Miscellann. Obss. III. 1. „obiici possit Ciceroni, ait, quod imperfecto tempore debuisset uti (*ῥέεν: manabat*); et responderi potest, interpretes sub tali non esse iugo, ut cogantur eodem tempore uti, nisi sensus id sine exceptione requirat. litem non dirimam.“ Ad quae alius: Imo saepe hoc tempore praesenti utimur, pro imperfecto, quia cogitatione redimus in tempus illud, quo accidisse illa narramus. Sic Terent. Eunuch. IV. 4. 58. *Quia cum inde abeo, iam inceperat turba inter eos*, pro *cum inde abibam*. Et IV. 7. 22. *Cum tibi do istam virginem, dixtin' hos mihi dies soli dare te*. Ubi Donat.: pro *cum tibi darem*. Et plura sunt exempla obvia. Laudat ad defendendum praesens tempus Hott. Virgilium Georg. I. 279.

.— — — — Tum partu terra nefando
Coeumque Iapetumque creat saevumque Typhoea.

Sed, ut dicam, quod sentio: his exemplis opus non erat, eaque plane huc non faciunt. Utrum dicat de fonte, eum manare, an manasse, perinde est. Imperfecto si utitur, iungit ipsum illud manare, quod in fonte cogitari potest esse perenne, cum re facta, quam narrat: si praesens ponit, loquitur de re, quae nunc non minus fit, quam tum fiebat, quum, quod narrat, factum est. *Mr.*

Tortuque draconem Terribilem] *Homerus* Il. B, 308.

Ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δράκων ἐπὶ νῶτα ΔΑΦΟΙΝΟΣ
Σμερδαλέος — —

Philostratus de plaustribus draconibus lib. III. cap. 6. *Μέλανες δὲ ἱκανῶς τὸν νῶτον, καὶ ἧττον φολιδωτοὶ τῶν ἄλλων· καὶ σοφώτερον ἥπται τοῦ λόγου περὶ αὐτῶν Ὅμηρος, ἢ οἱ ἄλλοι ποιηταί· τὸν γὰρ δράκοντα τὸν ἐν Αὐλίδι, τὸν πρὸς τῇ πηγῇ οἰκοῦντα, περὶ τὰ νῶτα ΔΑΦΟΙΝΟΝ εἴρηκεν*. Hoc autem *ἐπίθετον* in sua versione *Cicero* praetermisit. *Dav.*

Vidimus immani specie] Codd. P. et S. *immanis*, assumta perperam prima vocis sequentis litera. L. b. *immanem*, quod videtur esse interpretis. Codd. R. S. *tortaque* pro *tortuque*. Quod ait Hott. *immani specie* esse i. q. *immani magnitudine*, minus accurate dixit: *species* enim non magnitudinem tantum, sed formam etiam spectat: in adiectivo autem *immanis*, si Festo credimus, inest etiam significatio ingentis et magni. Voce *tortu* (i. e. orbibus) usus est noster etiam in versione ex Sophoclis Trachiniis, Tusc. II. 9. 22.

Haec (dextra) interemit tortu multiplicabili
Draconem, auriferam obtutu observantem arborem.

Mr.

Iovis ut pulsu penetrabat *ab ara*] Vulgo *penetraret*: Paris. *penetrarat*. Nos autem MSStos Reg. et Cantab. cum vetustioribus editis sequimur. *Dav.*

Vidimus — ut — penetrabat] Ita dedi cum Dav. Oliv. Verb. Bip. Hott. Sch. ex Codd. Oxonn. E. et U. nostris Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Rathius autem dicit, nullum esse apud Ciceronem locum, ubi post *videre*, *ut* indicativus legatur, ideoque vult *penetraret*, ut est in Codd. nostris rell. et Edd. Vict.

Corripuit pullos: quos cum consumeret octo,
Nona super tremulo genitrix clangore volabat:
Cui ferus immani laniavit viscera morsu.
64. *Hunc, ubi tam teneros volucris matremque peremit,*
Qui luci ediderat, genitor Saturnius idem
Abdidit, et duro formavit tegmina saxo.
Nos autem timidi stantes mirabile monstrum

Camerar. Grut. Ern. Sed cogitabat Rathius de locis, qualia sunt in Verr. I. 16. *videte, ut hoc correxerit:* pro Leg. Manil. 28. *videte, ut — respondere posse videamur:* vel de Horatiano illo I. 9. 1. *Vides, ut alta stet nive candidum Soracte, nec iam sustineant onus sylvae laborantes.* Nec vero cogitavit idem, *vidimus — ut — penetraret* minus etiam latinum esse, et si coniunctivus requireretur, scribendum fore *penetrarit.* Recte se habet imperfectum Indicativi: *ut — penetrabat* dictum est pro *cum penetrabat,* vel *qui penetrabat,* vel *penetrantem.* In Cod. R. scriptum est *et Iovis pulsu.* Recte monet Hott., longe infra Homericam suavitatem substitisse Cicéronem, *πετάλοις ὑποπεπτηῶτες* vertentem *foliorum tegmine septos.* Pro *septos* scribitur *sceptos* in Cod. Cr., *tectos* in Cod. R. quod est interpretis. Versu proximo Cod. R. omittit *cum,* quod absorpsit prima proximi vocabuli syllaba. *Mr.* — *Pulsu* est i. q. *impulsu. K.*

Nona super tremulo genitrix clangore volabat] *Homerus* Il. B, 315.

Μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα.

Eleganter *Heliodorus* Aeth. lib. II. p. 97. *Ὄρνις, ὄφεως αὐτῆς τὴν καλιὰν πορθοῦντος, ἐν ὀφθαλμοῖς τε τὴν γονὴν πορθουμένου, προελθεῖν μὲν ὀκνεῖ, φεύγειν δὲ οὐ φέρει· πόθος ἐν αὐτῇ καὶ πάθος ἀνταγωνίζεται· τετριγυῖα δὲ περιπόταται τὴν πολιορκίαν, εἰς ὦτα ἀνήμερα, καὶ οἷς ἔλεον οὐκ ἐγνώρισεν ἡ φύσις, ἀνήνυτον ἱκετηρίαν τὸν μητρῷον εἰσάγουσα θρῆνον.* Ad hunc, ut opinor, locum respicit scriptor nitidissimus: id quod facit etiam *Clemens* Protrept. p. 74. *Dav.*

laniavit viscera morsu] Cod. R. *levavit* pro *laniavit. Mr.*

Ubi tam teneros] Legendum *ubi iam teneros,* ut mihi quidem videtur. *Dav.*

Hunc ubi tam teneros] Cod. L. b. et Ed. Asc. 2. *hic* pro *hunc.* S. *Non ubi.* R. *tibi* pro *ubi.* Quod coniecit Dav. *iam* pro *tam,* reciperem, si esset in libris; probarem certe, si haec esset oratio soluta. Sed in poëmate liberius eum locutum esse existimo *tam teneros volucres matremque,* pro *tam teneros volucres, quam matrem.* Similiter Plautus Amphitr. I. 1. 287. *tam consimil' est, atque ego.* Cod. R. pro *matremque* habet *viperamque. Mr.* — *Luci ediderat* Graecorum modo dictum est pro *in lucem ediderat. K.*

Duro formavit tegmine saxi] Vulgati *firmavit,* sed alterum est in edit. Victorii, in Pall. et S. Victoris. *Grut.*

Duro formavit tegmina saxo] Vett. Editt. *firmavit:* vulgo *formavit tegmine saxi.* Cum vero lectionem magis commodam suppeditarint Paris. Balliol. Reg. et Cantab. eam recipere nullus equidem dubitavi. *Dav.*

duro formavit tegmina saxo] Ita dedi cum Dav. Ern., (qui idem reperit in Cod. Guelf.) Lall. (ex Cod. Reg.) Hott. (ex Ox. U.) Bip. Sch. ex nostris R. L. a. b. Scriptionem *firmavit* habent Cod. Guelf., noster U., Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Boul. Lambb. Goth. Brut. Sylb. *Mr.*

mirabile monstrum] Cod. R. *mirabile saxum:* recepto in contexta interpretis cuiusdam vocabulo ex margine. Cod. S. *divos versarier.* In Cod. R. mox scribitur *hac* pro *haec.* Versu proximo Co. Vi. b. Codd. P. et W. *obstipuistis.* Quae est forma Terentiana et Plautina. Ita Terent.

Vidimus in mediis divûm versarier aris.
Tum Calchas haec est fidenti voce locutus.
Quidnam torpentes subito obstupuistis Achivi?
Nobis haec portenta deûm dedit ipse creator
Tarda et sera nimis: sed fama ac laude perenni.
Nam quot aves taetro mactatas dente videtis, p. 122. a.
Tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos,
Quae decimo cadet, et poena satiabit Achivos.
Edidit haec Calchas: quae iam matura videtis.

Quae tandem ista auguratio est ex passeribus annorum 65.
potius, quam aut mensium aut dierum? Cur autem de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum: de dracone silet, qui, id quod fieri non

Andr. I. 5. 21. *Obstipui. Censen' me verbum potuisse ullum proloqui?* Adelph. IV. 4. 5. *Animus prae timore obstipuit.* Phorm. V. 9. 2. *ehem, quid nunc obstipuisti.* Ad quae loca v. annott. Bentleii. Plaut. Poenul. I. 2. 59. *quid hic, malum, obstipuisti?* Nostro quidem loco equidem hoc verbum non praetulerim. Quamquam enim Cicero hosce versus non nimis accurate reddidit, auxitque adeo saepius et quasi inflavit, non tamen credo, eum verba graeca ἄνεῳ (de quo vocabulo vide disputantem Buttmannum in Lexilogo II. p. 1—4.) ἐγένεσθε voluisse vertere: quasi stipites vel saxei facti estis; ut explicat Bentleius ad Phorm. l. c. *Mr.*

Deûm *dedit ipse creator*] In Balliol. est *Deus*. Agnoscis, opinor, monachi stuporem. Certe passim Iuppiter πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Poëtis dicitur. *Dav.*

Tarda et sera nimis] Codd. Cr. W. L. c. P. *sera animis*, et ita Edd. Crat. Herw. sed in varr. lectt. *nimis*. L. b. S. *sacra animis*. R. *sera minis*. Versu seq. Cod. L. c. *quod* pro *quot*. Mox R. *exdabimus* pro *exanclabimus*. S. *exudabimus*. Cum et scriptio *exanclare* et *exantlare* probabilis sit (vid. Ernesti Clav. Cic. s. h. v.), nos illam praetulimus, quam habent Codd. nostri et Edd. tantum non omnes. Ceterum de scriptione huius verbi fusius disputat (praeferens *exantlare* ab ἐξαντλεῖν et ἐξαναντλᾷν) Henr. Stephanus in Castigatt. in Ciceron. ad calcem Ciceroniani Lexici p. 269—278. Contra Muretus Varr. Lectt. XIII. 17. p. 313. T. II. Opp. Ed. Ruhnk. *exanclare* praefert, ab ἀγκύλη, quod est apud Hesychium poculi genus. Potest etiam *exanclare* per syncopen ortum esse ex *exanculare*. *Mr.*

quae decimo cadet,] Codd. P. et L. a. *decumo*. Codd. Cr. et L. c. et Ed. Rob. Steph. *poenis* pro *poena*; L. a. *poenas*: quorum errorum causa manifesta est. Pro *Achivos* in Cod. P. est *ad nuos*; ubi Pithoeus in marg. adscripsit: ἴσως *ad unos*. Versu seq. Cod. R. *hoc* pro *haec*. *Mr.*

Quae iam matura videtis] Quae videtis instare et propinqua esse, prout recte *Turnebus* Advers. lib. V. cap. 19. *Dav.*

quae iam matura videtis.] Est Graecum τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται. Sed universum locum cum loco Homerico contulisse neminem pigebit. In seqq. Cod. R. habet *est ista auguratio*. S. *passeribus* pro *passerculis*. *Mr.*

in quibus nullum erat monstrum] Eàdem sententia usus est voce *monstrum* scriptor Orationis de Har. Resp. 12, 26. *Quod igitur ex aliquo disiuncto diversoque monstro significatum caveremus*: ubi vid. Markland. p. 342. ed. F. A. Wolfii. *Mr.*

qui, id quod fieri non potuit,] Voces

potuit, lapideus dicitur factus? Postremo, quid simile habet passer annis? Nam de angue illo, qui Sullae apparuit immolanti, utrumque memini, et Sullam, cum in expeditionem educturus esset, immolavisse, et anguem ab ara exstitisse, eoque die rem praeclare esse gestam, non haruspicis consilio, sed imperatoris.

31. 66. Atque haec ostentorum genera mirabile nihil habent, quae, cum facta sunt, tum ad coniecturam aliquam interpretatione revocantur: ut illa tritici grana in os pueri

qui id omittit Cod. R., vocem *quod* Cod. Cr. In Cod. M. est *quid quod:* errore in his vocibus solenni, orto ex scriptione *quId. Mr.*

quid simile habet passer annis?] Hottingero in voce *annis* neque casus satis placebat, et multo minus numerus: quare coniiciebat *anni*, probante Heynio ad Homer. Iliad. II. 305: ubi Cicero Heynio Aristoteleam dubitationem ante oculos habuisse videtur, quae a Porphyrio servata est. Si, ait, narrationi inest τέρας, debet illud esse non in eo, quod passeres devorantur a serpente, verum in eo, quod serpens in lapidem mutatur. *Mr.*

Nam de angue illo etc.] Commode hunc locum ita explicat Hott.: „Neque vero est, quod ostentum memores de angue, qui Sullae immolanti apparuit, longe diversum quidem illud a superiori, atque mirabile nihil habens.“ Cod. S. habet *augure* pro *angue. Mr.*

Sullae apparuit immolanti] Vide lib. I. cap. 33. *Dav.*

cum in expeditionem educturus esset,] Cum verbum hic positum sit sine accusativo, coniiciat aliquis, ait Hott., Ciceronem scripsisse ut supra I. 33. *cum in expeditionem exercitum educturus esset;* eo magis, quod similes praecedentis vocis tractus facile videri possint alteram absumsisse. Sed tuetur librorum scriptionem usu Livii I. 23. *Ea res ab stativis excivit Mettium. Ducit quam proxime ad hostem potest:* ubi vid. Drakenb. T. I. p. 184. sq. ed. Stuttg. Ait ibi Drak. hanc locutionem Livio in deliciis fuisse. Nimirum fuit haec loquendi ratio militaris: in re autem militari quae facile intelliguntur, omitti et subaudiri solent. Eadem ratio est in verbo *movere,* quo ipse Cicero utitur sine accusativo ad Att. IX. 1. prc. *postquam ille Canusio moverat. Mr.*

cum in expeditionem] Cod. R. omittit *cum*. Eius loco Cod. P. habet *quin*. Quod dicit h. l. *exstitisse,* supra I. 33. dixit: *ab infima ara subito anguis emergeret.* Pergit Cod. R. *eoque die rem praeclaram esse gestam:* quod est correctoris, qui non reputaret, verbo *gerendi,* si de re militari vel pugna ponitur, addi solere adverbium. *Mr.*

haec ostentorum genera] Cod. R. a pr. m. *genere:* sed supra lin. *a.* Ern. post v. *habent* puncto minore distinxit: minus bene; nam *quae* respondere debet praecedenti *haec. Mr.*

ad coniecturam aliquam interpretatione revocantur] Vulgo *aliqua.* Ego vero dudum conieci *aliquam:* quod cum iam auctoritate Cod. M. confirmatum videam, recipere non dubitavi. Quid enim? nonne *aliqua* ad v. *interpretatione* plane otiosum est? Multo certe melius dicitur *ad coniecturam aliquam* i. e. *ut aliquid, qualecunque sit, inde coniiciatur.* Quid? quod facillime litera *m.* a prima proximae vocis syllaba absorberi potuit, vel lineola literae *ā* imposita evanescere. In Cod. Cr. scribitur *revocarentur. Mr.*

revocantur] Malim *vocantur: re* nasci potuit e finali verbi praecedentis. *Ern.* Non displicet Hottingero Ernesti coniectura: sed tamen

Midae congesta; aut apes, quas dixisti in labris Platonis consedisse pueri, non tam mirabilia sint, quam coniecta belle: quae tamen vel ipsa falsa esse, vel ea, quae praedicta sunt, fortuito cecidisse potuerunt. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui: sed, ut in cunis fuerit anguis, non

saepius ait poni composita loco simplicium. Poterat autem laudare Orat. pro Domo 6. 15. quae, quamvis spuria, habet tamen in plerisque colorem Ciceronianum: ibi vero est: *nonnulli autem illam rem ad — coniecturam — revocabant*. Similiter est de Finn. II. 13. 43. *Herillus autem ad scientiam omnia revocans* etc. Cod. S. habet *tritici genera*. *Mr.*

Midae — Platonis — Roscio] Supra lib. I. cap. 36. *Dav.*

Midae] Cod. R. *nude*. Quam saepe ex *ai* ortum sit *au*, non est quod doceam. Similiter ex *ni* factum esse *m* monet Scioppius de Arte Critica p. 51. ed. Amst. 1662. Clericus de Arte Critica T. II. p. 51. sq. ed. Amst. 1700. 8. Pro *aut apes* Codd. R. et L. c. habent *ut apes*. R. *labiis* pro *labris*; sed illa forma noster non usus esse videtur. Pro *dixisti* scribi volebat Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 3. 10. *dixti*. Verum est, non abhorret Cicero ab hac forma, et duos ex suis Codd. ait habere Goerenzius *dixti*. Sed in plurimorum librorum consensu equidem a consueta scriptione non recesserim. Ceterum G. male ita laudat locum nostrum *apes eas, quas dixisti*. Vocem *belle* omittit Cod. Cr. In Codd. M. L. c. est *coniectabilia: quae* ut in Co. Vi. b.: in Cod. R. *coniecturabilia, quae tum vel* etc. Pro *vel ea quae* est *vel ut* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed hae duae nostram lectionem habent in varr. lectt.); in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *vel illa quae*. Illam lectionem ex c. 21. suspicatur Hott. ubi est *sic evenire, ut praedicta sunt:* sed eam hic locum non habere, recte monet. In Cod. L. b. est *vel ea ut*. *Mr.*

Fortuito cecidisse] Ita iidem nostri aliorumque edd. vulgata lectio *accidisse*. Ex iisdem paullo ante pro *illa* reposuimus *ea*. quae indigna quidem sunt, ut moneantur. sed sciri oportet, ne minimum quidem apicem nobis mutatum, nisi fide membranarum, aut editionum nobilium. *Grut.*

Fortuito cecidisse] Balliol. *accidisse*. Sic et Ven. 1471. aliique veteres editi. Sed vulgatam lectionem servant reliqui MSSti, nec eam velim loco suo motam. *Dav.*

cecidisse] Ita Codd. nostri omnes, itemque Edd. Rob. Steph. Verb. Dav. Grut. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch.; reliquae *accidisse*. In Ed. Asc. 1. scribitur *fortuitu* pro *fortuito;* de qua re supra monuimus. Infra II. 52. *est nihil ut fortuito cecidisse videatur*. Tuentur hi loci lectionem in libris de Legg. II. 13. 33. *multa incredibiliter vera cecidisse:* ubi erat, qui coniiceret *accidisse*. V. ed. nostr. et Cr. p. 262. In proximis Cod. R. habet *potest ille falsum esse*. M. *potest dici illud quidem esse falsum*. *Mr.*

esse falsum, ut circumligatus fuerit angui,] Memorabilis est constructio *falsum est, ut — : mirum est, ut — :* Ita supra: II, 2. *Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de philosophia literis non egeant. K.* — Quod nostro loco post *falsum est, mirum est* sequitur *ut*, convenit cum iis locis, quibus Cicero scripsit *verisimile est, ut — :* pro Rosc. Amer. 41. 121. in Verr. IV. 6. 11. Quem imitatus Lactantius de Ira dei 10, 44. *Nec enim verisimile, scripsit, ut minora et humilia regimen habeant, maiora et summa non habeant*. Pro *non tam est* Cod. Oxon. E. et noster L. b. habent *non tamen est*. *Mr.*

tam est mirum, in Solonio praesertim, ubi ad focum angues nundinari solent. Nam quod haruspices responderunt, nihil illo clarius, nihil nobilius fore; miror, deos immortales histrioni futuro claritatem ostendisse,
b. 67. nullam ostendisse Africano. Atque etiam a te Flami-

In Selonio] Victorius edidit *Solonio*, neque aliter Pall. et S. Victoris. sed cum iidem supra libro I. cap. 36. habuerint *Selonio*, nihil heic mutare ausim. *Gruter*.

in Solonio] Donamus hanc haesitationem Grutero: etsi etiam meminisse debebat, lib. II. ad Attic. Ep. 3. se iam edidisse *Solonium*. Hanc appellationem cum post eum iam pluribus locis firmarit Ph. Cluverius lib. III. Ital. Antiq. p. 930. et 1028, non potui cunctari in ea ubique admittenda. Cluverianis adde Macrobium lib. I. Sat. cap. 10. ubi *Solinius* scribitur. Vossianus etiam *Solonio*. *Gronov*. — Est in Cod. L. a. *felonio:* in Cod. Cr. *Solario* (vid. *Creuzer*. Dionys. p. 144.) Scribitur *Selonio* in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. *Solenio* in Cod. S. *Mr.*

Ubi ad focum angues nundinari *solent*] *Nidulari* legebat amicus meus; quo verbo usus est *Varro* apud *Nonium*. *Ursinus*.

Nundinari *solent*] Habent hoc modo Pal. pr. et sec. nam tert. et quart. *nudari*. coniiciunt *nidulari*, non necessario. *Grut*.

Ubi ad focum angues nundinari *solent*] Ita sane Paris. Med. Reg. Cantab. aliique plures MSSti. Sed qui vim potestatemque *nundinandi* probe novit, ille quidem id *verbum* huic loco non convenire statim perspiciet. Ea propter *D. Lambinus* et amicus *Ursini* reponunt *nidulari*. Siquidem vero Pall. tert. quart. et Balliol. exhibeant *nudari;* haud, opinor, incommode rescribas, *videri solent*. Certe non absimilis est literarum ductus. Ad receptam autem lectionem, quae multis Codd. nititur, quamproxime legi queat, *ubi ad focum angues* meridiari *solent*. Nec forsan haec displicebit coniectura. *Dav.*

ubi ad focum angues nundinari solent] Cod. U. *ubi aliud focum*. Ed. Asc. 1. *ubi ali ad focum angues dinuntiari solent*. Est *apud* pro *ad* in Edd. Manut. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Cod. S. habet *ad locum*. *Mr.*

nundinari solent.] Mihi quoque meam suspicionem proferre liceat. Lambini quidem coniecturam vero propinquiorem, quam reliquas lectiones existimo: non tamen sic placet animo meo, quin mutatione levissima sic potius rescripserim: *ubi ad forum angues nundinari solent*. Vult nempe Tullius, angues in Solonio *res esse quotidianas*, ut loquitur supra cap. 29. quoniam quotidie publice in foro, ubi venales exstarent, viderentur. *Wopkens*. — *Nundinari* i. e. convenire magno numero. Lectio varie tentata a viris doctis, sed quam tuetur consensus librorum et lepos sententiae. *Gesner*. in Thes. L. L. h. v. — Nimirum, ait Hott., *nundinari* proprie dicebantur rustici *nono die, intermisso rure, Romam venientes* Macrob. Sat. I. 16. Ipsasque *nundinas* Glossae vett. *πανήγυριν* vocant: quo sensu etiam interdum scriptores *mercatum* dicunt; ut noster Tusc. v. 3. Conf. Vell. Paterc. I. 8. prc. ibiq. Voss. et Lips. — Ven. 1494, ait Rath., *dinnūari:* corrupte. Vetus interpres vulgatam ita explanat, ut *nundinari* idem sit, quod „conventus facere, sicut celebrantes nundinas." *Mr.*

quod haruspices responderunt] Codd. R. L. c. Edd. Rob. Steph. et Oliv. *responderint*. Mox in Cod. W. deest *deos* ante *immortales*. In seqq. sola Ed. Rob. Steph. post *ipse et equus* omittit *eius*. Ad v. *Flaminiana* monet Brutus: *Flaminina* hoc loco alii legunt, sed male. Non enim *Flamininus*, cui haec contigerunt, sed *Flaminius* fuit. *Mr.*

niana ostenta collecta sunt. Quod ipse et equus eius repente conciderit: non sane mirabile hoc quidem! Quod evelli primi hastati signum non potuerit: timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat. Nam Dionysii equus quid attulit admirationis, quod emersit e flumine? quodque habuit apes in iuba? sed quia brevi tempore regnare coepit; quod acciderat casu, vim habuit ostenti. At Lacedaemoniis in Herculis fano arma sonuerunt, eiusdemque dei Thebis valvae clausae subito se aperuerunt; eaque scuta, quae fuerant sublime fixa,

Flaminiana ostenta] Perversis interpunctionibus maculatur totus hicce locus, quem sic distinguas velim: *Atque etiam a te Flaminiana ostenta collecta sunt: quod ipse et equus eius repente conciderit;* (vel *conciderint,* ut habent Med. Reg. et Cantab.) *non sane mirabile hoc quidem: quod evelli primi hastati signum non potuerit; timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat.* Quod semicolo finitur, ipsum miraculum continet: quod autem colo, *Tullii* responsionem. Vide lib. I. cap. 35. *Dav.*

non sane mirabile hoc quidem!] Laudat nostrum locum Goerenzius ad similem Ciceronis de Finn. II. 13. 43. p. 187. ubi est *post enim Chrysippum non sane est disputatum.* Pergit Cod. R. *quod evelli statim non potuerit.* Coniunctivi *conciderit* et *potuerit* ita intelligendi sunt, quasi dicat: *quod, ut tu quidem narras, equus repente concidit, non sane mirabile est: item quod, si te audimus, primi hastati signum evelli non potuit, eius rei causam hanc esse existimo, quia timide fortasse* etc. Pro *evellebat* est *vellebat* in Codd. Oxon. E. et nostro M., quod videtur esse correctoris, qui crederet, dici non posse *evellebat,* cum paullo ante dictum sit, evelli signum non potuisse. Scripsit noster, quasi diceret: timidus ideoque fortasse infirmior erat in evellendo signo, quod animo obfirmato ideoque integris viribus infixerat. Cod. S. habet *Namque Dionysii. Mr.*

Dionysii equus —— Lacedaemoniis in Herculis fano] Haec narravit *Cicero* supra lib. I. cap. 33, 34. *Dav.*

quod emersit e flumine?] Ita Codd. nostri L. a. b. c. M. W. P. Co. Victt. b. Edd. Rob. Steph. Vict. Dav. Sed Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Ern. Bip. Oliv. Sch. habent *ex* pro *e;* in Codd. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *quod emerserit ex flumine.* Conformabat enim corrector quidam hoc tempus superioribus (*conciderit—potuerit*), parum reputans, ibi coniunctivum optime se habere, hic pessime, neque concordare etiam sequentia *quodque habuit.* Cod. R. *quod emersit flumine* contra usum Ciceronis. Cod. S. *quidem qui habuit.* In seqq. pro *acciderat casu* est in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *casu acciderat.* Nos librorum MSStorum et Edd. rell. ordinem praetulimus. *Mr.*

At Lacedaemoniis] Singulariter dictum est *Lacedaemoniis — arma sonuerunt* pro *Lacedaemone.* Supra quidem I. 34. item scribitur *Lacedaemoniis — in Herculis fano arma sonuerunt;* sed ibi Dativus non pendet a verbo *sonuerunt,* sed ab interpositis: *quae significatio facta est, cum* etc. Sed magis fere singularis est breviloquentia in verbis *eiusdem dei valvae* pro eo, quod supra est *valvae in templo Herculis.* Pro *se aperuerunt* in Cod. M. est *sonuerunt,* oculo scribae ad antecedentia aberrante. Quod h. l. ait *sublime,* supra

sunt humi inventa. Horum cum fieri nihil potuerit sine aliquo motu, quid est, cur divinitus ea potius, quam casu facta esse dicamus?

32. 68. At in Lysandri statuae capite Delphis exstitit corona ex asperis herbis, et quidem subita. Itane? Censes, ante coronam herbae exstitisse, quam conceptum esse

dixerat *in parietibus*. De locutione *sublime fixa* vide praecipientem Ochsnerum ad Olivet. Eclogg. Ciceron. p. 55. Pro *fieri nihil* est *nihil fieri* in Cod. R. (in quo omittitur etiam *cum*) Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Mr.*

sine aliquo motu] Recte non dixit *sine ullo motu*, quod esset *sine omni motu*; vult enim: *aliquo certe, etiamsi non vehementi, motu factum hoc esse necesse est. K.* — In fine capitis pro *dicamus* in Cod. M. est *dicatur*. Pro *cur divinitus* est *quod divinitus* in Cod. R.; ex correctione, ni fallor, sed plane supervacua. Non enim tantummodo dicere solet noster *Quid est, quod*, sed etiam *quid est, cur —, quid est, quare —, quid est, quam ob rem*. Cuius usus exempla collegit Tursellinus de particulis p. 817. *Mr.*

At in Lysandri] Cod. L. b. *An* pro *At*. Cod. R. *at lixandri*. *Mr.*

Et quidem subita] *Lambinus* coniicit *subito*. Necesse vero non est, ut quicquam, renitentibus MSStis, innovemus. *Virgilius* Aen. VII, 96.

— Subita *ex alto* vox *reddita luco est*.

Plura congessimus ad lib. II. de Nat. Deorum cap. 10. Ne vero tales locutiones solorum esse Poetarum censeantur, ex oratione soluta par est, ut exempla proferamus. *Frontinus* Stratag. lib. II. cap. III, 14. *Patefacto loco* subita *peditum surrexit acies*. Et cap. IV, 8. *Praecepitque ut, cum vidisset contractum praelium*, SUBITUS *ex diverso se ostenderet*. Ac *a tergo* subitus *apparuisset* eiusdem capitis §. 4. *Dav.*

et quidem subita.] Supra scripsit I. 34. *in capite corona subito exstitit ex asperis herbis et agrestibus.* — *Herbae* ad *corona* appositum est genitivus materiae. *K.* Ut h. l. dicit *corona herbae* pro *ex herba*, similiter scripsit Parad. III. 1. *auri navem* pro *n. cum auro*. *Talenta praedae* pro *talenta ex praeda* scripsit Corn. Nep. XIII. 1. 2. *Mr.*

et quidem subita.] Non est dubium, ait Iortinus in Miscell. Obss. l. c. p. 16. quin *subita corona* sit latina dictio, sed simul poetica, quae fortasse Lambinum offendit. Quamquam meo iudicio mutari locus non debet; nam poeticae locutiones et Ciceroni et historicis satis familiares sunt. *Mr.*

Itane censes] Distinguendum, *Itane? Censes* etc. Quae vero de Lysandri corona, de stellis aureis, deque Dodonaea simia hic habentur, ea lib. I. cap. 34. licet reperire. *Dav.*

Itane? Censes, ante etc.] Ita distinxi ex sententia Davisii: quo facto concitatior fit sermo: quamquam scio, familiare esse nostro dicere *ita censeo* pleonastice, ante accus. cum Inf. *Mr.*

Ante coronam herbae *extitisse, quam conceptum* etc.] Est a Victorii editione, firmantque Pall. omnes et liber S. Victoris. Aldi vetus ceterorumque, *ante coronam extitisse, quam herbarum conceptum* etc. *Grut.*

ante coronam herbae exstitisse, quam conceptum esse semen?] Cod. Oxon. E. *quam conceptam esse semine*: Cod. R. *quam conceptum esset semen*. Utrumque est correctoris. In Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. est *ante coronam exstitisse, quam herbarum conceptum esse semen*. Probam autem lectionem habent Codd. nostri omnes, neque ex Ed.

semen? Herbam autem asperam, credo, avium congestu, non humano satu. Iam quicquid in capite est, id coronae simile videri potest. Nam quod eodem tempore stellas aureas Castoris et Pollucis Delphis positas decidisse, neque eas usquam repertas esse dixisti; furum id magis factum, quam deorum, videtur. Simiae vero 69.

prima Victoriana, ut existimabat Gruterus, sed iam ante eam Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Mr.*

Quam conceptum esse semen] Legendum videtur, *quam conceptum esset semen. Grut.*

quam conceptum esse semen?] Malit hic fortasse quispiam *quam conceptum fuerit semen?* Sane ita Wowerius *potuit* pro *potuisse* legendum censet apud Minuc. Felicem Oct. c. 34. *quis... audeat repugnare hominem a Deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari?* Sed ea nonnisi pura puta est χαραδιόρθωσις, quam sicco pede praeterire non licuit. Sic enim eodem capite idem Minucius: *Quis enim dubitat,... quae caelo continentur, ita ut coepisse, desinere?* Et cap. antecedente: *ita prius eos deseruisse comprehendas, quam esse desertos:* i. e. quam fuerint deserti. Lactantius de Ira Dei c. 4. init. *Quod sequitur, de schola Epicuri est, sicut iram in deo non esse, ita nec gratiam.* Haec Wopkensius l. c. p. 284: qui contra Wowerium disputans, satis, opinor, Gruterum quoque refutavit. Et tamen Rathius Gruteri supervacaneam correctionem, ut suam, proferens, scribe, ait, *esset,* nam sic ut legatur, latinitas vult. Ergo Rathio iubente apud Cic. de Finn. IV. 20. 56. ubi est: *negatque, Platonem, si sapiens non sit, eadem esse in causa, qua tyrannum Dionysium:* corrigemus: *qua tyrannus Dionysius?* Eius enim loci consimilis est ratio. Nostro loco loquitur, quasi dicat: *an tu non censes, herbae prius conceptum esse semen, et deinde coronam exstitisse? Mr.*

Herbam autem asperam, credo,] Durius Hottingero omissum videtur verbum: quare scribendum censebat: *herbam autem asperam exstitisse credo.* Herelio vero (*Magaz. f. Philol.* I. p. 139.) non placebat repetitum *exstitisse,* quod paullo ante scriptum est; talem certe, ait, negligentiam, etiamsi feratur in librorum consensu, certe non esse obtrudendam Ciceroni correctione. Sed excidisse vocem existimat, quae literarum similitudine causa fieri potuit scribae, ut oculus eius aberraret: quod esset, si scriberetur: *herbam autem asperam crevisse credo,* vel *herbam autem natam asperam credo.* Sed nihil plane opus est additamento, dummodo cum Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. et Sch. distinguas: *Herbam autem asperam, credo, avium congestu, non humano satu.* Hott. videlicet distinctionem post *asperam* omisit. In Cod. S. est *conceptam — aspersam — scitu.* Verba *non humano satu* desunt in Cod. U. Quod h. l. dicitur *humano satu* paullo insolentius, supra I. 42. 93. dicitur *hominum satu.* Lucret. IV. 1227. dixit *satum genitalem. Mr.*

Nam quod eodem tempore] Cod. R. *nam quodam tempore. Mr.* — Quod in seqq. contra vulgarem usum post *neque* ponitur *eas,* quamquam substantivum modo praecessit, id saepius fecit noster: ita paullo inferius *si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset. K.* — Cod. S. *et nunquam* pro *neque eas usquam.* Volebat *et nusquam:* tum *fuisse* pro *esse. Mr.*

furum id magis factum] Cod. M. *furtum* pro *furum.* Est autem *furtum* glossa ad verba *furum-factum,* quae verum scriptoris vocabulum extrusit. Pro *Dodonaeae* est *Dolonaeae* in Cod. L. b. Pro *historiis* Cod. L. a. exhibet *historicis;* Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *in historiis:* illud per-

Dodonaeae improbitatem historiis Graecis mandatam esse demiror. Quid minus mirum, quam illam monstruosissimam bestiam urnam evertisse, sortes dissipavisse? Et negant historici Lacedaemoniis ullum ostentum hoc tristius accidisse. Nam illa praedicta Veientium, si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram; si repressus esset, Veios ** ita aqua

peram, hoc ex glossemate. Vox *mirum* post *minus* excidit in Cod. P. propter similitudinem literarum. Ad scriptionem *monstruosissimam* v. Nolten. Lex. Antibarb. p. 115. Cellar. Orthogr. Lat. p. 291. ibiq. Harles.; Ern. ad Sueton. Calig. 16. ubi Burmannus edidit *monstruosarum*, Ern. et Wolf. *monstrosarum*. Ceterum recte monet Hott., hoc adiectivum h. l. ad mores, non ad formam, esse referendum. In Cod. R. est *monstruosam:* in eodem mox *sortem* pro *sortes*. Tum P. *dissipasse*. Pro *Simiae vero* Cod. S. habet *similiter:* — idem *in historiis — mandatum;* mox omittit *bestiam*. *Mr.*

Monstruosissimam *bestiam*] Et illud est ab iisdem libris. vulgo *monstrosissimam*. *Gruter.*

Et negant historici] Particulam *et* hic admirationem prodere cum contemtu et irrisione ait Hott. laudatque Vechneri Hellenolex. II. 8. nimirum p. 428. Ed. Heusing., ubi est hoc exemplum ex Cic. Philipp. XII. 5. *Et ad eum legatos de pace mittemus, qui pacis nuntios repudiavit?* Pro *ostentum* Cod. R. habet *monstrum*, quod ex c. 30. hic margini adscripserat aliquis, alter in contexta recepit. Vocem *Lacedaemoniis* non habet Cod. S. In seqq. omittit vocem *Veios*, eiusque loco habet *non* seq. *Ita*. *Mr.*

Ita aqua Albana deducta] Videtur hic aliquid deesse, si diligenter attendas. *Lambinus.*

Ita aqua Albana etc.] Lambinus locum asterisco insignivit. sustuli, quod nihil variarent mss. et sententia belle cohaerere videretur. *Grut.*

Ita aqua Albana deducta] Ante voces hasce *D. Lambinus* asteriscum posuit, quem sustulit *Gruterus*, quod ei sententia belle cohaerere videretur. At vir ille doctus memor non fuit eorum, quae dixerat Quintus lib. I. cap. 44. ex fatis enim Veientium tradit *Veios capi non posse, dum lacus Albanus redundaret: et, si lacus emissus, lapsu et cursu suo ad mare profluxisset, perniciosum populo Romano; sin autem ita esset eductus, ut ad mare pervenire non posset, tum salutare nostris fore*. Ex QUO *illa admirabilis a maioribus Albanae aquae facta deductio est*. Haec omnia paucis refert Marcus: *Illa*, inquit, *praedicta Veientium, si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram; sin repressus esset, Veios:* ITA *aqua Albana deducta*. Ista quidem rectissime; sed tum manifesto deest aliquid, quo fata illa causam non dedisse, cur aqua deduceretur Albana, contenderat noster. Hunc hiatum, nisi multum fallor, sic optime supplebis: *Ita aqua Albana deducta*. AQUA ALBANA DEDUCTA *ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam*. Earundem vocum repetitio multas in veterum monumentis lacunas peperit. *Dav.*

*Veios ** ita aqua Albana deducta*] Lambinus asterisco notavit, aliquid ante *ita* deesse. Credo, quia verba praecedentia *illa praedicta* ipsi viderentur carere verbo, quocum cohaererent. Davisius locum refingere aggressus est. Mihi vero locum contemplanti in mentem venit, Ciceronem sic scripsisse: *Nam illo praedicto Veientium, si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram; si repressus esset, Veios, aqua Albana deducta. Ita aqua Albana deducta non ad*

Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam. At paullo post audita vox est monentis, ut providerent, ne a Gallis Roma caperetur: ex eo Aio Loquenti aram in nova via consecratam. Quid ergo? Aius iste Loquens, quando eum p. 128. a.

utilitatem agri suburbani, sed ad arcem urbemque retinendam. Ironice haec dici videntur, cum Cotta censuerit illam aquae deductionem factam esse potius ad utilitatem agri suburbani, quam urbis Romae servandae causa. *Pearcius.* — Dav. Ern. Verb. Oliv. Bip. nullum lacunae signum posuerunt. Hottingero merito neque Davisiana neque Pearcii ratio placet. Prior ne refutationem quidem meretur. Contra posteriorem monet H., attendendum esse ad verum particulae *nam* in huiuscemodi locis usum, qua Cicero inchoat sermonem, non cum res simpliciter narrare vult, sed cum refellere. Addit Rathius, *praedicta*, neque vero *praedictum*, esse ex usu Ciceronis; neque, ista coniectura recepta, sententiam melius cohaerere. Ipse locum ex superioribus ita resarciendum putabat: *Nam illa praedicta Veientium, — si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram; si repressus esset, Veios — conservaruntne Romam? Itane? Aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam.* Equidem in hac correctione Ciceronis manum non agnosco. Lacunam hic esse certum videtur: quomodo sit explenda, admodum incertum. Equidem aliquando tentavi: *Nam illa praedicta Veientium — Romam perituram; si repressus esset, Veios, hanc vim habuerunt, ut sit aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam.* Pro *ita* est *itaque* in Cod. R. *Mr.*

agri suburbani] Conf. *Dirksen. Versuche z. Krit. u. Ausleg. d. Quellen d. Roem. Rechts* (8. Lips. 1823.) p. 99. *Cr.*

audita vox est monentis,] Cod. R. *audita est vox monentis.* Idem mox *provideret, ne Gallis,* omisso *a. Mr.*

Aio loquenti] Paullus Mérula in Ennianis suis monet restituendum, *Aio Locutio,* non heîc solum, sed aliis Ciceronis locis. faciet id, qui volet, non ego; nisi videro libros qui tale quid mihi praescribant. *Grut.*

Aio Loquenti] Cod. U. *alio* pro *Aio*, R. *anno:* idem mox pro *Aius* habet *avis*. Cod. S. habet *in Nonania constitutam* pro *in nova via consecratam.* Idem *animus ist* (sic) pro *Aius iste.* Nimirum cum *aius* sit compendium verbi *animus*, scriba, qui nihil de *Aio* deo audivisset, vocem plene scribere volens, scripsit *animus.* Pro *Quid ergo? Aius iste* Schützius dedit *Quid? Ergo Aius iste.* Quod per se quidem spectatum non improbo: sed est ex usu Ciceronis *Quid ergo?* ponere cum ironia quadam; veluti etiam infra cap. 63: *Quid ergo? ad haec mediocri opus est prudentia — ?* Ubi Sch. de mutanda distinctione non cogitavit. Conf. de hoc usu Herzog. ad Caes. de B. G. 7, 78. p. 508. Pro *ergo* Cod. R. habet *igitur. Mr.*

Aius loquens —— Moneta] Vide lib. I. cap. 45. *Dav.*

Cum *eum nemo norat,* et *aiebat*] Vulgo *quando eum nemo norat, aiebat.* Nos autem *Victorium* et MSStos nostros sequimur. *Dav.*

quando eum nemo norat] Restitui *quando,* rariore quidem usu positum pro *tum quum,* vel *eo tempore, quo:* quod etiam Rathius fieri volebat, et fecerunt post Dav. Edd. fere omnes, praeter Hott. et Sch., qui, ipsi libris destituti MSS., Davisii libris omnes esse consentientes existimabant. Sed tuentur *quando* Codd. nostri R. L. a. b. P. U. et Edd. praeter Victorianam, veteres omnes. Ita scripsit noster de Leg. Agrar. II. 16.

nemo norat, et aiebat et loquebatur, et ex eo nomen invenit: posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit? Quod idem dici de Moneta potest: a qua, praeterquam de sue plena, quid umquam moniti sumus?

33. Satis multa de ostentis. Auspicia restant, et sortes
70. eae, quae ducuntur, non illae, quae vaticinatione funduntur, quae oracla verius dicimus; de quibus tum dicemus, cum ad naturalem divinationem venerimus. Restat etiam de Chaldaeis. Sed primum auspicia videamus. Difficilis auguri locus ad contra dicendum. Marso fortasse, sed Romano facillimus. Non enim sumus ii nos augures, qui avium reliquorumve signorum observatione futura dicamus. Et tamen credo, Romulum, qui urbem auspicato condidit, habuisse opinionem, esse in

41. *tum, quando — legatos Tyrum misimus.* Cod. R. pro *eum* habet *eam.* Commode is, qui pro *Aius* scripsit *avis.* Cod. Cr. pro *norat* habet *notat. Mr.*

et aiebat et loquebatur] Ita Codd. Oxonn. nostri P. L. b. c. R. Cr. M. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav. Hott. Reliqui omittunt prius *et:* quod Hottingero nimium tenuem et argutam habere distinctionem videbatur. Mihi quidem commode plane ad irridendum nomen istud *Aii Loquentis,* et consulto dictum videtur: *et aiebat et loquebatur.* Quod vero sequitur *et* ante *ex;* omissum est in Codd. S. P. et L. c. Pro *posteaquam* est *postea vero quam:* commode ab interprete interposito *vero,* et ex more Ciceronis, qui ad Famm. v. 2. scripsit *Postea vero quam profectus velim recordere, quae ego de te in senatu egerim.* Sed tamen non est necessarium, ex isto codice solo, qui glossis in contexta receptis abundat, recipere voculam, quae sono loquentis commode suppleb atur. Cod. S. habet *et nomen et aram.* Verba *et aram* omittit Cod. P. In seqq. Cod. R. habet *dici potest de Moneta.* Ad verba *nomen invenit* conferri potest de Finn. I. 7. 23. *Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit. Mr.*

quae ducuntur] Codd. L. b. S. R. M. Cr. (hic a pr. m. Sed supra lin. *u*) *dicuntur* pro *ducuntur:* perperam. Verba *de quibus tum dicemus* desunt in Cod. U. et Ed. Asc. 1. Cod. S. *veniemus* pro *venerimus. Mr.*

Difficilis auguri locus ad contra dicendum. Marso fortasse,] Ita distinxi cum Hott. Vulgo enim ante *Marso* ponitur semicolon. Sed, ut recte monuit Hott., priora verba ita sunt intelligenda, quasi scripserit *Difficilis, inquies, tibi auguri locus.* Scribitur autem perperam *augurii* in Codd. Cr. L. c. R. P., et *auguriis* in Cod. L. b. non melius. Ad verba *Marso fortasse,* quae respondet Marcus, v. supra I. 58. Pro *facillimus* Cod. M. habet *facilius. Mr.*

nos augures] Codd. R. et Cr. *augures nos:* iidem *reliquorumque* pro *reliquorumve. Mr.* — *Dicamus* i. e. *praedicamus. K.* Pro *Et tamen credo* Cod. M. habet *Et vide credo.* Ad verba *qui urbem auspicato condidit* conf. Cic. de Rep. II. 9. Pro *augurandi* est *augurandis* in Cod. L. c. *Mr.*

esse in providendis rebus augurandi scientiam] Verba *in providen-*

providendis rebus augurandi scientiam: (errabat enim multis in rebus antiquitas,) quam vel usu iam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus. Retinetur autem et ad opinionem vulgi, et ad magnas utilitates

dis rebus glossam redolent: iis certe abiectis nihil desiderabis. *K.* — Verum est: si abessent ista verba, nihil magnopere ad sententiam requires, nedum lacunam esse dices. Sed si non sunt Ciceronis, non satis intelligo, quomodo et cur addi potuerint, cum sententia non fiat expeditior, sed impeditior etiam. Equidem ita explicaverim locum: *esse augurandi scientiam, quibus res possint provideri, quas provideri rei publicae interest.* *Mr.*

Quam *vel usu iam vel doctrina vel vetustate* inmutatam *videmus*] Sic vulgo dant, ac ita Codices. Pronomen tamen ad *antiquitatem* referri nequit; sed ad *res* spectet necesse est. Quapropter cum Cl. *Clerico* reponendum, *quas vel usu iam vel doctrina vel vetustate inmutatas* etc. idque recepi. Vide doctissimi viri Bibliothec. Ant. et Hodiern. Tom. XV. pagg. 162, 366. *Dav.*

scientiam: (errabat enim multis in rebus antiquitas,) quam — immutatam videmus.] Sic distinguo. Sensus est: *quam augurandi scientiam immutatam videmus. Pearcius.* — Contra Clericum disputat Hott., non necesse esse mutationem singularis numeri in pluralem, cum, si *antiquitas* ita intelligatur, ut sit i. q. *opiniones antiquae,* commode dicere potuerit Cicero *antiquitatem* esse *immutatam.* Davisio vero opponit, *res* non immutari, sed nonnisi de illis *iudicia* et *opiniones.* Si quid mutandum sit, se amplexurum esse ait facilem atque ingeniosam Pearcii coniecturam. Rathius autem contra Hottingerum monet, *antiquitatem* non dictum esse posse pro *opinionibus antiquis,* sed significare *veteres:* neque etiam commode dici ipsas opiniones antiquas errasse: Pearcium autem inepte *quam* referre ad *scientiam.* Si enim augurandi scientia immutata fuerit usu et doctrina et vetustate [i. e. temporum decursu ut supra I. 49.], necesse esse, eam esse ultra rudimenta progressam adeoque excultam: id vero menti Ciceronis prorsus repugnare. Amplectitur igitur Pearcii quidem distinctionem, sed *quam* refert ad *opinionem,* quam quidem vocem (*opinionem*) melius fore repetitam post *quam,* sed ferri tamen etiam posse vulgatam. In qua ego sententia, omnibus probe ponderatis, acquiescendum putavi. *Mr.* — *Antiquitas, quam* (sc. antiquitatem errantem i. e. opiniones vel errores antiquitatis) *vel usu iam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus.* Ita equidem locum explicaverim, neque Davisio obsequens, neque Pearcium Rathiumque audiens, neque *antiquitatem* cum Hottingero pro *opinionibus antiquis* dictum esse concedens, quo quidem sensu vix unquam dictum esse videtur. *K.*

et ad opinionem vulgi] i. e. non audent viri prudentes, populi qualemcunque superstitionem convellere, ne, si unam sententiam, quam amplexum est vulgus, refutaveris, tota eius religio collabatur. *K.* „Ceterum ad gentilitatis iura pertinebat, quod soli patricii auspicia ex instituto Romuli haberent. Liv. VI. 41. Id quod tamen de avium duntaxat inspectione et tripudio intelligendum, siquidem de caelo servare etiam plebeiis licebat. Cic. in Vatin. cap. 7. Quum enim, fatente Cicerone de Divin. II. 33., hanc avium reliquorumque signorum observationem retinerent Romani *tantum ad opinionem vulgi et ad magnas utilitates rei publicae,* id est, ad plebem deludendam continendamque in officio: periculosum videbatur, plebeios ad haec mysteria admittere, quibus ius magistratus et sacerdotia capiendi erat ademptum.“ *Heineccius* in Syntagmate Antiqq. Romann. Append. Lib. I. cap. I. §. 32. p. 252. ed. Haubold. *Cr.*

rei publicae, mos, religio, disciplina, ius augurum, col-
71. legii auctoritas. Nec vero non omni supplicio digni P. Claudius, L. Iunius, consules, qui contra auspicia navigarunt. Parendum enim fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. Iure igitur alter populi iudicio damnatus est, alter mortem sibi ipse conscivit. Flaminius non paruit auspiciis. Itaque periit cum exercitu. At anno post Paullus paruit. Num minus

ad magnas utilitates rei publicae,] Ad rem conf. Cic. de Rep. II. 14. extr. Male Ern. post *utilitates* distinxit, iunxitque *rei publicae mos. Mr.*

Ius augurum] Liber S. Victoris, *augurium,* quod idem concorditer in quatuor Palatinis. adeo ut videatur positum pro *auguriorum. Gruter.*

ius augurum] *Augurium* MS. Vossianus, unde recepi in contextum, etsi cap. 85. recurrat *ius augurum.* Sed miserum grammaticum! qui non aliter id expedire queat, quod simplicissime dictum est, et quod in secundo casu ipse ediderat iam Lib. III. ad Fam. epist. 9. *iuris augurii. Gronov.* — Rathius quoque dedit ut Dav. *ius augurium,* laudatque de Senect. 4. ubi item est *ius augurii.* Equidem Ciceronem *augurium* pro *auguriorum* non scripsisse existimo, quamquam reperi eam lectionem in Codd. P. et L. c. et in Ed. Verb. Conf. *Schneider. Lat. Formenl.* I. p. 70. *Mr.*

P. Claudius] Dav. scripsit *Clodius:* sed *Claudius* idem dicitur sine lectione variante de N. D. II. 3. ubi eadem res fusius narratur: itemque in nostris Codd. L. a. b. c. M. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Cod. R. pro *qui* ante *contra* habet *quasi.* Pro *navigarunt* nonnisi Rob. Steph. et Dav. habent *navigaverunt. Mr.*

Parendum enim fuit religioni,] Cod. P. *vero* pro *enim.* Cod. L. c. *religioni fuit* inverso ordine. Verba *enim fuit* omittit Cod. Oxon. E. *Mr. Parendum fuit* pro *p. fuisset* dictum est, ut in Laelio 16. *Hoc quidem praeceptum ad tollendam amicitiam valet. Illud potius praecipiendum fuit, ut diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis. K.* — Pro *patrius mos* est *paternus mos* in Cod. Cr. *Mr.*

Alter populi iudicio] Clodius populi iudicio damnatus esse; Iunius autem sibi ipse mortem conscivisse dicitur. Auctoribus tamen inter se non convenit. Vide *Ioan. Freinskemii* Supplem. *Liviana* lib. XIX. capp. 30, 31. *Davies.*

Iure igitur alter — conscivit.] Debebat laudare Dav. ipsum Ciceronem de N. D. II. 3. 8. ubi est: *Itaque P. Claudius a populo condemnatus est: Iunius necem sibi ipse conscivit. Mr.*

Flaminius —— Paullus paruit] *Minucius Felix* Oct. cap. VII. *Ut Thrasimenus Romanorum sanguine et maior esset et decolor, sprevit auguria Flaminius.* Idem cap. XXVI. *Pullos edaces habuit et Paullus apud Cannas, tamen cum maiore Reip. parte prostratus est.* Sed falsus est elegans ille scriptor: nam *Paullus cum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio* NON *addixissent, obnuntiari iam efferenti porta signa collegae iussit,* ut ait *Livius* lib. XXII. cap. 42. ita ut *auspiciis* quidem *paruerit* Paullus, eo quod iis renitentibus pugnam illo die non inierit: sed eum *pullos edaces habuisse* dicere manifestus est error. Huius tamen erroris accessio fit *Cyprianus* de Idol. Van. pag. 205. Omnino vide nostrum lib. II. N. D. cap. 3. et *Lactantium* Div. Inst. II, 16. *Dav.*

Num minus cecidit in Cannensi pugna] Codd. Ox. E. et ψ. nostri R. et Cr. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. *nec minus.* Pithoeus enotavit ex tribus Codd. *num unus, non*

cecidit in Cannensi pugna cum exercitu? Etenim, ut
sint auspicia, quae nulla sunt; haec certe, quibus uti-
mur, sive tripudio sive de caelo, simulacra sunt auspi- b.
ciorum, auspicia nullo modo.

Q. Fabi, te, mihi in auspicio esse volo: respon- 24.

minus, numimius. Cod. R. pro *Cannensi* habet *Cimensi:* idem *ut sunt* pro *ut sint. Mr.*

ut sint auspicia, quae nulla sunt] Conf. Cic. de Rep. II. 23. *et ut sit aliquod etiam populi ius.* Supra I. 6. *et, ut item sint dii;* ubi v. annot. nostr. De Legg. I. 14. p. 98. sq. Ed. nostr. et Cr. *quae quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt; ut sint tamen, persaepe falsa sunt:* ubi vid. annot. Verba *haec — simulacra sunt* desunt in Codd. R. et Cr. oculo scriptoris a priore *sunt* ad posterius aberrante. *Mr.*

sive tripudio, sive de caelo] Est Zeugma: *sive* (utimur) *tripudio, sive* (servamus) *de caelo. K.* — Cod. S. *sine tripudio:* mox *simulacrum sit. Mr.*

simulacra sunt auspiciorum] sc. quia non *ex avibus* proprie sunt. *Ern.* — In fine cap. pro *auspicia nullo modo* in Cod. R. est *auspiciaque;* tum sine distinctione pergit *Fabi.* In Cod. S. scribitur: *nullo modo quae subite mihi. Mr.*

TE MIHI IN AUSPICIO ESSE VOLO. *respondet*, AUDIVI. *hic apud*] Restitui egregie ex Pal. pr. ac sec. quomodo ante quinquaginta amplius annos emendarat P. Victorius: sed nemo obsecutus est, praeter Camerarium, qui tamen distinctione usus minus bona. Sed nec Lambinus bene, qui omisso altero *volo*, reposuit, *ad haec apud.* sic enim nulli scripti. *Gruter.*

Q. Fabi, te mihi in auspicio esse volo: respondet, Audivi.] Subiit fortasse legendum: *adesse* i. e. operam tuam praestare; solemni huius verbi usu. *Hott.* — Consentit Rathius. Sed vid., quae nos monuimus ad locum plane geminum de Rep. II. 9. ubi est: *qui sibi essent in auspiciis:* quo item loco A. Maius coniecit *adessent.* Rathii vero ad h. l. haec est annotatio: „Hic locus sic corruptus in libb. vett. est, ut intelligi non possit [At plane ita, ut post Grut. ediderunt omnes, et, ante Gruterum, Rob. Steph. Car. Steph. habent Codd. nostri L. a. c. M. Cr.]. Victorius primus eum correxit, eumque secutus est Camerarius; is autem tam male distinguit, ut omnis sensus pervertatur, et ita quidem *Q. Fabi — volo? respondet, Audivi hic apud maiores* etc. Multo melius Lambinus, qui sic edidit: *Qu. Fabi, te mihi in auspicio esse volo. respondet, Audivi. Hic apud maiores* — [Lamb. edidit: *Ad haec apud* etc.] Ante Victorium legitur: *Quae Fabrici mihi* etc. [Ita ex nostris sola Ed. Herw.; sed in Edd. Asc. 1. 2. Crat. est *Quae Fabrice mihi,* et ita Codd. U. et L. b.] Pro Q. itaque exhibetur *quae.* Sub quo quid lateat, nescio, sed hoc pro certo habeo, Ciceronem non reliquisse *Q. Fabi.* Veteres enim tum fere *Fabii* nomen usurpant, cum liberi hominis exemplum volunt proferre, nec certum aliquem nominatim appellare. Unde noster eodem nomine utitur de Fato c. 6. 7. Topic. c. 3. nusquam *Q. Fabii,* quod *verum* nomen est. Deinde et illud animadverto, orationem abrupte incipere. *Q. Fabi, te mihi* etc. nihilque esse, quod transitioni inserviat. Vide, itane possit lacuna expleri: *Quaeritur aliquid; aditur augur: Fabi, te mihi in auspicio esse volo.* Pro *esse volo,* Hottingerus coniecit *adesse volo,* quod mirum in modum placet: praesertim si mox pro *audivi* legeretur *adsum tibi.* [Ergo ad fulciendam coniecturam supervacaneam affertur nova, magis etiam supervacanea.] Denique infra non placet: *silentium esse videri:* scribendum puto *videtur:* clara res et testata ex reliquis est.“ Haec Ra-

det, AUDIVI. Hic apud maiores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. Peritum autem esse necesse est eum, qui, *silentium* quid sit, intelligat: id enim *silen-*
72 *tium* dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere, perfecti auguris est. Illi autem, qui in auspicium adhibetur, cum ita imperavit is, qui auspica-

thius: cuius ut non inepta est disputatio, ita tamen emendationes Ciceroni non videntur obtrudendae. Ultima certe plane est otiosa et nullo modo admittenda. Librorum autem nostrorum lectiones, quas nondum expromsimus, hae sunt. Codd. R. et P. habent *que Fabi* etc. omisso *esse* post *auspicio*. In varr. lectt. Edd. Crat. Herw. est: *Quae Fabi, te volo mihi in auspicio esse. Volo, respondet. Audivi hoc, apud* etc. In Edd. Sturm. Lambb. Goth. et Boul. *Q. Fabi, te volo mihi in auspicio esse. Volo, respondet. Audivi haec, apud* etc. in Edd. Ald. Brut. Sylb.: *Q. Fabi, te volo mihi in auspicio esse. Volo, respondet. Audivi. Hic apud* etc. *Haec* pro *hic* habet Cod. M.; *hoc* Cod. R., in quo est etiam *respondent* pro *respondet*. *Mr.* — Ego in huius capitis principio nihil desidero. In sermone quidem familiari sono potest significari transitus ad exemplum, etiamsi non addit, se nunc exemplum allaturum. Ceterum non displicet Hottingeri emendatio *adesse*, itemque Rathii *adsum tibi*, quod quidem melius respondet verbis *mihi adesse volo*: nisi fortasse librorum lectio formulam solemnem exhibet. *K.* Hottingeri coniecturae favere videri possit lectio Cod. L. b., in quo pro *auspicio esse* est *auspicia esse*. *Mr.*

te mihi in auspicio esse volo.] Solemnis formula. Messala augur apud Gellium XIII. 15. *Praetores nos his temporibus praetore creante veterum auctoritatem sumus secuti; neque iis comitiis in auspicio fuimus.* Conf. *Gruchium* de Comitiis Roman 0. I. 4. [p. 76. sqq. Ed. Venet. 1559. 8.] Unde non erat, quod A. Maius in Cic. de Rep. II. 9. pro *qui sibi essent in auspiciis* scriptum mallet *q. s. adessent in ausp.* Quam tamen suspicionem Idem in Indice [s. v. *in*: qui vero est Niebuhrii] opprimere videtur voluisse. *Cr.*

apud maiores nostros adhibebatur peritus,] Codd. L. c. S. omittunt *nostros*. Codd. U. L. b. M. habent *adhibeatur* pro *adhibebatur*. P. *pariter* pro *peritus*. Cod. L. a. *num* pro *nunc*. L. b. *quidem iubet* et S. R. *quid iubet* pro *quilibet*. Omittitur *esse* post *autem* in Codd. P. et R. De constructione *esse necesse est*, deque horum verborum vario ordine disputat *Goerenz.* ad Cic. de Finib. IV. 18. 77. nec nostri loci oblitus. *Mr.*

Id enim silentium dicimus] *Festus* in *silentio surgere*: *Est proprie silentium omnis vitii in auspiciis vacuitas.* Idem in *sinistrum*: *Sinistrum in auspicando significare ait Ateius Capito laetum et prosperum auspicium; at* silentium, *ubi duntaxat vacat vitio.* De hoc vero, aliisque, quorum *Tullius* hic meminit, verbis solennibus, vide *B. Brissonium* de Form. lib. I. pagg. 124, 125. *Dav.*

id enim silentium dicimus] Vid. Schoepflin. de Auspiciis Romm. p. 169. Adde *Gruchium* de Comitiis Rom. I. 4. p. 92. qui nostrum locum plane ita laudat, ut nos eum edidimus. Ad v. *vitio* v. supra ad I. 17. Ad v. *Hoc intelligere* monet Hott.: nempe, quod auspicium vitio careat, non, quid silentium dicatur. In Cod. R. scribitur *hec intelligere perfecte auguris est.* *Mr.*

qui in auspicium adhibetur,] Ad rem conf. Wyttenb. ad Cic. de Legg. III. 19. 463. ed. nostr. et Cr. Scribitur autem *adhibentur* in Codd. R. L. b. c. M. P. U. Nimirum librarii verba *Illi, qui* pluralem esse numerum existimabant. Quare etiam mox

tur, DICITO, SI SILENTIUM ESSE VIDEBITUR; nec suspicit, nec circumspicit: statim respondet, SILENTIUM ESSE VIDERI. Tum ille, DICITO, SI PASCUNTUR. — PASCUNTUR.— Quae aves? aut ubi? Attulit, inquit, in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. Hae sunt igitur aves internuntiae Iovis: quae pascantur, necne, quid

pro *is* scriptum est *iis* in Codd. L. b. et R., *his* in Cod. P. Tum *auspicantur* pro *auspicatur* in Codd. L. b. et R. *Mr.*

DICITO SI SILENTIUM etc.] Totam hanc etiam periodum reduxi, fide codicum P. Victorii, et Bibliothecae Palatinae. sed et mox reposui; *Quare aves aut ubi?* etc. suadentibus iisdem libris. *Gruter.*

si silentium esse videbitur] Vox *si* a proxima syllaba absorpta est in Codd. P. R. Cr. S. M. L. b. c. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Pro *videbitur*, quod habent Codd. MSS. omnes, est *videtur* in Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Mr.*

si — videbitur] *Si* in interrogatione, tum obliqua, tum recta, ut Graecum *εἰ*, vid. Platon. Alcib. I. p. 106. b., ubi Ast. et Bekker. recte reduxerunt *εἰ* pro *ἤ*, quod Buttmannus intulerat. Conf. Plat. Rempubl. v. 21. p. 478. et Astii Comment. ad eum locum p. 582. Adde Interprr. ad Odyss. A. v. 158. et Athenaeum VI. p. 228. p. 877. Schwgh. *εἰ ἔχομεν δεῖξαι.* Vid. insuper Hoogeveen. de Particul. p. 113. Schützii, et de *εἰ* in recta interrogatione Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 89. Oblique similiter atque hoc Tullii loco interrogatur Top. 22. *Quaeritur, si expetendae divitiae, si fugienda paupertas.* Similiter ap. Porphyr. cap. 4. de Vita Plotini: *εἰ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ μία*; *Cr.* Add. exempla, quae collegit Vechner. Hellenolex. p. 423. sq. ed. Heusing. Tursellin. de Particull. p. 907. sq. ed. Schwarz. *Mr.*

nec suspicit,] Codd. P. U. *suscipit*, et sic Ed. Asc. 1. Mox R. *statum*, sed supra lin. *statim*. Tum Cod. U. Edd. Asc. 1. et 2. *respondebit* pro *respondet*. Pro *tum ille* est *non ille* in Cod. L. b. *Mr.*

Dicito, si pascuntur. Pascuntur. Quae aves? aut ubi?] Repetitum *pascuntur* abest a Codd. R. U. L. b. Tertius omittit etiam verba *quae aves?* In Codd. R. P. scribitur *pascunturque aves.* Posterior pergit *At ubi*. Ed. Asc. 1. habet: *tu ille dicito si pascuntur aves, aut ubi.* Edd. Car. Steph. (qui tamen ex vet. Cod. nostram lectionem enotavit:) Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Ald. *Dicito, si pascuntur aves. Pascuntur. Quae, aut ubi? Mr.* Memorabilis est scriptio *si pascuntur*; cum supra scriptum sit *si — videbitur*. An legendum *si pascentur? K.* Ad haec et sequentia confer, quae supra posuimus ad Lib. I. c. 15. *Cr.* Cum Kaysero legendum censet *pascentur*, ut respondeat futuro *videbitur*, Nic. Bygom *Krarup* in libello utilissimo: De natura et usu Imperativi apud Latinos (Hafniae 1825.), p. 21. quod nobis quoque placet. *Mr.*

Attulit, inquit,] Ad *inquit* subaudit Hott. *aliquis*, laudatque Gronov. ad Liv. 34. 3. Bentlei. ad Horat. Serm. I. 4. 97. Bene. Tu adde Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 36. p. 164. ed. Cr. et nostr. mai. et praeterea ad eundem locum nos in Ed. min. p. 64. ibiq. laudd. Quod sequitur *in* deest in Cod. P. Pro *pullarius* Cod. R. habet *pulularius*. De *pullario* vid. Cuperi Harpocrat. p. 202. et I. A. Hultmanni Miscellann. Epigraphica (Zutph. 1758.) p. 229. sqq. *Mr.*

quae pascantur, nec ne, quid refert?] Sic MSS. Guelf. et alii: item Edd. vett. *Ern.* Mira est haec Ernesti notula; quam non intelligis, nisi scis haec ad Gruterum spectare, qui (et cum eo Verb.) contra libro-

refert? Nihil ad auspicia: sed quia, cum pascuntur, necesse est, aliquid ex ore cadere, et terram pavire; terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur. Cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur.

rum auctoritatem dedit *pascuntur*; in qua prava scriptione cum eo consentire nunc video Codicem R. Ad v. *nihil ad auspicia* explicanda addit Hott.: nihil referre ad auspicia, pascantur, nec ne, tales nimirum pulli, qui in cavea afferantur. Nam cum fame enecti afferantur (v. cap. prox.) non posse inde rite signum capi rerum gerendarum. *Mr.*

sed quia] Vocem *quia* omittit Cod. R. In Cod. M. pro *terripavium* et *terripudium* scriptum est *tripavium* et *tripudium*, neglecto nimirum unco literae *t* adscribendo ut significetur *ter* (*t'*). In Cod. R. ter scribitur *tripudium*. *Mr.* — Hic locus non magis in interpolationis suspicionem cadere debebit, quam qui supra est de lituo Romuli I. 17. aliique, de quibus monuimus. *K.* — Verba *dictum est* usque ad *dicitur* desunt in Cod. S. *Mr.*

Terram pavire] *Pavire* ferire denotat, ut observavit *Festus* in *puls*. *Davies.*

terripavium — terripudium] Conf. Festum in *puls* p. 395. et in *sollistimum* p. 516. ubi interpretes Tullii locum adhibuerunt. Adde *Marini Atti e Monumm. degli Arvali* p. 599. sq. ibiq. laud. Salmas. ad Capitolini Maximin. c. 3. qui potius a Graeco ducendum censet, ita scribens: „*tripedare* est saltare vel *tripudiare*, nam utriusque verbi eadem origo, *tripudium*, *τριπόδιον*, unde *tripedare* est saltare. Graeci *τριποδιάζειν* dicunt. *Tripedare* autem et *tripudiare* est *ter pede terram ferire*.“ *Cr.* — Add. G. I. Vossium in Etymol. L. L. s. h. v. Martini Lex. Philolog. h. v. et Becman. de Originn. L. Lat. p. 605. *Mr.*

Terripudium dictum est: hoc quidem iam] Lego, *terripudium dictum est, hocque* idem *iam tripudium dicitur*. Quin et abesse potest vox ultima, quam nesciunt quatuor *Gruteriani*, Paris. Med. Balliol. et Ven. 1471. *Dav.*

Iam tripudium dicitur] Videtur expungendum *dicitur*, utpote quod sit in solo Pal. sec. non in tribus reliquis, aut S. Victoris. *Gruter.*

iam tripudium dicitur.] Hott. item abesse volebat *dicitur*, ut sententiae ita nectantur: *hoc quidem iam tripudium* (sc. a nobis dictum) *terripavium primo post terripudium dictum est*. Neque vero, quod Sch. narrat, de transponendis postremis verbis cogitavit. Assentit Goerenzius Hottingero ad Cic. de Legg. I. 21. 55. p. 87. narrans, verbum *dicitur* damnari etiam a tribus suis. Ego cum Sch. nihil mutaverim; praesertim cum istam vocem tueantur Codd. Oxonn. R. O. ψ. nostri L. a. c. M. U. et Edd. post Vict. omnes. Sed ut fatear, quod est: Equidem a Ciceronis manu profecta credo esse verba *terripavium primo, post terripudium dictum est*: quae sequuntur *hoc quidem iam tripudium* sive addito *dicitur*, sive omisso, si quis ex margine in contexta irrepsisse statuat, me non habebit admodum adversantem. *Mr.*

Cum igitur offa cecidit] Post *offa* additur *iam* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb., quam voculam reliqui nostri libri non agnoscunt. *Mr.*

Tripudium solistimum nuntiatur] Vulgo *nuntiant*, et sic omnes nostri Codices. At auspicanti unus tantum aderat, quapropter legendum *nuntiatur*, prout editio *Victoriana* repraesentat. *Tripudium* vero *solistimum*, felicissimum videbatur auspicium. *Festus* in *puls*: *Puls potissimum da-*

Ergo hoc auspicium divini quicquam habere potest, quod tam sit coactum et expressum? Quo antiquissimos augures non esse usos, argumento est, quod decretum collegii vetus habemus, omnem avem tripudium facere posse. Tum igitur esset auspicium, si modo esset ei liberum, se ostendisse; tum avis illa videri posset interpres et satelles Iovis. Nunc vero inclusa in cavea et fame enecta si in offam pultis invadit, et si aliquid ex 35. 72.

batur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id est, terripavium —— Bonum enim augurium esse putabant, si pulli, per quos auspicabantur, comedissent; praesertim si iis edentibus aliquid ab ore decidisset. Quin et *tripudium solistimum, auspicium ad rem ordiendam optimum esse* docet *Servius* ad *Virgilii* Eclog. VIII, 80. *Dav.*

tripudium solistimum nuntiant.] Victor. edidit *nuntiatur.* nil interest. Davisius id necessarium putat, quia unus tantum adsit auspicanti, qui nunciet. Quasi ad unum auspicantem res pertineat: nec sit de toto genere. *Ern.* Servarunt *nunciant*, praeter Ernestum, Verb. quoque, Bip. Hott. Sch. Nos *nuntiatur* praetulimus, quod habent Codd. nostri Cr. P. L. c. Edd. Rob. Steph. Rath. et Olivet. Nimirum in his non ea est auctoritas Codicum, ut iis necessario obtemperandum sit, cum in fine verborum ultima syllaba plerumque per compendium adiungatur. Si scriptum aliquis reperiret, ut est in Cod. nostro R. *nuntiat*, poterat ex praecedentibus subaudire *pullarius*: poterat item literae *a* lineolam superscribere (*nuntiāt*): poterat denique, quod factum est in Cod. Cr., literae *t* virgulam addere (*nuntiat'*). Et eam ego scriptionem praefero, cum cap. proximo scriptum sit: *Iam de caelo servare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? nunc imperant pullario: ille renuntiat.* Rathius refert in Ed. quoque Camerar. esse *nuntiatur. Mr.*

divini quicquam] Cod. M. *divinum* pro *divini.* In seqq. Cod. U. post *tam* omittit *sit. Mr.* — Ad v. *coactum et expressum* conf. supra I. 15. et adhibe C. Sigon. de antiquo iure provincc. II. 6. [p. 297. ed. Wechel. f. m. 1593.] Cr.

non esse usos] Codd. Cr. S. R. et Ed. Asc. 1. habent *non usos esse.* In Ed. Asc. 2. plane omittit vocem *esse.* Ad v. *omnem avem* annotavit Hott.: liberam etiam, non pullos solum cavea inclusos, fameque enectos. In seqq. pro *esset auspicium* Cod. Cr. habet *esse auspicium.* Paullo superius R. pro *argumento* habet *argumentum. Mr.*

si modo esset ei liberum] Ita scripsi ex Codd. Cr. L. c. Edd. Vict. Rob. Steph. Dav. Oliv. In rell. est *ei esset.* Hott. malebat *avi esset:* fatetur tamen, *avi* ex verbis *omnem avem tripudium facere posse* posse assumi. *Mr.*

se ostendisse] Ad *ei* subaudi *avi.* Memorabile est Perfectum infinitivi, ἀορίστως intelligendum, ut Liv. II. 24. *nec posse bello praevertisse quidquam.* Hor. Od. III. 4. 50. sqq.

Fidens, iuventus horrida, brachiis
Fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo. K.

interpres et satelles Iovis.] Cod. P. *interpres Iovis et satelles.* Respicit ad I. 47. 106. Pro *enecta* in Cod. R. est *evecta.* Cod. S. habet ante haec *posset videri. Mr.*

Si in offam pultis invadit] Lego *invasit. Davies.*

si in offam pultis invadit, et si aliquid — cecidit,] Hott. contra Davisium monet, accurationem esse nimiam, si contra librorum fidem corrigas *invasit;* laudatque c. 19. *quid*

eius ore cecidit, hoc tu auspicium, aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas? Iam de caelo servare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? Nunc imperant pullario: ille renuntiat. Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus ad omnes res, praeterquam ad comitia: quod quidem institutum rei publicae causa est, ut comitiorum, vel in iudiciis populi, vel in iure legum,

74. p. 124. a.

enim proficit, cum in medium mare fulmen iecit? Rathius affert ex c. 37. *poenitere — fuisse:* male: nam huius quidem loci plane alia est ratio, cum *poenitere* dicatur de eo, quod non praeteriit, sed durat; *fuisse* de eo, quod cogitavit Deiotarus, quum faceret, quod se fecisse narrat. Ceterum neque ego mutationem necessariam esse existimo. In Cod. Cr. convenit utrumque verbum, nam pro *cecidit* est *cadit. Mr.*

ex eius ore] Vulgo *ex ore;* sed ego recepi *eius* ex Codd. nostris Cr. P. L. c. et Edd. Camerar. Rob. Steph. Victor. et Davis. In Cod. R. post *auspicium* est *et* pro *aut.* Cod. P. pro *solitum* habet *solum. Mr.*

Iam de caelo] Codd. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Iam vero de caelo.* Pro *servare* est *servari* in Codd. L. b. c. S. Cr. P. R. U. et Ed. Asc. 1. Meyerus, interpres Germ., se non recte intelligere ait haec, ut scripta sunt, existimatque transpositione sanandum esse locum, ut scribas: *hoc tu auspicium, aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas? Servare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? Nunc imperant pullario; ille renuntiat. Iam de caelo. Fulmen* etc. Distribuisse nimirum ait Ciceronem c. 33. extr. auspicia in tripudium et in auspicia de caelo. Non displicet haec suspicio. *Mr.*

Nunc imperant pullario:] Codd. S. L. b. *non* pro *nunc.* Codd. R. S. et P. *imperat* pro *imperant.* Ad h. l. quaerit Rathius: Num *de caelo* quoque observarunt pullarii? Si Meyeri sententiam probas, non necesse erit, ad hanc quaestionem respondere. Sin minus, poteris referre illud ad id, quod, si deorum per pullos sensa exquirerentur, (oportebat autem id fieri summo mane et primo diluculo) imperato de more silentio, augur rogabat pullarium, an adhuc silentium esset? quo facto renuntiabat pullarius, sibi silentium esse videri. Cod. S. *fulmen similiter. Mr.*

Fulmen sinistrum — praeterquam ad comitia] Supra cap. XVIII. *Comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit.* Vide *Dionysium Halicarnasseum* lib. II. cap. 5. et *Plinium* H. N. lib. II. cap. 54. *Dav.*

Auspicium optimum habemus] Si sequemur libros eosdem, admittemus praeterea *quod,* sic: *auspicium optimum* quod *habemus* est. *Gruter.*

auspicium optimum habemus] Codd. P. Cr. L. c. Co. Vi. b. post *optimum* addunt *quod.* Cod. R. habet *commodum quod habemus.* M. *auspicium habemus,* omisso *optimum.* Pithoeus ex alio quodam libro enotavit *auspicium optimum quidem habemus. Mr.*

optimum — ad omnes res] Supra II. 18. dixit: *Itaque comitiorum solum vitium est fulmen: quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit. K.*

rei publicae causa est] Cod. P. *rei pter* [Pithoeus legit *praeter*] *causam est.* R. *rei publicae cura est. Mr.*

ut comitiorum — essent interpretes.] i. e. indicarent, recte facta sint, nec ne, etsi ipsi augures non essent: quod secus esset, si fulmen esset comitiorum auspicium. *Ern.* — i. e. ut penes principes esset, indicare, utrum

vel in creandis magistratibus, principes civitatis essent interpretes. At Ti. Gracchi literis Scipio et Figulus Coss. cum augures iudicassent, eos vitio creatos esse, magistratu se abdicaverunt. Quis negat augurum disciplinam esse? Divinationem nego. At haruspices divini. Quos cum Ti. Gracchus propter mortem repentinam eius, qui in praerogativa referenda subito concidisset,

comitia habere fas esset, an secus. Supra enim c. 18. *in nostris,* inquit, *commentariis scriptum habemus: Iove tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. Hoc fortasse reip. causa constitutum est: comitiorum enim non habendorum causas esse voluerunt. Hott.* Praestat Hottingeri explicatio. Sed ut fatear, quod est, quotiescunque ad hunc locum redeo, semper offendor eo, quod principes civitatis dicuntur *interpretes* comitiorum. Melius certe conveniret *arbitri. Mr.*

interpretes — comitiorum] i. e. quando esse oporteat comitia. *K.* — Pro *in iure* Cod. L. c. habet *iure.* R. *interpres* pro *interpretes.* In seqq. Cod. S. exhibet *literis scipiorum singulis quos. Mr.*

Tib. Gracchi literis] Hanc rem tetigit noster lib. I. de Divin. cap. 17. et fuse narravit lib. II. N. D. cap. 4. *Valerius Maximus* lib. I. cap. I, 3. *A Tiberio Graccho ad collegium augurum literae sunt ex provincia missae, quibus significabat, se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animadvertisse vitio tabernaculum captum comitiis consularibus, quae ipse fecisset; eaque re ab auguribus ad Senatum relata, iussu eius C. Figulus e Gallia, Scipio Nasica e Corsica, Romam redierunt, et se consulatu abdicaverunt.* Adi sis et *Plutarchum* in Marcello p. 300. quem locum tentat *B. Brissonius* Form. lib. I. p. 120. *Dav.*

Quod tum *augures iudicassent*] Est ab edit. Victorii. nam aliae excludunt *tum.* verum Pall. omnes exhibent, *quos quum aug. Grut.*

Quod tum *augures iudicassent eos vitio creatos esse*] Importuna prorsus est secunda vox, quam *Gruterus* ex editione *Victorii* mutuatus est. Omnes Pall. Paris. Med. Balliol. *quos cum augures.* Lege *Scipio et Figulus,* cum *augures iudicassent eos vitio creatos esse:* nam deleo *quos,* quod omnino παρέλκει. *Davies.*

Scipio et Figulus Coss. cum] Ita cum Sch. scripsi ex Hottingeri emendatione pro vulgato *quod tum.* Et habent *cos.* Cod. Oxon. U. Co. Vi. b. nostri L. b. c. M. Cod. Cr. *cons.* Codd. S. L. a. R. P. *quos.* Pro *tum* est *cum* v. *quum* in Codd. Cr. L. a. b. c. P. M. U. Ed. Asc. 1. Co. Vi. b. Eam vocem plane omittunt Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Cod. Cr. habet *C. Figulus:* in Cod. M. est *qui cum augures. Mr.*

Quis negat augurum disciplinam esse? Divinationem nego.] Ad v. *aug. disc. esse* adnotavit Hott. i. e. augurium arte ac regulis constare, quas Ti. Gracchus migraverit. Cod. R. pro *augurum* habet *augurium.* Post *esse* pergit Cod. P. *num divinatio nego.* Quod ex annotatione interpretis alicuius marginali ortum videtur. Cod. Cr. habet: *augurum disciplinam esse divinationem?* omisso *nego.* Eodem loco interrogandi signum est, sed sequente *Nego* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Quod sequitur, *At,* deest in Codd. U. et S. *Mr.*

Quos cum Ti. Gracchus] Codd. Cr. et L. b. *quos cum etiam Ti. Gracchus.* R. *Titus* pro *Tiberius:* idem omittit, quod sequitur, *propter. Mr.*

qui in praerogativa referenda] Cum ad Consulem referret suffragia centuriae praerogativae, quisque ab ea creatus esset. *Ern.* Cod. R. habet

in senatum introduxisset; non iustum rogatorem fuisse
75. dixerunt. Primum vide; ne in eum dixerint, qui rogator centuriae fuisset. Is enim erat mortuus. Id autem sine divinatione, coniectura poterant dicere. Deinde fortasse casu; qui nullo modo est ex hoc genere tollendus. Quid enim scire Etrusci haruspices aut de tabernaculo recte capto, aut de pomoerii iure potuerunt?

in praerogantiam referendam. Mr.

concidisset] i. e. qui, ut ei narratum est, conciderat; qui concidisse dicebatur. *K.*

Non iustum rogatorem fuisse] Hactenus excusi, *rogatorem comitiorum*, sed ea vox in nullo est Pall. respuitque Cod. S. Victoris; nec mihi fit dubium natum in officina Aldi Romani. *Gruter.*

non iustum rogatorem fuisse dixerunt.] Additur *comitiorum* post *rogatorem* supra I. 17. et de N. D. II. 4. unde irrepsit etiam nostro loco in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Rob. Steph. rell., exceptis Grut. Verb. Ern. Hott. Sch. In Codd. certe nostris omnibus, excepto M., non comparet ista vox, quae facile intelligitur. De *rogatoribus* v. G. C. Th. *Franckium* de tribuum, curiarum atque centuriarum ratione (Slesv. 1824. 8.) p. 118. Add. N. *Gruchium* de Comitiis Romanorum (Venet. 1559. 8.) p. 50—52. 54. 117. 120. 131. 230. 232. Monet Hott., Ciceronem illam vocem (*comitiorum*) consulto omisisse, ut ambiguum esset, utrum comitiorum, an centuriae rogator intelligeretur. Unde, ait, statim haec subiicit: *vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriae fuisset.* Rogator nimirum *centuriae*, distinguendus a rogatore *comitiorum*, is erat, qui cives rogaret, quem suffragiis suis creatum vellent. *Mr.*

ne in eum dixerint] Cod. R. *dixerunt* pro *dixerint*. *Mr.* — Ad *id autem* intellige: *non iustum fuisse. K.*

Coniectura poterant *dicere*] Vulgo *poterat*, quod ne Latinum quidem est: nam subintelliguntur *haruspices*. Id igitur recepi quod mihi simul ac amico venerat in mentem. Vulgatam lectionem passi videntur editores, quoniam id, quod ipsorum hominum est, instrumento saepe tribuunt veteres. *Cyrillus* contra Iulianum lib. II. pag. 41. *Ἆρα διημάρτηκε τἀληθοῦς τῶν ἁγίων προφητῶν Ὁ ΛΟΓΟΣ τῶν Μωσαϊκῶν δογμάτων κατ' ἴχνος ἰέναι ΔΙΕΣΠΟΥΔΑΚΩΣ; Plutarchus* Cons. ad Apollonium pag. 106. B. *Ἐνταῦθα γὰρ ἄν τις ἑλκύσειε καὶ τὴν τοῦ Σωκράτους ΦΩΝΗΝ ΤΗΝ ΟΙΟΜΕΝΗΝ δεῖν συνειςενέγκαι μὲν εἰς τὸ κοινὸν τὰς ἀτυχίας.* Similiter *oratio, cohortari; artes, fateri; sententia, iudicare* dicitur. Vide nos ad lib. III. N. D. cap. 2. Sed tum demum subiungi debet *deinde fortasse casus*, non *casu*. Placet igitur ea quam dixi ratio. *Dav.*

coniectura poterant dicere] Quod dedit ex coniectura Davisius, receperuntque Oxon. Olivet. Hott. Sch., firmatur nunc auctoritate Codd. Cr. L. c. M. *Coniecturâ* dicebant haruspices, si quid habebant, quod sequerentur, veluti si ex subita *rogatoris* centuriae morte coniecerunt, *rogatorem* iustum non esse: *casu* vero, si temere hoc effati fuerunt. Haec Hott. Firmatur item Davisii coniectura Codd. Oxonn. E. et U. sed ψ. habet *potuit*. Cod. R. *putant*, sed supra lin.: al. *poterat;* et sic Cod. S. *Mr.*

Deinde fortasse casu;] sc. *dixerunt;* quod repetendum ex verbis *coniectura poterant dicere.* Verba *ex hoc genere* referenda ad interpretationem per haruspices. *K.* De tabernaculo recte capto vid. supra I. 17. Cod. S. repetit *est* post *tollendus:* idem omittit *scire*. *Mr.*

Equidem assentior C. Marcello potius, quam App. Claudio; qui ambo mei collegae fuerunt; existimoque ius augurum, etsi divinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea rei publicae causa conservatum ac retentum.

Sed de hoc loco plura in aliis: nunc hactenus. 36.
Externa enim auguria, quae sunt non tam artificiosa 76.
quam superstitiosa, videamus. Omnibus fere avibus utuntur; nos admodum paucis. Alia illis sinistra sunt, alia nostris. Solebat ex me Deiotarus percunctari nostri

assentior] Cod. R. *consentio*. De App. Claudio vid. I. 58. *Collegas* intellige de Augurum collegio. Pro *existimoque* Cod. R. habet *existimo*. Cod. S. pro *Equidem* habet *Et quidem*. *Mr.*

ius augurum — retentum] Cic. de Rep. II. 9. *Tunc, id quod retinemus hodie magna cum salute rei publicae, auspiciis plurimum obsecutus est Romulus*. *Mr.*

divinationis opinione] i. e. quia divinatio, quamquam nulla est, credebatur tamen esse. Supra c. 33. dixit: *Et tamen credo Romulum — habuisse opinionem, esse in providendis rebus augurandi scientiam. Errabat enim multis in rebus antiquitas*. In seqq. Cod. R. habet *cum* pro *tamen*, tum *re publica*. *Mr.*

conservatum ac retentum.] Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. habent *reservatum;* sed duae posteriores *conservatum* habent in lectt. varr. In Cod. R. est *et* pro *ac*. *Mr.*

Sed de hoc loco plura in aliis:] Opinor *generibus divinationis*, de quibus post dicemus. *Ern.* — Nimis dura videtur haec ellipsis. Subiit intelligere *locis*, quod omissum videri possit, cum paullo ante praecesserit *loco*. Quamquam tum quidem hoc substantivum eadem in locutione duplici sensu esset intelligendum. Sed fortasse potest subaudiri *locis*, eodem sensu, quo est *loco;* nimirum, ut sit i. q. in aliis generibus vel, quod dicere solent, materiis. Nisi forte *in aliis* est i. q. *alias, alio tempore:* quod melius conveniret sequenti *nunc*. *K.* — Equidem *in aliis* dici non posse existimo pro *alias;* quod quidem scriptum malim. Cod. S. pro *nunc* habet *haec*. Ita noster ad Famm. VI. 2. *sed haec hactenus*. *Mr.*

Externa enim auguria] Cod. M. *Etenim auguria*, omisso *externa*. R. *extrema enim auguria*. Ad v. *artificiosa* conf. *Creuzer. Symb. u. Myth.* I. p. 187. In Cod. S. est *quae sunt non atque artificiosa, quam* etc. Volebat fortasse scriptor *aeque — quam*, ut nonnunquam dixerunt veteres, veluti Plautus, Livius, Suetonius, Columella, ex quibus exempla suppeditant *Hadrian. Cardinal.* de Serm. Lat. p. 48. [Ed. Norimb. 1681. 12.] et *Tursellin.* de Particull. p. 59. ed. Schwarz. *Mr.*

Alia illis sinistra sunt, alia nostris.] Hott. ad h. l.: Sinistra auspicia Romani tam bona, quam mala dicebant, sed tamen proprie bona. Nam *sinistrum* auspicium a *sinendo* ducunt Festus, et Servius ad Virg. Aen. II. 693. Hic certe in bonam partem videtur accipiendum. Cod. S. exhibet *alia nobis*. *Mr.*

percunctari] Sch. quidem scripsit *percontari*. Sed monet Grotefend. Orth. Lat. §. 144. hoc verbum non cum Verrio ducendum esse a *contus*, sed cum Festo a *cunctus*, ut sit i. q. *per cuncta visere*. Conf. C[illegible]. Orth. Lat. I. p. 217. ed. Harles. [illegible]r.

nostri augurii disciplinam,] i. e. Romani. Percunctabatur rationem instituendi augurii, ac docendae discendaeque augurum artis. *K.* — Statim Cod. S. *ex illos vidi immortales*.

augurii disciplinam, ego ex illo sui. Dii immortales! quantum differebat! ut quaedam essent etiam contraria. Atque ille his semper utebatur: nos, nisi dum a populo

ex perperam iunctis et disiunctis literis orto errore; de quo vide Sciopp. de Arte Crit. p. 83. sq. Ed. Amst. 1662. 8. *Mr.*

Ego ex illo sui] Hoc modo editi a Victorio, quod proxime ad Pal. pr. in quo, *ego et illos vidi immortales.* nam sec. *ego ex illo si dii.* ceteri, *ego et illos o dii.* quas lectiones produxi, ut constaret vulgatum, *et ego illius,* esse typographorum emblema, non membranaceorum codicum. *Grut.*

ego ex illo sui.] Ita Codd. nostri L. a. c. Cr. M. Edd. Rob. Steph. Ald. Grut. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Sed in Cod. R. est *ego et illos vidi:* in Cod. P. *et ego illo:* in Cod. L. b. *ego et illius;* in Cod. U. Edd. Car. Steph. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *et ego illius:* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *et ego ex illo sui.* Pergunt quatuor hae cum Codd. L. b. et U. *O dii immortales! Mr.*

quantum differebat!] Ita distinxi cum Oliv. et Hott., cum inde a Grutero edd. omnes miro consilio interrogandi signum, priores vel minorem distinctionem, vel colon posuerint. Cod. R. habet *differebant.* Goerenzius, qui locum nostrum laudat ad Cic. de Finn. v. 11. 33. p. 571. ad *differebat* subaudiendum esse monet *inter utramque,* seque de hac verbi ratione accuratius locuturum pollicetur ad Tuscc. II. 15. 35. [legitur ibi: *sunt finitima omnino, sed tamen differt aliquid:* ubi tamen Wolfius ex Bentleii coniectura edidit *differunt:* quod, in Cod. aliquo repertum, non minus correctori deberi existimarem, quam quod est nostro loco i[illegible]Cod. R. *differebant.*] Quod utinam prom[illegible] ante hos tredecim annis factum, [illegible]endis illis Ciceronis libris, solvisset vir de Cicerone meritissimus! Nunc ego fortasse aliquando, si fata siverint, hunc lapidem volvam. — In seqq. Cod. M. omittit *etiam* post *essent. Mr.*

quantum differebat!] Imperfectum ponit, non ut significet, tum quidem *fuisse* differentiam; sed tum, cum inter se colloquerentur, quod factum erat tempore dudum transacto, *comparuisse* differentiam: ita est in Platon. Menon. 25, 1. 38, 6. cum Add. ed. Buttmann. *K.*

Atque ille his semper utebatur:] Ad h. l. vid. *Frankii* libellum De provinciarum Romanarum forma atque administratione in *Friedemanni* et *Seebodii* Miscellann. Critt. II. 2. p. 324. sq. Pergunt Codd. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Nos igitur a populo:* sed Crat. et Herw. in varr. lectt. habent: *Nos nisi,* al. *Nos ipsi.* Cod. R. *nos nisi deum,* supra lin. *dum.* Cod. S. exhibet *Atque his ille. Mr.*

dum a populo auspicia accepta habemus,] Pertinet ad magistratus maiores, qui exercitibus cum imperio praeerant. Mox *quam multum iis utimur* i. e. raro nunc utimur, quia, ut post est, nunc bella administrant, adeoque imperium habent etiam, qui non sunt Consules, ideoque auspicia non habent. *Ern.* — Hoc dicit: Romanos auspiciis vix unquam uti, nisi in magistratibus maioribus creandis. Illi enim auspicato creabantur. Hos autem ipsos, qui auspicia habeant, in rebus gerendis illa haud consulere: atque praeterea bella administrari plerumque a magistratibus, qui auspicia non habeant, adeoque nec possint illis uti. *Hott.* — Non satisfaciunt interpretum explicationes. Videtur esse sententia: nos raro iis utimur, nec fere nisi in magistratibus curulibus, iure auspiciorum nobis cum iis a populo, qui nos creavit, commisso et tradito. Nec vero ea loco sententia inesse videtur, ut, quod volebat Hott., Romani nonnisi in magistratibus maioribus *creandis* usos esse auspiciis. *K.* — In eadem ego sum sententia. *Auspicia accipiunt a populo,* qui, magistratuum curulium

auspicia accepta habemus, quam multum iis utimur? Bellicam rem administrari maiores nostri, nisi auspicato, b.
noluerunt. Quam multi anni sunt, cum bella a proconsulibus et a propraetoribus administrantur, qui auspicia non habent? Itaque nec amnes transeunt auspicato, n.

dignitate a populo in comitiis accepta, eo ipso accipiunt *ius auspicii.* Qua de re est egregia dissertatio I. I. *Mascovii De iure Auspicii apud Romanos*, Lips. 1721. 4. pp. 70. recusa a. 1782. ubi v. in primis c. III., et de nostro loco §. 4. p. 27. Male igitur vertit Meyerus: *ausser wo wir Augurien bei dem Volk herkömmlich finden.* — Scribitur *his* pro *iis* in Cod. M., *utuntur* pro *utimur* in Cod. R. *Mr.*

A *propraetoribus*] Vulgo deest prima vox quam fide MSti Paris. inculcavimus. Certe *Cicero* praepositiones hoc modo geminare solitus est. *Davies.*

a proconsulibus et a propraetoribus] Ita Codd. L. c. R. M. Cr. Edd. Dav. et Hott. Reliquae omittunt *a* post *et*, positumque habent Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. inverso ordine *a propraet. et procons.* Cod. P. Co. Vi. b. Edd. Grut. Verb. Rob. Steph. Oliv. Bip. Sch. nostrum ordinem habent. In Cod. L. a. deest utrumque *a.* in Cod. L. b. scribitur *a Proco et Appio praetoribus*, quae scriptio, quamquam corruptissima, favet tamen nostrae. Cod. R. *administrabantur* pro *administrantur. Mr.*

qui auspicia non habent] Forcellinus in Lex. s. v. *tripudium*: „Hoc auspicium, a pullis pascentibus captum, fuit proprium eorum imperatorum, qui in Consulatu, Praetura, Dictatura, provinciam lege Curiata obtinuissent: hi nonnisi addicentibus pullis rem ullam aggrediebantur: at Proconsules, et Propraetores, qui ex privatis provincias et bella plebiscito et Comitiis tributis obtinuerant, tripudium non observabant.“ Sequitur locus noster. Rem attigi in *Abriss der Röm. Antiqq.* §. 178. p. 203. *Cr.*

Itaque nec amneis *transeunt auspicato*] Ita legendum cum Pall. melioribus, neque aliter Aldus, Victorius aliique: nam inepte Lambinianae aliquot edd. *omneis. Gruter.*

Itaque nec amnes transeunt auspicato] Cod. R. *itaque aranis transeunt aut auspicato.* Scribitur *omnes* pro *amnes* in Edd. Sturm. Lamb. 1581. Gothofr. *Mr.* — Festus p. 337. Dacer. *peremne dicitur auspicari, qui amnem, aut aquam, quae ex sacro oritur, auspicato transit:* ubi Scaliger: „*Peremne auspicium* duplex: universum populi, cum Idibus Martiis amnem auspicato transiret, ut Annae Perannae [sic] rem divinam faceret, ut annare perannareque commode liceret. alterum magistratus: cum scilicet magistratus amnem auspicato transirent, quotiescunque quid in campo agere vellent.“ Conf. Festum in *Petronia, Catifons, Manalis Fons.* Comparatur hic ritus cum Graecorum διαβατηρίοις. Attigerunt haec *Turneb.* Advers. XXIII. 12. *Bulenger.* de Sortib. cap. 6. *Brisson.* de Formull. I. 208. p. 112. ed. *Conradi,* et *Nardini* Rom. Vet. VI. 7. De Annae Perennae sacro, deque formulis in eo usurpari solitis, diximus in Mythologia II. p. 972—975. Epitom. *Moseri* p. 532. sq. *Cr.*

Nec amnes transeunt auspicato — ex acuminibus] *Cicero* N. D. lib. II. cap. 3. [p. 219. Ed. Cr. et nostr. mai. ibiq. annott.] *Nulla peremnia servantur, nulla ex acuminibus*; ut graviter hallucinatus sit, qui *ex cacuminibus* rescribendum censuit. De auspiciis vero peremnibus, iisque, quae ex pilorum militarium capta sunt acuminibus, adi *Ios. Scaligerum* ad *Festum* in *peremne*, et *I. C. Bulengerum* de Sortibus lib. II. cap. 6. *Dav.*

nec tripudio auspicantur. Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, iam M. Marcellus ille quinquies consul totum omisit, idem imperator, idem

Nam ex acuminibus *quidem*] Non video, quid impulerit amicum meum, virum doctissimum, ut hoc loco pro *acuminibus* legeret *cacuminibus*, cum ita scriptum etiam sit apud *Arnobium* lib. II. p. 114. cum inquit: *Aut Martium discrimen obeuntes, spem praelii sumitis, et ex* acuminibus *auspicatis*. Nisi forte *Festi* illum movit auctoritas, cuius haec sunt: *Supervacanea dicebatur ab auguribus avis, quae ex summo* cacumine *vocem emisisset. Ursinus.*

Nam ex acuminibus] Cod. R. *nam ex omnibus*. Pergit Cod. Cr. *quibus quidem totum*. — Gesnerus in Thesauro probat Cerdae opinionem, ad Virg. Aen. VI. 199. de rostrorum acuminibus intelligentis. Hottingero videntur ista ad phaenomena quaedam electricae, quam dicunt, materiae vi explicanda referri posse, laudatque, quae item referenda ad eandem vim ei videntur, loca ex Livio XXII. 1. et XLIII. 13. *Mr.*

Nam ex acuminibus] De hoc auspiciorum genere multi multa. Vid. *Pitiscum* in Lex. R. A. I. p. 227. et conf. de N. D. II. 3. ubi Lambinus Arnobii locum II. 67. adhibuit; ad quem *Nourrius* posuit haec Dionysii (A. R. v. 46. p. 950. Reiskii) — *ἐκ τούτων δὲ τῶν ὑσσῶν περὶ τοῖς ἄκροις τῶν ὀβελίσκων φλόγες ἀνήπτοντο, καὶ δι' ὅλου τοῦ στρατοπέδου σέλας ἦν, ὥςπερ ἀπὸ λαμπάδων, καὶ κατέσχε τῆς νυκτὸς ἐπὶ πολύ. ἐκ τούτου κατέλαβον τοῦ φάσματος, ὥςπερ οἱ τερατοσκόποι ἀπέφαινον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις συμβάλλειν οὐ χαλεπὸν ἦν, ὅτι νίκην αὐτοῖς ταχεῖαν καὶ λαμπρὰν σημαίνει τὸ δαιμόνιον.* Alii illud auspiciorum genus aliter explicant. Vid. Hotting. ad nostr. loc. et Orell. ad Arnobii l. l. p. 97. Sigillatim ea de re egerunt *Gevartus* Elector. I. 2. p. 12. et *Ostertag.* in Commentat. philologico-physica *de auspiciis ex acuminibus*, quae Ratisbonae prodiit. *Zoëga* in *Bassi rilievi di Roma*, p. 157. ed. German. Welckeri, rem obscuram esse pronuntiat, nec dignam, quae anquiratur. Quam vocem nollem sibi excidere passum virum ceteroquin intelligentissimum. Faciunt enim eiusmodi res, quae temere iudicantibus frivolae videantur, ad naturalium rerum historiam illustrandam. Nec inepte hac in re electricorum, quae dicuntur, phaenomenorum vestigia agnoverunt viri docti. Ego vel Dionysiani loci causa adscribam haec I. L. Lydi de Ostentis cap. 5. p. 18. *Ὁμοίως ἔστιν ἑτέρους ἀστέρας εὑρεῖν, ποτὲ μὲν ἐν γῇ, ποτὲ δὲ ἐν θαλάττῃ τὰς ἰδίας ἐνεργείας δεικνύντας. Ἐπί τε γὰρ στρατιωτικῶν ἀκοντίων πολλάκις ὤφθησαν ἐφιζάνοντες, ἐπί τε τῶν ἱστίων τῶν νεῶν κ. τ. λ.* Deinde hanc speciem a nautis *τὴν Ἑλένην* appellari subiicit. Qua de re in Mythologia diximus. *Cr.*

quod totum — militare est — totum omisit] Codd. Cr. et L. b. *emisit*, R. *amisit* pro *omisit*. Herelius l. c. p. 139. sq. monet, repetitum *totum* placere non posse: quodsi vero etiam repetitionem istam vel negligentiae vel festinationi scriptoris tribuere velis, vix tamen dici posse, quid sibi velit *totum* posterius. Quod si Marcellus auspicium ex acuminibus omiserit, non eum potuisse id omittere ex parte, sed totum omisisse. Si quis vero dicat, consulto factum esse, ut verbis: *quod totum militare est*, opponeret scriptor: *totum omisit;* hoc quidem a Ciceronis ingenio plane esse alienum. Coniecit igitur *dudum omisit*, ut *dudum* respiciat ad belli duces sui temporis iisque opponatur, de quibus dixit *nec transeunt, nec — auspicantur;* sitque verborum *iam — dudum* tmesis commoda et elegans. Placet Schützio Herelii coniectura, neque nobis displicet. Ad rem conf. *Corradi* Quaesturam p. 334. *Mr.*

idem imperator,] Cod. R. *et idem*

augur optimus. Ubi ergo avium divinatio? quae, quoniam ab iis, qui auspicia nulla habent, bella administrantur, ab urbanis retenta videtur, a bellicis esse sublata. Et quidem ille dicebat, si quando rem agere vellet, ne impediretur auspiciis, lectica operta facere iter se solere. Huic simile est, quod nos augures praecipimus, ne iuge auspicium obveniat, ut iumenta iubeant

imperator id est augur optimus. Idem cum Codd. U. et P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Ubi est ergo:* Cod. L. b. *ubi ergo est.* R. in seqq. *quamquam* pro *quoniam.* Cod. S. habet in praecedd. *et idem augur. Mr.*

ab urbanis retenta videtur, a bellicis esse sublata.] Codd. M. et R. *videntur* pro *videtur.* Ad v. *urbanis — bellicis* annotavit Rathius λακωνικῶς: „singularis haec dictio videtur." Mihi vero eius annotatio videtur singularis. In verbis: *Quae quoniam ab iis, qui auspicia nulla habent* etc. nemo subaudiet, opinor, ad v. *iis* aliud quid, quam *magistratibus.* Quidni vero idem hoc loco intelligatur? *Mr.*

si quando rem agere vellet] Cod. Cr. *sed quando.* Ad verba *rem agere* monet Hott. rariorem hanc formulam esse pro *rem gerere* i. e. proelium committere; laudatque Cortium in Sall. Iug. 58. 4. Sed ibi nonnisi formula *rem gerere* exemplis illustratur. Nostro loco similis est locus Vopisci in Probo c. 12., ubi Probus, rei militaris scientia victoriisque insignis, appellatur *exemplar agendae rei publicae. Mr.*

Ne impediretur auspiciis, lectica operta facere iter se solere] Nam, pro augurum sententia, *nulla ista signa sunt, nisi consensus observantis accedit.* Vide *Augustinum* de Doct. Christ. lib. II. cap. 24. *In augurum certe disciplina constat, neque diras neque ulla auspicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes observare se ea negaverint,* ut tradit *Plinius* H. N. lib. XXVIII. §. 4. *Dav.*

lectica operta facere iter se solere] Hott. cum abesse vidisset *se* post *iter* in Ed. Crat., abiectam eam voculam volebat laudato Cic. Acadd. I. 2. *negat — Epicurus — suspicari;* adhibitoque Wopkensio Lectt. Tull. p. 9: abiecit eam Sch. Et abest ea vox a Codd. nostris U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Herw. Crat. Inverso ordine est in Edd. Car. Steph. Brut. Boul. Lamb. Goth Sylb. *se iter:* Cod. Cr. habet *inter se.* Cod. S. *item se.* Non repugnarem, quo minus eiiceretur *se,* nisi multorum librorum auctoritate fulciretur. Ex scriptione Cod. Cr., in quo est *sed quando,* possit aliquis coniicere corrigendum esse: *se quando,* vel *se si quando — facere iter solere.* Pergit Cod. R. *huic similis esse. Mr.*

Ne iuge *auspicium*] Pal. pr. et S. Victoris *iuges ausp.* unde sec. *ingens ausp.* tert. tamen et quart. servant vulgatum. *Gruter.*

Ne iuge auspicium obveniat,] Cod. Cr. in marg. habet: al. *iuges,* et sic P. L. c. Pro *obveniat* Cod. R. *veniat.* M. *eveniat.* Quod sequitur *ut,* abest a Cod. U. In Codd. Cr. P. et R. scribitur *disiungere,* et ita est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb.; in reliquis *diiungere.* Ad v. *iuge auspicium* monet Sch. male hanc lectionem sollicitari a Schegkio in Gruteri Thes. Crit. IV. p. 893. *Mr.* — Ad Festi verba, a Grutero laudata, Dacerius: „*Auspicato viam, aut aliud agenti iumentum alteri iumento vinctum, si stercus faceret, ex augurum ritibus vitiabat auspicium, quod non faciebat ab alio seiunctum. Ideoque, ne tale auspicium obveniret, iubebant disiungere.*"

78. diiungere. Quid est aliud nolle moneri a Iove, nisi efficere, ut aut ne fieri possit auspicium, aut, si fiat, videri?

37. Nam illud admodum ridiculum, quod negas Deiotarum, auspiciorum, quae sibi ad Pompeium proficiscenti facta sint, poenitere, quod, fidem secutus amicitiamque

Adiicit nostrum locum, in quo tamen legit *operta lorica se iter facere* [qui mihi videtur vel calami vel operarum lapsus. *Mr.*]. Deinde pergit: „Tamen Servius ad illud Virgil. 3. Aeneid. (vers. 537.) *Quattuor hic primum omen equos in gramine vidi:* „Multi, inquit, de libris augurum tradunt (tractum tradunt Burm.), *Iuge id* (*Iuge eis* Burm., alii *iugetis*) enim dicitur augurium, quod ex iunctis iumentis (al. iuvencis) fiat. Observatur enim, ne prodituro magistratui disiunctis bobus plaustrum obviam veniat.“ Et paullo post: „Cum autem dicit *iugo* veram significationem *iugetis* [in marg. Ed. Goth. *iugeris*] facit.“ Quae paullo diversa sunt. Sed mihi suspicio est, e Servio aliquid excidisse: fortasse scriptum fuerat: ne prodituro magistratui *nisi* disiunctis bobus. Porro eo allusisse videtur auctor Glossarii, cum scripsit *iugites*, *συνεζευγμένοι*.“ Haec Dacerius. Attigit haec eadem Brisson. de Formm. I. 208. et Buleng. de Auguriis cap. 16. *Cr.*

Iuge auspicium] Hoc fit, *cum iunctum iumentum stercus fecit,* quemadmodum testatur *Festus.* Vide sis et *Servium* ad Aen. III, 537. *Dav.*

Quid est aliud nolle moneri a Iove, nisi efficere,] Inversa est haec constructio, pro: *efficere, ut ne fieri possit auspicium, aut, si fiat* [ut ne] *videri* [possit], *quid est aliud, nisi* [i. e. quam] *nolle moneri a Iove?* Qua de re egregie exemplisque allatis praecepit Ochsnerus ad Oliveti Eclog. Cic. p. 201. sq., nec nostri loci immemor. Vocem *aliud* omittit Cod. R. *Mr.*

aut, si fiat, videri?] In exemplo meo Ven. 1494. adscripsit manus docta *non.* Immo id intelligendum ex antecedentibus *ne possit.* Si quid addendum, potius *ne* dicam: *ne videri* sc. possit. *Ern.* Nihil variant libri: neque, ut addatur quidquam, necesse est. Vid. nostr. annot. praeced. Olivetus narrat, Lambinum dedisse *ne fiat:* cuius lectionis in Ed. Argent. 1581. nullum apparet vestigium. *Mr.*

quod negas] Cod. R. *quidem negas.* In seqq. Codd. S. R. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. habent *quae sibi, dum—proficisceretur. Mr.*

facta sunt] Hoc si probum est, pro *sibi* rescribendum *ei.* Sed corrigendum videtur *sint*, ut est supra I. 15. *quae sibi ad Pompeium proficiscenti secunda evenerint.* Idem volebat Rathius. *K.*

Proficiscenti sunt, *poenitere*] Ita Pall. meliores. Victoriana *non poenitere,* quod etiam in tert. et quarto, sed non nimium legitimi commatis libris. *Gruter.*

facta sint] Neque Hott. neque Sch. offensi sunt Indicativo, manifesto vitioso. Ego rescripsi *sint* ex Codd. Cr. M. L. b. c. W. Neque vero parui Herelio l. c. p. 140. ex primo libro edere nos iubenti *facta sunt* (vel si malimus *sint*) *secunda.* Id enim facile intelligitur, et ex re gesta apparet. Quod vero sibi placere ait Davisius: *quod negas — non poenitere,* ut est in nostris quoque Codd. L. b. U. Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Rob. Steph., id admodum miror: cum ne Latinum quidem sit. Ex locis enim, qualis est Acadd. I. 12. 45. *Itaque Arcesilaus negabat esse quidquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset:* ex talibus, inquam, locis nihil poterit praesidii petere ad istam sententiam stabiliendam. *Mr.*

Quod negas Deiotarum —— poenitere] Hoc negavit Quintus supra lib. I. cap. 15. Victor. autem, Balliol.

populi Romani, functus sit officio: antiquiorem enim sibi fuisse laudem et gloriam, quam regnum et possessiones suas. Credo id quidem; sed nihil ad auspicia. Nec enim ei cornix canere potuit, recte eum facere, quod populi Romani libertatem defendere pararet. Ipse hoc sentiebat, sicuti sensit. Aves eventus significant

et Ven. 1471. exhibent, *quod negas Deiotarum* —— non *poenitere:* nec dubito quin ita scripserit *Cicero*, cum eodem modo passim sit locutus. *Dav.*

populi Romani] Cod. U. et Ed. Asc. 1. *rei publicae;* qui error ortus est ex transpositione literarum P. R. in R. P. Pro seq. *sit* scribitur *est* in Cod. R. In eodem Cod. pro *et gloriam* scribitur *quam gloriam,* quod est correctoris, qui crederet, gloriam non esse, si quis regno et possessionibus exuatur, sed gloriam futuram fuisse, si Deiotarus iis non fuisset spoliatus. *Mr.*

Credo id quidem; sed nihil ad auspicia] Plerique editi et scripti *sed hoc nihil.* Ego autem delevi *hoc* ex sententia Goerenzii ad Cic. de Legg. I. 2. 6. qui eam vocem a duobus suis Codd. abesse narrat. Et abest a nostris U. R. M. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Cod. S. habet *sed tu quidem ad auspicia. Mr.*

Nec enim cornix canere potuit] Sic Pal. tert. vulgati, *nec enim* ei *cornix canere* poterat. *Gruter.*

Nec enim ei cornix] Omiserunt Dav. Grut. Verb. vocem *ei*, quam habent praeter Cod. R. scripti et editi libri omnes. Pro *potuit* est *poterat* in Codd. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Cod. S. *poterit. Mr.*

Defendere pararet] Paris. *pararat.* Med. *paret:* et ita lego, prout etiam Latini sermonis ratio videtur postulare. *Dav.*

quod populi Romani libertatem defendere pararet.] Cod. R. *populo Romano.* Librarius nimirum, cum scriptum reperisset PO. RO., existimabat se eorum verborum literas initiales et finales videre. Pro *pararet* idem liber habet *pareat. Mr.* — Quod vult Davisius, *paret* pro *pararet*, non est necessarium. Pendet *pararet* a *canere potuit*, cumque his verbis in tempus praeteritum reiicitur. *K.*

Ipse hoc sentiebat, sicuti sensit.] Verbum *sentiebat* explicat Hott.: *sentire debebat s. suo nonnisi sensu id doceri poterat.* Uterque interpres germanus: *Er selbst mufste das fühlen, und fühlte es wirklich.* Sed velim Hottingerus exemplis allatis demonstrasset, ita opponi Imperfectum Perfecto, ut illud significet vel *poterat* vel *debebat sentire*, hoc *revera sensit. K.* — Mihi quidem imperfecto significari videtur actio continuata, perfecto id, quod certo quodam temporis momento factum est. Breviloquentia igitur usus videri potest, pro: Ipse Deiotarus, quae erat huius viri probitas, et *semper sentiebat,* ita esse sibi agendum, et *tum quidem,* in illud discrimen adductus, *sensit. Mr.*

Aves eventus significant] Cod. L. b. *eventis* pro *eventus.* Ad v. *Virtutis auspiciis* dicit Hott.: „Suaviter Virtutem tanquam personam aliquam aut Numen commemorat.“ Bene. Sed quod addit: eodem modo, quo supra I. 47. *augurium Salutis:* hoc quidem non convenit, cum *Salutis augurium* non ita translate sit dictum, ut hic *Virtutis auspicia.* Commode advocat Iortinus in Miscellann. Obss. l. c. p. 16. locum Homeri ex Il. M. 237. sqq. quem Ciceronem in mente habuisse existimabat.

Τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις
πείθεσθαι· τῶν οὔτι μετατρέπομ', οὐδ' ἀλεγίζω,
εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς Ἠῶ τ' Ἠέλιόν τε,
εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα·

aut adversos, aut secundos. Virtutis auspiciis video esse usum Deiotarum, quae vetat spectare fortunam, dum praestetur fides. Aves vero, si prosperos eventus ostenderunt, certe fefellerunt. Fugit e proelio cum Pom-
p. 126. peio. Grave tempus. Discessit ab eo. Luctuosa res.
a. Caesarem eodem tempore hostem et hospitem vidit. Quid hoc tristius? Is cum ei Trogmorum tetrarchiam

ἡμεῖς δὲ μεγάλοιο Διὸς πειθώμεθα βουλῇ,
ὃς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει·
εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Vocem *Virtutis* omittit Cod. M. Cod. R. habet *usum esse Deiotarum qui. Mr.*

Vetat spectare *fortunam*] Palatinorum quadriga, *exspectare*, et sic quoque promiscue supra usus auctor noster. *Gruter.*

vetat spectare fortunam] Cod. L. c. *vetant*. L b. P. W. R. S. U. Ed. Asc. 1. *exspectare*. Cui verbo quomodo Gruterus dicere potuerit hic quoque locum esse, non intelligo: nisi forte vir iste, quod saepius fecit, vocabula tantum, nec verborum sententiam respexit. In seqq. post *aves vero* omittitur *si* in Codd. L. c. S. M. R. Cr. U. Ed. Asc. 1. Mox S. R. *ostendunt. Mr.*

Fugit e proelio cum Pompeio.] In oratione minus commota et abrupta dixisset: *Fugit enim e proelio. K.* — Est in Cod. U. *refugit*. Idem cum Ed. Asc. 1. habet *ex proelio*. R. pro *cum Pompeio* habet *Pompeius*. Idem mox omittit *eo*. Ad v. *Discessit ab eo* laudat Hott. Or. pro Deiot. 5. ubi est: *Itaque, Pharsalico proelio facto, a Pompeio discessit; spem infinitam persequi noluit; vel officio, si quid debuerat, vel errori, si quid nescierat, satisfactum esse duxit.* Mox Cod. R. *hostem eodem tempore*. In Codd. U. P. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. scribitur *et hostem et hospitem vidit. Mr.*

Troginorum] Vetus liber habet *Trochamorum*; mendose: est enim scribendum *Trochmanorum*, sive *Trochmenorum*. *Stephano* autem *Τροχμηνοὶ ἔθνος Γαλατικόν. Ursin.*

Troginorum] Brodaeus ex Livio lib. 38. Strabone 4. et Stephano in voce *Τρόκμοι*, *Trocmorum* hic legendum censet. *Sylb.*

Troginorum] Duo Pall. meliores, *Trochamorum*, reliqui *Trachamorum. Gruter.*

Troginorum] Haud dubie, si vulgatae scripturae literis standum, *Trogmorum* vel *Trocmorum*. Sed ut duo Palat. meliores, sic et MS. Vossian. In quo videtur residere *Trocnadorum* vel *Trocmadorum*; quibus convenientia sunt, quae notavit Luc. Holstenius ad Patriarch. Roman. in Galatia secunda. *Gronov.*

Trogmorum] Vulgo *Troginorum*. Sed cum talis populus nullus sit, id reposui quod ductus literarum suadebat, quodque sub isto vocabulo latere suspicati sunt viri docti. Vide *Chr. Cellarium* Geogr. Ant. III, 4. pag. 111. *Memnon* apud *Photium* Cod. CCXXIV. cap. 20. *Τοὺς μὲν ΤΡΩΓΜΟΥΣ — Ἐδείμαντο δὲ πόλεις ΤΡΩΓΜΟΙ μὲν Ἄγκυραν* etc. At cum sit in Balliol. Med. aliisque nonnullis MSStis *Trachamorum*: in Pall. pr. sec. Voss. et Cantab. *Trochamorum*; in Paris. *Trochanorum*; legi possit *Trocmanorum. Stephanus. Τροκμοὶ ἔθνος Γαλατικόν. Ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Τροκμηνοί. Trocmodorum* vel *Trocnadorum*, quos recensent *Carolus a S. Paulo* Geogr. Sacr. lib. IX. pag. 249. et *Lucas Holstenius*, nulla, nisi in Conciliorum quorundam subscriptionibus, fit mentio. *Dav.*

Trogmorum] Ern. in Clav. narrat, I. Gronovium primum correxisse *Trocmorum*. Sed vetustior certe est emendatio Brodaei in annot. Sylbur-

eripuisset, et asseclae suo Pergameno, nescio cui, dedisset, eidemque detraxisset Armeniam a senatu datam; cumque ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset; spoliatum reliquit et hospitem et regem. Sed labor longius: ad propositum revertar. Si eventa quaerimus, quae exquiruntur avibus; nullo modo prospera Deiotaro: sin officia; a virtute ipsius, non ab auspiciis petita sunt.

gii. Neque istam scriptionem Ern., ut narrat Hott., in contexta recepit, sed servavit *Troginorum*. Sed Lallemannus scripsit *Trocmorum*; ex Cod. autem regio enotavit *Trocamorum*. Codd. Oxonn. *Trachamorum*; nostri Cr. W. *Trocaniorum*; R. *Tradoniorum*. P. L. b. c. *Trachamorum*; U. Ed. Asc. 1. *Trachaniorum*. Dav. Hott. Sch. *Trogmorum*, et ita Cod. M.; reliqui *Troginorum*; nisi quod Co. Vi. b. Edd. Crat. et Herw. in varr. lectt. habent *Trochamorum*. Cod. S. habet *Trochamerum*. *Mr.*

Asseclae suo Pergameno nescio cui] Mithridati Pergameno, quem *regio genere ortum, disciplinis etiam regiis educatum* scribit *Hirtius* Bell. Alex. cap. LXXVIII. *tetrarchiam Gallograecorum; occupatam et possessam paucis ante annis a Deiotaro, adiudicavit* Caesar. Vide sis *Strabonem* lib. XIII. pag. 927. et *Dionem* lib. XLII. pag. 207. *Dav.*

et asseclae suo Pergameno] Cod. R. *et quidam assedem suo Pergameno nescio quid dedisset*. L. b. *quod aseulo suo Perg. nescio quid dedisset*. L. c. *et adseculae — nescio qui dedisset*. P. W. *et asseculae — nescio quid dedisset*. *Cr. et asseclae suo Pergameneo nescio cui dedisset*. U. *et asculo suo Pergameno nescio quid dedisset:* et ita Ed. Asc. 1. Cod. S. *quod asecculo — nescio quid dixisset*. *Mr.*

hospitio acceptus esset,] Cod. R. *auspicio acceptus esset:* ex prava, ut videtur, dictantis pronunciatione. Cod. L. b. *cum* pro *cumque*. *Mr.*

Spoliatum reliquit] *Cicero* nimis infesto fuit in Caesarem animo, quam ut historica fide res eius gestas exponeret: licet enim Deiotarum Trocmanorum tetrachia spoliarit Caesar; tamen amplioribus eum locupletavit ditionibus. Modeste rem narrat auctor de Bell. Alex. cap. LXVIII. At omnino vide *Dionem* lib. XLII. pag. 383. *Dav.*

Sed labor longius: ad propositum revertar.] Cod. Cr. *revertor:* quod probarem, nisi praecederet *sed labor longius*. Obiter moneo, ne quis hoc loco in errorem se abduci patiatur a Ramshornio, viro ceteroquin de Latinae linguae studio meritissimo, qui in egregia sua Gramm. Lat. §. 206. p. 709. verba: *Sed labor longius* explicat: *labor est, longius rem persequi*, eaque in Ellipseos verborum exemplis refert, cum tamen *labor longius* dictum sit, ut est de Legg. I. 19. 52. *quin labebar longius, nisi me retinuissem*. Q. *Quo tandem? libenter enim, frater, ad istam orationem tecum prolaberer:* ubi itidem Marcus cum Quinto fratre loquitur. Vid. ad eum locum Wyttenbach. Ed. nostr. et Cr. p. 127. — Mox Cod. R. habet *quae avibus exquiruntur*. *Mr.*

nullo modo prospera Deiotaro:] Ita libri tantum non omnes. Davisius tamen inverso ordine dedit *Deiotaro prospera*. Facit tamen cum eo Cod. Cr. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Cod. S. scribitur *nulla postea prospera Deiotaro:* sed duae posteriores edd. *nullo modo* habent in varr. lectt. Cod. L. b. habet *nulla prospera Deiotaro*, omisso *modo*. L. a. *nullo modo prospera Deiotarus in officia: a virtute* etc. R. *sin officio virtute*. Cr. *si offitia a virtute*. Vocem *ab* ante *auspiciis* omit-

38. 80. Omitte igitur lituum Romuli, quem in maximo incendio negas potuisse comburi: contemne cotem Attii Navii. Nihil debet esse in philosophia commenticiis fabellis loci. Illud erat philosophi, totius augurii primum naturam ipsam videre, deinde inventionem, deinde constantiam. Quae est igitur natura, quae volucres huc et illuc passim vagantes efficiat, ut significent aliquid, et tum vetent agere, tum iubeant, aut cantu aut volatu? cur autem aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus,

tunt Codd. R. P. Cod. S. habet *si officia*. *Mr.*

Lituum Romuli — cotem Atti Navi] Vide lib. I. cap. 17. *Dav.*

Omitte igitur lituum Romuli,] Cod. R. *omitto*. Rathius ad haec: Externis auguriis c. 36. et 37. expositis, ad propria revertitur. Oratio itaque ita fere cohaeret: *Iam propria videamus, quae non minus superstitiosa sunt. Omitte igitur* etc. Post *Romuli* deest *quem* in Codd. P. M. W. R. L. a. S. Pro *Attii Navii* est *Artumanii* in Cod. R., *acti naui* in Cod. Cr. Cod. W. habet *filosofia*, et mox *filosofi*. In Cod. R. est *Illud ergo philosophi*. *Mr.*

totius augurii] Codd. Cr. W. M. P. L. c. *potius totius augurii*. Ferrem additum *potius*, si scriberetur: *Illud potius erat philosophi* etc. Sed non necessarium est: significatur enim sono. *Mr.*

primum naturam — deinde inventionem, deinde constantiam.] Memorabilis est haec tripartita enumeratio, et paullo rarior. *K.* — Ita noster ad Att. III. 7. *primum est devium; deinde ab Autronio et ceteris quatridui; deinde sine te.* Rarior etiam est ea enumeratio, qua usus est noster de Invent. I. 28. 43. *primum — deinde — deinde — deinde — postea — deinde postremo —*. Pro *videre* est *videte* in Cod. R., sed in marg.: al. *videre*. Ad v. *constantiam* monet Hott.: „i. e. num auguria sibi constent, s. num eadem signa antegressa iidem eventus perpetuo sequantur." Pro *quae est igitur natura* Cod. M. habet *quae est hic natura*. *Mr.*

quae volucres — efficiat, ut significent aliquid,] Est attractio pro *quae efficiat, ut volucres significent aliquid*. Quod si nolis, traiectio est verborum, et distinctio post *efficiat* delenda, ut *volucres* sit subiectum verbi *significent*. *K.* — Servo distinctionem. Eam constructionem, Graecis etiam haud infrequentem, aliquoties apud nostrum videre licet. Videlicet infra cap. 50: *Videsne Epicurum, quemadmodum — concluserit.* Vid. quos laudat Ochsnerus ad Olivet. Eclogg. Cic. p. 42. Pro *efficiat* Codd. L. b. S. *efficiant*. Ad *quae — natura* laudat Hott. II. 22. *quae natura partum — faciat? Mr.*

et tum vetent agere,] Cod. R. omittit *et*. Idem in seqq. habet *aut volatu, aut cantu*. Cod. S. habet *Casu* pro *cur autem*. *Mr.*

cur autem aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus,] Cod. R. omittit *avibus*. Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. habent *aliis dextra, aliis laeva*. Crat. et Herw. *aliis a dextra, aliis laeva*. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *aliis a dextra, aliis a laeva;* quod restitui volebat Rathius, quia ante Gruterum nemo aliter ediderit. Sed dudum ante Gruterum, ita editum est a Rob. Steph. Vict. sine dubio ex Codd., ut nos edidimus cum Grut. Dav. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. ex Codd. excepto U. omnibus. Pro *possint* Cod. W. a pr. manu *possunt*, sed rasurâ effectum est *i*. In seqq. Cod. R. omittit *aut quando*. *Mr.*

a laeva, — a dextra] Breviloquen-

ut ratum auspicium facere possint? Quo modo autem haec, aut quando, aut a quibus inventa dicemus? Etrusci tamen habent exaratum puerum auctorem disciplinae suae. Nos quem? Attiumne Navium? At aliquot annis antiquior Romulus et Remus, ambo augures, ut accepimus. An Pisidarum, aut Cilicum, aut Phrygum ista inventa dicemus? Placet igitur, humanitatis expertes 81.
habere divinitatis auctores?

tia est pro: *a laeva — a dextra volantibus.* — *Dicemus* est futurum potentiale, pro *dicere possumus. K.*

Etrusci tamen habent] Vocem *tamen* omittit Cod. U. *Tamen* h. l. idem esse quod *certe, saltem,* monuit Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 2. 7. p. 10. Ad rem confer. Creuzer. Dionys. p. 147. *Mr.*

Exaratum puerum] Tagem dicit, de quo supra cap. 23. *Isidorus* Orig. lib. VIII. cap. 9. Aruspicinam *autem primus Hetruscis tradidisse dicitur quidam* Tages. *Hic ex* arvis *aruspicinam dictavit* etc. sic enim legendum, non *aruspicinae* — — *Stages. Hic ex* horis *aruspicinam dictavit;* uti quidem prae se ferunt vulgati. Vide Scholiasten ad *Lucani* I, 637. et *Ioannem* Sarisberiensem Policrat. lib. I. cap. XII. p. 37. *Dav.*

Attiumne Navium?] Cod. L. a. *Attium Navium.* W. *Attimne Navium.* Cr. *Actiumne Navium.* R. *At tu nec avium.* Copp. Victt. b. *Attumne Navium. Mr.*

Antiquior *Romulus et Remus*] Forsan *antiquiores Romulus et Remus. Dav.*

antiquior Romulus et Remus] An *antiquiores?* quia post est: *ambo augures. Ern.* — Nihil opus emendatione. Plane ita scripsit Caesar B. C. I. 2. *Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, tribuni plebis:* ubi vid. *Held.* p. 7. Similiter noster de Or. I. 62. *dubitare visus est Sulpicius et Cotta.* Si vero ais, *antiquior* esse Adiectivum, *intercedit* Verbum; respondeo, utrumque esse Praedicatum, eodemque iure dici potuisse: *at aliquantum temporis praecessit Romulus et Remus, ambo augures.* — Pro *an Pisidarum* Cod. R. habet *aut piscidarum. Mr.*

Phrygum ista inventa] Ita quidem statuunt plurimi. *Tatianus* Orat. ad Graec. cap. 1. *Πτήσεις ὀρνίθων* (ἔξευρον) *Φρύγες καὶ Ἰσαύρων οἱ παλαιότατοι. Clemens Alexandrinus* Strom. I. pag 361. *Πτήσεις δὲ ὀρνίθων παρεφυλάξαντο πρῶτοι Φρύγες.* Adeantur inter alios *Theodoretus* Ther. I. pag. 6. *Isidorus* Orig. lib. VIII. cap. 9. scriptor vetus a *I. B. Cotelerio* editus ad *Clementis* Recogn. lib. V. cap. 20. et *Suidas* in *οἰωνιστικήν. Dav.*

Divinitatis *auctores*] Vir eruditissimus *Ioan. Clericus* Bibl. Ant. et Hodiern. Tom. XV. p. 366. legit *divinae artis,* vel *divinationis, auctores;* et *divinitatis auctoribus* nullam prorsus mentem subesse statuit. Merito quidem, si *divinitas* hic *Deitatem* seu *θεότητα* denotaret. Sed reapse *divinitas* divinationem significat; ut tentari non debuerit locus. *Servius* ad Georg. II, 486. *Non quod nulla gloria medicinae est, sed quod minor quam* DIVINITATIS *et augurandi, quae ei Apollo obtulerat munera.* Idem ad Aen. XII, 394. Cithara *et* sagittae *artes sunt:* augurium *vero munus: non enim sola arte, verum etiam indulta* DIVINITATE *colligitur.* Vide *Lactantium* Div. Inst. lib. I. cap. XI, 10. et cap. XIII, 1. *Dav.*

humanitatis expertes habere divinitatis auctores?] Pro *divinationis* Cicero dixit *divinitatis* elegantiae causa, ut magis conveniret verbo *humanitatis. Ern.* — In eadem sententia Hottingerum, Rathium et Schützium esse video. Et merito. Consimilis est locus infra c. 58. *hac*

39. At omnes reges, populi, nationes utuntur auspiciis. Quasi vero quicquam sit tam valde, quam nihil sapere, vulgare: aut quasi tibi ipsi in iudicando placeat multitudo! Quotus quisque est, qui voluptatem neget esse
b. bonum? Plerique etiam summum bonum dicunt. Num igitur eorum frequentia Stoici de sententia deterrentur? aut num plerisque in rebus sequitur eorum auctoritatem multitudo? Quid mirum igitur, si in auspiciis et in omni

igitur mentis divinitate — cerni, quae sint futura. Cumque Dav. et post eum Hott. huius usus exempla nonnisi e Lactantio et Servio afferant, nos laudabimus Plinium H. N. II. 58. sect. 59. p. 102. sq. ed. Hard. *Anaxagoram — praedixisse: — quod si quis praedictum credat, simul fateatur necesse est, maioris miraculi divinitatem Anaxagorae fuisse.* Accedit, quod tam saepe in his libris *divinus* dicitur pro *divinante* vel *divinandi scientia praedito*, ut mirandum non sit, si quando *divinitatem* pro *divinatione* posuit. Conf. F. O. *Menckenii* Observatt. Lat. Ling. (Lips. 1745. 8.) p. 189. sq. *Humanitatis* autem *expertes* appellat gentes barbaras. Alio plane sensu *divinitatem* opponit noster *humanitati* de Or. II. 20. 86. Ceterum *divinationis* est in Edd. Crat. et Herw., sed in varr. lectt. habent ut reliquae. *Mr.*

At omnes reges] Cod. R. *at vero omnes reges. Mr.* Continuat iam, quae inde a cap. 35. extr. interrupta fuerant. *K.* — Ad constructionem *nihil sapere* v. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 160. not. 16. *Cr.*

sit tam valde,] Vocem *tam* omittit Cod. U., *valide* pro *valde* exhibet Cod. M. Verba *nihil sapere* desunt in Cod. P. *Mr.*

quasi tibi ipsi in iudicando placeat multitudo!] Δόξα τῶν πολλῶν, ut est in Platonis Critone. *K.* Nimirum p. 44. ed. Steph. p. 146. ed. Bekk. Σω. Ἀλλὰ τί ἡμῖν, ὦ μακάριε Κρίτων, οὕτω τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει; — Cod. S. omittit *ipsi* post *tibi*. In seqq. Cod. R. pro *Plerique etiam summum* habet *plerique enim summum;* quod est vel scioli cuiusdam et male sagacis correctoris, vel librarii compendium vocis *etiam* (scriptum nonnunquam ēm) legentis *enim*. Cod. S. *bonum esse dicunt*. Cod. R. habet *non igitur* pro *num igitur*. Tum L. b. *aut non plerique*. P. *aut unum plerisque*. Pro *auctoritatem* Cod. U. et Ed. Asc. 1. habent *auctorem. Mr.*

sequitur eorum auctoritatem multitudo?] Cum altero membro *plerique* i. e. οἱ πολλοὶ *Stoicis*, altero *Stoici plerique* opponantur, legendum putem *horum*. Ita certe oppositio erit clarior. Haec Hott.; cui non paruit Sch., neque ego parendum esse censui. Offendit quidem illud, quod post *igitur* dicitur *eorum* de plerisque v. de multitudine; hoc vero loco de Stoicis. Sed in sermone familiari talia sunt ferenda, praesertim cum ambiguitas oriri non possit. *Mr.*

Si in auspiciis et in omni divinatione] Sic elegantius multo Paris. Cantab. et Victor. exhibent, quam vulgo *si in omnibus auspiciis et omni divinatione*. Illo enim modo praepositiones iterare *Tulliani* moris est, et vox *omnibus*, otiosa prorsus et inutilis, recte praetermittitur. *Dav.*

si in auspiciis et in omni divinatione] Ita dedi cum Dav. Oliv. Hott. Sch. ex Codd. Oxonn. E. U. nostris L. c. W. R. M. P. et ita iam est in Ed. Rob. Steph. Reliqui libri habent vulgatam *si in omnibus auspiciis et omni divinatione*, cuius prior pars languet, posterior usui Ciceronis non est accommodata. Sed in parte posteriore iam Edd. Crat. et Herw. exhibent *et in omni*. In Cod. S.

divinatione imbecilli animi superstitiosa ista concipiant, verum dispicere non possint? Quae autem est inter augures conveniens et coniuncta constantia? Ad nostri augurii consuetudinem dixit Ennius, 82.

Cum tonuit laevum bene tempestate serena.

At Homericus Aiax apud Achillem querens de ferocitate Troianorum nescio quid, hoc modo nuntiat:

post *si* omittitur *in*. Idem mox pro *animi* habet *aut*. *Mr.*

Concipiant? verum dispicere non possunt] Quanto sic melius Pall. et ed. Vict. quam vulgata, *Concipiant, vera dispicere non possint. Grut.*

superstitiosa ista concipiant, verum dispicere non possint?] Cod. R. *superstitio sit ista? concipiant, verum despicere non possint.* Codd. S. L. b. *superstitiosi* pro *superstitiosa.* Pravam Gruteri distinctionem servarunt Verb. Ern.; nemo tamen praeter Davisium, quamquam et hic invitus, scripsit cum eo *possunt:* quam lectionem Ernestus vulgatam appellat; quamquam eam nulli fere Codd. habent, nec Edd., excepta Victoriana, unde Gruterus hanc elegantiam hausit. Reperit etiam Ern. *possint* in Cod. Guelf. *Mr.*

Inbecilli animi superstitiosa *ista concipiant? Verum dispicere non* possunt] Sic post *Victorium Gruterus.* Multo melius alii veteres editi dant, *Inbecilli animi superstitiosa ista concipiant, verum dispicere non possint?* Et *possint* quidem legitur in Paris. et Cantab. *Dav.*

concipiant, verum dispicere non possint?] Ego cum primum in Ed. Davis. scriptum vidissem *possunt,* mutatum aliquando volebam *concipiant* in *concipiunt.* Quod ideo tantum moneo, ne cui idem facere in mentem veniat, nimirum ut de re certa utatur Cicero modo Indicativo. Elegantior enim et urbanior, si dicere licet, est usus Subiunctivi. In seqq. Cod. R. habet *coniuncta conveniensque constantia.* Cod. Cr. *convenientia et coniuncta constantia.* M. *conveniens et coniuncta substantia.* Post haec Cod. L. c. *in consuetudinem. Mr.*

Cum tonuit laevum bene tempestate serena.] Cod. P. et Copp. Victt. b. *Tum* pro *cum.* Est hic versus ex Ennii Annal. II. 5. ubi in annot. praeter nostrum locum laudatur Varro in Eumenid. *Dum sermone coenulam variamus:*

Interea tonuit bene tempestate serena.

Est hic locus in Varronis Fragmm. Ed. Amst. 1623. (Durdr. 1619.) p. 102. coll. p. 97. ex Nonio v. *Tempestas.* In Ed. Varronis laudata, quae habet Commentt. Scaligeri, Turnebi, Victorii et Augustini, scriptum est *tenuit* pro *tonuit,* quamquam apud Nonium (Ed. Paris. 1583. 8.) p. 2. versâ recte legitur *tonuit.* In marg. Cod. Cr. scriptum est ad h. l.: Versus Ennii similis Virgiliano. Cogitabat nimirum scriptor codicis de loco Aeneid. IX. 630. sq.

Audiit et caeli genitor de parte serena
Intonuit laevum.

Ubi vid. Serv. p. 447. sq. Ed. Burmann. Hottingerus post *laevum* distinxit, eamque virgulam, editoribus neglectam, a sensu postulari dixit. Ego quod eam, quamquam monitus, neglexi, non credo Manes illius viri iratos me habiturum. Germanice vertit hunc versum: *Glücklich! wenn zu der Linken der helle Himmel erdonnert:* Meyerus vero: *Wenn es günstig donnert zur Linken bei heiterem Wetter. Mr.*

At Homericus Aiax] Immo Ulysses, ut iam animadverterunt aliquot viri docti. Sunt enim Ulyssis verba Iliad. IX, 236. *Lamb.*

Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit.

Ita nobis sinistra videntur, Graiis et barbaris dextra,

At Homericus Aiax] Sic omnes MSSti; malaque fide usus est *Aldus* nepos, in cuius editione legitur *Ulysses*. Sed ii, quibus Deus erat *Cicero*, μνημονικὸν ἁμάρτημα nolebant agnoscere. Paullo post editi *Troianorum, nescio quid hoc modo nuntiat*. Sed nos perversam distinctionem reformavimus. *Dav.*

At Homericus Aiax] Ita Codd. nostri et Edd. vett. omnes: sed Ern. et Bip. ediderunt *At Homericus Ulysses*, moti, opinor, et rei veritate et rationibus Mureti, qui Varr. Lectt. III. 6. p. 62. ed. Ruhnk. „Bene, ait, et emendate scriptus erat in veteribus libris locus hic *At Homericus Ulysses* etc. atque ita eum legit Petrus Marsus: indicatque versum esse sumptum ex Iliados nono: ut valde mirer, quae fuerit eorum audacia, qui *Aiacem* postea pro *Ulysse* scripserunt. Nam quod Victorius credidit esse μνημονικὸν Ciceronis ἁμάρτημα, non viderat videlicet veteres libros, neque Commentarium Marsi:“ etc. In eandem sententiam disputat etiam Sylburg. qui „Si scirem, ait, qui hunc locum nobis contaminaverit, pro tanto beneficio parem gratiam referrem. nam si prudens fecit, malo dignus est. si, quia rectum putavit, rivum purgaturus, fontem petere debuit. Loqui Ulyssem apud Homerum didicisset, non Aiacem. Graeci versus Iliad. I. hi sunt: [obiter moneo, laudari ab omnibus fere editoribus librum Iliadis primum, cum scribi debuerit nonus: cuius numerus cum in Homericis carminibus sit ι, si quis maiusculam literam I scriptam reperiret, non inspecto, ut solent, Homero, primum librum laudavit: quod fecit etiam Hott. Schützius autem, qui probe sciret, litera ι graeca significari alibi numerum decimum, laudavit, emendatius scilicet, x. 236.] Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων Ἀστράπτει. Restituenda itaque Ciceroni sua lectio est, quam integram veteres etiamnum editiones conservant: quam et Petrus Marsus, si reversarum litterarum tempus spectes, vetus Ciceronis interpres, agnoscit et interpretatur.“ Lallemannus quoque dedit *Ulysses*, additque: „Ita Manutius et Lambinus, et, Mureto teste, libri veteres. Recte.“ Ego vero existimo, si in libris vett. exstitisset verum nomen, neminem falsum illaturum fuisse: si revera in aliquo reperiatur, id correctori deberi. *Mr.*

Homericus Ulysses] Sic libri veteres testibus Manutio, Mureto, Lambino [Manutius certe et Lambinus id non *testantur*:] non *Aiax*, ut vulgo editur. et sunt verba ista Ulyssis non *Aiacis*. — Davisius ait esse lapsum memoriae. Sit ita: tamen corrigendus est error. nam Cicero monitus ipse correxisset. *Ern.* — Ego vero cum Hottingero facio, dicente, artis criticae munus hoc esse, ut contextum exhibeat talem, qualis videatur esse a scriptore profectus: eamque ergo huius vitia, si quae fuerint, non omnino tollere debere: neque magis hunc locum tangendum esse, quam supra c. 30. ubi Agamemnoni tribuuntur, quae Ulyssi erant tribuenda: quod recte, quamquam inconstanter, intactum reliquerint, qui haec censuerint mutanda. Quid? quod fortasse Cicero ipse monitus hunc memoriae lapsum non correcturus fuisset, cum talibus erroribus levibus admissis oratio fiat sermoni familiari propior et similior. *K.*

Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit.] Cod. U. *Prosperat*. W. *fulguribus*. R. *addit*. Ad v. *barbaris* v. Beier. ad Cic. de Off. III. 26. 99. p. 368. *Mr.*

Ita nobis sinistra] Res est sat nota. Vide *Varronem* apud *Festum* in *sinistrae aves*, *Plinium* H. N. lib. II. cap. 54. *Statium* Theb. III, 493. et *Servium* in *Virgilii* Aen. II, 693. Rationem reddit *Dionysius Halicarnasseus* lib. II. c. 5. Τίθενται δὲ Ῥωμαῖοι τὰς ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δέξια ἀστραπὰς αἰσίους εἴτε παρὰ Τυῤῥηνῶν διδαχθέντες, εἴτε πατέρων καθηγησαμένων, κατὰ τοιόνδε,

meliora. Quamquam haud ignoro, quae bona sint, sini-

ὡς ἐγὼ πείθομαι, λογισμὸν, ὅτι κάθεδρα μὲν ἐστι καὶ στάσις ἀρίστη τῶν οἰωνοῖς μαντευομένων ἡ βλέπουσα πρὸς ἀνατολὰς —— τοῖς δὲ πρὸς ἀνατολὰς βλέπουσιν ἀριστερὰ μὲν γίνονται πρὸς τὴν ἄρκτον ἐπιστρέφοντα μέρη. Vide sis et *Plutarchum* in Quaest. Rom. pag. 282. Plura suppeditabit *I. C. Bulengerus* de Ausp. et Aug. lib. III. cap. 2. *Dav.*

Graiis et barbaris dextra meliora] Pluribus id exponit *Everh. Feithius* Antiq. Homer. lib. I. cap. 16. Cum vero δεξιὰ καλεῖ ὁ Ὅμηρος τὰ ἀνατολικά, ἀριστερὰ δὲ τὰ δυτικά, quemadmodum in Prolegomenis *Pindari* monet interpres; id quod liquet ex Iliad. M. 239. cumque, prout tradit *Plutarchus* de Placit. Philos. II, 10. Πυθαγόρας, Πλάτων, Ἀριστοτέλης δεξιὰ τοῦ κόσμου τὰ ἀνατολικὰ μέρη — ἀριστερὰ δὲ τὰ δυτικά· fieri potest ut easdem partes faustas statuerint Graeci Romanique: nam *si orientem solem respexero, cardo mihi frigoris et Septentrio fit laevus.* Verba sunt *Arnobii* lib. IV. p. 163. *Servius* ad Aen. II, 693. Sinistrum, *prosperum quia caeleste est: quae enim nobis laeva sunt, caelestibus dextra sunt, ut supra diximus.* Respicit ad ea quae scripserat in eiusdem libri vs. 54. Vide doctissimum virum *Car. Daubuzium* ad Apocalyps. VII, 2. *Dav.*

Ita nobis sinistra videntur, Graiis et barbaris dextra, meliora.] Eundem locum Ovidio adhibuit *Meziriac.* ad Epistol. Heroid. T. I. p. 178. Conf. *Morin.* in Dissertat. *des Augures,* in *Mémoires de l'Academie des Inscriptt.* Vol. I. p. 399. [Versionis Germanicae T. I. p. 319.] *Cr.* — Hott. ad h. l. haec: „Huius diversitatis causa erat diversus auspicantium situs. Nimirum Graecis [septentrionem spectantibus] dextra fulmina erant, quae ab oriente venirent; eademque Romanis sinistra spectantibus meridiem, a laeva orientem a dextra occasum habentibus. Vid. Homer. Il. XII. 239. sq. atque Fest. in *sinistrae aves.* Unde clarum fit, Romanos a Graecis verbis quidem, non ipsa re discrepasse.“ In seqq. Cod. R. habet *aud* pro *haud. Mr.*

Quae bona sint, sinistra nos dicere] Non divertunt nostri. Lambinus tamen ausus ingerere nobis, *quae* mala *sint. Grut.*

Quae bona sint, sinistra nos dicere] Non equidem sperno *Lambini* coniecturam, qui reposuit *quae* mala *sunt, sinistra nos dicere:* nam rem se sic habere docent permulta veterum loca. *Ovidius* Heroid. II, 115.

Cui mea virginitas avibus libata SINISTRIS.

Claudianus in VI. Cons. Honorii vs. 274.

——*Heu terra* SINISTRIS
Auguriis calcata mihi ——

Ambrosius Hexaëm. lib. IV. cap. IX. §. 34. *An sinistris sol coepit* auspiciis? Vide sis etiam *Valerium Maximum* lib. IV. cap. VII, 2. et *Amm. Marcellinum* XIV, 11. XXXI, 4. Puto tamen *Ciceronem* scripsisse, *quae bona sunt,* dextra *nos dicere, etiam si* sinistra *sint:* hâc enim ratione melius connectuntur sententiae. *Prudentius* in Symmachum II, 491.

Iuppiter, ut Cretae domineris, Pallas, ut Argis,
Cynthius, ut Delphis, tribuerunt omine DEXTRO.

Et vs. 563.

His tamen auspicibus successus dextra *dederunt*
Omina *laetificos* ——

Apuleius Metam. lib. II. pag. 50. *Sisque felix et iter* dexterum *pergas. Arnobius* lib. VII. pag. 287. *Itaque ut vobis commodemus assensum,* DEXTRARUM SINISTRARUM*que rerum Deos esse fautores; ulla nec sic ratio est, cur alios alliciatis ad* PROSPERA, *alios vero ne* NOCEANT, *sacrificiis commulceatis et praemiis.* Vide sis et p. 288. ac *Paulini* Poëm. XVII, 184. *Dav.*

quae bona sint, sinistra nos dicere, etiamsi dextra sint.] Hott., reiecta Lambini coniectura, probat Davisianam, addens: „dixerat nimirum Marcus, *Romanis ea auspicia meliora*

stra nos dicere, etiam si dextra sint. Sed certe nostri sinistrum nominaverunt, externique dextrum, quia ple-
83. rumque melius id videbatur. Haec quanta dissensio est? Quid? quod aliis avibus utuntur, aliis signis? aliter observant, alia respondent? Non necesse est fateri, partim horum errore suscepta esse, partim superstitione, multa fallendo?

videri, quae sinistra sint. Iam pergit: se quidem non ignorare, illa ipsa auspicia, quae a *sinistra* manu obtigerint, Romanos quoque *dextra* vocare, sensu videlicet improprio, quo *dextrum* dicitur, quidquid laetum, prosperum, aut boni ominis est, notione sine dubio a Graecae vocis usu derivata." Eandem coniecturam probavit Rathius: non improbavit Schützius. Quamquam hic quidem, Haud scio, ait, an sic scripserit Cicero: *Quamquam haud ignoro, quae bona sint, dextra nos dicere, sed augurium certe nostri sinistrum.* Hoc vero est scriptorem corrigere i. e. artis criticae fines transgredi. Ern. simpliciter ad v. *etiamsi dextra sint* annotavit: i. e. ad dextram manum. Mihi quidem locus sanus videtur, ita explicandus: *Ita nobis sinistra* (i. e. quae a parte sinistra obveniunt) *videntur, Graiis et barbaris dextra* (i. e. quae a dextra parte fiunt), *meliora.* Quamquam haud ignoro, quae *bona sint, sinistra* (i. e. boni ominis; siquidem ut Romani loquimur, neque graecissamus) *nos dicere, etiamsi dextra* (i. e. ad dextram manum) *sint. Sed certe nostri sinistrum* (vel boni ominis, quae a sinistra parte essent) *nominaverunt, externique dextrum* (boni ominis esse, quae a dextra evenirent) *quia plerumque melius id* (nimirum Romanis *sinistrum,* Graecis *dextrum*) videbatur. Quod si placet, neque eam, quam fecit in verbis *sed certe — videbatur* Davisius, coniecturam cum Hottingero necessariam existimabis: quamquam ingeniosam eam esse neutiquam negaverim. Ad rem conf. *Schoepflini* Diss. *de Auspiciis Romanorum* p. 151. in ei. Commentatt. Historr. et Critt. 4. Basil. 1741. *Mr.*

Nostri sinistrum etc.] Paris. *nostri* sinistra *nominaverunt, externique* dextra, *quia plerumque melius* indi- videbatur. Forte, *nostri* sinistra *nominaverunt, externique* dextra, *quia plerumque* meliora inde *videbantur. Dav.*

externique] Cod. R. a pr. m. *eternique;* supra lin. *externique.* Pro *melius id* Cod. L. c. *id melius.* In seqq. Cod. R. *quid quia* pro *quid? quod.* Tum Codd. Cr. L. b. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *alii avibus — alii signis — alii respondent?* Sed duae posteriores in varr. lectt. habent: *alia respondent* s. ut quidam habent, *aliter respondent.* Scribitur autem *aliter* pro *alia* in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. In cod. M. est *observantur.* Reliqui nobiscum faciunt. Cod. L. b. pro *est fateri* habet *fateri est.* Male. *Mr.*

Aliter observant, alia *respondent*] Communis lectio *aliter respondent,* sed praeter Pall. S. Vict. et editos a Victorio. *Grut.*

Non necesse est fateri] „Ni fallor, ait Hott., syllaba, proximae vocis initio absumta, sic est restituenda: *nonne necesse est.*" Quamquam non male sic diceretur, non tamen necessaria est correctio. Plane enim ita noster interrogat de Finn. v. 14. 40. *Non necesse est — illa pristina manere?* ubi vid. Goerenz. p. 581. sq. coll. eod. ad II. 3. 10. p. 125. Tursellin. de Particull. p. 556. et quae nuper optime praecepit *Ramshorn. Gramm. Lat.* §. 174. p. 492. Cod. S. exhibet *Nam necesse est:* mox *errorem* pro *errore. Mr.*

Partim horum, errore susceptum esse, partim superstitione, multa fallendo] A nobis est haec distinctio:

Atque his superstitionibus non dubitasti etiam omina adiungere. Aemilia Paullo, Persam perisse; quod pater omen accepit: Caecilia sororis filiae sedes suas tradere. Iam illa: *Favete linguis*, et *praerogativam, omen comitiorum;* hoc est, ipsum esse contra se copiosum et 40.

nam vulgo dant, *partim horum errore susceptum esse, partim superstitione multa fallendo?* *Cicero* vult, auspicia, de quibus egit, partim errore, partim superstitione, maxime vero fraude falfaciisque suscepta. Idem locutionis genus in aliis locis adhibuit noster; nec eam refugiunt alii veteres. Vide sis *Agellium* et eius interpretes lib. x. cap. 13. ac *Tullium* infra cap. 55. *Dav.*

partim horum errore suscepta esse — multa fallendo?] „Sic scribo, ait Rath., Vulgo *susceptum*. At vid. infr. c. 55. *Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere.* Pro Rosc. 10. *partim illorum mihi familiares.* Offic. II. 21. *eorum autem partim eiusmodi sunt:* [ubi vid. Beier. p. 138. qui monet, *partim* ita positum strui cum verbo plurali:] de Legg. II. 17. *partim ex illis distracti iacent.* [ubi vid. nostr. et Cr. annot. p. 288.] De multiplici usu vocabuli *partim* agit I. F. Gronov. Observ. III. 2. p. 342.“ Recte Rathium correxisse existimo. Adde Cic. de Or. II. 23. *sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.* Orat. in Vatin. 7, 16. Epp. ad Famm. I. 5. extr. Or. Philippic. VIII. 11. 32. Or. pro lege Man. 7, 18. — Ultima capitis vox in Cod. L. b. scribitur *fallenda*. Quod gloriatur Davisius distinctione posita post *partim horum*, plauditque Hott.: ea gloria vana est et inanis. Immo tollenda fuit, si in vulgata resedisset. Merito non obsecuti sunt Ern. (qui alibi nimiarum distinctionum deprehenditur amator:) Oliv. Bip. Sch. *Mr.*

Atque his superstitionibus] Dav. *superstitionibus his:* ut habent Codd. Cr. et R. Sed cum ceteri omnes vulgatum ordinem sequantur, eum restitui. Vocem *etiam* omittit Cod. R. Pro *omina adiungere* in Cod. Cr. scriptum est *adiungere oīa;* in marg. *omina*. *Mr.*

Aemilia Paullo —— omen comitiorum] Horum omnium meminit Quintus supra lib. I. cap. 45, 46. *Dav.*

sororis filiae] Cod. R. *sororis suae filiae*. Codd. U. L. b. Ed. Asc. 1. *sessori filiae.* Codd. P. S. Edd. Crat. et Herw. (in varr. lectt.) *sessoris filiae*. Pro *Favete linguis* Cod. R. *favente linguis*. *Mr.*

et praerogativam, omen comitiorum] Cod. S. *omnem* pro *omen;* utrumque enim vocabulum compendio *ōē* scriptum reperitur. Cod. Cr. et Ed. Vict. *praerogativum omen comitiorum.* M. *rogativam omen comitiorum.* R. *praerogantiam omnem comitiorum.* Est etiam *omnem* in Codd. P. L. b. eamque lectionem habent Edd. Crat. et Herw. in varr. lectt. Cum Cod. Cr. faciunt Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. et Brut. Quam lectionem cum in Edd., quae ad manum essent, reperisset omnibus H. Turnebus, in Adversarr. v. 19. correxit, ut nunc legitur, et est in plerisque Codd. In Ed. Asc. 1. legitur *oīm* pro *omen*. Ad sententiam loci conf. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 15. 34. p. 263. Ad v. *praerogativam* Vict. Copp. a. citant nostrum I. 45. et Ascon. [p. 54. Ed. Lugd. quae prodiit anno 1675. in 12°. in prooem. Act. in Verr. ad Cic. verba: *Dedit enim praerogativam suae voluntatis eiusmodi:* Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnia de iisdem candidatis comitia fieri: quorum tribus *primae* praerogativae dicebantur, quod primae rogarentur, quos vellent consules fieri: *secundae*, iure vocatae, quod in his, sequente populo, ut saepe contigit, praerogati-

disertum. Quando enim, ista observans, quieto et libero animo esse poteris, ut ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem? Itane? Si quis
p. 128. a. aliquid ex sua re atque ex suo sermone dixerit, et eius verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages aut cogitabis, ea res tibi aut timorem afferet aut alacrita-
84. tem? Cum M. Crassus exercitum Brundisii imponeret; quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, *Cauneas*, clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab

varum voluntatem, iure omnia complerentur.] *Mr.*

ista observans,] Ita dedit Dav. et post eum Hott. et Sch. quorum ille, se nescire unde *ista* sumserit Dav. ait, cum vulgo legatur *illa*. *Ista* tamen reperiri ait in Oxon. E. Reperitur item in Codd. M. Cr. L. a. et iam pridem in Edd. Rob. Steph. Vict. Car. Steph. Ald. Sturm. Brut. Sylb. Sed qui sine libris scriptorem edit, non potest fieri, quin is saepe fallatur. In seqq. pro *ut ad rem* Cod. L. b. habet *aut ad rem*. *Mr.*

Itane?] Cum sequentibus iungendum, ut Graecum *τί δαί; K.* — De eo vide disputantem Hermannum ad Viger. p. 847 — 849. coll. p. 545. sq. Hoogeveen. de Particull. p. 179 — 181. ed. Schütz. — Post *ex sua re* pergit Cod. R. *ac suo sermone*. Idem pro *apte* habet *aperte*. Verba *Si quis* desunt in Cod. S. *Mr.*

cogitabis] i. e., ait Hott., *animo meditaberis faciendum*. Equidem simplicius *ages et cogitabis* explico: *ages et agere cogitabis. K.*

aut timorem afferet aut alacritatem?] Cod. M. male *afferret* et ita Edd. Lambb. Goth. Boul. Sed Lamb. pr. recte *afferet*. In seqq. Cod. R. *Cum enim M. — Brundusii — et quidam*. *Mr.*

advectas vendens,] Co. Vi. b. Codd. W. P. *advectans vendens*. R. *adventans videns*. *Mr.*

Cauneas] Hanc scripturam omnino damnat *Casaubonus* ad *Athenaeum* III, 3. vel quod aliena ab eo sono vox, vel quod careat analogia, quum a *Καῦνοι* debeat venire *Καυναῖος*, ideoque hic scribendum monet *Caunaeas*. Quidquid id est, *Cicero* non ab Caunis Aeolica urbe, sed a Cauno Carica eas arcessit, et dulces caricas in animo habebat, quod vir maximus debuit attendere. Sonos autem vocum mirifice in illo circulatorum clamore deflecti et mutari in omnibus linguis et urbibus, quis non quotidie experitur? *Iac. Gronovius.*

Cauneas] Super hanc vocem in MSto Regio scribitur, *quasi cave ne eas*. Hoc omen memorat etiam *Plinius* H. N. lib. xv. §. 21. *Dav.*

Cauneas clamitabat.] Conf. *Lanzi Saggio di lingua Etrusca* I. p. 140. *Cr.* — *Cauneas* intellige *ficus*. Ut veteres, ait Rathius, *neu* dixerunt pro *neve*, sic *cau* pro cave. Iste itaque venditor clamitabat *cau n' eas*, quod intelligi poterat *cave ne eas*. In Cod. Cr. scriptum erat *Cacuneas*, quod ab eadem manu correctum est. Ad locum Plinii, quem laudat Dav., vid. Harduin. p. 747. Nuper de hoc loco disputavit G. *Seyffarth*. in libro *De Sonis Literarum Graecarum* libri duo — cum epist. G. Hermanni. (Lips. 1824. 8.) p. 533. sq. quem locum, cum eum librum pretii paullo maioris causa in lectorum nostrorum omnium manibus esse sperare non liceat, hic adscribam. Ad seculum igitur, ante Christum natum, primum haec dixit huc pertinentia: „Latini Graecorum *αυ* scribunt *au*, atque Graeci Latinorum *au* literis *αυ*, sive sint ante vocales sive consonantes: ex quo sequitur *au* et *αυ* eiusdem soni et potestatis fuisse. (Havercamp. Sylloge I. p. 138. 243. II. p. 200. 306. 610.)

eo Crassum, *caveret ne iret:* non fuisse periturum, si omini paruisset. Quae si suscipiamus, pedis offensio nobis et abruptio corrigiae et sternutamenta erunt obser-

Novimus autem, Latinorum *au* non potuisse *o* subinde ante consonas proferri tum apud Latinos, tum apud Gallos nunc, nisi sonuerit *au*, neque potuisse *u* in *au* cum *b* et F, quod Claudii tempore accidit, ante vocales mutari, nisi sonuerit illis in locis *w*, ex quo clarum est, αυ = *au* ante consonas *au*, ante vocales *aw* voluisse. Quod si enim Graecorum αυ sonuisset *au*, debuissent et potuissent αου pro *au* scribere; sin constanter *aw*, non dubium est, quin Graeci αβ pro *au* ante vocales, cum fecerint alias, exaraverint (e. g. *Βάῤῥων* = *Varro*, *Βιργίλιος* = *Virgilius:* coll. *Βαλήριος* = *Οὐαλήριος* = *Valerius*, *Οὐάλης* = *Valens*, *ΓΕΛΙΑ* = *Velia*, *Λαουίνιον* = *Lavinium* [Strab.] *Σεβῆρος* = Severus, rel.) Adest vero locus Ciceronis vexatissimus: *Quum*, inquit, *M. Crassus — Cauneas clamitavit* etc. Cic. de Divin. L. II. 40. Haverc. I. 139. II. 638. Wetsten. 92. Placent. 23. Velasti [Diss. de Litt. Graecc. pronunt. Romae 1752.] p. 106. Neidlinger. 38. Sylvae Cratyl. p. 54.) Quo ex loco, cum *cave ne eas* et *καυνέας* idem sonuisse tradantur, collegerunt αυ Graecorum *aw* ante consonas sonuisse. — — — Sed audis circulatorem eumque barbarum; nec dubito, quin Crassiani milites paullo crassius aut Graecam aut Latinam linguam pronunciaverint. Deinde probe tenendum, non audiri *e* verbi *cave* in *καυνέας*, quod caute tacuerunt. Iam vero tanta erat apud Latinos et Graecos proclivitas *v* in *u* mutandi, ut, ubicunque *v* et υ vocali sequente destituerentur, prodiret *u* loco *w*. Hinc habes *seu* pro *sive*, *lautum* pro *lavatum*, ex quo *lotum* non oriri potuisset nisi *u* sonuisset *u*. Simile quiddam accidit verbo illi *Frau* pro *Frawe*. Hinc intelligitur, e verbo *căve* (*căwe*) neglecto *e* debuisse *cau* oriri, neque offendit illud e aut a Romanis militibus male pronunciantibus, aut omen artificiose explicantibus, de industria suppressum fuisse. Itaque tantum abest, ut hic locus αυ Graecorum *aw*, ut *au* sonuisse testetur" etc. Contra hanc Seyffarthi sententiam nuperrime acute disputavit S. N. I. *Blochius* in libro qui inscribitur *Revision der von den neuern deutschen Philologen aufgestellten Lehre von der Aussprache des Altgriechischen.* (Alton. et Lips. 1826. 8.) p. 223 — 225. ubi docet, non *căŭneas* esse enunciandum, sed *cawneas. Mr.*

caveret, ne iret] Codd. M. et R. *cavere* pro *caveret*. Tum Cod. R. omittit *non:* pergitque: *periturum. Sic omnis offensio nobis et abruptio et sternutamenta.* Pro *offensio* Cod. L. b. habet *ostensio*, et in marg. *obtentio*. In Cod. S. scribitur: *si homini paruisset:* quod potest videri correctoris scioli. *Mr.*

Abruptio corrigiae et sternumenta] Vulgo *sternutamenta:* sed Paris. *sternumenta*, quod probum. *Agellius* N. A. XII, 5. *Cur* sternumentis *quatiatur. Plinius* lib. II. §. v. pag. 73. *In auguriis* sternumenta *et offensiones pedum.* Observavit etiam *Salmasius* Exerc. Plin. pag. 29. sternuere et sternumentum *semper apud* Plinium *in scriptis; pro quibus ubique* sternutare *et* sternutamenta *corrigunt: sed perperam. Frontinus* Strateg. lib. I. cap. XII, 11. *Timotheus Atheniensis classe dimicaturus adversus Corcyraeos, gubernatori suo, qui proficiscenti iam classi signum receptui coeperat dare, quia ex remigibus quendam* sternutantem *audierat; miraris, inquit,* ex tot millibus unum perfrixisse? Haec superstitiosorum hominum deliria salse rident *Menander* et *Philemon*, quorum verba suppeditabunt *Clemens Alexandrinus* Strom. VII. pagg. 842, 843. et *Theodoretus* Therap. VI. pagg. 87, 88. Hoc tamen non impediit, quo minus diu postea valeret, et etiam nunc apud multos valeat, ominum fides.

vanda. Sortes restant et Chaldaei, ut ad vates veniamus et ad somnia.

41. 85. Dicendum igitur putas de sortibus? Quid enim sors est? Idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas et casus, non ratio nec consilium valet. Tota res est inventa fallaciis, aut ad quaestum, aut ad superstitionem,

Basilius in Esaiae cap. II. pag. 876. *Πολλοῖς τοῖς Χριστιανῶν ἀδιάφορον ὠτακουστεῖν καὶ φήμας θηρᾶσθαι καὶ συμβόλοις προσέχειν. Ἐπτάρη τις, φησὶν, ἐπὶ τῷ λόγῳ, καὶ τόδε σημαίνει. Κατόπιν μέ τις ἀνεκάλεσε, καὶ ἐμπόδιον τοῦτο. Ὁ ποῦς προσέπταισεν ἐξιόντος. Τὸ ἱμάτιον ἀνεσχέθη* etc. Tantam vim habet recepta semel in animos hominum superstitio! *Davies.*

et sternutamenta] Restitui cum Verb. Ern. Olivet. Bip. et Sch. ex libris tantum non omnibus: nam cum Davisio faciunt nonnisi Oxon. U. et Ed. Hott. *Mr.*

Sortes restant et Chaldaei, ut ad vates veniamus et ad somnia.] „Quasi, ait Rathius, vaticinia et somnia ad genus *sortium* pertineant! quasi utrumque ita cohaereat, ut unum ab altero duci possit! Locus sic restitui posse videtur: *sortes restant et Chaldaei, tum ad vates veniamus et ad somnia.* vid. c. 48.“ Mirum se praebet criticum Rathius. Vera nonnunquam cernit, ab aliis nondum animadversa: saepe non videt, quae ne hebetiorem quidem fugiunt. Nihil monerem, nisi fieri posse crederem, ut aliquis eodem modo caecutiat. Sententia est: *Iam fere eo progressus sum, ut ad vates transire possim et somnia: sed priusquam ad haec accedam, de sortibus dicendum erit et de Chaldaeis.* Haec per breviloquentiam contracta aciem oculorum viri doctissimi praestrinxerunt, ut clara luce in tenebris versaretur. *Mr.* — Nihil agit Rathius. *Sortes restant* est i. q. *de sortibus dicendum est.* Vult: tum postquam de sortibus dixero, veniam ad vates et somnia. *K.*

Dicendum igitur putas de sortibus?] „i. e., ait R., Esse igitur operae pretium credis, de sortibus dicere? unde apparet, quid sibi velit *enim,* et quam bene Davisius signo interrogandi distinxerit post *sortibus.*“ Cod. S. exhibet: *Dicendum est igitur. Mr.*

Quid enim sors est?] *Enim* dicitur, ut apud Graecos in sermone familiari saepe *γάρ*. Sententia est plena: vix credo te id velle. Quid enim sors est? *K.* — *Sors* omittitur in Cod. L. b. In Cod. Cr. separatim scribitur *prope modum.* Ad v. *micare* Olivet. haec: *Sortiri* et *micare* non aliter differunt, quam ut genus et species. Sortitionis varii erant modi, et micare de ea dicitur, quae fit per digitos subito expansos certo numero, etc. Casaubon. ad Sueton. Aug. 13. Vid. Schütz. Lex. Cic. v. *micare.* Beier. ad Cic. de Off. III. 19. 77. p. 330. sq. *Mr.*

Micare] Vide sis interpretes ad *Petronii* Satir. cap. XLIV. *Dav.*

quibus in rebus — valet.] *Temeritati* opponitur *ratio, casui* vero *consilium:* sive etiam, quod Hott. existimabat, *casui ratio, temeritati consilium.* Conf. Cic. de N. D. II. 16., quem locum cum aliis laudat Ochsn. ad Olivet. Eclogg. Cic. p. 219. Add. Cic. de Rep. I. 38. p. 99. Stuttg. ubi *consilio* opponuntur *libidines, ira* et *temeritas.* Pro *quibus in rebus* Cod. R. habet *quibus rebus.* Monet Brutus, verba in *rebus* deesse in nonnullis libris. Absunt nimirum in Edd. Ald. Boul. Lambb. Goth. *Mr.*

Tota res est inventa fallaciis,] Cod. R. *inventa est.* Similiter noster de Rep. II. 15. p. 157. ed. Stuttg. *Falsum est id totum, neque solum fictum, sed etiam imperite absurde-*

aut ad errorem. Atque, ut in haruspicina fecimus, sic videamus clarissimarum sortium quae tradatur inventio. Numerium Suffucium Praenestinorum monumenta declarant, honestum hominem et nobilem, somniis crebris, ad extremum etiam minacibus, cum iuberetur certo in loco silicem caedere, perterritum visis, irridentibus suis civibus, id agere coepisse: itaque perfracto saxo sortes erupisse, in robore insculptas priscarum literarum notis.

que fictum. Vocem *aut* post *superstitionem* non habet Cod. U.; ut verba *ad errorem* glossatori deberi aliquis suspicetur, quae adiecta particula *aut* in orationis seriem recepta videri possunt. *Superstitio* enim est *error*. Ad seqq. scriptor Cod. Cr. in marg. annotavit: *hyronice* (sic) *loquitur*. Ad v. *haruspicina* in Copp. Victt. a. citatur noster II. 23. init. Ad v. *Numerium* idem I. 21. *Mr*.

Numerium Suffucium] Ita vulgo, at Pal. pr. et ed. Vict. *Suffustium*, sec. *Sufuscium*, tert. *Suffiscium*, quart. *Suffisium*, S. Vict. *Suffuscium*. *Gruter*.

Numerium Suffucium] Cod. R. *Nonne M. Suffutium*. Cod. Ox. E. *Num. Subsistum*. Ox. ψ. *Num. Suffiscium*. L. c. P. Co. Vi. b. *Num. Suffustium*. W. Cr. U. *N. Suffusium*: et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed Rob. Steph. *N. Suffustium*. *Mr*. — MS. Guelf. habet *Suffuscium*, Ed. Ven. 1494. *Suffusium*. MS. Victor. *Suffisium*: unde conieci *Suffidium*, quod et apud Vitruvium in *Suffisium* mutatum est. *Ern*. — De eo viro vid. Rupertum ad Iuvenal. XIV. 88. *Mr*.

Praenestinorum monumenta] Vid. *Creuzer. Symbolik u. Mythol.* IV. p. 215. Chr. *Müller*. in *Roms Campagna* p. 364. sqq. In Cod. S. est: *Numerium subsistunt praenosticorum*. *Mr*.

somniis crebris — — perterritum visis] Alterutrum insititium est, *somniis* aut *visis*. malim *visis*. *Ern*. Recte contra Ernestum monet Hott., *somniis* iungendum esse cum *iuberetur*, non cum *perterritum*. Nimirum structura haec est: *Suffucium*, *cum crebris somniis iuberetur silicem caedere, his perterritum visis id agere coepisse*. Non necessaria visa esset explicatio, nisi tantum virum errantem deprehendissemus. Pro *minacibus* Cod. R. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Boul. Lambb. Goth. Brut. *minantibus*. Cod. M. *et minacibus* pro *etiam minacibus*. R. ante *ad extremum* addit *et*. Idem habet *scilicet* pro *silicem*. *Mr*.

perterritum visis] Vocem *visis* omittit Cod. R. suffragans aliquantum Ernesto: sententiam corrumpens. In eodem mox deest *civibus*. In seqq. Cod. W., cuius fragmentum h. l. desinit, exhibet *profracto* et cum Codd. Cr. S. P. *eripuisse*, R. *irripuisse* pro *erupisse*; hic omittit sequens *in*. *Mr*.

In robore insculptas] Sic Pall. omnes. nam S. Victoris, *insculpta*. recepta lectio, *insculptis*. iidem Pall. etiam habebant *eripuisse*, pro vulgato *erupisse*. *Grut*.

in robore insculptas] Co. Vi. b. et Cod. Cr. *insculptis*, ut Edd. Rob. Steph. Ald. Lambb. Goth. Vocem *priscarum* omittit Cod. U. Pro *notis* est *notas* in Edd. Car. Steph. Boul. Sylb. Brut., nimirum ut ea vox cum accusativo *insculptas* concordet. In Cod. M. scribitur *literarum notas priscarum*. *Mr*. — *In robore* i. e. talis roboreis. *Ern*. — De his sortibus Praenestinis perperam accepit *Angelus Maius* Dionysii Halicarnassei verba in Romann. Antiqq. fragmentis nuper repertis lib. XVI. cap. 6; quae potius ad Fabium Pictorem eiusque picturas in aede Salutis Romae exhibitas pertinent, docente E. Q. *Viscontio* in *Iournal des Savans*: m. Iun. 1817. p. 367. *Cr*.

Is est hodie locus septus religiose propter Iovis pueri, qui lactens cum Iunone Fortunae in gremio sedens, mammam appetens, castissime colitur a matribus.
86. Eodemque tempore, in eo loco, ubi Fortunae nunc sita est aedes, mel ex olea fluxisse dicunt, haruspices-

Is est hodie locus etc.] Rathius correxit: *Is hodie locus, (septus religiose propter Iovis pueri, qui lactens cum Iunone Fortunae in gremio s e d e t, mammam appetens,) castissime colitur a matribus;* addens: Vulgo *is e s t hodie locus;* secunda vero vox abest Ven. 1494. eaque una totius loci sensum pervertit. — Vocem *est* omittit Cod. U. et Ed. Asc. 1.; sed hi libri eius loco habent *enim,* ut non tam omissa, quam eius compendium perperam a librario lectum videatur. Neque necessaria est Rathii correctio. Pro *is* est *his* in Cod. R., pro *locus* scribitur *lucus* in Ed. Car. Steph. eademque lectio est in marg. Edd. Lambb. et Verb. Vocem *septus* omittit Cod. R.; idem habet *puri* pro *pueri. Mr.*

Fortunae in gremio sedens, mammam appetens etc.] Ita Pall. duo meliores, nam tert. et quart. interponunt, *mammam* notis *appetens.* S. Victoris, *nodis.* ex quo facit Gulielmius *Opis.* ingeniosius fortasse quam verius. *Grut.*

lactens cum Iunone Fortunae in gremio sedens,] *Lactens* mihi glossam sapit. frigide enim redundat. mox in *mammam appetens* MSS. quidam, etiam Guelf., addunt *notis,* alii *nodis* vel *votis;* omnes male. sed tamen aliquid veri in eo verbo latere potest. an *ore?* vir doctus in exemplo meo ed. Ven. totum hoc delevit, quod ab aliis libris absit. *Ern.* — Assentit Hött. Ernesto in utroque. *Lactens,* ait, et redundat et molestum est in hoc participiorum concursu: *ore* non displicet. *Lactens,* ait Rathius, substantive accipiendum est. Infans enim, qui lactet iam, non potest mammam appetere: hoc enim prius, illud posterius; nec potest in imagine utrumque simul repraesentari. Contra Ernesti coniecturam *ore* monet Herelius l. c. p. 140. sq. se propositurum fuisse *nutricis,* nisi *notis* videretur ab aliquo librario perperam ex linea antecedente repetitum, ab aliis vero in varias mutatum formas. Cod. R. habet *l a c t a n s cum Iunone in gremio Fortunae sedens v o t i s castissime colitur a matribus.* Cod. L. b. omittit *Fortunae* cum Cod. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Scribitur *in gremio Fortunae* in Edd. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Pro *lactens* est *hactenus* in Ed. Asc. 1. *Mr.* — Mihi quoque *lactens* substantivum esse videtur: iisdemque, quibus Rathius, rationibus moveor. *K.*

Fortunae etc.] Vid. Passeri Pict. in Vasc. p. 77. Lanzi Saggio di Lingua Etrusca II. p. 545. et Symbolik. IV. p. 215. *Cr.*

Mammam adpetens] Pall. tert. quart. *mammam* notis *appetens:* Balliol. *votis:* S. Victoris liber, *nodis;* unde *Ianus Gulielmius* legebat, *mammam* Opis *appetens.* Inanis autem est ea coniectura: Ops enim nihil habet quod hic agat, et additamentum illud ex scribarum liberalitate videtur profluxisse. Certe *Gruterianorum* Codicum optimi, simul ac Paris. Med. Cantab. et Ven. 1471. vocem adsciticiam non agnoscunt. *Dav.*

mammam appetens] Cod. M. *m a m m a s appetens. Mr.* Ad v. *colitur a matribus* vid. Cic. de Legg. II. 11. extr. p. 245. sq. Ed. Mos. et nostr. ibiq. annot. *Cr.*

in eo loco,] Legitur *i l l o loco* in Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. In iisdem et Edd. Crat. et Herw. est *eodem* pro *eodemque.* Sed Codd. nostri omnes et Ed. Rob. Steph. cum Grutero faciunt, quem secuti sunt Edd. posteriores. *Mr.*

Eodemque tempore in eo loco, ubi Fortunae nunc sit aedes, mel etc.]

que dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras, eorumque iussu ex illa olea arcam esse factam, eoque conditas sortes, quae hodie Fortunae monitu tolluntur. Quid igitur in his potest esse certi, quae, Fortunae monitu, pueri manu miscentur atque ducuntur? quo

Est a membranis S. Victoris, et Pall. quatuor. quippe vulgata, *Eodem tempore illo loco ubi nunc Fortunae sita aedes est, mel* etc. priorem partem huius emendationis admisit etiam editio P. Victorii, non etiam posteriorem, quae tamen meo iudicio satis certa est. *Grut.*

Ubi fortunae nunc sit aedes] Sic *Gruterus* ex quatuor Palatinis et S. Victoris libro, quibus accedunt Med. Balliol. Reg. et Cantab. Paris. autem *nunc* scit *aedes*. Forte *nunc stat aedes*. Editi veteres habent *ubi fortunae nunc sita est aedes:* quod satis commodum receptaeque lectioni praeferendum. *Davies.*

nunc sita est aedes,] Restitui hanc lectionem cum Ern. Olivet. Bip. Hott. Sch. ex Codd. nostris M. L. a. b. U. Ox. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sed Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. habent *sita aedes est.* Cum Grutero faciunt Codd. Cr. et L. c. Codd. S. R. habent *nunc fit edes.* Vocem *nunc* ante *Fortunae* habent Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Vocem *est* omittit Cod. Ox. ψ. eamque abesse malebat Hott. Omisit eam tacite Verburgius: mihi placet servata. Cod. M. habet *sedes* pro *aedes*. Ern., qui refert, se restituisse *est*, libros non inspicienti persuadere posset, in omnibus Edd. legi, ut est in sola Verb. Pro *ex olea* Cod. Cr. habet *et olea*. Mox Co. Vi. b. Cod. L c. *summam nobilitatem*. Cod. R. *archam* pro *arcam*. *Mr.* Ad v. *arcam* cf. Brant. et Oudendorp. ad Appuleii Metamorph. IX. 181. p. 606. hunc etiam ad Sueton. Tiber. cap. 63. *Cr.*

Eaque conditas sorteis] Quinque iidem codices, *eoque*, nihilo peius. *Gruter.*

eoque] Ita rescripsi, ut est in quinque Gruterianis, nostris Co. Victt. b. Codd. U. L. c. S. R. P. Cr. et Ed. Asc. 1. Vero enim similius est, *eoque* si a Cicerone profectum est, a librariis fuisse mutatum in *eaque*, ut conveniat cum praecedente *arcam;* quam ex feminino factum esse *eoque*. Brut. et Rath. aiunt in Ed. Lamb. pr. esse *in eamque*, sed in marg. Lambb. et Goth. a Lambino scriptum esse *in eaque:* et hoc Rathio maxime placet, qui laudat de Legg. II. 22. *in eo sepulchro — Numam conditum accepimus. Mr.* Ego quoque *eoque* praetulerim. *K.*

Fortunae monitu tolluntur] Capitis nutu vel alio quodam signo miscendas atque tollendas esse sortes monuit Fortunae simulacrum. De Praenestinis aliisque sortibus adiri poterit V. C. *Ant. Daleus* de Divin. Idol. sub V. T. cap. IV. pag. 449. seq. *Dav.*

tolluntur. Quid — quae, Fortunae monitu] Haec absunt a Cod. Guelf. Ox. ψ. nostro U. Edd. Ven. 1494. Asc. 1. 2. oculo scribae, ut fit in verbis repetitis, aberrante. Sed ipsam istam sibi repetitionem displicere ait Hott. isque verba *quae Fortunae monitu pueri manu miscentur atque ducuntur,* tanquam glossema ad verbum *ducuntur* [an voluit scribere *tolluntur?*] delenda censet. Nimis cupide, nisi fallor. Pro *potest esse* Cod. L. a. habet *esse potest.* Cod. S. *fortunae mollita coluntur.* Ad v. *Fortunae monitu tolluntur* Sylb. haec: „Sortes dicit Cicero, inquit Turnebus, Fortunae monitu tolli: an quod Fortuna Praenestina, quae sortibus praeerat, oraculo iuberet tolli sortes? (nam ei oraculum tribuit Strabo libr. 5.) an quod res ista tota fortuita cum esset, fortunae monitu et impulsu fieri videretur?" Pro *pueri* Cod. R. iterum *puri*. In marg. Cod. Cr. ad h. locum scriptum reperio: *Nota: sortes ver-*

b. modo autem istae positae in illo loco? quis robur illud cecidit, dolavit, inscripsit? Nihil est, inquiunt, quod deus efficere non possit. Utinam sapientes Stoicos effecisset, ne omnia cum superstitiosa sollicitudine et miseria crederent! Sed hoc quidem genus divinationis vita iam communis explosit. Fani pulchritudo et vetustas Praenestinarum etiam nunc retinet sortium nomen; atque id
87. in vulgus. Quis enim magistratus, aut quis vir illustrior utitur sortibus? ceteris vero in locis sortes plane refrixerunt. Quod Carneadem Clitomachus scribit di-

sari ex antiquo more manu pueri, non autem adulti. Verbum *in* ante *illo loco* omittit Cod. R. *Mr.*

quis robur illud — inscripsit?] De hac constructione vid. quae monet Ochsner. ad Eclogg. Cic. p. 52. ibiq. laudd. Pro *illud* Cod. R. habet *istud.* Ad ista loca add. Cic. in Verr. Act. II. L. II. 69. 167. *Statuae illas equestres, quas tu — inscribi — iussisti. Mr.*

omnia cum superstitiosa sollicitudine] Vocem *cum* omittunt Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Sed Codd. nostri omnes, Guelf. Oxonn. E. ψ. et rell. Edd. eam tuentur. Sed in Cod. P. scribitur *superstitiosa cum sollicitudine;* quod placet. Cod. R. habet *cum superstitiosa sollicita et misera. Mr.*

vita iam communis explosit] Cod. R. *vita communis iam explexit.* Ad locutionem conf. locum, qui est supra I. 39. 86. *neque — hac de re communis vita dubitavit.* Add. Cic. de Off. II. 4. 13. ibiq. Beier. p. 29. sq. qui praeter alios nostrum quoque locum excitavit. *Mr.*

Fani autem pulchritudo et vetustas] In Paris. est *venustas.* Nec absurda videtur ea ratio, dicet etiam vulgata non sit incommoda. Similiter *venustatem* et *pulchritudinem* coniunxit *Tullius* Offic. I, 27. *Dav.*

Fani pulchritudo et vetustas] Recte contra Davisium monet Hott. lectioni Cod. Par. *venustas* longe praestare vulgatam *vetustas;* quippe cum vetustas haud parum valeat ad religionem et auctoritatem: praeterea h. l. ineptam fore ait coniunctionem verborum *pulchritudo* et *venustas.* Idem ad v. *nomen* monet: sc. nomen magis, quam usum. Recte. In Cod. S. verba *Fani pulchritudo* usque ad *sortium nomen* desunt. *Mr.*

ceteris vero in locis sortes plane refrixerunt.] Quaenam sunt ista *loca cetera?* Loca extra Romam intelligi ex praecedente v. *magistratus* conicias. *K.* Mihi quidem *cetera loca* universe videntur opposita urbi Praenestinae. Vox *plane* abest a Cod. R. Quod vero vocem *sortes* abiectam vult Hott., cum facile ex antecedentibus intelligi possit, in eo nimis cupide ei morem gessit, contra librorum fere omnium [Cod. S. omittit *sortes.*] auctoritatem, Schützius. Quam saepe Cicero repetat substantiva, quae intelligi possent, non est quod moneam post ea, quae dixi ad Cic. de Legg. II. 4. 8. II. 23. 58. p. 174. et 340. ibid. ad III. 18. 41. p. 459. ed. nostr. et Cr. Wopkens. Lectt. Tull. p. 266—268. In Cod. S. scribitur *sortibus utitur. Mr.*

Quod *Carneaden*] Legendum videtur *quo Carneaden,* hoc est, quare, quam ob causam. Vide *Donatum* ad *Terentii* Andr. Act. II. Sc. v, 18. Rationem continet ea vocula, cur fortunam Praenestinam Carneades fortunatissimam dixerit. *Dav.*

Quod Carneadem] „Dubito sane, ait Wopkens. l. c. p. 284. sq. contra Davisium, an sic Ciceronis seculo loquerentur Romani; et quidquid illud sit, non potuit hoc ex Donato probari. Simili in loco est relativum *quod* de

cere solitum, nusquam se fortunatiorem, quam Praeneste, vidisse Fortunam. Ergo hoc divinationis genus omittamus.

Ad Chaldaeorum monstra veniamus: de quibus 42. Eudoxus, Platonis auditor, in astrologia, iudicio doctissimorum hominum, facile princeps, sic opinatur, id quod scriptum reliquit: „Chaldaeis in praedictione et „in notatione cuiusque vitae ex natali die minime esse „credendum." Nominat etiam Panaetius, qui unus e 88. Stoicis astrologorum praedicta reiecit, Archelaum et

Nat. Deor. II. 9. *refrigerato — calore — exstinguimur. Quod quidem Cleanthes — docet, quanta vis insit caloris in omni corpore:* ubi Lambinus volebat *Et quidem*, Davisius *Quid quod Cleanthes — docet* etc. Sed passim fit, ut pronomen, quod sit ad antecedentia aliquo modo referendum, sic per pleonasmum quendam explicetur in sequentibus. Supra lib. I. c. 45. *Quod idem in delectu consules observant, ut primus miles sit bono nomine.* Acad. II. 17. *quod idem contingit insanis, ut et incipientes furere, sentiant* etc. de Nat. Deor. II. 9. *Quod etiam quibusdam — urbibus contingere videmus, ut sint hominum ingenia* etc. de Finib. III. 2. *Quod cum accidisset, ut alter alterum nec inopinato videremus, surrexit statim:* ubi Lambinum vide, quem tamen falli vereor, dum scribat *quod* hic poni pro *sed* seu *autem*, itaque statuere videatur, *quod* non pronomen esse in his formis, quod tamen re vera est, sed coniunctionem." Neque paruit Davisio Ernestus, qui laudat Clavem Cic. s. v. *quod:* in eademque sententia sunt Hott. et Rath. quorum posterior laudat nostri libri c. 28. 57. et 66. *Cortium* ad Cic. Epp. Famm. XIII. 40. Add. nunc *Ruddimanni* Inst. Gramm. Lat. II. p. 23. ed. *Stallbaum*. Dav. scripsit *Carneaden* pro *Carneadem*, minus probabiliter: v. K. L. *Schneider*. *Gramm. Lat.* II. *Formenl.* I. p. 43. Diogen. Laërt. IV. extr. *τὰ Καρνεάδου Κλειτόμαχος μάλιστα διὰ τῶν συγγραμμάτων ἐφώτισεν.* Conf. Cic. Academm. II. 6. 16. II. 31. pr. et cap. 32. 102. de Orat. I. 10. *Brucker.* Hist. Crit. Philos. T. I. p. 771. sq. *Tennemann. Gesch. d. Phil.* T. IV, p. 365. not. 55. *Mr.*

fortunatiorem — Fortunam] Festive dictum, ait Hott., quasi: *Fortunam* nusquam magis esse *Fortunam* etc. Vel intellige: nusquam Fortunam maiore esse auctoritate honoreque, quam in ea urbe: in hac sola eam adhuc coli: ut *ceteris in locis* isti urbi opponatur. *K.* — Pro *hoc* est *huius* in Cod. R. Pro *omittamus* Edd. Car. Steph. Boul. Lambb. Goth. Brut. Sylb. habent *omittemus*. *Mr.*

Chaldaeorum monstra] Quid sibi velint *monstra* v. supra I. 42. 93. *Mr.* — De *Eudoxo* vid. Cic. de Rep. I. 14. p. 64. Ed. Mos. De *Chaldaeis* Diodor. Sic. II. 31. p. 145. ibiq. Wesseling. Sotion. ap. Diogen. Laërt. VIII. 86. Teste eodem Laërtio VIII. 83. scripsit *ἀστρολογούμενα. Cr.* — In seqq. Cod. R. *doctissimorum iudicio hominum.* Cod. S. *sit opinatus.* Verba *in notatione cuiusque vitae* explicat Hott.: *in definiendis cuiusque hominis fatis.* Pro *notatione* Cod. L. a. *novatione. Mr.*

ex natali die] Vid. *Lindenbrog.* ad Censorin. de die natali XIII. p. 58. ed. *Havercamp.* ibiq. laudd. *Mr.*

Nominat etiam Panaetius] Vid. *van Lynden* de Panaetio p. 71. I. *Bake* de Posidonio p. 59. *Creuzer. Symb. u. Mythol.* I. p. 215. Pro *e Stoicis* est *ex Stoicis* in Codd. R. U. et Ed. Asc. 1. *a Stoicis* in Cod. S. Pro *reiecit* Cod. R. *deiecit. Mr.*

Cassandrum, summos astrologos illius aetatis, qua erat ipse, cum in ceteris astrologiae partibus excellerent, hoc praedictionis genere non usos. Scylax Halicarnasseus, familiaris Panaetii, excellens in astrologia, idemque in regenda sua civitate princeps, totum hoc Chal-
89. daicum praedicendi genus repudiavit. Sed, ut ratione utamur, omissis testibus, sic isti disputant, qui haec Chaldaeorum natalicia praedicta defendunt. Vim quandam esse, aiunt, signifero in orbe, qui Graece ζωδιακὸς dicitur, talem, ut eius orbis unaquaeque pars, alia alio modo, moveat immutetque caelum, perinde ut quaeque
p. 127. a. stellae in iis finitimisque partibus sint quoque tempore;

Archelaum *et Cassandrum*] *Victorius* edidit *Anchialum*, quam quidem lectionem servant etiam Paris. Med. et Reg. *Dav.*

Archelaum] Est *Anchialum* etiam in Cod. Guelf. Ox. ψ. nostris P. L. c. S. Ed. Rob. Steph. et in varr. lectt. Edd. Crat. Asc. 2. et Herw. Cod. Cr. habet in contextis *Anchialum*, sed in marg.: *Anchilaus et Cassander astrologi excellentes.* Post *Cassandrum* Cod. M. pergit *summum astrologorum.* Pro *in ceteris* Cod. L. b. *incertis*; Cod. Cr. *praedicationis* pro *praedictionis*. Ed. Asc. 2. pro *cum in ceteris* in marg. habet *qui in ceteris.* Cod. S. *cuius erat ipse. Mr.*

Scylax Halicarnasseus] Cod. R. *Cillax allicarnasius.* Cr. *Oychilax halicarnasius*, in marg. *Oychillax halitarnassius.* Cod. U. *Honclilax Hal.* Ed. Asc. 1. *Hoychylax Hal.* Ed. Asc. 2. *Sylax Halic.* De eo vid. *van Lynden* de Panaetio p. 71. Cod. S. *Scilix bolicarnassius.* Co. Victt. b. *Schilax halicarnassius. Mr.*

excellens in astrologia,] „Lamb., ait Rath., praetermittit *in*. Conf. Acad. I. 3. ibid. IV. 2. Fin. III. 2. Retinenda tamen vulg. est." Mox Codd. R. S. *civitate sua.* Post verba *omissis testibus* Dav. et Hott. Bip. et Oliv. semicolon posuerunt, nimirum ne ea verba a lectore parum attento ad sequentia trahantur: quo facto male vocem *Sed* a verbis *sic isti disputant* separaverunt. *Signiferum orbem* dixit *Zodiacum* etiam de N. D. II. 20. 53. ibid. 52. appellatur *duodecim signorum orbis.* Aliud est *caeli stellifer cursus* de Rep. VI. 18. In Cod. R. est *Vim quandam in signifero orbe*, omissis verbis *esse aiunt. Mr.*

Totum hoc Chaldaicum *praedicendi genus*] Mediam vocem non habet Reg. nec ea videtur necessaria, cum *Tullium* de Genethliacis agere satis constet. Quandoquidem vero σαφηνείας *Cicero* sit studiosissimus, nec a vulgata lectione recedant ceteri Codices; hanc omissionem librario malim tribuere, quam reliquos libros glossematis postulare. *Dav.*

ζωδιακός] Cod. R. *çodiacus.* S. *ζodiacos.* Cr. *Zodiacos*, ut Edd. Asc. 1. 2. Mox Cod. M. omittit *orbis* post *eius.* Ad verba *moveat immutetque caelum* Hott. „i. e., ait, ut opinor, aliter atque aliter temperet, s. quod nostri dicunt, *modificetur:* eodemque sensu paullo post accipiendum puto hoc verbum in istis: *eamque vim varie moveri ab his sideribus.*" Bene. Pro *perinde* Lamb. dedit *proinde*, minus bene. Vid. Schütz. Lex. Cic. v. *perinde*. Ruhnk. ad Rutil. Lup. I. 8. p. 31. Exempla multa vid. apud Tursellin. de Particull. p. 655 —660. coll. p. 727 —729. Novissime autem de ea re praecepit *Zumptius* in Gramm. Lat. p. 238. — Pergit Cod. R. *ut has stellae:* mox: *moveri in*

eamque vim varie moveri ab iis sideribus, quae vocantur errantia. Cum autem in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius, qui nascatur; aut in eam, quae coniunctum aliquid habeat aut consentiens; ea triangula illi et quadrata nominant. Etenim cum temporum anni tempestatumque caeli conversiones com-

his sideribus. Verba *sideribus — autem in eam* desunt in Cod. L. b. *Mr.*

quae vocantur errantia] Codd. S. L. c. P. *vocentur* et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Pro *venerint* in seqq. Cod. L. b. *venere.* Cod. S. *venerit. Mr.*

qui nascatur] Ern. *nascitur*, quod Hott., libris plane destitutus, operarum vitio irrepsisse existimabat. Sed ita Cod. R. Edd. Car. Steph. Manut. Lamb. Brut. Sturm. Ald. Boul. Bip. Goth. Brut. Sylb. Grut. Praeferendus tamen, qui est in Codd. et Edd. rell., coniunctivus. *Mr.*

Ea illi triangula et quadrata nominant] Haec elucidabit *Sextus Empiricus* adv. Mathem. lib. V. §. 39. Ἐπιβλέπειν δὲ λέγονται ἀλλήλους (οἱ ἀστέρες) καὶ συμφωνεῖν ἀλλήλοις, ὡς οἱ κατὰ τρίγωνον ἢ τετράγωνον φαινόμενοι. Κατὰ τρίγωνον μὲν οὖν σχηματίζονται, καὶ ἐπιθεωροῦσιν ἀλλήλους ἀστέρες, οἱ ἐπὶ τριῶν ζωδίων ἔχοντες τὸ μεταξὺ διάστημα· κατὰ τετράγωνον δὲ, οἱ δυοῖν. Vide *Manilium* lib. II. pagg. 37, 38. et *Censorinum* de die Nat. cap. VIII. *Dav.*

ea triangula illi et quadrata nominant.] Miro consilio Ern. haec, quae sunt ἀπόδοσις antecedentium, parenthesi includenda, ἀπόδοσιν vero deesse censuit. Ceterum haec non plane accurate exposita esse monet Meyerus, interpres germanicus. Cum enim, ait, planetae in uno zodiaci signo, quo quis natus est, vel de quo qualiscunque ratio est ineunda, conveniunt, appellatur haec *Coniunctio*, σύνοδος (*Zusammenkunft*): cum dimidio inter se distant circulo, ideoque sibi invicem opponuntur, *Oppositio* dicitur (*Gegenschein*): cum tertia circuli parte a se invicem distant, vel quatuor signis interpositis, *radius* est *triangularis*, τρίγονος (*Gedrittschein*); quarta circuli parte, vel tribus signis interpositis, *radius* appellatur *quadrangularis*, τετράγονος, (*Geviertschein*): sexta denique circuli parte, vel duobus signis interiectis, *sextilis* dicitur sive ἑξάγονος (*Sechstelschein*). *Mr.*

nominant.] Ern. in annot. perperam scripsit *vocant*. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. est *nominent. Mr.* Verba *quae coniunctum aliquid habeat aut consentiens* fortasse ita sunt intelligenda: planetarum coniunctio (cf. c. 43.) earumque consensio, τὸ συμφωνεῖν, habet aliquam vim in natura, indole fortunaque eorum constituenda, qui hac, quam dicunt, constellatione, i. e. hoc caeli et stellarum situ, nascuntur. Difficilius dixeris, qua ratione fieri posse putaverint veteres, ut illa qualiscunque vis in vitam hominum efficax esset. *K.* — Breviter eam rem expositam vides in libro, qui inscribitur Lexic. Mathemat. (Lips. 1734. 8.), s. v. *Aspect. Mr.*

Cum tempore anni tempestatumque caeli conversiones commutationesque tantae fiant] Haec natatore quidem Delio carent: sed, ut opinor, in Librarios a *Cicerone* culpa est transferenda. MSSti Reg. et Cantab. exhibent, *cum tempore anni caeli conversiones tempestatumque commutationes tantae fiant accessu stellarum et recessu.* Unde, nisi fallor, legendum, *cum caeli conversiones tempestatumque commutationes tantae fiant accessu stellarum et recessu;* delete prorsus *tempore anni,* quod sensum turbat, et margini primitus adscriptum videtur, ne *tempestatum* nobis

mutationesque tantae fiant accessu stellarum et recessu; cumque ea vi solis efficiantur, quae videmus; non veri simile solum, sed etiam verum esse censent, perinde, utcunque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, casus cuiusque eventusque fingi.

43. O delirationem incredibilem! non enim omnis error
90. stultitia est dicenda. Quibus etiam Diogenes Stoicus

lateret potestas. Auctoris sane mens hoc modo plana fit et aperta. *Dav.*

Etenim cum tempore anni] Potest intelligi *certo anni tempore.* Sed placet Davisii ratio. *Ern.* Vulgata lectio sensu destituitur: quare Davisium secuti sumus. *Lallem.*

Etenim cum temporum anni] Haec est emendatio optima Hottingeri, quam probavit Censor Ienensis 1794. 272. p. 460. post eum Rathius, recepitque Schützius. Volebat etiam Hotting. *Et cum* pro *Etenim cum,* cum non causa reddatur praeteritorum, sed progressio fiat in exponendis astrologorum commentis: eandemque ob causam Rathius, cum *etenim* in Codd. plerumque scribatur *et ñ,* inde restitutum volebat *item.* Ego cum Sch. in librorum lectione acquiesco. *Mr.*

commutationesque] Deest haec vox in Cod. U. In Ed. Ern. Lugd. Bat. pro *tantae* perperam est *tanta.* Pergit Cod. R. fiant *accessu et recessu stellarum.* Verba *cumque — solum* desunt in Cod. M. Pro *ea vi* est *ea in* in Cod. R.; pro *verisimile* in Codd. P. L. a. S. *videri simile.* Pro *verum esse* Cod. R. habet *verum tum.* Cod. S. *verum omne. Mr.*

perinde utcunque temperatus sit aër, ita] Alias dicitur *perinde ut,* quod et hoc loco verum puto. Non addidisset *perinde,* si *utcunque* dixisset. *Ern.* Recte. Sed neque illum sic dixisse puto: *perinde ita ut.* Ergo, eiecta prima voce, sic videtur legendum: *utcunque temperatus sit aër, ita* etc. *Hott.* Perperam uterque, ut opinor. Ut enim noster alibi saepe *perinde ut — ita* scripsit, sic non minus bene *perinde utcunque, ita* dici posse censeo. Lambinus dedit *proinde utcunque — ita,* et sic Gellius loquitur II. 7. Fateor tamen, ne quid dissimulem, correxisse me aliquando: *perinde ut quisque temperatus sit aër.* Sic enim paullo ante: sic alibi. *Rath.* Ego ut non improbo Rathii coniecturam, ita in vulgata paullo pleniore acquiesci posse existimo. Sch. Hottingeri rationem secutus abiecit *perinde.* In Cod. Cr. est *utrunque.* Laudat nostrum locum quod ad constructionem Beierus ad Cic. de Off. I. 37. 135. p. 275: ad rem *Hess.* ad Taciti Germ. 29. 7. p. 134. Vocem *orientes* omittit Cod. P. In Cod. S. est *animari orientis,* inverso ordine: idem *quoque* habet pro *cuiusque. Mr.*

non enim omnis error stultitia est dicenda.] Codd. Cr. S. R. L. b. c. *dicenda est.* De hac attractione, quam dicunt, quâ *dicenda* ponitur pro *dicendus* v. libellum *Krügeri: Ueber d. Attraction in d. Lat. Spr.* in *Archiv f. Philol. und Pädag. Herausg. v. Seebode.* I. *Iahrg.* II. Hft. p. 269. *Mr.*

Quibus etiam Diogenes Stoicus concedit aliquid,] *Quibus* i. e. *Chaldaeis.* Initio enim capitis intelligendum est *O delirationem Chaldaeorum incredibilem! K.* — Minus bene Ern. post Grut. et Verb., itemque Bipontini, distinxerunt post *concedit* et *possint;* et ita iam Edd. Lamb. et Goth. Post *possint* distinxerunt Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Sylb. Intelligendum est enim: *Diogenes etiam Stoicus concedit iis aliquid, nimirum ut praedicere possint, sed illud dun-*

concedit aliquid, ut praedicere possint duntaxat, quali quisque natura, et ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit. Cetera, quae profiteantur, negat ullo modo posse sciri: et enim geminorum formas esse similes, vitam atque fortunam plerumque disparem. Procles et

taxat, quali etc. Post *concedere* noster alibi quoque posuit *ut*, veluti de Orat. I. 13. 57. Or. pro Planc. 30. 73. *Mr.*

Qualis *quisque naturae*] Vulgo *qualis quisque natura;* nec aliter fere nostri. Editi veteres *quali quisque natura*. Multo quidem commodius: sed cum Med. exhibeat *qualis quisque naturae*, sic scripsisse *Cicero* videtur. *Dav.*

quali quisque natura] Ita, ut ediderat quoque Dav. ed. pr., dedi cum Hott. et Sch., ut est in Codd. U. P. M. S. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Verb. In rell. est *qualis quisque natura:* in nullo libro, ut Dav. edidit. Vulgatam facilius tulerim. In seqq. Cod. R. habet *ad quam quisque rem maximam*. Tum idem *Ceteraque quae prof.* Cr. *ceteraque prof.* idem *scire* pro *sciri*. R. *formas videmus esse similes*. Cr. *disiparem* pro *disparem*. *Mr.*

Proclus *et Eurysthenes*] Cum ab *Herodoto* hic idem nominetur Προκλῆς, a *Strabone* autem Πατροκλῆς; adducor, ut suspicer apud *Herodotum* omissam fuisse lineam a librario, quae super Πατροκλῆς nomen obducenda fuit, et ex πρ̄οκλῆς factum esse ut scriberetur Προκλῆς. *Ursin.*

Procles et Eurysthenes] *Proclem* et *Eurysthenem* Aristodemi filios nominat Herodotus L. 6. quare non dubitat Turnebus, quin mendose hic *Proclus* et mox *anno enim Procli* vulgo editum sit, et pro illis *Procles* et *Proclis* ex Herodoti auctoritate reponi debeat. Idem Lambino videbatur, qui et pro *Procli* alias *Proclis* legi monet. *Sylb.* — Scriptionem *Proclus* attribuo terminationi casus, qui sequitur, incerti, *Procli*, sive Tullius eum secundum sive tertium habuerit, unde librarii istum primum casum finxerunt. Eos enim sic haesitasse, apparet ex MS. Vossiano, ubi, quum a correctrice manu esset exaratum *Procles*, sextae literae superscriptum *v*. Hinc verius elegi. *Gronov.* — Locus Herodoti est VI. 52. Scribitur autem *Procles* in Codd. nostris, excepto R., omnibus, Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Lamb. pr. Verb. et seqq.; in rell. est *Proclus*. Tum *Cristenes* in Cod. R.; *Cyristhenes* in Codd. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed duae posteriores in varr. lectt. habent *Euristhenes*, ut Edd. Rob. Steph. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Brut. Recte scribitur *Eurysthenes* in Codd. rell., Edd. Lamb. Sylb. Grut. et quae eam insecutae sunt. Pro *gemini fratres fuerunt* Cod. Cr. *gemini fuerunt fratres*. Quod placet. Sed nolim inde, quod variat locatio vocis *fratres*, eam spuriam indicare. Quamquam enim noster Acadd. II. 18. 56 et 57. scripsit: *antiquos illos Servilios, qui gemini fuerunt;* et: *mater geminos internoscit consuetudine oculorum:* et modo paullo superius: *etenim geminorum formas esse similes:* quamquam etiam ipse Quinctilianus Inst. Orat. IX. 4. 24. *Quaedam*, ait, *ordine permutato fiunt supervacua, ut fratres gemini. Nam si praecesserint gemini, fratres addere non est necesse;* nihil tamen mutandum. Primum enim vid. quae contra Quinctiliani sententiam monuerunt interpretes in Ed. Burmann. p. 885. Deinde noster etiam iunxit *fratres gemini* Or. pro Cluent. 16. 46. quamquam ibi scribitur: *C. et L. Fabricii, fratres, gemini fuerunt ex municipio Aletrinate. Mr.*

Procles *et Eurysthenes*] Cum primus horum, *Straboni* (cui *Plutarchus* in Lycurgo pag. 40. addi potest) Πατροκλῆς nuncupetur; coniicit *Ur-*

Eurysthenes, Lacedaemoniorum reges, gemini fratres
91. fuerunt. At hi nec totidem annos vixerunt; anno enim Procli vita brevior fuit: multumque is fratri rerum gestarum gloria praestitit. At ego id ipsum, quod vir optimus, Diogenes, Chaldaeis, quasi quadam praevaricatione, concedit, nego posse intelligi. Etenim cum, ut ipsi dicunt, ortus nascentium luna moderetur, eaque

sinus, ex compendiaria scribendi ratione natum esse *Proclem*. Sed inanis est ea suspicio: hunc enim *Proclem* appellant non modo noster et *Herodotus*, sed *Pausanias* etiam in Lacon. cap. I. *Apollodorus* Bibl. lib. II. §. 2, 4. *Porphyrius* de Abstin. lib. I. §. 25. aliique: ut ex iis emendandos esse *Strabonem* et *Plutarchum* multo sit verisimilius. De Procle et Eurysthene videas licet *Ioan. Meursium* Regn. Lacon. capp. 10, 15. *Davies.*

At nec totidem annos vixerunt] Vulgo *at* hi *nec totidem* etc. Secundam voculam fide MSti Paris. delevimus. *Dav.*

At hi nec totidem annos vixerunt] Restitui *hi* cum Verb. Ern. Oliv. et seqq., cum habeant eam vocem Codd., excepto R., et Edd. vett. omnes. *Mr.*

Procli vita brevior fuit:] Cod. L. a. *Proclis:* quod est correctoris, qui sciret, supra *Procles* esse scribendum, nec vero *Proclus*, quique dativo praeferendum censeret genitivum: qui vero nesciret *Procli* item esse genitivum. Qua de re praecepit *K. L. Schneider.* in *Gramm. Lat.* II. *Formenl.* I. p. 163—167. ibiq. laudd., quibus adde *Struvium Ueber d. Lat. Declinat. u. Coniug.* p. 26. ibiq. laudd. *Ramshorn.* Gr. Lat. §. 29. p. 48. *Ruddimann.* Inst. Gramm. Lat. ed. Stallbaum. T. I. p. 58. not. 71. Quod vero plerique servarunt *Procli*, inde factum est, quod eam formam genitivum nominativi *Proclus* esse existimarent. — In Cod. R. scribitur *Procli vita fuit brevior.* In Cod. S. *prodi vita*, errore proclivi. *Mr.*

At hi nec — multumque] De hac constructione monui ad Cic. de Rep. I. 24. p. 141. — Mox Cod. R. habet *gestarum rerum gloria:* idem in seqq. *vir Diogenes optimus. Mr.*

At *ego id ipsum* — nego] Reg. habet, *ut ego id ipsum* —— *negem.* Prorsus male; licet priorem voculam sic repraesentent Paris. Med. et Cantab. Proclis enim et Eurysthenis non meminit noster, ut Diogenem refutaret; sed exemplum posuit, quo nixus erat ille philosophus. Ab hisce vero verbis adversus eius sententiam pugnat *Cicero. Dav.*

At ego id ipsum — nego posse intelligi] Cod. U. et Ed. Asc. 1. habent *ut ego;* sed servant *nego. Mr.*

quasi quadam praevaricatione] Quod, cum Stoicorum rationes defendere debeat, faveat Chaldaeis et iis concedat, quod non debebat. *Ern.* — At non Stoici Chaldaeorum praedictiones per se reiiciebant: quin unus Panaetius id faciebat. Vid. cap. sup. add. I. 3. Itaque Diogenis praevaricatio in eo versatur, quod Chaldaeorum rationem partim impugnabat, partim defendebat. *Hott.* — De significatione vocis *praevaricatio* propria vid. G. I. *Vossii* Etymol. L. L. v. *varus* p. 540. sq. ed. Elzevir. *Becman.* de Originn. L. L. p. 1114. sq. *Martini* Lex. Philol. v. *praevaricor. Mr.*

Etenim cum, ut ipsi dicunt,] Codd. Cr. S. L. b. c. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. habent *cur* pro *cum.* Cod. R. in seqq. *animadvertunt et notant;* idem *quacum lune* pro *quaecunque lunae.* In seqq. observandum, scripsisse nostrum *oculorum fallacissimo sensu*, ut intelligas *oculorum sensu, qui est sensus fallacissimus;* nec vero *fallacissimo oculorum sensu*, quasi ex pluribus oculorum sensibus fallacissimo.

animadvertant et notent sidera natalicia Chaldaei, quaecumque lunae iuncta videantur; oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quae ratione atque animo videre debebant. Docet enim ratio mathematicorum, quam istis b. notam esse oportebat, quanta humilitate Luna feratur, Terram paene contingens; quantum absit a proxima Mercurii stella, multo autem longius a Veneris; deinde alio intervallo distet a Sole; cuius lumine collustrari putatur. Reliqua vero tria intervalla, infinita et im-

Verba *eaque — natalicia* exciderunt in Cod. S. *Mr.*

Videre debebant] Med. *videre debeant.* Legendum *debent. Dav.*

quae — videre debebant.] Davisio suffragatur Cod. M., exhibens *debent.* Sed eo non melior fit prava coniectura. Recte enim monet Hott., Imperfectum significare, illos hoc non facere, quod oportebat. Et redit statim eadem constructio *quam istis notam esse oportebat,* ubi de corrigendo nihil monet Dav. Sed ita viri critici plerique: infinitis locis nihil monerent, nisi codicis alicuius prava scriptione moti: indeque nonnunquam veram scriptionem corruptam, quam contra errorem defensam, malunt. Vid. *Beier.* ad Cic. de Off. III. 1. 8. p. 189. *Gernhard.* Commentatt. Grammatt. Part. III. (4. Vimar. 1824.) p. 8. qui plura dant exempla: posterior etiam accurate de hac re praecipit. Inscribitur enim ea commentatio *De Latinorum Indicativo et Germanorum Coniunctivo in usu verborum debere, melius esse, aequius esse, aliorum huius generis.* — Pergit Cod. Cr. *Docet enim mathematicorum ratio. Mr.*

quanta humilitate Luna feratur, Terram paene contingens;] Somn. Scip. IV. *in infimoque orbe Luna — convertitur. — nam - quae est — nona, tellus — infima est.* Inter *absit* et *a* excidisse suspicatus est Rathius *ea:* quod non desidero. *Mr.*

multo autem longius a Veneris; deinde alio intervallo distet a Sole] De significatione vocis *autem* vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 17. 47. p. 75. et meam annot. ad Cic. de Rep. I. 42. p. 170. Ed. Moser. *Cr.* — Cod. Oxon. E. *distat;* idque Hott. fortasse verum esse existimabat; ut post *Veneris* distinctio maior ponenda sit. „Nam mihi, ait, plane singularis ista constructio videtur: *quantum absit a proxima Mercurii stella — deinde alio intervallo distet.* Certe sic scribendum erat: *quanto deinde alio intervallo distet.* Neque vero illud *quanto* assumi facile ex *quantum* potest. Frequens autem omnino Ciceroni est talis orationis obliquae in directam et contra transeuntis varietas.“ Rathius plene distingui volebat ante *multo,* itemque scribi *distat.* Neutra emendatio necessaria est. Ad *multo autem longius* intellige *abesse.* Transit constructio Accusativi cum inf. in constructionem cum relativo: et ad v. *deinde alio intervallo distet* intellige ex praecedentibus *quantum deinde* vel *deinde quantum. K.*

deinde alio intervallo distet a sole;] Displicet Herelio quoque l. c. p. 141. Hottingeri ratio, eaque turbare videtur ei totius periodi structuram. Proponit deinde suam emendationem: *deinde quam longo intervallo distet a Sole,* vel *deinde quali intervallo distet a Sole.* Hoc vero est Ciceronem corrigere. Locutus est noster paullo negligentius, pro: *quantum absit a proxima Mercurii stella, quanto etiam longius a Veneris, quo deinde alio intervallo distet a sole. Mr.*

Reliqua vero tria intervalla] Cod. S. *intervalla tria.* Vocem *tria* omit-

mensa, a Sole ad Martis, inde ad Iovis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad caelum ipsum, quod extremum
92. atque ultimum mundi est. Quae potest igitur contagio ex infinito paene intervallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram?

44. Quid? cum dicunt id, quod iis dicere necesse est, omnes omnium ortus, quicumque gignantur in omni terra, quae incolatur, eosdem esse, eademque omnibus, qui eodem statu caeli et stellarum nati sint, accidere necesse esse; nonne eiusmodi sunt, ut ne caeli quidem naturam interpretes istos caeli nosse appareat? Cum enim illi orbes, qui caelum quasi medium dividunt et

tit Cod. R.; quod quamquam intelligi potest, malo tamen additum. Pro *Saturni* Cod. L. b. *Saturnum:* minus bene, immo male. In fine periodi Cod. R. habet *ultimum est mundi. Mr.*

quod extremum atque ultimum mundi est.] Eandem enumerationem, sed inverso plane ordine, habes in Somnio Scip. c. IV. ubi est: *Novem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia: quorum unus est caelestis* [i. e. caelum ipsum], *extimus, qui reliquos omnes complectitur — arcens et continens ceteros; inquo infixi sunt illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni: cui subiecti sunt septem, qui versantur retro, contrario motu atque caelum; ex quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. Deinde est hominum generi prosperus — ille fulgor, qui dicitur Iovis; tum rutilus — quem Martium dicitis: deinde subter mediam fere regionem Sol obtinet — tanta magnitudine, ut omnia sua luce illustret et compleat. Hunc ut comites consequuntur Veneris alter, alter Mercurii cursus; in infimoque orbe Luna — convertitur. — Quae est media et nona, Tellus, non movetur. Mr.*

dicere necesse}*est*] Cod. S. *dicere his necesse — omnium totus.* Sola Ed. Sturm. *necessum;* forma Ciceroni non usitata. Cod. R. pro *omnium* habet *hominum:* quod est correctoris. Pro *gignantur* Cod. M. *gignuntur:* minus bene. Cod. S. *eadem cum omnibus. Mr.*

Nati sint] Sic recte Paris. et Reg. Vulgo *sunt. Dav.*

eodem statu caeli et stellarum nati sint] Sic latinitas scribi postulat, non *sunt*, ut est vulgo. Et sic est in Ed. Ven. 1494. *Ern.* — Firmant hanc lectionem Codd. nostri Cr. U. M. L. a. b. c. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Bip. Oliv. Hott. Sch. Pergunt Cod. U. et Edd. Asc. 1. Ven. 1494. *accidere potuisse necesse esse.* Codd. R. S. habent *necesse est: nonne huiusmodi.* Cod. M. *non enim ne huiusmodi.* Mox R. *ut ne oculi quidem naturam rerum interpretes.* Post *istos caeli* male cum Ern. distinxit Sch. In seqq. Cod. R. habet *cum enim illius orbes. Mr.*

Illi orbes, qui caelum quasi medium dividunt] Pari modo *Sextus Empiricus* adv. Mathem. lib. v. §. 83. seqq. *Εἰ μὲν πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην τὰ οὐράνια παρατηροῦσιν ἕκαστον τοῦ Ζωδιακοῦ δωδεκατημορίου ἰσοχρόνως ἐφαίνετο, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν εὐθείαν ἐθεωρεῖτο, τάχ' ἴσως ἂν ἐδύναντο Χαλδαίων παῖδες παγίως λαβεῖν τὸ περὶ τὸν ὁρίζοντα ἀνίσχον ζώδιον. Νυνὶ δὲ οὐ παρὰ πᾶσιν ἰσοχρόνως ἀναφαίνεται, ἀλλὰ τοῖς μὲν θᾶττον, τοῖς δὲ βράδιον, καὶ τισὶ μὲν πλάγιον, τισὶ δὲ ὀρθόν —— Καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει,*

adspectum nostrum definiunt, qui a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis *finientes* rectissime nominari possunt, varietatem maximam habeant, aliique in aliis locis sint; necesse est, ortus occasusque siderum non fieri
eodem tempore apud omnes. Quod si eorum vi caelum 93.
modo hoc, modo illo modo temperatur: quî potest eadem vis esse nascentium, cum caeli tanta sit dissimilitudo? In his locis, quae nos incolimus, post solstitium Canicula exoritur, et quidem aliquot diebus: apud Troglodytas, ut scribitur, ante solstitium: ut, si iam concedamus, aliquid vim caelestem ad eos, qui in

πρόδηλον ἐκ τοῦ καὶ τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας, καθάπερ Ἄρκτουρον καὶ Κύνα, μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῖς ἐν παντὶ κλίματι κατοικοῦσι φαίνεσθαι· ἀλλ' ἄλλοις κατ' ἄλλον. Vide sis et *Agellium* N. A. lib. XIV. cap. 1. *Dav.*

adspectum nostrum definiunt,] Vocem *nostrum* omittit Cod. M. Post *definiunt* Cod. Ox. ψ. omittit *qui;* quod placet Hottingero, cum ingratum sit *qui — dividunt — qui nominantur:* nec mihi displicet; sed in librorum consensu nihil muto. Scribitur autem *orizontes* in Cod. Cr., *oriçontes* in Cod. R. idem mox habet *et a nobis finiendi.* Est etiam *finiendi* in Cod. U. Cod. S. habet *finientes visum:* ex glossa. *Mr.*

Quod si eorum vi caelum] Cod. U. omittit *si eorum.* Asc. 1. tertium *modo.* Cod. R. habet *quodsi eorum vis in caelum, modo hoc modo illo tempore temperatur.* Cod. Cr. *modo hoc illo temperatur,* omisso altero et tertio *modo. Mr.* Hodie vix quisquam audeat scribere *modo hoc modo illo modo.* Fortasse in sermone familiari hanc sibi negligentiam licere existimavit Cicero. *K.* — Cod. S. in praecc. *aliis in locis.* Idem omittit verba *non fieri. Mr.*

Eadem vis esse nascentium] Ita quidem MSSti. Sed legendum videtur *eadem sors,* vel *eadem* vita *esse nascentium.* Vide capp. 42, 45. *Dav.*

eadem vis esse nascentium] In ed. pr. Dav. coniecerat *vis esse in nascentes:* quo faciliorem fieri orationem ait Ern. Idem tamen addit: *vis nascentium* potest *esse natura nascentium,* per quam ad aliquid apti sint. in quo vis intelligitur. In eadem sententia est Wopkens. Lectt. Tull. p. 286. *vis,* dicens, hic et alibi idem, quod *natura,* denotat. Supra l. 1. initio: *qua proxime ad deorum vim natura mortalis possit accedere.* Conf. Acadd. II. 39. *quam vim quaeque* [corporis] *pars habeat.* Tuscc. I. 24. de Finn. v. 15. *Est enim naturâ sic generata vis hominis.* Hott. consulto vocabulo *vis* usum esse nostrum suspicatur, ut elegantius responderet istis: *quod si eorum vi caelum — temperatur.* Cum Wopkensio consentiunt etiam Rath., Sch. et *Goerenz.* ad Cic. de Finn. v. 15. 43. p. 586. Mox Cod. R. *mansit* pro *tanta sit. Mr.*

et quidem aliquot diebus:] De formula *et quidem* vid. *Schwarz.* ad Plin. Panegyr. c. LXII. p. 294. *Cr.* — Pergit Cod. L. c. cum Co. Vi. b. *at apud Troglodytas.* In Cod. R. scriptum est *trochoditas,* in Cod. Cr. *trogloditas:* in Cod. S. *Theogreditas:* omissis verbis *ut scribitur. Mr.*

ut, si iam concedamus] *Si iam* est i. q. *etiamsi:* ita recte explicat *Ochsner.* ad Olivet. Ecl. Cic. p. 87. et plura exempla huius usus affert. Conf. Tusc. I. 22. 50. ad Att. v. 4. *Mr.*

aliquid vim caelestem ad eos — pertinere,] *Aliquid* commode abfuerit.

terra gignuntur, pertinere, confitendum sit illis, eos, qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimiles incidere naturas propter caeli dissimilitudinem. Quod minime illis placet. Volunt enim, omnes eodem tempore ortos, qui ubique sint nati, eadem conditione nasci.

Ern. — Rathius contra existimat, referri eam vocem posse aut ad *concedamus*, laudans de Senect. c. 13. [*sed si aliquid dandum est voluptati:*] cuius vero loci alia est ratio, neque nostro loco convenit ista constructio, quare cum Ern. Hott. Bip. et Sch. post *concedamus* distinxi: aut ad *pertinere*. „Si ad *pertinere*, ait, idem est fere, quod *aliqua tenus*. Ex eadem voce sequi videtur, ut istud *posse* in seqq. ante *incidere* recte se habeat." *Mr.*

confitendum sit illis] Cod. R. *confitendum sit illas res quae.* Ad v. *qui nascuntur* Ern. haec: „imo *nascantur*, ut supra: *omnes omnium ortus, qui gignantur in omni terra*. idque latinitas postulat. item mox *omnes eodem tempore ortos, qui ubique sint*." Monet Hott. supra i. e. principio capitis coniunctivum exigere pronomen *quicunque*. Hoc loco, quamquam non displicet coniunctivus, tamen eum non omnino necessarium existimat. Nec ego eum necessarium duxi, quamvis sit *nascantur* in Codd. R. et L. c. Verba *posse in* desunt in Cod. S. *Mr.*

In dissimiles incidere naturas] Durus videtur loquendi modus, nec eo usum *Ciceronem* crediderim. Rescribo, *in dissimiles incidere genituras*, quae vox thema natalicium passim denotat. *Dav.*

posse in dissimiles incidere naturas] Haud facile, ait Wopk. l. c. p. 287. sq., coniicerem legendum *genituras;* non tantum, quia nescio, an vox *genitura* tam vetusta sit, ut ad aureum Latinitatis seculum referri possit, sed etiam quia lectio vulgata, si bene explicetur, neutiquam tam dura esse videtur, ut isto modo nunquam locutus fuisset Cicero. *In dissimiles naturas incidere*, meo quidem iudicio, nihil aliud dicit, quam *dissimiles in ortu nancisci naturas*, quod ferme idem inferius *dissimiles naturas habere* dicitur. *Incidere in aliquam rem* est eam sic acquirere, ut aut parum aut nihil omnino industriae ad acquirendum sit adhibitum; quae quidem significatio huic loco optime convenit, ubi de nanciscendis variis, pro dissimilitudine caeli, indolis ingeniique qualitatibus sermo est, quam rem praecedens hominis industria non attingit. Addit Hott.: „Mihi verbum *incidere* (in naturas) non sine cura lectum videtur ad significandam rem maxime fortuitam. Nam, ut pueri nascentes in hoc aliudve signum incidunt, ita quoque in hanc aliamve incidunt naturam." Recte. Quod vero idem ad v. *posse* dicit: „immo *debere:* aëris enim atque caeli temperatura dissimili, quo pacto nascentium natura possit esse similis? Ita verbum *posse* illatum temere videtur:" in eo me minime consentientem habet. Satis urget eos verbis *confitendum sit illis:* et satis habet Marcus, si conceditur *posse* id fieri: si enim fieri potest; incerta iam est omnis ex stellarum ortu de natura hominis coniectura. In Codd. P. S. scribitur *incedere* pro *incidere. Mr.* — Si dura est locutio *incidere in naturas*, durior etiam est Davisii medela. *K.* Cod. S. *illis minime. Mr.*

Volunt enim,] Vulgo *volunt enim illi.* Sed iam Ern. monuit, *illi* delendum esse, cum modo praecesserit *illis placet.* Delevi igitur voculam supervacaneam auctoritate Cod. R. De sententia v. *volunt* v. Ochsner. l. c. p. 82. *Mr.*

qui ubique sint nati] Dav. edidit *sunt.* Sed Codd. et Edd. omnes habent *sint*, quod restituendum fuit. Solus Cod. M. eam vocem plane omittit. *Mr.*

Sed quae tanta dementia est, ut in maximis motibus mutationibusque caeli nihil intersit, qui ventus, qui imber, quae tempestas ubique sit? quarum rerum in proximis locis tantae dissimilitudines saepe sunt, ut alia Tusculi, alia Romae eveniat saepe tempestas. Quod, qui navigant, maxime animadvertunt, cum in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas saepe sentiant. Haec igitur cum sit tum serenitas, tum perturbatio caeli: estne sanorum hominum, hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere, quod certe non per- 45. 94. p. 128. a.

quae tanta dementia est, ut — nihil intersit,] Quod h. l. dicit *quae tanta*, similiter scripsit ad Att. VII. 8. *Quid enim est tantum in uno aut altero die?* Quod sequitur *ut — nihil intersit*, per breviloquentiam dicitur. Ponitur *ut*, quasi pendeat sententia a praecedente *tanta*. Cogitatur autem: *Quanta autem est dementia, dicere, nihil interesse* etc. Abest *in* post *ut* a Cod. B. Edd. Ven. 1494. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Grut. Gronovius, qui istam voculam nonnisi apud Gruterum abesse sciret, hoc invito Grutero factum esse existimabat. Post *caeli* sustuli cum Hott. distinctionem minorem, quae est in Edd. Grut. Verb. Ern. Oliv. Sch. invita plane sententia et loci structura. Sed quod ad totius loci scriptionem attinet valde arridet Schützii et emendatio et distinctio, quam recepissem, nisi et libris omnibus invitis esset una vox addenda, et vulgata lectio satis commodam exhiberet sententiam. Ita autem ille: *Sed quae tanta dementia est, ut quum in maximis motibus mutationibusque caeli nihil intersit, qui ventus, qui imber, quae tempestas ubique sit; (quarum rerum in proximis locis tantae dissimilitudines saepe sunt, ut alia Tusculi, alia Romae eveniat saepe tempestas; quod, qui navigant, maxime animadvertunt, quum in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas saepe sentiant;) haec igitur quum sit tum serenitas, tum perturbatio caeli: estne sanorum hominum* etc. *Mr.*

dissimilitudines saepe sunt — eveniat saepe tempestas] Herelio l. c. p. 141. vox *saepe* repetita displicet; priore loco plane otiosa ei videtur: quare pro ea desiderat *fere* vel *certe*. Tum vero, alterutrum si receptum velis, certe ante *dissimilitudines* erit reponendum. Sed nihil opus mutatione. Quod in oratione continua non placeret, in sermone familiari facile fertur et gratam saepe habet negligentiam. De usu vocis *dissimilitudines* v. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 32. 103. p. 187. sq. Pro *sunt* est *sint* in Codd. Cr. L. c.; pro *eveniat* Cod. R. *veniat:* quae non est lectio varians, sed error scribae, verba ROMAEVENIAT male legentis. Pro *animadvertunt* est *animadvertant* in Codd. Cr. P. L. c. *Mr.*

in flectendis promontoriis] Similiter ad Att. V. 9. scripsit: et *Leucatam flectere molestum videbatur.* Scripsit autem Lambinus *promuntoriis:* de qua scriptione antiqua vid. Cellar. Orthogr. Lat. p. 326. sq. ibiq. Cellar. et Heumann. Noltenii Lex. Antibarb. p. 143. sq. In Cod. P. est *promunturiis;* in Cod. L. c. *promunctoriis.*. Cod. S. habet *inflectendis.* Mox pro *sentiant* est *sentiunt* in Codd. R. Cr. L. b. c. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Quod ferri posset, si abesset *saepe*, ut ante *cum* subaudiretur *tum*. Pergunt Codd. U. R. Ed. Asc. 1. *Hoc igitur* pro *Haec igitur:* male. Mox Cod. S. *perturbatio caeli est, ne* etc. *Mr.*

Pertinere non dicere, quod non certe pertinet] Reg. et Cantab. dant

tinet: illud nescio quid tenue, quod sentiri nullo modo, intelligi autem vix potest, quae a luna ceterisque sideribus caeli temperatio fiat, dicere ad puerorum ortus pertinere? Quid? quod non intelligunt, seminum vim, quae ad gignendum procreandumque plurimum valet,

pertinere dicere, quod non certe pertinet. Ast alieno loco posita est particula negans: nam mens Auctoris reponendum demonstrat *pertinere non dicere, quod certe pertinet.* Similiter Favorinus apud *Agellium* N. A. lib. XIV. cap. 1. *Quanta partium circulorumque caeli ex devergentia et convexionibus mundi varietas sit, quis non videt? Eaedem igitur stellae, per quas omnia divina humanaque ferri, agi, contendunt, sicuti non usquequaque pruinas aut calores cient; sed mutant et variant, tempestatesque eodem in tempore alibi placidas, alibi violentas movent: cur non eventa quoque rerum ac negotiorum alia efficiunt in Chaldaeis, alia in Gaetulis, alia apud Nilum? Per autem, inquit, inconsequens, ipsum quidem corpus et habitum tam profundi aëris sub alio atque alio caeli curvamine non eundem manere; in hominum autem negotiis stellas istas opinari idem semper ostendere, si eas ex quacunque terra conspexeris* etc. *Davies.*

pertinere non dicere, quod non certe pertinet:] Delenda particula negans ante *certe*, ut recte monet Dav. *Lallem.* — Cum Codd. Davisii facit Oxon. E. Nec mihi absurda videtur Davisii coniectura. Nam aliquam saltem tempestatis in tenera infantium corpuscula vim esse, quamvis non similem eius, quam Chaldaei sideribus tribuebant, Cicero negare certe vix potuit. • Fortasse tamen altius mendum haeret, ut non sola negatio, sed totum illud *quod non certe pertinet*, tanquam manus male sedulae commentum, sit abigendum. *Hott.* — Postulat loci sententia, ut scribatur *non pertinere dicere.* Namque *pertinere* et *non pertinere* opponuntur sibi. Olim vagata est negatio, post autem utroque in loco consedit. Conf. infr. c. 67. *Rath.* — Mihi cum Hott. verba *quod non certe pertinet* ab aliena manu assuta videntur. *K.*

pertinere non dicere, quod certe non pertinet.] Cod. noster R. omittit *non* ante *dicere.* Cum Rathio censor Ienensis (1794. 272. p. 462.) prius *non* repositum volebat ante *pertinere.* Sed non est necessarium. *Non dicere* dictum est, ut Graecorum *οὐ φημί*, significatque *negare.* Similiter noster pro Lege Man. 24. *qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur* i. e. negant. Vel *pertinere non dicere* dictum est pro: *non quidem contendere, hoc pertinere ad nascentium ortus.* Idem cum Davisio deletum vult alterum *non*, quod item faciendum videtur Beiero ad Cic. de Off. I. 4. 11. p. 25. Ego vero cum Schützio malui transponere, quam eiicere istam particulam; nam Cicero negare quidem non potest vim tempestatis in tenera infantium corpuscula, sed negat certe hoc *ad nascentium ortus* pertinere, multo autem minus concedit eam, quam Chaldaei sideribus tribuebant, vim ad puerorum ortus pertinere. *Mr.*

illud nescio quid tenue,] Verba *nescio quid* inserviunt extenuandae rei. Vid. *Ocksner.* ad Olivet. Ecl. Cic. p. 110. In seqq. Cod. M. pro *vix* habet *iure*, quae variatio ex literarum similitudine et formis orta est. Cod. S. *intelligi vix*, omisso *autem;* quod in orationibus et colloquiis nonnunquam omittit noster, sono supplendum. Mox Cod. R. *a sideribus*, omisso *caeli.* Idem habet *quid? quod intelligunt*, omisso *non*, quod item abest a Cod. P. *Mr.*

plurimum valet,] Ita dedi cum Sch. ex Cod. Ox. E., quod placebat etiam Hottingero. Vulgo *valeat. Mr.*

funditus tolli, mediocris erroris est? Quis enim non videt, et formas, et mores, et plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos? quod non contingeret, si haec non vis et natura gignentium efficeret, sed temperatio lunae, caelique moderatio. Quid? quod 85.
uno et eodem temporis puncto nati, dissimiles et naturas, et vitas, et casus habent; parumne déclarat, nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere? Nisi forte putamus, neminem eodem tempore ipso et conceptum et natum, quo Africanum. Num quis igitur talis fuit?

mediocris erroris est?] Singularis est haec constructio, sed efficta ad eam, quae non est rara: *hoc est stultitiae* pro *stultorum*; ut supra *estne sanorum hominum? K.* — Moneor a viro quodam docto, ut corrigam: *mediocris error is est?* Cui ego hoc dedi, ut saltim in annotatione eam coniecturam publici iuris facerem, quamquam eam recipere dubitavi. Mox Cod. U. *Quis enim non videat.* Cod. S. *videret formas. Mr.*

et formas et mores et plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos?] Mira est locutio, cuius sententia esse debet, liberis generatione a parentibus impertiri formas, mores, status et motus. Singulariter autem hoc significatur verbis *liberi effingunt formam* etc., cum liberi plane nihil hic agant. Fortasse est Zeugma. *K.* — Explicat *Ochsner.* ad Olivet. Eclog. Cic. p. 52. *efficta haec continent* (*Abdrücke auffassen*). Mihi *effingere* dictum videtur, ut ponitur nonnunquam *imitari* de rebus, quae nihil possunt agere, veluti supra II. 27. 58. *humor potest sudorem imitari.* I. 13. 23. *pigmenta — oris lineamenta effingere possunt. Mr.*

effingere] Cod. R. *a parentibus fingere liberos,* idem a 2. m. *quis enim non videt liberos fingere a parentibus fomas* etc. In seqq. vulgo legitur *si hoc non:* sed ego cum Dav. ex Codd. nostris Cr. L. b. c. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Quod autem Hott. ideo praefert *hoc,* quod *mores* quidem et similia *fingi,* non vero *effici* dicantur; in eo argutatur: nam *efficere* est i. q. causam esse. Pro *non* est in Cod. R. *vero,* sed supra lineam scriptum est *non.* Pro *quid? quod* idem habet *quidque. Mr.*

Et vitas et *casus*] Paris. *et vitas casus.* Forsan *et* vitae *casus. Dav.*

et vitas et casus] Recte contra Davisium monet Hott., supra quoque c. 42. discerni *actionem vitae* et *casus.* Cod. R. *vitam* pro *vitas.* Cod. S. *et casus habet et vitas. Mr.*

Parumne declarant] Legendum puto *declarat,* licet in tuenda vulgata consentiant libri. *Dav.*

parumne declarat,] Recepi Davisii coniecturam probatam etiam Ernesto, cum Hott. et Sch.; eamque iam firmatam video auctoritate Cod. L. a. Ita etiam scriptum laudat nostrum locum *Ochsner.* ad Olivet. Ecl. Cic. p. 83. ubi vid. similis constructionis exempla. *Mr.*

ad agendam vitam] Cod. R. *agendi* pro *agendam.* Cod. S. *augendam.* Cr. *temporis* pro *tempus.* Utrumque errorem peperit verbum *nascendi.* De vi et usu formulae *nisi forte* vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 33. p. 254. sq. Vocem *et* post *ipso* omittit Cod. R. *Africanum* Meierus in vers. Germ. intelligendum esse existimat *Minorem.* Cod. S. *Num forte putamus.* Idem omittit *ipso. Mr.*

Natum, quo Africanum] Idem in Chaldaeos telum torquet *Sextus Empiricus* adv. Mathem. lib. v. §. 89,

46. **Quid? illudne dubium est, quin multi, cum ita**
96. **nati essent, ut quaedam contra naturam depravata haberent, restituerentur et corrigerentur ab natura, cum se ipsa revocasset, aut arte atque medicina? ut**

Οὐδεὶς Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι γέγονεν ἴσης, πολλῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην συναποτεχθέντων αὐτῷ, οὐδὲ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ. Favorinus apud *Agellium* lib. XIV. cap. 1. *Quod si quaedam, inquit, in hominum morte atque vita etiam diversis temporibus editorum, per stellarum pares quosdam postea conventus, paria nonnulla et consimilia posse dicunt obtingere; cur non aliquando possint omnia quoque paria usu venire, ut exsistant, per huiusmodi stellarum concursiones et similitudines, Socratae simul et Antisthenae et Platones multi, genere, forma, ingenio, moribus, vita omni et morte pari.* Vide sis et nostrum cap. 47. *Dav.*

illudne dubium est, quin multi — restituerentur] Imperfectum ponitur pro Perfecto coniunctivi, ut insit significatio repetitionis. *K.* — Vocem *cum* omittunt Codd. U. L. b. et Ed. Asc. 1. *Mr.*

quaedam contra naturam depravata] Vox *depravata* Hottingero suspecta est, cum et supervacanea ei, et ad vitium aliquod nativum significandum inepta videatur. Idem laudat de Finn. II. 11., ut demonstret, ipsum nostrum distinguere ea, quae natura sunt prava, a depravatis. Cui Schützius respondet: „Facile esset *prava* corrigere. Sed vulgatum defendi potest, quia eiusmodi vitia in matris utero oriri possunt sic, ut prioribus graviditatis mensibus *ἔμβρυον* nondum esset depravatum.“ *Mr.*

Corrigerentur ab *natura — aut arte* atque *medicina*] Vulgo *aut medicina*, quasi scilicet ars non esset medicina! Nos igitur MSStos Voss. et Victor. secuti sumus. Sed et rescripserim *corrigerentur* aut *natura, cum se ipsa revocasset, aut arte* atque *medicina*. Nam quaedam vitia teneris corporibus insita, cum robustiores et validiores facti sumus, ipsa natura, medicinâ non adhibita, corrigit et emendat. *Dav.*

corrigerentur ab natura] Ita omnes libri, nisi quod in Edd. Crat. Herw. et Rob. Steph. et Cod. R. scribitur *a.* Lallemanno et Hottingero placet Davisii *aut natura.* Wopkensius vero l. c. p. 288. defendit librorum lectionem: primum, dicens, *naturam* hic quasi *προςωποποιεῖσθαι*, tanquam causam, quae per se efficiat, quum *ars atque medicina* sit causa media sive instrumentalis, quae a superiore quadam causa pendeat: deinde vero saepissime nostrum ita variare orationem, ut praepositio uno membro exprimatur, altero reticeatur: velut supra I. 19. *ut igitur nunc minore gloria est — sic tunc — in tanta gloria non fuisset.* Tusc. I. 12. *idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure intelligi licet:* de Nat. Deor. II. 54. *Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur cibus.* Rathius Davisii emendatione nihil esse certius existimabat. *Mr.*

cum se ipsa revocasset] Cod. R. *cum se ipsi revocassent.* Cod. P. *se ipse.* U. *se ipsam.* Quod cave probes. Vide instar omnium *Ruddimannum* Inst. Gramm. Lat. II. p. 56. sq. *Mr*

aut arte atque medicina?] Ita dedi cum Dav. Ern. Bip. Oliv. Hott. Sch. ex Codd. Oxonn. omnibus, nostris L. a. b. c. M. P. Edd. Vict. Rob. Steph. Vulgo *aut medicina.* „Quasi scilicet, ait Hott., non ars esset medicina.“ Tenendum enim, *atque* esse explicativum, pro quo vulgo minus bene dicunt *arte et quidem medicina.* Vid. *Goerenz.* ad Cic. de Finn. I. 10. 34. p. 47. ad Acadd. II. 35. 112. p. 202. *Mr.*

quorum linguae sic inhaererent, ut loqui non possent, b.
eae scalpello resectae liberarentur? Multi etiam naturae vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt: ut Demosthenem scribit Phalereus, cum RHO dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissime diceret. Quod si haec astro ingenerata et tradita essent, nulla res ea mutare posset. Quid? dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes habet? quas quidem percurrere oratione facile est; quid inter Indos

aut quorum linguae sic inhaererent,] Ut se iam habet sententia, id, quod sequitur de *linguis scalpello resectis*, dicitur quasi quiddam *ab arte atque medicina* diversum: at quis credat, Ciceronem hoc voluisse? Libenter cum Davisio lego in praecedentibus *aut natura*, hoc vero loco *ut quorum linguae* etc. Verba haec mihi videntur afferri velut exemplum eius, quod restitui et corrigi possit arte atque medicina. *Pearcius.* Hott. se ita coniecisse ait, antequam Pearcii coniecturam legisset: eique emendationi favere Cod. Ox. E. Rathius ait, antea se intellexisse hunc locum ita: *aut, ut rem exemplo illustrem, dubium est, quin, quorum linguae — liberarentur.* Sed nimis longinqua sunt verba *illudne dubium est quin*, et nimis propinquum antecedens *aut*, ut illud difficillime intelligas, hoc statim respicias, indeque falsam disiunctionem loco inferas. Quare cum Hott. et Sch. recepi *ut*. Pro *inhaererent* Codd. R. et U. habent *inhaerent*, et ita Ed. Asc. 1. *Mr.*

ut loqui non possent,] Codd. Cr. et R. *possint*. Prior cum S. pergit *haec* pro *eae;* posterior: *ex hescapello*. Codd. R. et S. *liberentur*. *Mr.*

meditatione atque exercitatione sustulerunt:] *Meditatio* est Graecum μελέτη, quod ipsam etiam exercitationem significat. Codd. Ox. U. et nostri U. S. cum Ed. Asc. 1. perperam *medicatione*, quod a glossatore quodam vel interprete mutatum est in *medicamine*, ut habet Cod. R. In seqq. idem: *ut Demostenes scribit Falerius.* Dav. scripsit *Demosthenen:* ego rescripsi *Demosthenem*, respiciens observationem K. L. *Schneideri* in *Gramm. Lat.* II. *Formenl.* I. p. 48. quamquam ante *sc* etiam *n* ferri posset. In Cod. Cr. scribitur *Fallereus.* Idem pro RHO habet graecum *P*, Cod. P. *yho*. *Mr.* — *Dicere* intellige *pronuntiare*. *K.* — De usu vocis *vitium* ex his aliisque Ciceronis libris plura exempla congessit *Vorstius* de Latinitate Selecta p. 78. sq. Bene de significatione vocis *meditatio* disputavit Beierus ad Cic. de Off. I. 31. p. 245., nostro etiam loco adhibito; idemque usum vocis *vitium* attigit ad Cic. de Off. I. 37. 134. p. 274. *Mr.*

Cum RHO *dicere nequiret*] Eleganter *Cicero* de Orat. lib. I. cap. 16. *Cum ita balbus esset Demosthenes, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur.* Inter alios, idem memorant *Valerius Maximus* lib. VIII. cap. VII, 1. *Plutarchus* in Demost. pag. 844. et ex eo *Photius* Cod. CCLXV. col. 1471. *Dav.*

ingenerata] Cod. R. *ignorata*. Cod. S. omittit *res*. Mox L. a. *eam* pro *ea*. M. *posuisset* pro *posset*. R. *numine* pro *nonne*. *Mr.*

dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habet,] Similiter noster I. 31. *habet inflationem magnam is cibus.* *K.* Conf. annot. mea ad Cic. de rep. I. 28. p. 116. sq. ed. nostr. Ad sententiam conf. Liv. XXXVIII. 17. 10. *Mr.*

percurrere oratione] Cod. U. et Ed. Asc. 1. *ratione percurrere*. *Mr.*

et Persas, Aethiopas et Syros differat, corporibus,
97. animis: ut incredibilis varietas dissimilitudoque sit. Ex quo intelligitur, plus terrarum situs, quam lunae tractus ad nascendum valere. Nam quod aiunt, quadrin-

Aethiopas et *Syros*] Editio Victorii, *Aethiopas Syros*, neque aliter S. Victoris aut Pall. duo meliores. *Grut.*

Et Aethiopas] In vulgatis deest prima vox, quam nos ex Med. Balliol. Cantab. Ven. 1471. et Victor. adiecimus. Alioqui cum plures Codices dent *Aethiopas, Syros*, expunctis coniunctionibus, legi possit *inter Indos, Persas, Aethiopas, Syros*. Rem ipsam tetigit *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. XIV. §. 80. seqq. *Dav.*

Aethiopas et Syros] Ita dedi ex Codd. Cr. M. R. L. a. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. et Codd. U. P. L. b. c. S. deest *et Aethiopas Syros*. Quod dedit Dav. *et Aethiopas et Syros*, improbat Hott., quia Cic. non istas omnes inter se nationes, sed *Indos* cum *Persis*, *Aethiopas* cum *Syris* comparat, i. e. ab oriente ad occidentem, a meridie ad septentrionem pergit. Cod. R. habet: *ethiopes et siros differt corporibus ais ut.* Vocem *ut* omittit Cod. L. b. Tum Cod. R. habet *incredibilis varietatis dissimilitudo est. Mr.*

Lunae tractus] Pall. tres et S. Victoris *tactus;* sec. *actus*. utrumque praeposuerim vulgato. *Grut.*

Lunae tractus] In S. Victoris libro, Paris. Med. Reg. Cantab. et Pall. tribus est *Lunae tactus;* in uno legitur *actus*. Sed nec vulgata, nec harum lectionum alterutra mihi placet. Cum viro doctissimo *Ioan. Clerico* malim *Lunae status*, ut supra cap XLIV. *eodem statu coeli et stellarum natos* dixit. *Dav.*

lunae tractus] *Lunae tractus* dicuntur lunae regiones sive coeli plagae, quas luna traiicere solet. Prout autem illa in variis harum regionum partibus constituta esset, quo tempore quis nasceretur, variam quoque nascentis esse indolem atque naturam statuebant Chaldaei aliique, quos impugnat hic Tullius. Sed ipse vult, ad dissimilitudinem naturae magis referre, quo terrarum situ quis nascatur, quam quo in coeli tractu luna sit, dum nascaris. Quare non video, quid permoverit viros doctos, ut pro *lunae tractus* legendum crederent *lunae status*. Nemo autem dubitat, [dubitet?] quin *lunae tractus* hic possint explicari, ut sint certae coeli partes, in quibus versetur luna, ut *tractus nubium* apud Horatium Carmm. IV. 2. [27.] et *coeli tractus* apud Minucium Fel. Octav. cap. V. *et cum tabe pestifera coeli tractus inficitur, sine discrimine omnes deperire. Wopkens.* — Iortinus in Miscellann. Obss. l. c. p. 17: „Nihil habeo, quod obiiciam Davisii coniecturae; sed aliam proponerem, quae mihi aeque probabilis videtur; videlicet ut Cicero scripserit: *plus terrarum situs quam lunae ad nascendum valere.* Librarii periodum imperfectam credentes, eam pro viribus impleruut, inseruerintque *tactus, tractus, actus.*" Cui obloquens Vir doctus (Burmannus) ibidem: „Sed *tractus lunae* est cursus, motus et omnis facies lunae, et totum illud spatium, quod percurrit, quod descripsit sup. cap. XLIII. *quanta humilitate luna feratur* etc. Hunc omnem tractum excutiebant astrologi nascentibus pueris et ex situ lunae genesin faciebant, sed Cicero dicit situs terrarum plus valere tractibus lunae. Nam ut passim *tractus* de regione dicitur, ita hic, ne bis *situm* diceret, terris *situm* dedit, Lunae *tractum*. Ita *tractum undarum* vocat Manilius omne spatium, ambitum maris lib. IV. 625: ita sideribus *tractum* adscribit Lib. I. 532. et 537. Ergo et luna tractum,

genta septuaginta millia annorum in periclitandis experiendisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. Si enim esset factitatum, non esset

motum, cursum suum certum habet: conf. lib. III. 257. *Sidera curvato ducuntur in aethera tractu.*" — „Correxi *tactus* e MSS. apud Davisium. Clericus quidem non absurde *status* ex c. 44. sed non opus est, a Codd. MSS. recedere, quorum multi habent *tactus*, quidam *actus* et *tractus;* quae voces minus abeunt a *tactus*, quam a *status*. *Tactus* commode explicari potest; est enim vis lunae in res terrestres, quae ei tribuitur, vulgo: influxus lunae. Sic soli *tactum* tribui videmus, eodemque sensu *contactus* et *contagio* dicuntur. Ap. Vitruv. IX. 9. in libris est *tractus coeli:* pro quo recte repositum est *tactus coeli* i. e. pressio aëris. Apud Virgil. *coeli tractus* Aen. III. 138. de aëre, quoad spiritu trahitur: ubi tamen Codd. habent *tactus*, Burmannusque optionem relinquit lectori. Ego et ibi *tactus* praetulerim, quia etiam de arboribus et segetibus sermo." *Ern.* in Clav. Cic. s. v. *tactus*. Idem s. v. *tractus* non improbat viri docti in Miscell. Obss. defensionem scriptionis *tractus*, laudato etiam Cortio ad Sallust. Iug. p. 634: praeferendum tamen existimat *tactus*. Hotting. ex Codd. Ox. E. et U. *tactus* praefert, improbatis ceteris vel coniecturis vel lectionibus. Rathius coniecit transponenda esse verba scribendumque: *plus terrarum tractus, quam lunae situs*. Sch. tacite scripsit *lunae tactus*. Ego editionum veterum auctoritatem secutus servavi *tractus*, quod est in Edd., exceptis Ern. Bip. Hott. Sch., omnibus. *Actus* est in Cod. Cr.; *tactus* in Codd. M. L. b. c. P.; *motus* in Cod. R. *Tractus* melius certe, quam *tactus*, sententiae convenire videtur: quamquam non plane animum explet. Placeret *motus*, nisi manifesto correctoris manum proderet. Pro *valere* Cod. R. habet *naturale*. Cod. L. a. *luna* pro *lunae*. *Mr.*

lunae tractus] Quamquam probabiliter defenditur *tactus* ab Ern. in Cl. Cic., probabilius tamen est *tractus*. Illud mihi glossa vocis *situs* esse videtur, nisi suspicari velis, Ciceronem concinnitatis causa vocabulum voci *situs* simile verbo *lunae* addere voluisse. Quo sensu Ernestus dictum vult *tactus*, non convenit sententiae et orationis nexui. Si *tactus* est id, quod nos dicimus *Einfluss*, *valere* autem, quod aliter intelligi nequit, *Einfluss haben;* idem esset, quasi vernacule diceres: *der Einfluss hat Einfluss*, *vis habet vim*. Si quid mutandum, malim cum Iortino deletum *tractus*. Neque vero magis, quam *tactus*, placet Rathii transpositio. *K.* — Unum addo, non placere mihi Wopkensianam scriptionis *tractus* defensionem, sed Burmannianam. Cod. S. habet *qui aiunt*. *Mr.*

Quadringenta septuaginta] Vulgo *quadringenta et septuaginta*. Sed mediam vocem nesciunt Paris. Med. Reg. aliique Codices. *Dav.*

quadringenta septuaginta] Vocem *et* non habent Codd. nostri Cr. P. L. b. c. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. In Codd. R. et U. est *quadraginta*. In seqq. Cod. P. omittit *essent*, Cod. R. vocem *fallunt*. Verba *in* — *pueris* explicat Hott.: statum coeli et stellarum, quo pueri nati essent, observantes, horumque fata et indolem conferentes. Bene. Pro *esset* Cod. L. b. habet *esse;* pro *desitum* Cod. M. *desiitum;* R. *diffinitum*. Vocem *habemus* omittit Cod. P. In Cod. S. scribitur: *non esse desinit*. *Mr.*

Fallunt] Eadem est Favorini mens apud *Agellium* N. A. lib. XIV. cap. 1. De annorum numero, quem suis observationibus adscribunt Chaldaei, diximus ad lib. I. cap. 29. *Dav.*

Calculatione
experimentis

desitum: neminem autem habemus auctorem, qui aut fieri dicat, aut factum sciat.

47. Videsne, me non ea dicere, quae Carneades, sed ea, quae princeps Stoicorum Panaetius dixerit? Ego autem etiam hoc requiro, omnesne, qui Cannensi pugna ceciderunt, uno astro fuerint? Exitus quidem omnium unus et idem fuit. Quid? qui ingenio atque animo singulares, num astro quoque uno? Quod enim tempus,

Qui aut fieri dicat] Vulgo *qui* id *aut fieri dicat*, refragantibus Paris. Med. et Balliol. *Dav.*

qui aut fieri dicat] Omisi *id* cum Dav. Hott. et Sch., cum absit etiam a Codd. Oxonn. E. nostris L. b. M. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. In Codd. P. S. est *quid aut:* quae scriptio favet lectioni *qui id aut. Mr.*

Videsne, me non ea dicere] De hoc loco vid. *van Lynden* de Panaetio p. 71. Vocem *non* omittit Cod. R. *Mr.* Explicat locum Hott. ita: hanc disputationem non eius esse, qui omnem omnino divinationem impugnet, sed Panaetii, qui, licet Stoicus, tamen in hac re ab sectae suae popularibus dissentit. Quae mihi explicatio claudicare videtur. Nihil vult, nisi se in refutandis astrologis non sequi Carneadem, sed Panaetium, sed addere quasdam quaestiones, ut ex iis, quae inde consequantur, nihili esse astrologiam eiusque praedictiones, — appareat. *K.*

sed ea, quae] Vocem *ea* omittit Cod. Ox. E. Idem cum S. mox post *ego* omittit *autem*. Ad verba *quae princeps Stoicorum Panaetius dixerit* monet *Goerenz.* ad Cic. de Legg I. 21. 55. post *dicere* elimandum (?) est *dixerit*. Ego vero librorum omnium auctoritatem sequi malui, praesertim cum scriptum sit *dixerit*. Glossator fortasse minus eleganter addidisset *dixit*. Pro *hoc* post *etiam* Codd. S. P. L. b. c. habent *haec. Mr.*

Omnesne, qui Cannensi pugna ceciderunt] Favorinus apud *Agellium* N. A. lib. XIV. cap. 1. *quid esset, quod adversum hoc dici posset, requirebat, quod homines utriusque sexus, omnium aetatium, diversis stellarum motibus in vitam editi, regionibus, sub quibus geniti erant, longe distantibus, omnes tamen isti aut hiantibus terris, aut labentibus tectis, aut oppidorum expugnationibus aut eadem in navi fluctu obruti, eodem genere mortis, eodemque ictu temporis universi simul interirent. Quod scilicet, inquit, nunquam evenirct, si momenta nascendi singulis adtributa suas unumquodque leges haberent.* Eandem hastam multa vi mittit *Sextus Empiricus* adv. Mathem. lib. V. §. 90. seqq. *Dav.*

qui Cannensi pugna ceciderunt,] Praepositio *in* post *qui* abesse non posset, nisi substantivo *pugna* additum esset *Cannensi. K.* — Plane ita Livius XXIII. 21. extr. *qui ceciderant pugna Cannensi*, ubi vid. Sigon. Gronov. et Drakenb. conf. Drakenb. ad Liv. IX. 32. extr. et ad Liv. X. 28. 15. II. 36. 1. *Zumpt.* Gramm. Lat. p. 364. sq. Ernestus pro *ceciderunt* scripsit *ceciderint* ex Ed. Ven. 1494. latinitate, ut ait, postulante. Sed per latinitatem utrumque dicere licet. Ceterum *ceciderint* est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. et Cod. U. *Mr.*

Uno astro fuerint] Balliol. noster, *uno astro* orti *fuerint:* sed librarii videtur additamentum. *Dav.*

uno astro fuerint?] i. e. eadem, quam dicunt, constellatione, uno eodemque temporis puncto nati: conf. c. 45. *K.* In seqq. Cod. Cr. *itidem* pro *et idem*, R. *fuerint* pro *fuit*. Cod. S. omittit *qui* post *Quid? Mr.*

Num astro quoque *uno?*] Editt. Ven. 1471. et Ascens. repraesentant

quo non innumerabiles nascantur? at certe similis nemo
Homeri. Et si ad rem pertinet, quomodo coelo affe- 98.
cto compositisque sideribus quodque animal oriatur;
valeat id necesse est etiam in rebus inanimis. Quo quid

aeque uno, quod *Lambino* placuit. Sed perinde est, hoc an illo modo legas. In eo vero quod vir ille doctus supra dederit, *ingenio atque animo singulares* NASCUNTUR, haud addicunt nostri Codices, nec id supplementum flagitat oratio. *Dav.*

num astro quoque uno?] Narrat Brutus, Lambinum ante haec verba addidisse *nati sunt;* sed in marg. Edd. Lambb. et Goth. est *nascuntur*, ut refert Dav. Pro *quoque* Hottingero non improbante est *aeque* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Cod. U. Sed Edd. Crat. et Herw. *quoque* habent in varr. lectt. Explicat locum Hott. ita: „num iis, ut ingenium proprium et singulare, ita etiam astrum fuit; ut hoc coeli et stellarum statu, praeter illos, nemo natus sit alter?“ Post *tempus* in Cod. R. sequitur: *in quo innumerabiles non:* in Cod. Cr. *quo innumerabiles non. Mr.*

Quo non innumerabiles nascuntur] Ita Paris. Med. et Reg. non *nascantur*, ut vulgo. *Dav.*

nascantur] Davisii correctionem, nisi mavis soloecismum dicere, merito nemo recepit. Sed indicativum ex nostris quoque libris habent Codd. P. L. c. Sequitur in Cod. U. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *at certe nemo similis.* Pro *Homeri* Cod. R. habet *hominum.* Ad verba *coelo affecto compositisque sideribus* conf. cap. 42. ibiq. ann. Cod. R. habet *quo caelo affecto — animal quodque oriatur. Mr.*

Valeat id necesse est etiam in rebus inanimis] Victorius et MS. Vossianus exhibent, *valeat id necesse est non in hominibus solum, verum in bestiis etiam.* Ac ita fere Balliol. Illam vero lectionem procudit indocta librariorum audacia: nam *quodque animal* bestias non minus ac homines complectitur. *Dav.*

valeat id necesse est etiam in rebus inanimis.] Cum Victorio faciunt Codd. nostri L. c. P. M. vet. cod. apud Car. Steph. Edd. Asc. 2. Rob. Steph. Sturm. Ex ista lectione Hott., cum vulgata sequentibus [*Fac in puero — potuit valere?*] contradicere ei videretur, coniecit legendum esse: *Sed si ad rem pertinet, quo modo coelo affecto compositisque sideribus quodque animal oriatur, valeat id in hominibus: num etiam in rebus inanimis?* laudatis locis inf. hoc cap. *Fac in pueris* etc. sup. c. 14. *Demus hoc — ostenditur?* de N. D. I. 38. *Fac imagines — cur aeterna?* Tuscc. I. 36. *Sed hoc ipsum — esse miserum?* Probat eius rationem Censor, quem dixi, Ienensis (1794. 272. p. 462), mavult tamen *in animalibus* pro *in hominibus:* addens ferri etiam posse vulgatam, si interrogationem esse dicas pro: *an necesse est, ut valeat id etiam in rebus inanimis?* Et haec est item sententia Rathii, ut distinguamus: *valeat id necesse est etiam in rebus inanimis?* Cum quo facit K. in schedis. Schützius, non accurate prolata Hottingeri coniectura, monet, quae hic dicuntur *valeat - inanimis*, non pugnare cum seqq. *Fac in puero - potuit valere?* „Nam, inquit, Cicero ipse ait nihil esse absurdius, quam opinari ad rerum inanimarum, ut plantarum, ortum pertinere, quomodo coelum affectum aut sidera composita sint.“ Quo nihil videtur esse verius. Quare in vulgata lectione acquiescendum esse putavi. Eamque sententiam Hott. quoque et Meyerus in versionibus Germ. expresserunt. In Cod. R. haec est lectio *valeat id necesse est verum etiam in rebus manifestis quid dici potest absurdius?* In Co. Vi. b. et Cod. S. *valeat id necesse*

dici potest absurdius? L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam nostrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus; Romamque, in iugo cum esset luna, natam esse dice-

non in hominibus solum, verum etiam in bestiis. Quo etc. *Mr.*

Quo quid dici potest absurdius?] Codd. U. S. L. c. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. inverso ordine *potest dici. Mr.*

L. quidem Tarutius] Vid. de eo C. B. *Hasium* ad I. Laur. Lydum de Mensib. cap. 5. (p. 6. Schow.) qui ibidem pro *Ταῤῥούσιος* rescribi iussit *Ταῤῥούτιος*. In Plutarchi vit. Romuli cap. XI. dicitur *Ταρούτιος*. Conf. *Roether.* ad Lydi l. l. *Cr.* — Cod. Cr. *Tauritius*, in marg. *Carutius.* — Quae hic dicuntur *Chaldaicae rationes*, similiter Horatius Od. I. 11. 2. sq. dixit *Babylonios numeros. Mr.*

In primis Chaldaicis literis *eruditus*] Veteres libri *Chaldaicis* RATIONIBUS habent, quod recepi. Liber etiam Democriti Physici *Χαλδαϊκὸς λόγος* inscriptus erat, ut tradit *Diogenes Laertius* in vita ipsius. *Victor.*

Chaldaicis rationibus] Pravam scriptionem *Chaldaicis literis* habent etiam Codd. nostri R. et M. et Ed. Asc. 1. itemque vet. cod. apud Car. Steph. *Mr.*

Natalem diem repetebat] Is dies erat undecimus ante Kalendas Maias, ut narrat *Plutarchus* in Romulo, eodemque loco hunc Tarutium commemorat. *Lamb.*

Parilibus] Antiquam scriptionem *Palilibus* habet Cod. Cr. De hoc festo conf. G. I. *Vossii* Etymol. L. L. v. *pario*. Varro de L. L. p. 22. et p. 47. ed. Scalig. (Amst. 1623. 8.) Festus de verb. sign. p. CLI. ed. Scalig. (ap. Santandr. 1598. 8.) *Perotti* Corn. Cop. p. 454. 496. 682. *Tiraquell.* annott. in Alex. ab Alex. Dies Geniales p. 225. 880. (Lugd. 1586. f. m.) *Rosini* Antt. Rom. p. 267. (Amst. 1685. 4.) *Hoffmanni* Lex. Univ. v. *Palilia* T. III. p. 532. sq. (L. B. 1698. f. m.) in primis autem *Creuz. Symb. u. Mythol.* II. p. 975. sq. 996. sqq. IV. 607. Epitom. nostr. p. 540—542. *Mr.*

In iugo cum esset Luna] *Manilius* lib. IV. pag. 102.

Hesperiam sua libra tenet, qua condita Roma
Et propriis fraenat pendentem nutibus orbem,
Orbis et imperium retinet; discrimina rerum
Lancibus, et positas gentes tollitque premitque.

Videlicet Mathematici *πόλεως τύχην, ὥςπερ ἀνθρώπου, κύριον ἔχειν οἴονται χρόνον, ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως πρὸς τὰς τῶν ἀστέρων ἐποχὰς θεωρούμενον*, ut, memorato Tarutii facinore, loquitur *Plutarchus* in Romulo pag. 24. D. *Symmachus* lib. X. Epist. 54. *Ut animae nascentibus, ita populis fatales Genii dividuntur.* Adeatur etiam *Prudentius* in Symm. II, 71. qui ab eiusdem libri vs. 372. inanem hanc refellit sententiam. Vani scilicet homines

Adscribunt saxis Lachesis male fortia fila,
Tectorumque trabes fusis pendere rotatis
Credunt, atque ipsis tribuunt decreta tigillis.
Ceu distet, cuius stellae sit fraxinus ortu
Eruta, quae summum conscenderet ardua culmen;

ut ait idem Poëta vs. 453. seqq. *Dav.*

in iugo cum esset luna,] *In iugo* i. e. in signo librae. Vid. F. A. *Beck.* ad Ampelii Lib. Memor. (Lips. 1826. 8.) II. p. 11., qui monet Solinum II. 1. pro *in iugo* habere *in libra.* Conf. ib. laudd. Manetho Apotelesm. I. 136. Schol. ad. Arat. Phaen. v. 88. Macrob. Sat. I. 18. et 21. et c. 12. Hygin. Poet. Astron. II. 26. IV. 5. et 3. Ovid. Metam. II. 195. Add.

bat, nec eius fata canere dubitabat. O vim maximam erroris! Etiamne urbis natalis dies ad vim stellarum et lunae pertinebat? Fac in puero referre, qua affectione coeli primum spiritum duxerit: num hoc in latere, aut in caemento, ex quibus urbs effecta est, potuit valere? Sed quid plura? Quotidie refelluntur. Quam multa ego Pompeio, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Caesari a Chaldaeis dicta memini, neminem eorum nisi in senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum! ut mihi permirum videatur, quem- 98. p. 129. a.

Philippi Caesii Coelum Astronom. Poetic. p. 80—82. (Amst. 1682. 8.). Scribitur autem *cum esset in iugo luna* in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. invitis Codd. et Edd. vett. *Mr.*

Nec eius fata canere dubitabat] Paris. Reg. Med. Balliol. et Ascens *nec eius fata* tenere *dubitabat*. Hoc tamen lectioni vulgatae postponendum censeo. *Dav.*

fata canere] Est etiam *tenere* in Codd. R. L. b. U. et Ed. Asc. 1. Vocem *urbis* omittit Cod. R. Idem mox habet *Fac mihi puro. Mr.*

ad vim stellarum et lunae pertinebat?] In marg. Edd. Lamb. et Goth. scriptum est: fort. *pertinebit? Mr.* — Imperfectum posuit, ut referatur ad tempus, quo Tarutius diem Romae natalem, rationibus subductis, fuisse posuit: ita c. 36. *quantum differebat!* Ad quem locum v. annott. Quod vero dicitur: *dies ad vim stellarum et lunae pertinebat*, hodie homines dicerent: *vis stellarum et lunae pertinebat ad eum diem. K.* — In seqq. pro *affectione* est *effectione* in Cod. R. *Mr.*

Referrè, ex qua adfectione coeli] Lego *referre, qua adfectione* (male Paris. et Reg. *effectione*) *coeli primum* etc. *Dav.*

qua affectione coeli primum spiritum duxerit:] Vulgo *ex qua*. Sed ego dudum coniecceram, ortum esse ex ultima litera verbi *referre* primum supervacaneum *e*, unde *ex* factum. Nunc cum eandem suspicionem subortam esse videam Davisio, Hottingero, Rathio; eieci voculam istam. *Qua affectione coeli* est i. q. *quomodo affecto coelo;* suntque ablativi absoluti. Pro *duxerit* Cod. M. *perduxerit*. In Cod. R. sequitur *unde* pro *num:* mox idem habet *sed quia plura*. Post *quotidie* Cod. Cr. omittit *refelluntur;* eius loco Cod. M. habet *referuntur*. De *Pompeii, Crassi, Caesaris* obitu, minime cum Chaldaeorum dictis conveniente, non est quod moneam. Recte monet Hott. *hunc ipsum* dici *Caesarem* propter recentem tristis eius casus memoriam. Pro *memini* Cod. R. exhibet *noveram*. *Quam multa* dicitur Graeco more pro *quam saepe*, ut saepe poetae, noster ad Famm. I. 9. 16. III. 8. 2. ib. Cort. *Mr.*

Nisi in *senectute*] Vulgo *nisi senectute*, praepositione neglecta; cui nos ex Reg. et Cantab. sedem suam dedimus. *Dav.*

nisi in senectute,] Ita Codd. nostri L. a. c. R. M. U. Oxonn. omnes; et receperunt vocem *in* vulgo omissam (absorptam quippe a voce praecedenti) post Davisium Verburgius, Ern. Oliv. Hott. Sch. Bip. et Gesn. in Chrest. Ciceron. p. 508. Post *moriturum* Sch. cum Grut. Ern. et nonnullis Edd. prioribus interrogationis signum posuit, Oliv. exclamandi signum post *memini:* minus commode. In fine capitis Cod. R. habet, inverso ordine, *videat quotidie*. S. *viderat* pro *videat*. *Mr.*

Ut mihi permirum videatur, quemquam exstare etc.] Hoc illis mirum non videbitur, qui insitam humanae

quam exstare, qui etiam nunc credat iis, quorum praedicta quotidie videat re et eventis refelli.

48. Restant duo divinandi genera, quae habere dicimur
100. a natura, non ab arte; vaticinandi et somniandi. De quibus, Quinte, inquam, si placet, disseramus. Mihi vero, inquit, placet: his enim, quae adhuc disputasti, prorsus assentior; et, vere ut loquar, quamquam tua me oratio confirmavit, tamen etiam mea sponte nimis superstitiosam de divinatione Stoicorum sententiam iudicabam: ac me Peripateticorum ratio magis movebat, et veteris Dicaearchi et eius, qui nunc floret, Cratippi, qui censent esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiant, si aut furore

naturae superstitionem secum reputent: nam *plurimis mortalium non eximitur, quin primo cuiusque ortu ventura destinentur; sed quaedam secus quam dicta sint cadere fallaciis ignara dicentium: ita corrumpi fidem artis;* ut olim observavit *Tacitus* Annal. VI, 22. *Dav.*

Restant duo divinandi genera,] Cod. R. *restant duo genera divinandi.* Pro *dicimur* Cod. M. *dicimus.* L. b. *dicuntur.* Mox R. *somniandi et vaticinandi.* Ad rem conf. Acadd. II. 15. *Mr.*

De quibus, Quinte, inquam, si placet, disseramus.] Voces *de* et *si* omittit Cod. M. In Cod. R. ante *inquam* inseritur *quid :* idem mox pro *his* habet *iis*, Cr., ut solet, *hiis.* Tum R. *ut vere loquar. Mr.*

quamquam tua me oratio confirmavit,] Cod. M. *tua media oratio.* Vocem *me* omittit Cod. L. b. Verbum *confirmavit* ita intelligendum: ego quidem te nihil monente Stoicorum de divinatione sententiam nimis superstitiosam esse iudicavi, tu vero nunc istam meam sententiam magis etiam confirmasti oratione tua. Cod. S. habet *iudicabat. Mr.*

ac me Peripateticorum] Codd. P. M. L. c. Edd. Rob. Steph. Sturm. *haec me.* In marg. Ed. Asc. 2. est *nam me:* in Cod. S. *Nec me.* Quod sequitur *magis* abest a Cod. R. Pro *movebat* Cod. Cr. habet *monebat;* idem in seqq. *moneatur* pro *moveatur.* Ad v. *floret* in Copp. Victt. a. respicitur II. 9. *Mr.*

Dicaearchi et — Cratippi] His praeivit omnium Peripateticorum dux et princeps Aristoteles, qui sola naturalia divinationis genera, somniorum et furoris, probavit, ut patet ex iis quae diximus ad lib. I. cap. 3. *Dav.*

Cratippi,] De Cratippo vid. Cic. de Off. II. 2. 8. ibiq. Beier. p. 10. Pergit Cod. R. *qui nunc censent* perperam repetita voce ex antecedentibus. Cod. U. *censent essent.* Cod. S. *censet*, omisso *esse.* De usu vocis *aliquis* praecepit nuperrime *Ramshorn.* Gramm. Lat. p. 372. sq. *Mr.*

ex quo futura praesentiant,] Praepositio quid hic agat, se nescire ait Hott., quare ei delenda videtur. Ego, ut non desiderarem eam, si abesset, ita *ex* causale non aegrius fero, quam apud nostrum ad Famm. VII. 28. *salutationi nos dedimus amicorum, quae fit ex hoc etiam frequentius, quam solebat, quod quasi avem albam videntur bene sentientem civem videre.* Or. pro Rab. 9. *Demetrius ex doctrina nobilis et clarus. Mr.*

ex quo futura praesentiant] Cave delendum censeas *ex* cum Hottingero;

divino incitatus animus, aut somno relaxatus, solute moveatur ac libere. His de generibus quid sentias, et quibus ea rationibus infirmes, audire sane velim.

Quae cum ille dixisset, tum ego rursus, quasi ab 49.
alio principio, sum exorsus dicere. Non ignoro, inquam, 101.
Quinte, te semper ita sensisse, ut de ceteris divinandi generibus dubitares; ista duo, furoris et somnii, quae a libera mente fluere viderentur, probares. Dicam
igitur, de istis ipsis duobus generibus mihi quid videa- b.

vult enim noster proficisci *ex* isto oraculo, ex eoque prodire illam praesensionem. *K.*

furore divino incitatus animus] Cod. R. *omnino* pro *divino:* tum *ut a somno* pro *aut somno,* et *labore* pro *libere.* Ad sententiam conf. supra I. 57. 129. *sic animi hominum cum aut somno soluti vacant corpore, aut mente permoti per se ipsi libere incitati moventur, cernunt ea, quae permisti cum corpore animi videre non possunt.* Nos autem cum Dav. Hott. et Sch. post *velim* finem capitis constituimus, quod vulgo protenditur usque ad *probares. Mr.*

quasi ab alio principio, sum exorsus dicere.] Haec mihi nimis languere videntur. Puto *sum* et *dicere* esse delendum. Ita optime oratio cohaereret: *quasi ab alio principio exorsus, non ignoro, inquam. Ern.* — Equidem fateor mihi totum illud: *Quae quum ille — exorsus dicere* displicere. Quid enim illud est: *quasi ab alio principio? Sch.* — Hoc vero est grassari. Satis, opinor, explicavit haec verba, per se non nimis difficilia, Hottingerus, Ab integro, dicens, quasi disputationem exorsus: dum scilicet, antequam de divinatione naturali pressius agat, quoddam velut exordium praemittit, et quod supra 10. dixerat, *aliquam, tanquam levis armaturae, primam orationis excursionem* instituit, quemadmodum omnis omnino divinationis, ita furoris quoque et somniorum veritatem universe impugnans. Nam ad hunc finem spectat illa et Stoicorum et Cratippi confutatio. Et est locutio tota plane Ciceroniana. In Cod. M. scribitur *orsus* pro *exorsus. Mr.* — Neque etiam Ernesti emendatione opus est, quamquam eleganti illa et satis probabili. Quod si vero librorum lectionem paullo negligentiorem correxeris, vereor ne Tullium potius, sibi in hoc sermone aliquid indulgentem, quam librariorum errorem corrigas. *K.*

Non ignoro, inquam, Quinte,] Vocem *inquam* habent Codd., quod sciam, omnes. Sed eam omittunt Edd. Car. Steph. Ald. Lamb. Boul. Goth. Brut. Sylb. Post *Quinte* Cod. L. a. habet *tete.* Cod. S. *ista* pro *ita.* Idem mox *generibus divinandi taceres.* L. b. omittit *ita.* Verbum tamen *inquam* Car. Steph. ex vet. cod. enotavit. *Mr.*

Ista *duo, furoris* etc.] Victorii editio et Pall. quatuor *ita.* sed cum eadem vox statim praecesserit, vix admiserim. *Grut.*

ista duo] Male ex nostris habent *ita duo* Codd. L. b. P. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Pro *viderentur* Cod. R. perperam *videntur.* Cod. S. *Dicam ergo;* omisso mox *istis. Mr.*

quae — fluere viderentur,] *Viderentur* dicit, quia respicit illud tempus praeteritum, quo de ea re et cogitabat et loquebatur. Conf. cap. 36. *quantum differebat. K.*

de istis ipsis duobus generibus] Cod. R. *de istis duobus ipsis generibus.* Pro *mihi quid* Cod. Cr. *quid mihi.* M. *mihi quod.* Pro *Stoicorum* scripsi *et Stoicorum* cum Hott. et Sch. ex Codd. Ox. E. nostris S. Cr.

tur, si prius, et Stoicorum conclusio rationis, et Cratippi nostri quid valeat, videro. Dixisti enim, et Chrysippum, et Diogenem, et Antipatrum concludere hoc modo: „Si sunt dii, neque ante declarant hominibus, „quae futura sint: aut non diligunt homines; aut, quid „eventurum sit, ignorant; aut existimant nihil interesse „hominum, scire, quid sit futurum; aut non censent „esse suae maiestatis, praesignificare hominibus quae „sint futura; aut ea ne ipsi quidem dii significare pos-

P. M. L. c. Co. Vi. b. Edd. Rob. Steph. Vict. Sturm. Et fit, ea particula addita, sententia clarior. *Mr.*

Stoicorum conclusio rationis] Hic est ordo in hac secundi casus coniuncta iteratione Ciceroni probatus, ut iam olim edidit Victorius et Herwagius, non *Stoicorum rationis conclusio*, ut ex aliis Gruterus. Idque probavit ipse noster supra in principio *quorum studio legendi*. Tale *canum fida adulatio dominorum*. Tale lib. I. ad Famil. epist. 7. *propter aliquorum opinionem suae cupiditatis*. *Gronov.* — Probum ordinem habent Codd. nostri M. Cr. L. a. b. c. P. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Verb. Dav. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Cod. M. habet *orationis*. Ceterum v. etiam Beier. ad Cic. de Off. I. 14. 43. p. 108. *Mr.*

quid valeat, videro.] Cod. M. *video*. In seqq. fere usque ad finem capitis repetit, quae supra dixerat Quintus I. 38. sed cum variatione quadam. Hanc autem disputationem in arctius contractam habes in libris de Legg. II. 13. — Vocem *enim* omittit Cod. P. Edd. Car. Steph. Ald. Lamb. Goth. Boul. Brut. Sylb. Duae posteriores omittunt etiam *et* ante *Chrysippum*. Cod. R. habet *Dixisti etenim Chrysippum*: non male. In seqq. Cod. R. *Antipatrem*, mox *et non ante*. Vocem *enim* enotavit Car. Steph. ex Cod. vet. *Mr.*

Nihil interesse, hominem *scire*] Legendum *nihil interesse* hominum, *scire quid sit futurum*, ut habet noster supra lib. I. cap. 38. haec enim vox in omni hac ratiocinatione pluraliter effertur. *Dav.*

nihil interesse hominum, scire,] Non dubitavi corrigere *hominum* pro *hominem*, quod et Davisio placebat. Nam sic latini dicunt et sic est in hac ratiocinatione I. 38. et mox *neque nostra nihil interest*. *Ern.* — Cum Ern. faciunt Bip. Hott. et Sch. eandemque nos lectionem recepimus ex Codd. Oxonn. E. ψ. nostris L. a. c. R. M. In seqq. Codd. S. R. habent *praesignare* pro *praesignificare*: Cod. R. *nec ipsi quidem* pro *ne ipsi quidem*. Quod h. l. dicitur *quae sint futura*, supra est *quae sunt futura*. Discerni nequit, quid Cicero scripserit, cum orta sit lectionis diversitas ex simillimis scribendi compendiis, et utrumque latine dicatur. *Mr.*

Aut ea ne ipsi quidem Dii significare possunt] Mihi hoc totum frustra videtur inculcatum: quorsum enim iteretur? cum idem significet id quod dixit, *aut quid eventurum sit ignorant*. *P. Manuc.*

Frustra prorsus est vir doctissimus: praeterquam enim quod haec legantur etiam lib. I. cap. 38. aliud est *ignorare*; aliud *significare non posse*. Muti procul dubio surdique multa sciant, quae declarare non possunt: et ab iis stat, aut potius ex eorum sententia loquitur, *Cicero*, qui fieri posse negant, ut ulla sit a Diis rerum futurarum significatio. *Dav.*

aut ea — possunt.] Contra Davisium monet Hott., omnino h. l. idem esse *ignorare* et *significare non posse*, quia his verbis: *aut ea ne ipsi quidem* etc. opponuntur illa: *neque non possunt futura praenoscere*. Sed nihilo secius, ait, errat Manutius.

„sunt. At neque non diligunt nos; sunt enim benefici, 102 „generique hominum amici: neque ignorant ea, quae „ab ipsis constituta et designata sunt; neque nostra „nihil interest, scire ea, quae futura sunt; erimus enim „cautiores, si sciemus: neque hoc alienum ducunt „maiestate sua; nihil est enim beneficentia praestantius: „neque non possunt futura praenoscere. Non igitur dii „sunt, nec significant nobis futura: sunt autem dii: „significant ergo. Et non, si significant futura, nullas „dant vias nobis ad significationum scientiam; frustra „enim significarent: neque, si dant vias, non est divi- „natio: est igitur divinatio." O acutos homines! quam 103

Neque enim omnis ignoratio eiusdem naturae est, aut ab eadem causa proficiscitur. Vide supra annotata ad (I. 38.) verba *neque non possunt futura cognoscere*. Iam Brutus ad calcem Ed. Gryph. Manutii sententiam improbavit. Cod. S. *quidem designare possunt*. *Mr.*

At neque non diligunt nos;] Cod. M. *aut neque diligunt nos*. Tum Cod. U. *beneficii*. Pergit M. *generibus hominum*. Post *ea* perperam ex seqq. in Cod. Cr. huc translata sunt verba *futura sint — si sciemus*, sed punctis subscriptis notata, inferiusque suo loco repetita. Idem habet *designata sint*. Verba *quae ab ipsis — — scire ea* abeunt a Cod. S. Mox Cr. cum Codd. P. L. b. c. R. et Edd. Ern. et Sch. *scire ea, quae futura sint:* idque Ern. a Grammaticae legibus flagitari existimabat: cum tamen alterum non minus probum sit. Pro *sciemus* Codd. P. M. Ed. Asc. 2. *scierimus*, ut Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Pergit R. *neque enim hoc alienum;* P. *dicunt* pro *ducunt*. R. hic quoque, ut I. 38. *a maiestate*, qua de re illo loco diximus. *Mr.*

nihil est enim] Cod. R. *nihil enim est:* minus bene. Vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 20. 68. p. 158, qui talibus locis *est* deletum malebat. Pro *beneficentia* Cod. P. habet *beneficia*. Ad v. *praenoscere* Sch. haec: „Fortasse hic et c. 51. item supra I. 38. legendum *praemonere* aut *praenuntiare*." Mireris sane, in hac argumentatione eademque constructione cum praecesserit: *neque ignorant ea, quae ab ipsis constituta et designata sunt*, iam in fine sequi *neque non possunt futura praenoscere:* sed vide, quae ad verba *aut ea — possunt* ex Hottingeri sententia adnotavimus. Equidem certe, si aliquid mutarem, viderer mihi ipsum Ciceronem corrigere. Accedit, quod, si Cic. scripsisset alterutrum eorum, quae Sch. proposuit, verborum, non bene convenirent praecedentia *neque non possunt*. Nam id ne Stoici quidem ipsi contendebant, *fieri non posse*, ut dii nos non praemoneant, sed rationi consentaneum esse, eos nobis futura praenuntiare. *Mr.*

Non igitur dii sunt,] Ad marg. huius loci in Cod. Cr. scriptum est: Argumentum peccans in materia et forma. Cod. R. pro *nec significant* habet *neque significant*. Pro *ergo. Et non* Cod. M. habet *quoque et si non*. Codd. S. R. *ergo et si non;* tum R. *signant futura*. S. *ullas* pro *nullas*. Ad h. l. in Copp. Victt. b. laudatur noster I. 38. Mox scribitur *dant nobis vias* in Codd. S. R. P. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Sch. Pro *significationum* Cod. R. habet *significandam* et supra lin.: al. *significationum*. Mox

paucis verbis negotium confectum putant? Ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. Conclusio autem rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur.

50. Videsne Epicurum, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici, quemadmodum, quod in natura rerum omne esse dicimus, id infinitum esse concluserit? *Quod finitum est*, inquit, *habet extremum.* Quis hoc non dederit? *Quod autem habet extremum, id cernitur ex*

Cod. Cr. *frustra enim si significarent — nec si dant vias.* Verba *est igitur divinatio* omissa sunt in Cod. R. cum seq. *O.* Idem in seqq. cum Cod. S. exhibet *confectum negotium putant.* Mox Cod. S. *concedebatur. Mr.*

Ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur.] De hac Marci sententia vid. *Baguet* de Chrysippo p. 226. ibiq. laudd. Pro *conclusio autem* in Cod. M. est *conclusio vero:* in Cod. Cr. *exprobanda* pro *ea probanda.* Verba *in qua* omittit Cod. R. Cod. S. habet *dubitabatur.* Idem mox omittit *et rudem. Mr.*

Videsne Epicurum] *Videsne* ponitur pro *nonne vides* v. *an non vides,* estque interrogatio affirmativa, de qua vid. Beier. ad Cic. de Off. III. 17. 68. p. 306. Voces *et rudem* et *solent* desunt in Cod. P. Scribitur *Stoici solent* in Cod. R. *Mr.* — Verba *Videsne Epicurum — quemadmodum concluserit* habent eandem attractionem, quae est supra c. 38. Conf. quos laudat Hotting. Cic. Tusc. I. 24. *Sanguinem — corporis figuram videor posse dicere — quomodo facta sint.* Gronov. ad Liv. II. 57. *K.*

omne esse dicimus] Ad v. *omne* in marg. Ed. Lamb. scriptum est *τὸ πᾶν.* Eius loco in Codd. S. P. est *omnes.* In Cod. R. legitur *esse omne* et in marg. *omne quod.* Pro *infinitum* Codd. Cr. L. c. M. *finitum.* P. *in finitum.* L. b. *futurum.* R. *concludit* pro *concluserit.* L. b. *crediderit* pro *dederit:* et ita Ed. Asc. 2. in marg. et Asc. 1. in contextis. *Mr.*

Quod finitum est, inquit] Sic Epicurus apud *Diogenem Laertium* lib. x. §. 41. *Τὸ πᾶν, ἄπειρόν ἐστι· τὸ γὰρ πεπερασμένον ἄκρον ἔχει· τὸ δὲ ἄκρον παρ' ἕτερόν τι θεωρεῖται, ὥστε τὸ οὐκ ἔχον ἄκρον, πέρας οὐκ ἔχει· πέρας δὲ οὐκ ἔχον, ἄπειρον ἂν εἴη καὶ οὐ πεπερασμένον.* Ex nostro supplendum videtur, *τὸ δὲ ἄκρον, παρ' ἕτερόν τι θεωρεῖται. ΤΟ ΔΕ ΠΑΝ ΟΥ ΠΑΡ' ΕΤΕΡΟΝ ΤΙ ΘΕΩΡΕΙΤΑΙ.* Earundem vocum repetitio mendam videtur genuisse: cuius generis omissiones in veterum monumentis non raro contigerunt. *Dav.*

Quod finitum est, inquit, habet extremum] *Herelius* l. c. p. 141. sq. suspicatus est, Ciceronem scripsisse *id habet;* voculam *id* absorptam existimans ab ultima verbi *inquit* syllaba: praesertim cum in sequentibus scripserit Cicero: *quod — habet extremum, id cernitur; — quod omne est, id non cernitur.* Recepit Sch. Herelii *id,* et ego quoque parum abfui, quin reciperem, praesertim cum *inquit* antiquitus scriptum fuerit *inquid;* quod si scriptum erat INQVID i. e. *inquid id,* facile negligi poterat pronomen. De scriptione *inquid* v. *Niebuhr.* in Conspectu Orthographiae Codicis Vaticani ad calcem Cic. de Rep. p. 356. Ed. Stuttg. Verba *Quis hoc — extremum* in Cod. S. exciderunt. *Mr.*

Quod autem habet extremum] Vulgo vox secunda non comparet. Eam fide MSStorum Paris. Med. Bal-

alio extrinsecus. Hoc quoque est concedendum. *At, quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus.* Ne hoc quidem negari potest. *Nihil igitur cum ha-* p. 130.
beat extremum, infinitum sit necesse est. Videsne, ut a. 104.
ad rem dubiam concessis rebus pervenerit? Hoc vos dialectici non facitis: nec solum ea non sumitis ad concludendum, quae ab omnibus concedantur; sed ea sumitis, quibus concessis nihilo magis efficiatur, quod

liol. Reg. Cantab. Ven. 1471. et Victor. nos adiecimus, idque postulat syllogismi ratio. *Dav.*

Quod autem habet extremum] Restitui cum Dav. et Hott. vocem *autem*, quam habent Codd. nostri omnes, Edd. Ven. 1494. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Verb. Oliv. Bip. *Mr.*

id cernitur ex alio extrinsecus.] i. e. id cernitur s. adspectabile est alteri extrinsecus. Quare fortasse pro *ex alio* legendum *ab alio*, ut voces *ex alio* delendae. Paullo aliter Epicuri sententiam Diogenes refert, quem laudat Dav. Ille enim *τὸ δὲ ἄκρον*, inquit, *παρ' ἕτερόν τι θεωρεῖται* i. e. non, quod extremum habet, sed ipsum extremum s. limites cernuntur, vel intelliguntur ex alio, quod videlicet proximum est, quoque res illa, ut sic dicam, limitata circumscribitur. *Hott.* — Habet *ab* pro *ex* Ed. Ven. 1494. [Cod. L. b. Ed. Asc. 1.] Sed fallitur Hotting. Epicurus dicit: quod in figura finita extremum est, ut in triangulo, id non ex se intelligi potest, sed ex alio extrinsecus, limites cum sint relativi aliquid ad aliud quid. Paullo ante autem legitur *Quod autem habet extremum*, in Graec. est *τὸ δὲ ἄκρον καρ' ἕτερον θεωρεῖται.* Istud igitur *habet* librarii munusculum videri possit, praesertim cum id ipsum *habet extremum* antecedat. Sit: res eodem redit: nam quod habet extremum, ut triangulum, id ex alio pendet extrinsecus, i. e. ex spatio infinito, in quo eius lineae ducuntur. *Rath.*

Hoc quoque — At — ex alio extrinsecus.] Desunt haec omnia in Codd. S. R. U. L. b. Edd. Ven. 1494. Asc. 1. Pro *At, quod omne est,* Edd. Asc. 2. Crat. Herw. habent *at omne quod est.* Tum Cod. Cr. habet ordine inverso *cernitur extrinsecus ex alio;* unde aliquis suspicetur, voces *ex alio*, quarum sedes reperitur incerta et vaga, esse glossam verbi *extrinsecus*, vel hoc illarum. *Mr.*

Ne hoc quidem negari potest.] Codd. M. et P. *vero* pro *quidem*. Codd. R. S. *nec hoc negari quidem potest.* Pro *Nihil igitur cum habeat extremum* in marg. Edd. Lambb. est coniectura *Omne igitur, nihil cum habeat extremum:* quam lectionem si in aliquo libro reperirem, interpretis non inepti esse dicerem, Ciceronis non item. Est enim locus ita intelligendus. *Illud igitur omne* (*τὸ πᾶν*), *cum nihil habeat extremum, infinitum sit necesse est.* In seqq. vocem *dubiam* omittit Cod. R. In Cod. S. scribitur *infinitum esse necesse est. Mr.*

concessis rebus pervenerit?] Legendum videbatur Hottingero *concessis rebus non dubiis* vel *concessis veris.* Mihi emendatio non videtur necessaria. Explicantur haec verba iis, quae sunt c. 49: *ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur:* coll. capitis nostri verbis extremis. *K.* — Cod. S. *pervenit.* *Dialecticos* vocat Stoicos. Conf. supra II. 8. 8. Pro *non facitis* Cod. R. habet *etiam facitis.* Idem mox post *ea* omittit *non.* Vocem *ea* non habet S. *Ea non* intellige *non ea, non eiusmodi placita.* Tum pro *sed ea sumitis, quibus* Cod. R. exhibet *sed sumit is, que, quibus*, et post *concessis* omittit *nihilo. Mr.*

Nihilo magis efficiatur] Sic Pall.

velitis. Primum enim hoc sumitis, *Si sunt dii, benefici in homines sunt*. Quis hoc vobis dabit? Epicurusne, qui negat quicquam deos nec alieni curare, nec sui? an noster Ennius? qui magno plausu loquitur, assentiente populo,

Ego deûm genus esse semper dixi et dicam coelitum:
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.

Et quidem, cur sic opinetur, rationem subiicit. Sed nihil est necesse, dicere, quae sequuntur: tantum sat est intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium controversumque sit.

quatuor. prius vulgati, *efficiatis*. a quo etiam recedit Wouv. in quo *efficitur*. *Grut.*

nihilo magis efficiatur,] Cod. M. *efficitis*. Edd. Asc. 1. 2. et usque ad Grut. omnes *efficiatis*. Sed *efficiatur* habent Codd. nostri, excepto M., omnes. Post *primum* Cod. R. omittit *enim*. In seqq. exhibet: *benefici sunt in homines. quis vobis hoc dat?* Est etiam *sunt in homines* in Cod. S. *Mr.*

Quis hoc vobis dabit?] Supra dixit *Quis hoc non dederit?* Est igitur, ut in syntaxi Graeca, Coniunctivi cum Futuro quaedam cognatio. *K.* — Cod. S. *Quis haec vobis*. *Mr.*

Negat quicquam *Deos nec alieni curare nec sui*] *Iac. Gronovius* vocem fictam, *aliquidquam*, intruserat; quam nos, iubentibus nostris MSStis, eiecimus veteremque lectionem reduximus. Erat autem Epicuri κυρία δόξα, τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχειν, οὔτε ἄλλῳ παρέχειν· pro illius enim sententia οὐ συμφωνοῦσι πραγματεῖαι καὶ φροντίδες μακαριότητι. Vide *Diogenem Laertium* lib. x. §. 77. et nostrum lib. I. N. D. capp. 19, 29. *Davies.*

negat quicquam] Prava Gronovii lectio *aliquidquam* inde orta est, quod in nonnullis Codd. ultima verbi *negat* syllaba perperam repetita est, veluti in nostro P. qui exhibet *negat at quidquam*. S. *negat. At quicquam*. *Mr.* De voce *aliquisquam* vid. disputantes I. F. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XLI. 6. (10.) p. 568. sq. ed. Drakenb. (p. 882. sq. Stuttg. T. XI.) *Cr.*

curare, nec sui?] Cod. R. *nec sui curare at noster Ennius*. Ad verba *magno plausu loquitur assentiente populo* monet Hott. videri sibi verba *assentiente populo* a glossatore profecta. Sed postrema verba sunt explicatio praecedentium, quae habent aliquid ambiguitatis, cum eorum potestas activa esse possit et passiva. Et frequentia sunt apud Ciceronem additamenta explicationis causa ab ipso scriptore adposita. *K.* — Ad sententiam loci conf. Beier. ad Cic. de Off. III. 9. 39. p. 248. et III. 21. 82. p. 340. Ad rem *Elmenhorst*. ad Minuc. Felic. Octav. p. 48. ed. Ouzelii. *Mr.*

Cur sic opinetur, rationem subiicit] Ea ratio fuit,

Nam si curent, bene bonis sit, male malis; quod nunc abest.

Vide *Hieronymum Columnam* ad *Ennii* Fragm. pagg. 224, 225. et *Lucianum* Iov. Trag. Tom. II. pag. 189. *Dav.*

Et quidem, cur sic opinetur,] Cod. M. *et quid est, quod sic opinetur*. Legerat enim aliquis scriba compendium *quidē*: *quid est*; tum

Sequitur porro, *Nihil deos ignorare, quod omnia* 51.
sint ab iis constituta. Hic vero quanta pugna est 105.
doctissimorum hominum, negantium esse haec a diis immortalibus constituta! At *nostra interest scire ea, quae eventura sunt.* Magnus Dicaearchi liber est, nescire ea melius esse, quam scire. Negant *id esse*

vel idem vel alius recordabatur, scribere nostrum saepius *quid est quod*, eamque ei elegantiam alieno loco obtrusit. Idem Cod. in fine capitis exhibet *controversumve* pro *controversumque*. Cod. S. *quia dubium*. Ad v. *pro certo* in Copp. Victt. a. respicitur II. 8: ad v. *controversum* Victorius in Copp. a. adscripsit ἀμφισβητούμενον. *Mr.*

Nihil deos ignorare] Cod. R. *deos nihil ignorare*: mox *ab ipsis* pro *ab iis*, et *Haec vero* pro *hic vero*. Mox *haec esse* pro *esse haec*. Cod. M. omittit *immortalibus*. Post *constituta* Edd. vett. habent plenam distinctionem, usque ad Brutinam: haec vero cum recentioribus omnibus habet interrogandi signum, quod saepissime ponunt editores, ubi exclamandi signo opus est, nec quidquam interrogatur. Cod. S. pro *negantium* habet *necessarium*. *Mr.*

Ea *quae eventura sint*] Prima vox est a MSStis Paris. Med. Balliol. Reg. et Ven. 1471. nam vulgo deest. *Dav.*

scire ea, quae eventura sunt.] Refert Ern. Davisium edidisse *scire eaque*, et ita esse in Ed. Ven. 1494. Sit ita in Ed. Ven., in Davisiana certe non est. Ipse vero Ern. *ea* omisit cum Edd. recc., ut ipse ait. Sed quid curemus Edd. recc., si Codd. omnes et Edd. vett. optimae stant a lectione, per se minime improbanda? Deinde dedit *ventura* pro *eventura* ex Cod. Guelf.; *Ventura*, dicens, (laudata sua annot. ad Cic. in Verr. v. 6. 12.) sunt ea, quae antea *futura* dixit. Quasi vero *eventura*, quod habent, excepto Cod. Ox. E., libri omnes, non idem significet! Denique rescripsi cum Hott. et Sch. *sunt*, quod praestat recepto *ea*, ex Cod. Ox. E. nostris U. P. M. S. Ed. Sturm. et nostris libris I. 38. II. 49.— Pergit Cod. R. *At magnus Dicaearchi quam scire. Negat id esse*, omissis interiectis. *Mr.*

Negant enim id esse] Inter haec verba, et superiora *quam scire*, deest quiddam tale, *Sequitur Deos ea nobis praesignificare. Negant iidem.* Deinde legendum, *aiunt enim* etc. Debet igitur hic notari stellula, et ita olim insseram. *Lamb.*

Negant id esse] Si legas cum Manutio *negant etiam id esse* pro *negant enim id esse*, nihil ad Ciceronis sententiam significandam deesse videtur: ordine enim singula singulis respondent. *Brut.* — Ad *id* intelligendum esse monet Hott. *hominibus consulere, rebus futuris significandis:* neque Lambini additamento esse opus. Ceterum se nescire ait, quis primus expunxerit *enim* post *negant*. Nimirum is, qui primus accuratius Codd. MSS. inspexit, Victorius. Et abest illud *enim* a vet. Cod. apud Car. Steph. Copp. Victt. b. nostris Cr. M. R. L. a. b. c. et Edd. Sturm. Grut. Verb. Oliv. Ern. Hott. Bip. Sch. Rathius lacunae signum post *scire* positum volebat, ut est in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Sylb., quia non appareat, quo referenda sit vox *id* post *negant:* non enim ea sponte intelligi, quae Hott. intelligenda esse monuerit. Ego vero, cum haec, quae intelligenda sunt, ex loco illo bis (I. 38. II. 49.) ad verbum repetito satis cuique in memoria esse possint, non opus fuisse iis additis censeo. Quod autem scribitur in plerisque Edd. vett. *maiestatis* pro *maiestate*, id factum est neglecta librorum MSS. inspectione, qui quidem, quantum nos scimus, omnes

alienum maiestate deorum. **Scilicet casas omnium**

habent *maiestate;* quod etiam est in Edd. Rob. Steph. Vict. Sturm. Grut. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Male autem Oliv. Bip. Dav. verbum *negant* inclinatis scripserunt literis. Vocem *alienum* omittunt Codd. U. vetus Caroli Steph. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herv. Sturm. Scribitur *alienum esse* in Cod. R. — De *Dicaearcho* Peripatetico vid. *Fabricii* Bibl. Gr. II. p. 295 -- 299. ed. p. *Ionsium* de Scriptt. Hist. Phil. I. 16. p. 99—105. *Gerh. Io. Voss.* de Historr. Graecis p. 46—48. Dicaearchi liber, qui inscribitur *βίος Ἑλλάδος*, editus est nuper a M. *Marxio* in *Creuzeri* Meletemm. P. III. p. 171—210. *Mr.*

Negant id esse etc.] Lambinus heic multa interponit de suo, plane ex supervacuo. quod nos damus, est a mss. Pall. item editione Victorii. neque aliquid deesse videtur. *Grut.*

Negant enim id esse alienum maiestatis Deorum, scilicet causas omnium introspicere] Apparet haec superioribus esse attexenda, locumque ita corrigendum: *Negant* etiam *id esse alienum maiestatis Deorum, scilicet* casas *omnium introspicere.* Quo enim ordine Chrysippus, Diogenes, et Antipater, rationes, cur divinatio esset, attulerant; eodem ordine eas ipsas rationes conatur *Cicero* confutare. *Negant etiam,* inquit, *id esse alienum maiestatis Deorum, casas omnium introspicere. Εἰρωνικῶς·* quasi dicat: maxime est alienum maiestatis Deorum, casas omnium introspicere, ut videant, quid cuique conducat. Et dixit *casas* potius, quam *domos*, ut humilitate verbi maior esset ironia: *domos* enim principes viri habitare solent; *casas* non solent, quae agrestium propriae sunt. Dictionem autem illam *scilicet* ita accipimus, ut per ironiam posita sit, non ut *id est* significet. Neque *maiestate* lego pro *maiestatis,* cum *alienus* etiam generandi casu coniungatur: ut lib. I. Fin. c. 4. *Quis* alienum *putet* eius *esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit?* Et de Universitate: *Naturam fugientem, et eius* copulationis alienam. Et *Sallustius* in Catil. c. 41. *Domus D. Bruti propinqua foro, neque* aliena consilii *propter Semproniam.* Et *Lucretius* lib. VI, 68.

—— *Alienaque pacis eorum.*

Et ibidem infra vs. 1063.

Nec tamen haec ita sunt aliarum rerum aliena.

P. Manuc.

Causas *omnium introspicere*] *Casas* legendum censet *Manucius*, nam omnes libri habent *causas. Lamb.*

Scilicet casas *omnium introspicere*] Ita videtur legisse in antiquo P. Manutius, quomodo erui omnino e Palatino sec. alii, *causas omnium;* minus bene. *Gruter.*

Negant id esse alienum maiestate Deorum, scilicet casas *omnium introspicere*] *Paulli Manucii* coniecturam, qui *casas*, non *causas*, legit, diserte firmat Pal. sec. In reliquis Victorium nostrosque Codices sequimur, licet de constructione, quam propugnat vir doctissimus, dubitari non possit. At *Lambinianis* additamentis nihil est opus, si modo locum recte capiamus; prior enim pars est Philosophorum, quorum conclusionem rationis exponit noster; posterior, ipsius *Ciceronis*, eorum sententiam *εἰρωνικῶς* perstringentis. Sic igitur distingue: *Negant* (Chrysippus, Diogenes, Antipater) *id esse alienum maiestate Deorum. Scilicet casas omnium introspicere, ut videant, quid cuique conducat.* Similiter Epicurei ridebant potius, quam timebant, *omnia providentem et cogitantem et animadvertentem, et* OMNIA AD SE PERTINERE PUTANTEM, *curiosum et plenum negotii Deum.* Verba sunt *Tullii* N. D. lib. I. cap. 20. Vide sis *Minucii Felicis* Octav. cap. X. et infra cap. LXIII. *Dav.*

Scilicet casas omnium introspicere,] Ernesto magis placebat *causas*, quippe cui voci *quid conducat* melius conveniat, quam verbo *casas.* Quod iudicium merito miratur Hottingerus. Neque nunc unius libri auctoritate edimus *casas*, ut Dav.;

introspicere, ut videant, quid cuique conducat. *Neque
non possunt futura praenoscere.* Negant posse ii, qui- 106
bus non placet esse certum, quid futurum sit. Videsne
igitur, quae dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? Deinde contorquent, et ita concludunt: *Non igitur et sunt dii, nec significant futura:* id enim

sed Codicum L. a. b. c. U. P. Eandem lectionem receperunt Grut. Verb. Oliv. et recc. omnes. Brutus Manutii coniecturam eo quoque commendari ait, quod eodem libro [infra II. 63. 129.] Cicero, refutaturus divinationem, quae per somnium fit, *Venit enim,* inquit, *iam in contentionem, utrum sit probabilius, deosne immortales, rerum omnium praestantia excellentes, concursare omnium mortalium, qui ubique sunt, non modo lectos, verum etiam grabatos, et, cum stertentes aliquos viderint, obiicere his visa quaedam tortuosa et obscura, quae illi exterriti somnio ad coniectorem referant; an* etc. *Mr.*

casas omnium introspicere,] Nihili est Ernesti ratio, qua commendat scriptionem *causas.* Quid enim? an ad *cuique* necessario intelligendum sive *casae* sive *causae?* an non intelligi potest *cuique omnium?* Accedit quod elegantissima est ironia, si scribis *casas;* contra incommode dicitur *introspicere causas* ad id, quod c. 49. est *praesignificare hominibus, quae sint futura. K.*

conducat.] Cod. R. *conducant.* Idem in seqq. habet *Negant non posse hi.* Pro *ii* Codd. M. et P. habent *in.* Verbum *certum* recte explicat Hott.: certis causis praestitutum, e quibus futura praenosci possint. Pro *quid futurum sit* Codd. Cr. R. M. *quod futurum sit:* sed Cr. literae *o* superscriptum habet *i.* Cod. S. *Videsne igitur, dubia sunt,* omisso *quae. Mr.*

Sint, ea sumi pro certis] Est a melioribus Pall. editisque a Victorio. alii, *sunt, ea sumere ipsos pro certis. Grut.*

ea sumi pro certis] *Sumi* habent Codd. Oxonn. nostri Cr. P. M. L. a. b. c. Copp. Victt. b. varr. lectt. Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Brut. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. In reliquis est *sumere ipsos,* nisi quod Cod. R. habet *sumere istos,* quod certe melius est, quam *s. ipsos.* In Cod. U. est *paratis* pro *pro certis;* in Codd. Cr. et R. *et* pro *atque. Mr.*

Deinde contorquent,] De significatione verbi *contorquere* satisfacere possunt, quae monuit Ern. in Clav. Cic. Addam tamen haud incommodam Hottingeri explicationem. Contorquent, ait, argumentationem, ut telum. Stoici enim iis omnibus, quae hactenus sunt exposita, adversariorum modo opinionem refutare conantur: verum iis, quae iam sequuntur, ipsi velut hostem petunt et a defensione arma in ipsum impugnandum convertunt. *Mr.*

Non igitur sunt Di] Vulgo *non igitur* et *sunt Di:* sed fide MStorum Victor. Reg. et Cantab. copulam illam, plane supervacaneam, delevimus; nec exstat sane lib. I. cap. 38, aut supra cap. 49. *Dav.*

Non igitur et sunt dii, nec] Delevit *et* Ernestus quoque, et cum eo Sch. Ego vero revocavi istam voculam cum Hottingero, cum facilius intelligam, quomodo a librariis deleri potuerit, quippe qui eam abesse viderent supra I. 38. et II. 49: quam cur, si abfuisset primitus, eam addendam censuissent. Laudat Hott. ad defendendum *et* Ciceronem de Fat. 8. et Topic. 13: de *et* et *nec* Cortium ad Sallust. Iug. I. 5. Ego cum exempla ubivis sint obvia, eaque Tursellinus etiam p. 256. suppeditet, nihil addo. Habent autem *et* libri nostri omnes exceptis Codd. Cr. et R. quo-

iam perfectum arbitrantur. Deinde assumunt: *Sunt autem dii:* quod ipsum non ab omnibus conceditur: b. *Significant ergo.* Ne id quidem sequitur. Possunt enim non significare, et tamen esse dii. *Nec, si significant, non dant vias aliquas ad scientiam significationis.* At id quoque potest, ut non dent homini; ipsi habeant. Cur enim Tuscis potius, quam Romanis, darent? *Nec, si dant vias, nulla est divinatio.* Fac

rum posterior habet: *Non igitur non sunt dii, nec signant futura.* Cod. M. exhibet *ventura* pro *futura:* quod est interpretis. Pergit R. *Id esse iam. Perfectum* intellige *absolutum, effectum, ab omni dubitatione tutum. Mr.*

Deinde assumunt:] Cod. L. *assumant.* De significatione verbi *assumendi* philosophica vid. Ern. in Clav. Cic. Schütz. in Lex. Cic. et adde *Plexiaci* Lex. Philosophicum (ex Cicerone) p. 190. (Hag. Com. 1716. 4.). Quod mox scribitur *Ne id quidem* malim fere scriptum *Nec hoc quidem,* ut sit i. q. *etiam ne hoc quidem.* Et ita Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Sed nihil moveo in reliquorum librorum consensu: nam satisfacere potest vulgata. Pro *et tamen esse dii* Cod. R. habet *et tamen sunt dii.* Cod. S. *ab hominibus conceditur. Mr.*

Nec, si significant,] Vocem *si* in Codd. L. b. Cr. et M. absorpsit verbi sequentis syllaba prima. Correxi autem *significant,* quod, cum editores receperint *dant* e margine Edd. Lambb. et I. 38. II. 49., servari non debuit. Monuit id vere Rathius: ego in Cod. L. c. *significant* reperi. Vulgo *significent. Mr.*

Nec, si significent, non dant] Vulgo *dare,* quod sensum prorsus turbat vitiatque: nam verba sunt Philosophorum, quos statim refellit *Cicero.* Vide c. 49. Nos igitur veterem Codicem sequnti sumus, quem memorat quidem *Lambinus;* ita tamen, ut ei non obtemperarit. *Dav.*

non dant vias] Credebat Ern., Davisium reperisse *dant* in aliquot Codd., qui tamen eam lectionem nonnisi ex marg. Edd. Lambb. noverat. Sed et necessarium est scribi *dant,* quia haec sunt verba Stoicorum, non Ciceronis, et habent eam scriptionem Codd. Oxonn. Guelf. et noster L. a. Vocem *non* omittit Oxon. E. Receperunt *dant* Oliv. Verb. Ern. Dav. Bip. Hott. Sch. In seqq. Codd. S. P. habent *ad id* pro *at id. Mr.*

Ut non dent hominibus] Vulgo *homini:* nos autem Reg. et Cantab. sequimur, ob causam, quam diximus ad cap. XLIX. *Dav.*

ut non dent homini;] Ita libri nostri ad unum omnes: quare cum Verb. Ern. Hott. et Sch. numerum singularem restitui, qui cur a nostro adhiberi non potuerit, cum alibi in his plurali utatur, non video. Pro *ipsi habeant* est *sed ipsi habeant* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Lamb. Goth. Sturm. Ald. Boul. Brut. Sylb. quod debetur glossatori. Verbum *habeant* Cod. Cr. nonnisi in marg. habet. Ego vero non assentior Hottingero, qui verba *Nec si signif. — si accipere non possumus* vel insititia putabat, vel certe Ciceronem nimium fuisse in refutandis Stoicis: et mecum sentientem video Schützium. *Mr.*

Cur enim Tuscis potius, quam Romanis, darent?] Cod. Cr. *tu scis* pro *Tuscis.* R. *tristis,* omisso *potius.* M. *darentur* pro *darent.* Ad rem conf. *Frandsen.* Haruspices p. 25. sq. *Mr.*

Nec, si dant vias, nulla est divinatio] Sic legendum, non, ut olim editum est, *nec, si* non *dant vias:* est enim ratio Stoicorum, qua concludebant, si Dii dant vias ad signi-

dare deos; quod absurdum est: quid refert, si accipere non possumus? Extremum est, *Est igitur divinatio*. Sit extremum: effectum tamen non est. Ex falsis enim, ut ab ipsis didicimus, verum effici non potest. Iacet igitur tota conclusio.

Veniamus nunc ad optimum virum, familiarem no- 52.
strum, Cratippum. „Si sine oculis, inquit, non potest 107.
„exstare officium et munus oculorum, possunt autem „aliquando oculi non fungi suo munere; qui vel semel „ita est usus oculis, ut vera cerneret, is habet sensum „oculorum vera cernentium. Item igitur, si sine divi-

ficationum scientiam, esse divinationem. *Lamb.*

Nec, si dant vias,] Ita Codd. nostri omnes itemque Edd., quae ad manum sunt, et vett. et recc. Quare, quod ait Lamb. olim editum esse *nec si non dant vias*, et Verb. in marg. refert, id esse in Edd. vett., equidem existimo, Lambinum nihil aliud voluisse dicere quam olim a se ipso *non* esse additum; praesertim cum id disertis verbis dicat Brutus: „*Nec si non dant vias* Lambinus, negandi nota adiecta, quae in vulgatis aliis abest, edendum curavit. Equidem vulgatam lectionem retineo: quam recte, doctorum hominum iudicium esto.“ Nostrum locum laudat *Goerenz.* ad Cic. de Finn. III. 8. 27. p. 345. ubi eadem assumtionis structura est. *Mr.*

Fac dare deos; quod absurdum est:] Non video, quorsum additum sit *quod absurdum est. Ern.* — Mihi quidem haec tria verba glossa esse videntur verborum: *quid refert, si accipere non possumus?* Certe parum proficitur, etiamsi ista verba post *possumus* reiicias. *K.* Meyerus quoque verbis iisdem offendebatur, itemque Sch.; eaque mihi quoque lectoris cuiusdam annotatio esse videtur. Id esset absurdum, ait Hott., si quaereretur, an possint signa illa dare, et tamen vias ad intelligenda ea negare. *Mr.*

Est igitur divinatio] Primam vocem, quam male praetermittunt editi, nos ex Reg. et Cantab. mutuati sumus. Ita sane legitur lib. I. cap. 38. et supra cap. 49. *Dav.*

Extremum est, Est igitur divinatio.] Bis scriptam vocem *est*, necessariam omnino, nos reperimus in Codd. M. L. a. eamque receperunt Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. Ad verba *ut ab ipsis didicimus* Sch. annotavit: quoniam magni sunt dialectici. Recte. Ad v. *Iacet igitur tota conclusio* conf. de Finn. v. 28. *Iacet omnis ratio Peripateticorum. Mr.*

Si sine oculis] Cod. R. *Sit sine oculis:* mox *non potest non exstare.* Vocem *non* omittit Cod. P. Pro *exstare* noster S. et Cod. Guelf. *stare.* In seqq. S. habet *oculi aliquando.* Cod. R. omittit *aliquando.* Mox idem exhibet *quod vel semel ita usus est, ut vera cernentis habet sensum oculorum,* omissis, quae sequuntur, *vera cernentium.* Cod. Ox. E. habet *fungere munere et officio suo.* Ox. ψ. *fungi suo munere et officio.* Cod. M. omittit *semel,* et pro *ita* exhibet *sic.* Pro *cerneret* Cod. P. habet *caneret.* Cod. S. *fungi munere et officio suo. Qui* etc. mox *usus oculus. Mr.*

Is habet sensum oculorum] Reg. *usum oculorum:* sed praestat recepta lectio, quam tuetur *Cicero* supra lib. I. cap. 32. ubi pariter exstat *Cratippeum* hoc argumentum. *Dav.*

Item igitur] Cod. R. ex corr. *Ita igitur.* In verbis *potest autem, cum quis divinationem habeat, er-*

„natione non potest officium et munus divinationis exstare, „potest autem, cum quis divinationem habeat, errare „aliquando, nec vera cernere; satis est ad confirman„dam divinationem, semel aliquid ita esse divinatum, „nihil ut fortuito cecidisse videatur. Sunt autem eius „generis innumerabilia. Esse igitur divinationem confi„tendum est." Festive et breviter. Sed cum bis sumpsit, quod voluit; etiam si faciles nos ad concedendum habuerit, id tamen, quod assumit, concedi nullo modo
108. potest. „Si," inquit, „aliquando oculi peccent, tamen, „quia recte aliquando viderint, inest in iis vis videndi." Item, „si quis semel aliquid in divinatione viderit, is

rare aliquando: supra scriptum est (I. 32.) *Potest autem quis, cum* etc. itaque et nostro loco scribendum existimabat Dav., probantibus Rathio et Schützio. Hic quidem istam correctionem in contexta recepit, ne in annotatione quidem adscripta librorum lectione, cuius mutandae non admodum iusta, ne dicam gravis, erat causa. Huius certe, quam nos servavimus, scriptionis exempla minime sunt rara: et putidum sit probare id, de quo dubitari vix, ac ne vix quidem, potest. Ceterum est *quis cum* inverso ordine in Cod. S. Idem habet *ut vera* pro *nec vera;* orto errore ex scribendi compendio (*nc*) male lecto. *Mr.*

semel aliquid ita esse divinatum,] Cod. R. *esse ita* pro *ita esse.* Cod. P. *aliquando* pro *aliquid. Aliquando* est etiam in varr. lectt. Edd. Crat. Herw. Cod. S. *eiusdem* pro *eius.* Cod. R. cum reliquis *cecidisse,* sed supra lin.: al. *accidisse;* quod nimirum est interpretis. Mox Cod. P. *Esse divinationem vero* pro *esse igitur divinationem.* Pro *festive* Cod. Cr. *festine. Mr.*

Sed cum bis sumpsit,] Nimirum in verbis: *si sine oculis* etc., et in verbis: *si sine divinatione* etc. Codd. S. R. *is* pro *bis.* Quod dicit *sumere,* fit primâ ex syllogismi, quas dicunt, praemissis; *assumere* alterâ: prius igitur de propositione maiore, posterius de minore intelligendum. Cod. S. *id tum. Mr.*

quia recte aliquando viderint,] Cod. R. *quia alii viderint,* omisso *recte.* Cod. M. pro *viderint* habet *videtur. Mr.* Coniunctivus sequitur post *quia,* quia ponitur haec coniunctio pro *cum. K.* Potest coniunctivus etiam ita explicari, ut *inest* dictum sit pro *inesse conceditur,* pendeatque *viderint* ab oratione obliqua intellecta. Vocem *in* Cod. Cr. habet nonnisi in margine. *Si qui* habent Edd. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Verbum *inest* abest a Cod. L. b.: a Cod. S. *inest — videndi. Mr.*

Si quis semel aliquid dixerit] Vulgati in hanc usque diem, *aliquid* in divinatione *dixerit:* sed delevi glossulam illam auctoritate Palatini pr. ubi eius nec vola nec vestigium, et supra notavi, *dicere* idem esse quod *praedicere. Grut.*

Si quis semel aliquid dixerit] Sic dedit *Gruterus* ex Pal. primo. Nimirum *dicendi* verbo *praedicendi* vim competere putavit vir ille doctus: qua de re videas licet *Nic. Heinsium* in *Ovidii* Epist. v, 38. Sed absolute, nec aliquo vocabulo praeeunte vel subsequente, quod eius potestatem definiat, ita loqui licere mihi non videtur. Paris. Med. Balliol. et veteres editi repraesentant, *si quis semel aliquid* in divinatione *dixerit:* Reg. autem et Cantab. ha-

„etiam cum peccet, tamen existimandus sit habere vim „divinandi."

Vide, quaeso, Cratippe noster, quam sint ista simi- 53.
lia. Nam mihi non videntur. Oculi enim vera cer- p. 131. a.
nentes utuntur natura atque sensu: animi, si quando vel vaticinando vel somniando vera viderunt, usi sunt

bent *de divinatione*. Abundat utraque praepositio, legendumque, *si quis semel aliquid divinatione dixerit*. Ablativus modum denotat. Quin et reponi possit *si quis semel aliquid divinarit:* nec haec ratio displicet; licet equidem priorem coniecturam praetulerim, quod minus a Codicibus abeat. *Dav.*

si quis semel aliquid dixerit] Cod. Reg. *aliquid in divinatione viderit*, idque praeferendum duximus vulgatae lectioni. *Lall.* Ego suspicatus sum legendum esse *si quis semel aliquid divinaverit*, ut supra dixerat. Sed quia in MS. Regio Paris. est *viderit*, id praetuli cum Allemanno. *Ern.*

si quis semel aliquid in divinatione viderit:] Bip. cum Ern. ediderunt *si quis semel aliquid viderit:* ego cum Hott. et Sch. ex Codd. nostris, excepto P., et vett. Edd. omnibus restitui verba a Grutero eiecta. [Cod. S. *a divinatione dixerit.*] Rathius autem ex Ed. Lamb. pr. recipi volebat *si quis semel aliquid in divinatione vere dixerit*. Nos hanc lectionem non improbamus, sed eam praetulimus, quae et librorum auctoritate firmaretur, et usu Ciceroniano comprobaretur. Ita ipse noster supra II. 26. *Tu vates Boeotios credis — vidisse — victoriam esse Thebanorum:* et cap. seq. *si quando — vaticinando — vera viderunt*. Quam saepe vero noster dicat *videre aliquid*, *plus videre*, nemo est, qui nesciat. Quare praeter locos ab Hottingero laudatos (Epp. ad Fam. VI. 4. VII. 28. Or. pro Leg. Manil. 32.) nullum addo. In fine annotationis Rathius addit: „Ut autem dicam, quod sentio, tota haec periodus Latine potius balbutientis videtur, quam hominis cogitata eleganter eloquentis: radicitus eiiciendam puto, et, si accuratius in locum inquisieris, te mihi esse assensurum spero." Non assentio. Consulto abrupte loquitur et in arctius contrahit, quae supra latius exposita sunt. — Pro *etiam* Cod. R. habet *tamen*. *Mr.*

tamen existimandus sit habere vim divinandi.] *Herelius* concinnitatis causa legi volebat *existimandus est;* ut supra dicitur: *si sine divinatione non potest — satis est*. Frustra. Coniunctivus est urbanitatis Atticae. Conf. *A. Matthiae* Gr. Gr. §. 514: in primis fit hoc in conclusione sententiae, qualis hic est. *K.* — Habent *est* pro *sit* Codd. R. P. Edd. Car. Steph. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Sed nihil mutandum: quamquam Herelius obsequentem nactus est Schützium. *Mr.*

Vide, quaeso, Cratippe noster, quam sint ista similia. Nam mihi] Plane ita locutus est noster de N. D. III. 4. 9. *Tum Cotta, Quam simile istud sit, inquit, tu videris. Nam ego* etc. De hac loquendi formula vid. *Gernhard.* ad Cic. de Amicit. III. 10. p. 28. Vocem *similia* non habent Codd. P. et S. *Mr.*

Nam mihi non videntur.] Scribitur *Nam mihi quidem non videntur* in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Et receptam volebat vocem *quidem* Rathius; quam ego, cum absit a Codd. MSS., sono in voce *mihi* posito significari et intelligi malo. In Ed. Asc. 1. est *nam non mihi videntur*. *Mr.*

vel vaticinando] Cod. R. *vel vaticinando somnium*. Pro *usi sunt* Cod. U. *nisi sunt*. Post *animi* in Ed. Asc. 1. abest *si*. Ante *aliquod*

fortuna atque casu. Nisi forte concessuros tibi existimas eos, qui somnia pro somniis habent, si quando aliquod somnium verum evaserit, non id fortuito accidisse. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea, quae λήμματα appellant dialectici; sed nos Latine loqui malumus: assumptio tamen, quam πρόςληψιν iidem vocant,
109. non dabitur. Assumit autem Cratippus hoc modo: *Sunt autem innumerabiles praesensiones non fortuitae.* At ego dico nullam. Vide, quanta sit controversia. Iam, assumptione non concessa, nulla conclusio est. At impudentes sumus, qui, cum tam perspicuum sit, non

somnium in Codd. Cr. U. L. b. et Ed. Asc. 1. ex superioribus perperam repetitur *vel vaticinando*. In Cod. S. est *si quando somniando vel vaticinando*. *Mr.*

quae λήμματα appellant] Cod. R. *allemata* pro *λήμματα:* idem cum S. *maluimus* pro *malumus*. Cod. S. omittit *nos*. *Mr.*

Praesumptio *tamen, quam πρόληψιν* etc.] Si libros nostros et S. Victoris, imo si editos a Victorio, Sturmio, Camerario, sequimur; rescribendum erit plane *praesensio:* quod item reposuissem, nisi iterasset Cicero linea sequenti. *Gruter.*

Praesumptio *tamen*] In MSStis et Ven. 1471. est *praesensio*, quod tantum non receperat *Gruterus*. At omnino retinenda est lectio vulgata, prout ipsa vox *πρόληψις* satis superque demonstrat. *Dav.*

praesumptio tamen, quam πρόληψιν iidem vocant,] Ni fallor, legendum est *assumptio tamen, quam πρόληψιν* etc. Sequitur enim: *Assumit autem Cratippus hoc modo;* et paullo post: *iam assumptione non concessa nulla conclusio est*. *Pearcius.*

assumptio tamen, quam πρόςληψιν etc.] Pearcius corrigit *assumptio* ex sequentibus. at vulgatum defendit Davisius. male. nam est alienum, ortumque ex vitiosa scriptura verbi Graeci *πρόληψις* pro *πρόςληψις:* e qua et *praesensio* facta est in libris quibusdam scriptis et editis. atque sic edere non dubitavi. *Ern.* Receperunt Pearcii coniecturam egregiam, Ernestinamque Graecae vocis correctionem Bip. Hott. et Sch. *Assumtionem* explicat ipse noster de Invent. I. 37. *Assumptio est particula orationis, per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur.* Pro *assumtio* est *praesumtio* in Cod. R., *praesensio* in Codd. Cr. P. U. S., *praesentio* in Codd. L. b. c. M. Probam scriptionem *πρόςληψιν* habent Codd. M. L. a. b. c. In Cod. R. est *prolensim:* in Cod. S. *prolensinidem vocant.* Idem omittit verba *Assumit — non fortuitae:* tum habet *dico in illa.* *Mr.*

nulla conclusio est] Aliud esset *non conclusio est*, vel *non est conclusio:* hoc enim diceret *non exstat conclusio:* nostra autem verba volunt: *haec quidem conclusio nulla est conclusio*, vel *tum quidem nihil potest concludi*. *K.* Cod. R. *constructio* pro *conclusio*. *Mr.*

At impudentes sumus] Cod. L. b. *An impudentes simus:* quod cave probes. *Mr.*

Qui cum tam perspicuum sit cet.] Vulgati, *qui quod*. sed praeter Pall. praeter S. Victoris, praeter P. Victorii editionem, quem aeque heic sequi potuerat Camerarius ac Sturmius, quam supra. *Gruter.*

qui, cum tam perspicuum sit,] Vocem *tam* non habet Cod. S. Pro *cum* est *quod* in Codd. Cr. P. U. Edd.

concedamus. Quid est perspicuum? Multa vera, inquit, evadere. Quid, quod multo plura falsa? Nonne ipsa varietas, quae est propria fortunae; fortunam esse causam, non naturam docet? Deinde, si tua ista conclusio, Cratippe, vera est, (tecum enim mihi res est) nonne intelligis, eadem uti posse et haruspices, et fulguratores, et interpretes ostentorum, et augures, et sortilegos, et Chaldaeos? quorum generum nullum est, ex quo non aliquid, sicut praedictum sit, evaserit. Ergo aut ea quoque genera divinandi sunt, quae tu rectissime improbas: aut, si ea non sunt, non intelligo, cur haec duo sint, quae relinquis. Qua ergo ratione haec inducis, eàdem illa possunt esse, quae tollis.

Quid vero habet auctoritatis furor iste, quem divi- 54. 110.

Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. In seqq. Cod. R. *vero* pro *vera*. L. a. *multa, inquit, vera evadere.* Cod. S. *evasere. Mr.* — Ad *falsa* subaudi *evadunt*, et intellige: non ita contingunt, ut divinatum est. *K.*

Nonne ipsa varietas] Varietas est inconstantia sive incerta ratio, ut ait Hott. Verba *esse causam, non naturam* Cod. U. nonnisi in margine habet. *Mr.*

Fortunam esse causam, non naturam docet] Vulgo *non naturam esse docet:* sed odiosam illam, minimeque necessariam eiusdem voculae repetitionem nos fide MSStorum Reg. et Cantab. sustulimus. Ad rem ipsam quod spectat; sic optime Diogenianus apud *Theodoretum* Therap. x. pag. 139. *Τὸ ἀληθεύειν ποτὲ τοὺς καλουμένους μάντεις ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν, οὐκ ἐπιστήμης ἀλλὰ τυχικῆς αἰτίας ἔργον ἂν εἴη. Οὐ γὰρ τὸ μηδέποτε τοῦ προκειμένου τυγχάνειν, ἀλλὰ τὸ μὴ πάντοτε, μηδ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, μηδ' ὡς ἐξ ἐπιστήμης, ὅταν τις καί ποτε τυγχάνῃ, τύχης ἔργον προειλήφαμεν.* Eodem recidunt quae disputat acutissimus ille vir apud *Eusebium* Praep. Evang. lib. IV. cap. 3. *Dav.*

non naturam docet] Omittunt pravum illud *esse* nostri Codd. Cr. M. L. a. P. Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Verb. et post Davisium omnes. *Mr.*

nonne intelligis,] Cod. R. *numne intelligis.* Ad v. *fulguratores*, qui erant haruspices Etrusci, qui fulmina procurabant, vid. *Frandsen.* Haruspices p. 89. conf. Nonius Marcell. p. 31. a. Ed. Paris. 1583. 8. Plin. H. N. II. 54. Turneb. Adversar. XXIX. 35. De *ostentorum interpretibus*, qui apud Nonium dicuntur *prodigiatores*, vid. *Frandsen.* l. c. p. 81. universe etiam de his omnibus eund. p. 11. et 45. *Mr.*

sicut praedictum sit, evaserit.] Verba *sicut* et *evaserit* desunt in Cod. R. Nostro loco similis est, qui legitur infra cap. 59: *et miramur, aliquando id, quod somniamus, evadere?* Supra dixit: *multa vera evadere.* Mox Codd. R. S. habent *divinandi genera:* in seqq. R.: *si ea sunt*, omisso *non*. Cod. S. omittit *si:* mox habet *Qua enim;* tum *esse possunt. Mr.*

Quid vero habet auctoritatis] Cod. Cr. *ergo* pro *vero*. R. *habeat* pro *habet*. Cod. S. *auctoritatis habet.* Quod ex Cod. Ball. enotavit Dav., *vocas* pro *vocatis*, correctori debetur, qui verbum accommodare vellet praecedentibus *inducis* et *tollis*. Sed *vocatis* dicit, significans cum fratre

num vocatis, ut, quae sapiens non videat, ea videat insanus, et is, qui humanos sensus amiserit, divinos
b. assecutus sit? Sibyllae versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur. Quorum interpres nuper, falsa quadam hominum fama, dicturus in senatu putabatur; eum, quem re vera regem habebamus, appellandum quo-

eos omnes, quos ille in his statuendis secutus est auctores. In seqq. Cod. Cr. *et qui*, omisso *is*. R. *amisit* pro *amiserit*. De libris Sibyllinis vid. quae collegit *Fabric*. B. Gr. I. c. 29—33. T. I. p. 167—231. Ed. pr. *Clasen*. de Oraculis Gentilium et de Vaticiniis Sibyllinis Lib. III. p. 498—824. *Hoffmanni* Lex. Univ. s. v. *quindecimviri*. *Mr*.

Quem divinum vocatis] Balliol. *vocas*; ut ad Quintum referatur. Vide supra cap. 48. *Dav*.

Quorum interpres] L. Cotta; de quo *Suetonius* in Iulio Caesare his verbis: *Percrebuit fama L. Cottam* XV. *virum sententiam dicturum, ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos, nisi a Rege, non posse vinci, Caesar, Rex appellaretur*. Ex quo *Ciceronis* locus illustratur, et simul intelligitur, libris Sibyllinis interpretandis XV. viros praefuisse. *P. Manuc*.

Quorum interpres] Ad L. Cottam quindecimvirum respicit, quem varia fama percrebuit *proximo senatu sententiam dicturum, ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos, nisi a Rege, non posse vinci, Caesar rex appellaretur*. Verba sunt *Suetonii* in Iulio cap. LXXIX. Ipsius quoque rei meminere *Plutarchus* in Caes. pag. 736. *Appianus* Bell. Civ. lib. II. pag. 810. et *Dion Cassius* lib. XLIV. p. 247. *Dav*. Meminit nostri loci, adversus Christianorum primi seculi oracula disputans, Gibbon Hist. inclin. et lab. imperii Rom. T. III. c. 14. p. 178. ed. Francof. et Lips. vers. Germ. *Cr*.

Quorum interpres] Cod. Cr. *interpretes*. Scripsi autem *quadam* pro *quaedam* cum Hott. Sch. et Oliv. ex Codd. Cr. M. Edd. Lamb. pr. Ald. Sylb. Ad hanc lectionis varietatem monet Rathius: Aut id voluit Cotta, aut noluit. Si illud est, *quaedam*; sin hoc, *quadam* est scribendum. Idem in praecedentibus malebat *observemus* pro *observamus*. Sed non est audiendus. De eadem re verbo monet noster ad Att. XIII. 44; sed ita, ut, nisi nostrum locum adhibeas et, quem laudant Manut. et Dav., Suetonii, quid sibi velit, intelligi nequeat. Scribitur *putatur* pro *putabatur* in Cod. U. et Ed. Asc. 1. Ad verba *falsa quadam hominum fama* scriptor Codicis Cr. in marg. addidit: *Negat prophetata de I. Christo*. Quae ut intelligas, adi Is. *Vossium* ad Sibyllina Ed. Serv. Gallaei p. 322. Erat enim, ut ille ex variis scriptoribus probatum ivit, tum temporis fama quaedam de nescio quo rege magno per totum Romanum imperium sparsa. In eodem, quem dixi Codice ad seqq. adscripti sunt hi versus:

Iudicii signum tellus sudore madescet:
E caelo rex adveniet per secula summus etc.

Videtur significare versus ex oraculis Sibyllinis spuriis, qui sunt circa finem libri II.

ἥξει δ᾽ ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων,
εἰς αἰῶνας πάντας ἐπειγομένοιο χρόνοιο.

Quamquam prior ex Latinis non convenit. *Mr*.

eum, quem re vera etc.] Cod. R. *eumque quem*. Verba *re vera* desunt in Cod. U.; in Cod. R. omittuntur verba *regem* et *appellandum*. Ed. Asc. 1. est *quem regem re vera regem*. Mox Cod. U. *nisi salvi* pro *si salvi*. M. *velimus* pro *vellemus*: quod cave probes. Probabile item

que esse regem, si salvi esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, et in quod tempus est? Callide enim, qui illa composuit, perfecit, ut, quodcumque accidisset, praedictum videretur, hominum et temporum definitione sublata. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem 111.
versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud carmen furentis, cum ipsum poëma declarat (est enim magis artis et diligentiae, quam incitationis et motus) tum vero ea, quae ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versuum literis

videri posset, quod est in Codd. P. S. *habeamus* pro *habebamus*. *Mr.*

Callide enim etc.] Ante haec verba subaudi: *illud quidem in incerto relinquitur, nam* etc. Plane ita supra c. 41. ante verba *Quid enim sors est* subaudiendum fuit: *Vix credo te id velle, nam* etc. *K.* — Conf. A. Mai. Praefat. ad Sibyllae libr. XIV. Mediolan. 1817. p. 16. sq. Ad verba *quem re vera regem hab.* conf. Hugon. Grot. de Verit. Relig. Christ. IV. 9. p. 269. ed. Koecker. [p. 209. ed. Cleric. Amst. 1709. 8.] *Cr.* — Ad usum v. *perfecit* vid. Ruhnken. ad Terent. Eunuch. Prolog. 21. p. 89. ed. Schopen: nimirum ad verba:

Perfecit sibi ut inspiciundi esset copia. Mr.

Adhibuit etiam] Cod. R. *adhibuitque et latebram*. Cod. S. *Apud herbint etiam*. Pro *posse accommodari* solus Dav., nescio unde, dedit *accommodari posse*. De scriptione *non esse autem* vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 20. 68. p. 157. Ad rem conf. Mayeri Hist. Diaboli p. 527. Ed. 2. *Mr.*

cum ipsum poëma declarat,] Cod. R. *tum* pro *cum*. Eam vocem omittit Cod. S. Mox L. b. *scientiae* pro *diligentiae*, et Cr. L. b. U. et Asc. 1. *vaticinationis* pro *incitationis*. *Mr.*

ea, quae ἀκροστιχὶς dicitur] Pro *id, quod ἀκροστιχὶς dicitur:* Constructio est, ut in locutione *ea dicitur ἀκρ.* vel *ea est ἀκρ.* Sic. c. 53. *ea, quae λήμματα appellant. K.* — In Cod. Cr. est *a crostichis*, in R. *acrosticis*. De usu vocis *deinceps* v. *Ochsner.* ad Olivet. Ecl. Cic. p. 16. *Mr.*

Ex primis versus literis] Notet curiosior, exstare in Pal. pr. et sec. *primi*, non *primis*. *Grut.*

Ex primis versus literis] Leg. *versuum: ἀκροστιχίδων* enim haec est ratio, ut prima versuum litera totius carminis mentem atque sententiam repraesentet. *Augustinus* C. D. lib. XVIII. cap. 23. *Flaccianus —— Graecum nobis codicem protulit, carmina esse dicens Sibyllae Erythraeae, ubi ostendit quodam loco* IN CAPITIBUS VERSUUM ORDINEM LITERARUM ITA SE HABENTEM, *ut haec in eo verba legerentur, Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτήρ*. Etiam nunc exstant ii versus in Constantini Orat. ad Sanctorum coetum cap. XVIII. Simili modo *Commodianus* aliique omnes, qui nugacis istius diligentiae monumenta reliquerunt. *Dav.*

ex primis versuum literis] *Versuum* habet MS. Puteani, ut Auratus coniecerat, et Davisius de coniectura edidit [non edidit]: itaque et ipse sic edidi. *Ern.* Neque etiam Cod. MS. Puteani ita exhibet, neque Auratus ita coniecerat. Ern. nimirum hunc locum et mox §. 112. sequentem confudit. Ceterum recte scripsit *versuum*, eaque scriptio firmatur Codd. L. a. b. M. Ed. Lamb. pr. Accedunt Edd. Bip. Hott. Sch. Male scribitur *primi* in Codd. L. c. S. Cr. R. P. In Ed. Asc. 1. scribitur *cum deinceps versus literis aliquid connectitur*.

aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, [quae Ennius fecit.] Id certe magis est attenti animi, quam

Pearcius ad verba lectionis vulgatae: *ex primis versus literis* adnotavit, malle se *ex primi versus literis* et in seqq. *ex primo versu cuiusque sententiae primis literis* nihil esse mutandum. Constructio enim ei haec esse visa est: „Ex primo versu cuiusque sententiae carmen omne illius sententiae praetexitur primis literis: et sensus loci huiusmodi: Literae, quae constituunt primum versum cuiusque sententiae (quae sententia ex certis quibusdam versibus idem argumentum spectantibus constat), sunt initiales literae omnium eorum versuum, qui in ista sententia continentur." *Mr.*

Quae Ennius fecit] Puto hoc inducendum, ut glossam praecedentis verbi. *P. Manuc.*

Q. Ennius fecit] Sic restituit hunc locum *Auratus*: mendose enim vulgo legitur, *quae Ennius fecit. Lamb.*

QUAE ENNIUS FECIT] Expressi quod erat in Pall. alii malunt, Q. *Ennius*, de quo videatur Henr. Stephanus in Schediasmate Ianuarii sui. Clarissimus vir Claudius Puteanus isthaec habebat pro spuriis. *Grut.*

Quae Ennius fecit] *Ioan. Aurato* et *D. Lambino* meliores multo coniectores hic se praestitere *Paullus Manucius* et *Claud. Puteanus*, haec verba pro spuriis habentes. Eorum enim in Reg. et Cantab. nec vola reperitur nec vestigium, et omnino sunt Glossematis damnanda. Quam ob causam uncinis cincta prodeunt. *Dav.*

ut in quibusdam Ennianis, [*quae Ennius fecit.*]] Ern. Gesn. (in Chrest. Cic. p. 511.) cum Manutio, Puteano et Davisio tria ultima verba spuria esse existimabant, eaque eiecerunt Hott. et Sch. Olivetus recepit Lambini scriptionem, quam Gruterus, quamquam se recepisse ait, non recepit. Sed quomodo Cicero ita balbutire posset, ut scriberet: *Quintum Ennium scripsisse Enniana?* Rathius verba *quae Ennius fecit* Ciceronis esse existimabat, sed pro *Ennianis* volebat *epigrammatis*. Hoc vero est hariolari. Sylburgius ait: „alterutrum glossema est, aut *Ennianis*, aut *quae Ennius fecit*. Quis enim ita loquitur: *in Ennianis, quae Ennius fecit*, vel, *ut in Ennianis Q. Ennius fecit*. Certe si Enniani versus sunt, eos Ennius fecit, (quid dici possit, video, sed ineptiat, qui volet), et quos fecit Ennius, Enniani sunt. Mirum vero acumen. at vel acerrima ingenii vi praeditos homines id non vidisse, multo est mirum magis." Sed ego ut fatear, quod est: nolui equidem alterutrum eiicere, cum et incertum sit, utrum prius posterioris, an posterius prioris, sit glossa; et fieri possit, ut in alterutro lateat Ciceronis, nec vero glossatoris manus. Ineptus certe esset glossator, qui vocem *Ennianis*, quam nemo non intelligit, explicandam esse censeret: ineptior etiam, qui verba *quae Ennius fecit* explicatione egere existimaret. Facile vero equidem inducor, ut haec omnia *ut in quibusdam Ennianis, quae Ennius fecit* glossatorum esse existimem diversorum, quorum alter ex suae lectionis doctrinaeque penu margini adscripserit: *ut in quibusdam Ennianis:* alter, perspicuitatis scilicet studiosior: *ut in quibusdam* (vel *qualia*) *Ennius fecit. Mr.* — Equidem ambigo, quamnam horum verborum particulam glossam esse censeam. Fieri potest, ut *Ennianis* sit glossa verborum *ut in quibusdam, quae Ennius fecit,* utque tria posteriora vera Ciceronis verba exciderint in nonnullis Codd., cum aliquis librarius adiectivum *Ennianis* recepisset: neque tanti fortasse existimanda duorum Davisii Codicum auctoritas, quanti eam existimarunt Hott. et Sch. *K.*

Id certe magis est] Verbum *est* omittit Cod. R. Cod. S. habet *et. Mr.* Rathius ad haec, usque ad *non insani*, annotavit: „En tibi nidum glossarum, quas a librariis olim ex-

furentis. Atque in Sibyllinis ex primo versu cuiusque 112

clusas suis pennis et hodie editores fovent." Haec non plane negligenda videtur admonitio. Duplex certe hic est ἀκροστιχίδος explicatio: et quod h. l. dicit: *Id certe magis est attenti animi, quam furentis,* et mox: *Hoc scriptoris est, non furentis, adhibentis diligentiam, non insani:* haec, inquam, item vel parum, vel nihil, differunt. Nisi forte haec, ut similia eiusmodi, inde sunt explicanda, ut negligentiae sermonis familiaris, consulto adnisae, et tribuantur et condonentur. *K.*

ex primo versu cuiusque sententiae] Intelligo: *inde a* primo versu cuiusque sententiae, ad finem usque. *Sententia* est ῥῆσις, locus, quo aliquid explicatur. Ergo sensus est: literae primae singulorum deinceps versuum exprimunt breviter sensum totius ῥήσεως, carminis. *Ern.* — Cod. R. pro *atque in Sibyllinis* habet *at in sublimis.* Cod. L. c. habet *cuiusque sententia.* Verba *primis literis illius sententiae* desunt in Cod. P. oculo nimirum scribae a priore scriptione vocis *sententiae* ad eandem repetitam aberrante. Cod. R. habet *primis literis illius sine carmine oratio praetexitur. Mr.*

Ex primo versu cuiusque sententiae primis literis] Idem *Auratus* sic haec legenda putat *ex primis versuum cuiusque sententiae literis.* Malim sic, *ex primis cuiusque versus literis.* Lambinus. *Ibid.* In Manuscripto est *ex primi versus. Ursin.*

Ex primo versu cuiusque sententiae primis literis sententiae carmen etc.] Pal. pr. non agnoscit, *primis literis illius sententiae,* et resipiunt sane aliquid falsi. quamvis in prioribus omnia forte nondum emaculata. Puteanus adnotarat, repertum in veteri scripto, *ex primis versuum cuiusque sententiae literis,* videndumque Dionys. Halicarnasseum, libro I. Antiq. Rom. et Eusebium in oratione ad Christianos. *Grut.*

Ex primo versu cuiusque sententiae primis literis illius sententiae carmen omne praetexitur] Pal. pr. et Cantab. non agnitis *primis literis illius sententiae,* habent tantum, *ex primo versu cuiusque sententiae carmen omne praetexitur.* A vulgatis non recedunt Reg. aut Balliol. nisi quod hic *versum* pro *versu* repraesentet. Liber Puteaneus dat, *ex primis versuum cuiusque sententiae literis.* Optime quidem, ut mihi videtur; et ita coniecit *Auratus.* Totum igitur locum mutatione levissima sic constituerim: *Ex primis versuum cuiusque sententiae literis illius sententiae carmen omne* PERTEXITUR. Hinc στίχοι τινὲς ἐμπεποιημένοι ἐλέγχονται ταῖς καλουμέναις ἀκροστιχίσι, quemadmodum ex *Varrone* tradit *Dionysius Halicarnasseus* lib. IV. cap. 62. [cf. Grimm. in Indice Graecitatis ad Synopsin Dionysii Hal. in voc. ἀκροστιχίδες. *Cr.*] *Dav.*

Atque *in Sibyllinis*] Forsan, *aeque in Sibyllinis. Grut.*

ex primo versu cuiusque sententiae etc.] Ego in lectione librorum tantum non omnium et in Ernesti simplicissima huius loci explicatione, quam modo exhibui, acquiesco. Cum vero in hac nobis editione, ut in libris de Legibus nuper editis, id propositum sit, ut habeant lectores in unum quasi corpus collecta omnia, quae ad lectionem et interpretationem horum librorum a viris doctis (quae quidem commemorari mereantur) sunt collata: quod consilium viris quidem cordatioribus admodum probatum, nuper tamen a viris quibusdam, eruditissimis illis quidem, sed ex alienae existimationis obtrectatione nescio quid gloriae sibi quaerentibus, superbe atque fastidiose improbatum est: hoc igitur cum nobis sit propositum, addemus etiam posteriorum editorum et interpretum sententias. Et *Hottingerus* quidem edidit: *Ex primis versuum cuiusque sententiae literis;* improbata Ernesti interpretatione, quia in *primis literis* vox *versuum* debeat subaudiri, idque videatur duriusculum. Recepisse se igitur Puteani lectionem, ut sententia horum ver-

sententiae primis literis illius sententiae carmen omne praetexitur. Hoc scriptoris est, non furentis; adhibentis diligentiam, non insani. Quamobrem Sibyllam quidem sepositam et conditam habeamus; ut, id quod proditum est a maioribus, iniussu senatus ne legantur

borum sit eadem, quae supra: primis versuum literis, si deinceps legantur, totius sententiae s. oraculi carmen, i. e. argumentum, contineri. In voce autem *praetexitur* non assentit Davisio, qui malebat *pertexitur*. Eo nimirum, quod primis singulorum versuum literis argumentum conficiatur, non sine dilectu dici *praetextum*. *Meyerus*, interpres Germ., vertit: *Ja in den Sibyllischen Weissagungen wird aus dem ersten Vers einer Sentenz mit desselben ersten Buchstaben die ganze Versfolge dieser Sentenz verbrämt:* servata nimirum lectione vulgata. Contra Hottingerum monet, non videri Ciceronem voluisse bis plane idem dicere, idque significari etiam verbo *atque*. Gravius nimirum iam addi argumentum artificiosae, minimeque divino impetu actae, scriptionis: inesse nimirum etiam ἀκροστιχίδας eius generis, quo primae primi versus literae fiant literae initiales versuum insequentium: ita ut si v. c. totum oraculum (sententia) inciperet a *χαῖρε*, secundus versus inciperet ab *α*, tertius ab *ι* etc. Magis etiam perspicuam fore sententiam, si ex Cod. Ursini legatur *ex primi versus*. Posse etiam verba *primis literis* iungi cum verbo *praetexitur*, ut sententia sit: *wird mit Anfangsbuchstaben besetzt*; iis nimirum, qui in versu primo deinceps se excipiunt. *Schützius* denique edidit: *Atque in Sibyllinis ex primis versus cuiusque literis illius sententiae carmen omne pertexitur:* addens: „verba temere repetita et sensum turbantia eiecimus. *Illius sententiae carmen* pertinet ad illud oraculum de Caesare rege appellando. *Pertexitur* vero auctore Davisio rescripsi pro vulg. *praetexitur*. Est enim i. q. ante dictum erat *connectitur*." *Lallemannus* Puteani Cod. auctoritatem secutus est. *Gesnerus* in Chrestom. Cic. p. 510. sqq. verba *primis literis illius sententiae*, ut suspecta, uncinis inclusit: ceterum vulgatam servavit. Legi autem merentur, quae idem ad sententiam loci explicandam attulit. Cod. S. omittit verba *primis literis illius sententiae*. Idem habet *praetexitur*, et mox *diligentiam non invisam*. *Mr.*

Hoc scriptoris est, non furentis;] Delevit distinctionem post *est* Hottingerus, non sibi opponi dicens *scriptorem* et *furentem*, dicere Marcum potius, qualis scriptoris hoc sit. Ego vero ei cum Sch. non obsequendum duxi, nam re vera scriptor furenti opponitur, i. e. poeta cum diligentia et arte scribens, ei, qui impetu divino correptus subito fundit carmina. Lamb. dedit: *Hoc scriptoris est adhibentis diligentiam, non furentis, non insani.* In Cod. P. scribitur: *Hoc scriptoris est, non furentis, non insani, adhibentis diligentiam:* quae verborum traiectio Rathio favet, nidum glossarum se hoc loco deprehendisse existimanti. *Frenzelius* in *Seebodii Arch. f. Philol. u. Pädag.* I. 1. p. 141. verba *non furentis* esse glossam verborum *non insani* suspicatus est. *Mr.*

Sibyllam quidem sepositam et conditam habeamus, ut, id quod proditum etc.] Quemadmodum se nunc habent verba, *Tullio* fuit in votis, ut oracula Sibyllina conderentur, *quo* valerent ad religiones deponendas: quod eius menti prorsus est contrarium. Lego *Sibyllam quidem sepositam et conditam habeamus; ut id quod proditum est a maioribus, iniussu Senatus ne legantur quidem libri: valeant quippe ad deponendas* etc. Vide praestantissimum virum *I. A. Fabricium* Bibl. Graecae lib. I. cap. XXXI, 6. *Dav.*

i.e. the initial letters of the verses all that ...

quidem libri, valeantque ad deponendas potius, quam ad suscipiendas religiones: cum antistitibus agamus, ut quidvis potius ex illis libris, quam regem proferant; quem Romae posthaec nec dii, nec homines esse patientur.

At multi saepe vera vaticinati, ut Cassandra, 55.

Iamque mari magno ——

Eademque paullo post:

Eheu videte ——

Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quae 113. delectationis habeant, quantum voles: verbis, senten-

Sibyllam quidem sepositam et conditam habeamus,] Recte monet Hott. nihil esse, quod offendatur Dav., corrigendumque existimet; sententiam esse apertam: libros istos tanquam depositum aliquod custodiendos potius esse, quam promendos. Scribitur in Cod. R. *sibilam sepositam quidem et condictam habeamus:* in Cod. Ox. ψ. *sopitam* pro *sepositam:* quod placebat Hottingero, nobis non item. Pergit Cod. R. *ut id quidem quod — nec legantur quidem libri:* tum P. *valeant quae* — idem cum Cod. M. *legiones* pro *religiones,* cuius loco R. habet *regiones:* ubi vides erroris illius originem. Sed supra lineam adscriptum est *li. Mr.*

cum antistitibus agamus] Videbatur Hottingero excidisse copula, quam editores nonnulli exhibent, legentes *et cum.* Ita ex omnibus, qui ad manum sunt, libris sola Ed. Oliv., nescio unde. Sed undecumque sit illa vocula, non est necessaria; sono significatur sive adiunctione opus sit, sive oppositione. Scribitur *antistibus* in Codd. Cr. S. R. Pro *quidvis potius* est *quicquid optimi* in Cod. R. Sed in marg. Cod. Cr. scriptum est: al. *qui suis potius.* Cod. R. *preferrant* pro *proferant.* Tum cum Cr. *posthac:* sed Cr. supra lin. habet *haec. Posthac* est etiam in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Brut. Sylb. Pergit Cod. R. *dii nec esse patientur.* In Cod. S. scribitur *potius quam ex illis libris.* Idem non habet verba *quem Roma. Mr.*

Patientur] Balliol. *patiantur;* quod male se non habet. Sollicitanda tamen non est reliquorum Codicum fides: nam futurum tempus in votis adhibebant. *Plautus* Pers. Act. I. Sc. I, 16. *O Toxile,* DABUNT *Di quae exoptes.* Iterum Act. II. Sc. II, 23. *Sophoclidisca, Di me* amabunt. *Terentius* Hec. Act. I. Sc. II, 31. *Ita me Di* AMABUNT, *haud propterea te rogo Ut hoc proferam* etc. Adeatur etiam *Livius* VI, 26. *Dav.*

patientur] Cod. L. b. *patiuntur,* et ita Ed. Asc. 1. Reliqui omnes *patiantur,* quod reperio in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Verb. Ern. Bip.; nimirum tres posteriores ex Davisiana prima. Sed merito Dav. futurum restituit, quod exhibent Co. Vi. b. Locis a Dav. laudatis add. Terent. Heautont. IV. 5. 1. *Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi vicem miseret me.* Cod. S. habet *saepe vaticinati vera:* in eodem *multi* bis scriptum. *Mr.*

Iamque mari magno] Totum carmen videre licet lib. I. cap. 31. *Dav.*

Eheu videte] Adi lib. I. c. 50. *Dav.*

Eheu videte] Vocem *Eheu* omittit Cod. R. Eius loco Cod. Cr. habet *heu.* Mox R. omittit *etiam,* et cum Codd. L. c. Cr. et M. habet *delectationes,* quod est scribarum ad sequentia non respicientium. Pro *adiuventur* in Cod. M. est *adiuvantur,*

p. 122. a. tiis, numeris, cantibus adiuventur: auctoritatem quidem nullam debemus nec fidem commenticiis rebus adiungere. Eodemque modo nec ego Publicio nescio cui, nec Marciis vatibus, nec Apollinis opertis credendum existimo: quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, numquam ne mediocri quidem cuiquam, non
114. modo prudenti, probata sunt. Quid? inquies: remex ille de classe Coponii nonne ea praedixit, quae facta sunt? Ille vero: et ea quidem, quae omnes eo tempore

Cod. P. *canticis* pro *cantibus:* et ita Edd. Crat. et Herw. in varr. lectt. Cod. S. *delectationes. Mr.*

auctoritatem — nullam debemus — adiungere] Ita noster Tusc. v. 29. *quorum oratio habetur in omnes partes, ut ab aliis possit ipsa per se, nullius auctoritate adiuncta, iudicare.* Idem verbum cum substantivo *fides* est Acadd. I. 11. *adiungebat non omnibus visis fidem.* Supra I. 3. dixit: *cumque huic rei magnam auctoritatem iam ante Pythagoras tribuisset. Mr.*

Publicio nescio cui,] Vocem *ego,* haec antecedentem, omittit Cod. R. Pro *Publicio* Cod. U. *Publico.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Publio.* De eo vide supra I. c. 50. de *Marciis* I. 40. Scribitur *Martiis* in Edd. vett. exceptis Lamb. et Sylb. Cod. S. *Apollinis coptis existimo credendum. Mr.* — De *Marcio* vate Romanorum cf. Livius XXV. 12. XXVI. 23. Macrob. Saturnal. I. 17. et disputat. nostr. in *Studien* II. p. 275. sqq. ibiq. laudd. *Cr.*

ficta — effutita] Cod. R. *facta — effuciata.* — *Temere effutire* dixit noster etiam de N. D. II. 37. *Mr.*

nunquam ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti,] Conf. Ducker. et Drakenborch. ad Livium XXV. 15. *Cr.* — De hac constructione quot viri docti nuper monuerint enarrare longum est. Nos paucis ad Cic. de Legg. III. 5. p. 402. III. 9. p. 422; pluribus verbis exemplisque Beierus ad Cic. de Off. III. 29. 105. p. 382. sq. *Moebius* ad Cic. Or. pro Milon. IV. 11. *Schirlitz. Unterh. aus d. Grch. Alterth.* (Hal. 1822. 8.) p. 164. sq. Conf. etiam Beier. ad Cic. de Off. I. 21. 71. p. 165 sq. et Cens. quond. Ienens. 1818. 73. Nuperrime vero peculiari libello de ea re praecepit utilissime *Schuppius* in Prolusione: *Unters. üb. d. lat. Bindeformel : non modo (non) — sed ne — quidem* (Hanoviae 1825. 8. pp. 54.) ibiq. nostrum locum adhibuit p. 27. Add. *Gernhard.* ad Cic. Parad. II. 17. p. 190. et quos laudat *Stallbaum.* ad *Ruddimann.* Inst. Gramm. Lat. II. p. 361. *Mr.*

Remex ille de classe Coponii] De quo supra lib. I. c. 32. *Dav.*

remex ille de classe Coponii] *De classe* i. q. *e classe:* I. 32. *K.* — Pro *de classe* Cod. L. c. *declarasse.* Pergit Cod. R. *componi numne ea.* P. *componi nonne ea.* Ad v. *Ille vero* de usu vocis *vero* affirmativo vid. Tursellin. de Particull. p. 1053. sq. Wyttenb. ad Cic. de Legg. I. 24. p. 151. ed. nostr. et Cr. Pergit Cod. R. post *vero,* omisso *et,* verbis *quidem ea.* Particulam *quidem* h. l. non augere monet Hott., sed minuere, laudatque de Finib. I. 10. Tusc. III. 20. *Mr.*

quae omnes eo tempore ne acciderent timebamus.] Cave hunc locum distinguendo corrumpas, seiungasque, quae iungenda sunt. Si enim distinxeris post *tempore,* non poteris iungere *quae — ne acciderent;* si post *acciderent,* separabis verba *omnes — timebamus:* nisi forte haec distinctio, plane inaudita, placet: *quae, omnes eo tempore, ne acciderent,*

ne acciderent timebamus. Castra enim in Thessalia castris collata audiebamus; videbaturque nobis exercitus Caesaris et audaciae plus habere, quippe qui patriae bellum intulisset, et roboris, propter vetustatem. Casum autem praelii nemo nostrum erat quin timeret: sed ita, ut constantibus hominibus par erat, non aperte. Ille autem Graecus, quid mirum, si magnitudine timoris, ut plerumque fit, a constantia atque a mente atque a se ipse discessit? qua perturbatione

timebamus. Ita in seqq. in verbis: *casum autem praelii nemo nostrum erat quin timeret;* simulac distinxeris post *erat, casum* separaveris a *timeret:* nisi forte placet etiam distingui post *praelii. K.*

Castra enim in Thessalia castris collata audiebamus;] Est hic verborum ordo a vulgari paullo remotior, qui iungi iubet: *In Thessalia enim castra castris collata audiebamus.* Ita paullo superius: *nec ego Publicio — nec Marciis,* pro: *ego nec Publicio — nec Marciis:* et inf. *et audaciae plus — et roboris* pro: *plus et audaciae — et roboris. K.* — Vocem *enim* non habet Cod. P. In Cod. U. est *videaturque* pro *videbaturque:* idem omittit in seqq. *habere.* Cod. R. exhibet *et audatie populus habere, quippe qui patre.* Verba *quippe qui — intulisset* intellige: *videlicet quem patriae bellum intulisse reputabamus.* In Cod. S. est *qui prope qui patriae:* scriptor nimirum Codicis ultimas verbi *quippe* literas compendium vocis *prope* [*ppe*] esse existimabat. Idem omittit *et* ante *roboris.* Ad h. l. Cepp. Victt. a. respiciunt ad I. 18. *Mr.*

nemo nostrum erat quin timeret:] In Cod. U. ante *nemo* inseritur *neque.* Pro *quin* Cod. R. habet glossam *qui non.* Cod. S. *erat vestrum qui timeret. Mr.*

ut constantibus hominibus par erat,] Latini non dicunt *par est mihi* pro *decet me.* itaque *in* addendum putem. *Ern.* Quasi vero latini dicant *par est in me* pro *decet me!* Nihil est mutandum. Cicero aliud scripsit verbum, aliud in animo habuit, quod est genus συνέσεως. Cogitabat nimirum *conveniebat,* cum scriberet dativum; eiusdem vero quasi oblitus, recordabatur locutionis, quae rei optime, ablativis omissis, conveniret: *ut par erat. Mr.*

non aperte] Vocem *non* male omittunt Codd. M. et P. Mox Cod. Cr. a pr. m. *magnitudinem timoris:* quod altera correxit. Cod. S. *qui mirum. Mr.*

atque a mente atque a se ipse discessit?] Vide, ne prius sit posterioris interpretatio: nam *a mente discedere* quid aliud est, quam *a se discedere?* nec in oratione soluta *atque* geminari solet. *Rath.* — Non est de nihilo, quod monet Rathius. Exempla repetitae apud poetas particulae *atque* collegit *Hadrianus Cardinal.* de Elegant. L. L. p. 181. sq. (Norimb. 1681. 12.): prosae orationis scriptores ab ea repetitione abstinuisse videntur. Nec vero interpolatum locum dixerim, sed corruptum. Equidem malim *a constantia, atque a mente, adeoque a se ipso discessit? Ipso* autem exhibet Cod. R., idque ratio postulare videtur. Si scribis *ipse,* intelligendum erit: *non alius,* quo intellecto, quod aliter fieri nequit, *ipse* otiosum est. Ita noster de Finn. III. 18. *Equidem et in vobis animadvertere soleo. et in me ipso saepissime experior:* ubi *ipse* manifesto vitiosum esset. In Bruto 79, 272., ubi scripsit: *Hic — nescio quomodo discessu meo discessit a sese:* nemo certe additum ferret *ipse;* sed, si quid addendum,

animi, quae, sanus cum esset, timebat, ne evenirent, ea demens eventura esse dicebat. Utrum tandem, per deos atque homines! magis veri simile est, vesanum remigem, an aliquem nostrum, qui ibi tum eramus, me, Catonem, Varronem, Coponium ipsum, consilia deorum immortalium perspicere potuisse?

56. Sed iam ad te venio,

115. *O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obsides,*

recte addi *ipso* indicabit, qui reputaverit, esse sententiam: *sese ipsum quasi dereliquit et destituit.* Legit autem *a se ipso* nostro loco Schützius, non quidem in horum librorum editione (a. 1816.), sed in Lex. Ciceron. T. II. 2. p. 118. edito a. 1818. Cod. S. *ne convenirent eadem mens—dicebant. Mr.*

Utrum tandem,] Olivet. in varr. lectt. annotavit, Lambinum edidisse *verum* pro *utrum:* cuius ego sive lectionis sive erroris alibi nullum vestigium reperio. *Mr.*

magis verisimile est] Codd. Ox. E. et ψ. pro *est* habent *censes tu:* in Cod. L. a. est *sit*. Cod. P. habet *verisimiles tuve sanum remigem.* Cod. S. *verisimiles tune sanum.* M. *verisimile est tum vesanum remigem.* R. *verisimile est non sanum atque remigem.* Vocem *atque* habet etiam Cod. Oxon. ψ., quod minime spernendum videbatur Hottingero, cum iste copulae usus singularem habeat elegantiam, de qua laudat *Ruhnkenium* ad Vellei. Pat. II. 60. Improbat lectionem *vesanum atque remigem* Sch., quasi ita legi voluerit Hott. Hic vero dicit, si *atque* recipiatur, melius scriptum iri: *remigem atque vesanum.* Et recte: quamquam in plurimorum librorum lectione commode acquiescimus. Pergit Cod. R. *an vestrum aliquem,* qui *tunc ibi eramus. Mr.*

me Catonem,] Pro *me* habent M. Codd. Ox. E. ψ. nostri Cr. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Sola Victoriana habet *me*, quod inde a Grutero receperunt omnes, estque in Codd. nostris P. L. a. c. M. Co. Vi. b. et Ox. U. O. Hottingerus si minus veriorem, modestiorem certe indicat scriptionem *M. Catonem*, quam *me, Catonem:* in quo me assentientem habet. In Cod. R. est *Marcium, Catonem.* In Cod. S. *meccatonem varranem caponium. Mr.*

Consilia Deorum immortalium perspicere potuisse] Reg. *repicere;* reliqui cum Pall. omnibus, et Ven. 1471. *respicere;* nec, *Grutero* indice, peior orietur inde sententia. Ego vero in haeresi sum contraria: nam mihi videtur illorum Codicum lectio inepta prorsus et incommoda; cum vulgata sit rei conveniens, nec temere mutanda, licet librarii quidam dormitantes ab ea nonnihil aberrarint. *Dav.*

Perspicere *potuisse*] Si antiquos libros sequi oportet, longe alia exorietur, et melior forte sententia. habent enim S. Victoris, certe Pall. quatuor *respicere:* secundus praeterea, respicere *non* potuisse. *Grut.*

perspicere potuisse?] Habent *respicere* Codd. Ox. E. U. nostri P. L. b. S. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw., quod Grutero probatum esse ego cum Hottingero miror. Cod. R. habet *posse* pro *potuisse. Mr.*

Sed iam ad te venio] Cod. R. *Set ad te iam venio. Mr.*

O Sancte Apollo] Prima litera versus expungenda potius, ut fiat trochaicus, quam ut cum Lambino rescribamus, carmine secundo contra libros: *Unde haec superstitiosa. Grut.*

O Sancte Apollo] Cum horum ver-

Unde superstitiosa primum saeva evasit vox fera.

suum, prout fert recepta lectio, primus sit Iambicus octonarius, alter vero, Trochaïcus; *D. Lambinus*, ut uterque paribus incederet pedibus, in secundo legit, *unde* haec *superstitiosa*. Sed *Gruterus* delendam statuit illam *exclamandi* particulam. Quod ad me spectat, a Codicibus haud recesserim; cum saepe fiat, ut Iambici Trochaïcis misti sint, et, *O Sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obtines*, habeat *Varro* L. L. lib. VI. p. 68. *Dav.*

O sancte Apollo] *O* delendum putat Gruterus, omisit Davisius [in Ed. pr.]. bene. Ceterum nec *certum* satis concoquo, nec in altero versu *saeva*. Pro *obsides* MSS. quidam *obtines*, ut est apud Varr. de L. L. VI. p. 69. *Ern.* — Omiserunt *O* Verb. Gesn. (in Chrest. Cic. p. 518.) Bip. et Sch. Hottingerus existimat, *O* ortum esse potuisse ex ultima verbi *venio* litera; sed cum eandem literam versus eiusdem in principio habeat Varro l. c., eam servavit. Sch. dicit, *O* fortasse, ut Graecorum φεῦ interdum, extra versum positum esse. Ad v. *umbilicum* Hott. commode affert versus Claudiani in Fl. Mall. Theod. Consulat. [ex prologo v. 11—16.]

Iuppiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet,
Naturae, regni nescius ipse sui;
Armigeros utrinque duos aequalibus alis
Misit ab Eois occiduisque plagis.
Parnassus geminos fertur iunxisse volatus;
Contulit alternas Pythius axis aves. [v. ib. C. *Barth.* p. 64.]

Certum dicit eo ipso, quia exploratum aquilarum volatu ibi, nec vero alibi, terrarum orbis centrum esse credebatur. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. scribitur inverso ordine *terrarum certum*. Unde, et Ernesti dubia respiciens, Rathius scribi volebat:

— — — *qui umbilicum, t e r r a r u m c ē t r u m* [i. e. *centrum*] *obsides,*
Unde superstitiosa primum sae- v a e v a s i t v o x f o r a s :

„ut *saeva* Pythia dicatur ob dirum fatum, quod Oedipo ob polluta natalia caedemque patris et impium cum matre thorum cecinerat. Sunt enim, qui putent, Oedipi verba esse.“ Infeliciter certe *umbilicum* simpliciter dici posse existimavit, pro *umbilicum terrarum;* nec felicius *saevae vasit* coniectum videtur, quasi *saeva* de Pythia dici possit, non addito nomine. *Umbilicum* est Graecum ὀμφαλόν. Conf. Sophocl. Oed. Tyr. 488. Erf. min. et 892. Pindar. Pyth. IV. 7. VI. 3. VIII. 85. Nem. VII. 49. Eurip. Orest. 331. 590. *Mr.*

Qui umbilicum certum terrarum obsides] *Obtines* est in manuscripto, et ita scriptum est apud *Varronem* in libris de lingua Latina. URSIN. *Umbilicum terrarum* Delphos vocat, quod ea urbs ὀμφαλὸς γῆς seu in medio terrarum sita videbatur. *Euripides* Orest. vs. 590. (580.)

Ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων', ὃς μεσομφάλους ἕδρας
Νάων, βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει.

Vide sis etiam Phoeniss. vs. 244. *Eustathium* ad Odyss. A. pag. 17. lin. 52. et *Is. Casaubonum* ad *Strabonis* IX. pag. 642. Auctor Historiarum e *Iosepho*, qui vulgo dicitur *Hegesippus*, III, 6. *In medio autem Iudaeae civitas Hierosolyma, quasi* UMBILICUS *regionis totius* etc. Aut *umbilicus* est *quod vocant Delphis in aede foramen*, ut auctor est *Varro* L. L. lib. VI, pag. 69. Dav.

obsides] Codd. R. et M. *possides.*— *Superstitiosa* dicitur ut supra I. 31. *missa sum s u p e r s t i t i o s i s hariolationibus*, i. q. *fatidicus, vaticinans.* Scaliger ad Varron. l. c. p. 175. Bip. ita hos versus vertit:

Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, γῆς μεσόμφαλα κρατῶν,
Ὅθεν τὸ πρῶτον θέσφατ' ἐχρήσθη βροτοῖς·

pergitque: *Superstitiosum* τὸ ἔνθεον

Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit, partim falsis, ut ego opinor, partim casu veris, ut fit in omni oratione saepissime; partim flexiloquis et obscuris, ut interpres egeat interprete, et sors ipsa

καὶ θέσφατον. Plautus Curculione: [III. 1. 27.]

Superstitiosus hic quidem est: vera praedicat:

Item in Rudente: [IV. 4. 95.]

Quid si ista aut superstitiosa aut ariola est?

Adde Plaut. Amphitr. I. 1. 167. *Mr.*

Saeva *evasit vox fera*] Iunior coniiciebam, *saepe evasit vox foras*. nunc malo aliquid non intelligere, quam indulgere divinationi qualicunque; quam debere ingeniis melioris doctrinae fruge saturis ludibrium. *Gruter.*

saeva evasit vox fera.] Cod. S. omittit *saeva*. Cod. R. *tua evasit vox fera*. Cod. U. *vera* pro *fera*. Verba *saeva* et *fera* significare rabiem vaticinantis Pythiae ait Gesn. l. c. p. 515. Hott. vero, pertinere haec vocabula ad sonum vocis terribilem atque ululatum, quo Pythia oracula edere solebat. *Herelius* contra l. c. p. 142. vocem *fera* post *saeva* otiosam plane esse existimabat, coniiciebatque scriptum fuisse a poeta *foras*, ut *foras evasit* significet originem subterraneam divini illius afflatus. Non male. Sed satisfacit vulgata. *Mr.*

Chrysippus] Laudant nostrum locum *Bakius* de Posidonio p. 32. et *Baguet*. de Chrysippo p. 228. Conf. Tuscc. I. 45. 108. In seqq. Cod. R. habet *ut opinor*, omisso *ego*. *Mr.*

Ut fit in omni oratione saepissime; *partim flexiloquis*] Idem hariolabar, *ut fit in partim flexiloquis*, omissis mediis, tanquam a manu interpolatorum. nunc taceo. *Grut.*

ut fit in omni oratione] „h. e., ait Hott., in vita et sermone quotidiano: si tamen lectio sana est. Nam fateor, vocabulum *oratione* mihi hic non optime lectum [?] videri.“ Non recte intellexit locum Hott., indeque falsa loci et interpretatio et sollicitatio. *Oratio* est i. q. *sermo; in omni oratione* est: in omni sermone, quotiescunque sermones conferimus vel instituimus sermonem de re qualicunque, dici potest aliquid, quod casu verum fit. *K.*

Partim flexiloquis] *Λόξοις*, unde *Λοξίας* dictus est Apollo. *Marius Mercator* Subnot. in script. Iuliani c. VI. *Rogo si simpliciter et non dilemmatus, tanquam* ad Croesum et Pyrrhum Loxias, (*unus etenim erroris spiritus*) *loqueris*, *Suidas*: *Λοξίας, ὁ Ἀπόλλων, ὁ λοξὴν ἐὰν ὠποπέμπων λοξῶς γὰρ ἐμαντεύετο,*

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Decantatissimum est responsum, quod post *Herodotum* lib. I. capp. 53, 91. memorant *Lucianus* Pseudom. T. I. p. 776. et Iov. Trag. Tom. II. p. 139. *Maximus Tyrius* Diss. XIX. §. 5. *Eusebius* Praep. Evang. lib. V. capp. 20, 21. *Theodoretus* Therap. X. pag. 139. aliique tantum non innumeri. *Dav.*

partim flexiloquis] Cod. P. *flexis*. — *Flexiloqua* dicit Hott. esse parum accurate definita, ut sensus nec certus sit nec definitus; *ambigua*, quae intellectum quidem habeant facilem, sed sensum tamen duplicem ac fallacem. Vocem *flexiloquus*, alibi non obviam, et poësi potius convenientem, Gesnerus in Thesauro L. L. explicat non minus rara voce *καμπιολόγος* ex Rob. Steph. Thesauro, ubi vero scribitur *καμπύλογος*. Volebat fortasse uterque *καμπυλόλογος*. Conf. Aeschyl. Prometh. 662 sq:

ἧκον δ' ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους
χρησμούς, ἀσήμως δυςκρίτως τ' εἰρημένους. *Mr.*

ut interpres egeat interprete,] Est hic verborum ordo contra regulas, nostro alibi observatas, qualem etiam monstravimus c. 55., estque mox *sors ipsa ad sortes*. *K.*

et sors ipsa referenda sit ad

referenda sit ad sortes; partim ambiguis, et quae ad dialecticum deferenda sint. Nam cum illa sors edita 115
est opulentissimo regi Asiae,

Croesus Halym penetrans magnam pervertet opum vim;

hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam. Utrum igitur eorum accidisset, verum oraculum 116
fuisset. Car autem hoc credam unquam editum Croeso?

sortes;] Vulgo ex Ed. Vict. post Gruterum edunt *et sors ipsa ad sortes referenda sit.* Hott. ex Ed. Crat. primus nostrum locum eo ordine scriptum enotavit, quo nos eum exhibemus, addens concinnius ita scribi, quia mox sequitur *deferenda sint:* eumque secutus est Sch.; nos vero auctoritatem Codd. P. U. et Edd., praeter Crat., Asc. 1. 2. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Mr.*

Ad dialecticum referenda *sint*] Duo Pall. priores, *deferendae sint,* neque aliter edidit Victorius. etiam S. Victoris liber *deferenda. Grut.*

Ad dialecticum deferenda *sint*] Vulgo *referenda:* quod non arridet, quia vox ista paullo ante fuit posita Pall. pr. sec. cum editione Victorii repraesentant, *deferendae sint.* Male; subintelliguntur enim *oracula:* quapropter nos S. Victoris librum, Paris. ac Med. secuti sumus. Infra c. LXV. *Defert ad coniectorem.* Iterum cap. LXX. *Ad interpretem detulit.* Utrobique *Lambinus,* nulla necessitate ductus, *referendi* verbum repositum voluit. *Dav.*

et quae ad dialecticum deferenda sint.] Sic pro *referenda* edidi ex Pall. et Guelf. Sic et Victorius et Davisius dedere [non ita dedit Vict., sed *deferendae.*] Mox, pro *est,* legendum *esset. Ern.* — Cod. R. omittit verba *partim ambiguis* usque ad *deferenda sint.* Recte scribitur *deferenda* in Codd. L. a. b. c. Edd. Verb. Dav. Gesn. (in Chrest.) Ern. Bip. Oliv. Hott. Sch. In Cod. P. et Ed. Rob. Steph. est *deferendae,* in Cod. S. *referendae.* Pro *dialecticum* est in Cod. C. *dialecticum,* in Cod. P. *dilecticum* et in marg. *dialeticum,* in Ed. Asc. 1. *lecticum.* Scripsi autem *illa sors* pro vulgato *sors illa,* ex Codd. Cr. L. b. c. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Dav. *Mr.*

cum — edita est] Merito nemo paruit Ernesto *esset* rescribi iubenti. Cum enim h. l. construitur ut *postquam,* quod requirit perfectum indicativi, ut c. 52. *quia* cum coniunctivo ponitur, positum pro *cum.* Universe tenendum est, coniunctiones eiusdem vel similis significationis contra vulgarem usum saepe eandem admittere constructionem. *K.*

opulentissimo] Cod. Cr. *epulentissimo.* U. *opulentissimae Asiae,* omissa voce *regi.* Cod. R. pro *Halym* habet *enim,* pergitque *magnam penetrans pervertet opem hostium vim.* Cod. S. *avium vim.* De forma *Halym* v. K. L. *Schneider. Gr. Lat.* II. *Formenl.* I. p. 299. Ad rem v. Herodot. I. 90. 91. *Mr.*

Utrum igitur — verum oraculum fuisset.] De ea re disputat Hugo Grot. de Verit. Relig. Christian. IV. 9. p. 267. [p. 198—202. ed. Amst. 1709.] *Cr.* — Cod. S. *utrum* pro *verum. Mr.*

unquam editum Croeso?] Cod. P. *unquam meditum Croeso.* Cod. Cr. pergit *Herodatum veratiorem.* R. *voratiorem.* Idem et P. *dicam* pro *ducam.* Tum R. *non ille minus.* Cr. *non minus ille.* Cod. S. *Nam minus ille:* idem *ex oraculo phitio esse.* In seqq. Cod. R. exhibet *ex Apollinis oraculo* pro *Apollinis ex oraculo. Mr.*

aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Croeso, quam de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est, qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum,

Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

Primum Latine Apollo numquam locutus est. Deinde ista sors inaudita Graecis est. Praeterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat. Postremo, quamquam semper fuit, ut apud Ennium est,

—— *stolidum genus Aeacidarum,*

Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.] De hac amphilogia et similibus vid. *Ochsner.* ad Olivet. Eclogg. Ciceron. p. 125. Quem autem laudat et corrigit Davisius in annotatione proxima locum Augustini de Civ. Dei III., non ita scriptum vult Wopkens. Lectt. Tull. p. 291. Corrigit enim: *secutus* [voluit *securus*] *fuit fatidicus:* deinde servatum vult *exspectaret*, addens: „vult Augustinus, contrarium oraculo edito eventum exspectari ab Apolline non potuisse. Securus erat vates, uterlibet eventus consequeretur.“ *Mr.*

Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse] Huc respicit *Minucius Felix* Oct. cap. XXVI. *De Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa confinxit, cum iam Apollo versus facere desisset. Augustinus* C. D. lib. III. cap. 17. *Pyrrho de rerum futuro eventu consulenti, satis urbane Apollo sic ambiguum oraculum edidit, ut, e duobus quicquid accidisset, ipse divinus haberetur: ait enim,* Dico te, Pyrrhe, vincere posse Romanos: *atque ita sive Pyrrhus a Romanis, sive Romani a Pyrrho vincerentur, securus fatidicus utrumlibet exspectaret* (Leg. *spectaret*) *eventum. Ammianus Marcellinus* lib. XXIII. cap. 5. *Oracula dubia legimus, quae non nisi casus discrevere postremi; ut fidem vaticinii Delphici, quae, post Halyn flumen transmissum, maximum regnum deiecturum praedixerat Croesum —— sortemque his posteriorem, veram quidem, sed non minus ambiguam:*

Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

Eundem versum memorant inter alios *Quinctilianus* lib. VII. cap. 9. et *Aur. Victor* de vir. Illust. cap. 35. *Dav.*

Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat.] Sunt de hac re duo libri Plutarchei, alter περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν, et περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων· qui veram rei causam non aperit, sed in alia omnia abit. Eam tamen noster haud dissimulanter profert cap. seq. *Quando autem*, dicens, *ea vis evanuit? an postquam homines minus creduli esse coeperunt? Mr.*

quamquam semper fuit] In antecedd. Cod. Cr. *Postea Pyrrhi*, sed in marg.: al. *praeterea.* Idem hoc loco: *quamquam fuit semper.* Cod. R. *quamquam* fuit, *sint semper.* Qui sequuntur versus Enniani, cum praecedente ita iunguntur in novissima Ennii Annalium editione V. 6—10. p. 78. sq.

— — — *qui est omnibu' princeps,*
Effundit voces proprio cum pectore sancto:
Aio te Aeacida Romanos vincere posse!
Quam semper fuvit stolidum genus Aeacidarum!
Bellipotentes sunt magi' quam sapientipotentes. Mr.

Stolidum genus Aeacidarum] Huc faciunt illa *Hesiodea:*

Ἀλκὴν μὲν γὰρ ἔδωκεν Ὀλύμπιος Αἰακίδαισι·

Bellipotentes sunt magi', quam sapientipotentes: tamen hanc amphiboliam versus intelligere potuisset, *vincere te Romanos*, nihilo magis in se, quam in Romanos valere. Nam illa amphibolia, quae Croesum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere: haec vero ne Epicurum quidem.

Sed, quod caput est, cur isto modo iam oracula 57.
Delphis non eduntur, non modo nostra aetate, sed 117.

Νοῦν δ' Ἀμαθαονίδαις· πλοῦτον δέ περ Ἀτρείδῃσι.
Exstant apud *Nicolaum Damascenum* in Excerpt. Peiresc. p. 445. et *Suidam* in *ἀλκήν*. *Dav.*

stolidum genus Aeacidarum,] Cod. R. *solidum — belli potens.* Vocem *magi'* omittit Cod. Cr. Idem habet *sapientiae potentes*, R. *sapientes potentes*. Scribitur etiam *sapientiae potentes* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Cum Cod. R. habet Asc. 1. *solidum*. *Mr.*

Quam sapientiae *potentes*] Sic plerique libri; sed verum est *sapientipotentes*, itaque est in Venetis. Est enim versus Heroicus:

Bellipotentes sunt magi' quam sapientipotentes.

Camer.

Tamen hanc amphiboliam versus] Vel sic legendum, vel *amphilogiam*: nam *amphibologia* neque Graecum est neque Latinum. De quo in Rhetoricis plura. Lambin. *Amphiboliam* olim dederat Victorius, ac ita MSSti Paris. Reg. et Cantab. De *amphibolia* dixit *Lambinus* in lib. II. ad Herennium cap. xi. *Dav.*

hanc amphiboliam] Probam scriptionem habent Copp. Victt. b. Codd. Cr. L. a. c. P. M. Edd. Crat. Herw. (in varr. lectt.) Rob. Steph. Boul. Lamb. Goth. Brut. [ita ille certe edi volebat, quamquam operae non paruerunt:] et post Grut. recc. omnes. Reliquos libros occupat vox nihili, ex *ἀμφιβολία* et *ἀμφιλογία* inepte conflata, *amphibologia*, qua tamen usi sunt Grammatici, Sosip. Charis. 4. p. 243. Diomedes 2. p. 444. Cassiodor. Rhetor. p. 527. Isidor. Orig. I. 33. Marcian. Cap. v. p. 149. In seqq. Codd. Cr. et R. habent *potuisset intelligere*. Mox. Ed. Asc. 1. *quam in Romanis valere.* Cod. U. *quam in Romanos fallere.* Cod. S. *in Romanos talem.* Post v. *Chrysippum* Cod. S. statim transit ad verba cap. 60. *constans atque diuturna est.* *Mr.*

Ne Epicurum quidem] Quem *hebetem et rudem dicere solent Stoici.* Vide supra cap. 50. *Dav.*

haec vero ne Epicurum quidem.] Non videtur hoc ex animi sententia locutus Cicero, sed quia c. 50. dixit: *Epicurum hebetem et rudem dicere solent Stoici.* *K.* — Ita Balbus item ex Stoicorum sententia de N. D. II. 18. 49. *Quae, si, bis bina quot essent, didicisset Epicurus, certe non diceret.* Sed in iisdem libris Cotta Academicus, sub cuius persona latere ipsum Ciceronem satis constat, (I. 26. 72.) non honorificentius de Epicuro loquitur, quam Stoici. — Cod. M. pro *ne — quidem* habet *nec — quidem*. Ceterum Censor, quem diximus, Ienensis 1794. 272. p. 463. magnam huius capitis partem, inde a *Cur autem hoc credam* usque ad finem, utpote sententiam interrumpentem, in parenthesi positam volebat. Sine necessitate. Quod initio cap. seq. scribitur: *Sed quod caput est,* ea locutione saepius utitur noster, veluti Or. pro Milone 20. 53. *Videamus nunc id, quod caput est.* *Mr.*

cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur,] Multus est Hott., ut probet *non* esse delendum: Sed minime videtur necessaria ista con-

iam diu, iam ut nihil possit esse contemtius? Hoc loco cum urgentur, evanuisse aiunt vetustate vim loci eius, unde anhelitus ille terrae fieret, quo Pythia mente

lectura. Quaeritur enim, cur desierit oraculum Delphicum. Respondetur: *Hoc loco cum urgentur, evanuisse aiunt vetustate vim loci:* conf. I. 19. ubi videmus, Ciceronis tempore parvi aestimatum esse illud oraculum; dicitur enim: *nunc minore gloria est.* Assentit Rathius Hottingero. An vero in hoc capite sermo est de oraculorum amphibolia? Mihi quidem initio capitis haec esse sententia videtur: Quod iam non sunt oracula, ne ita quidem ambigua, ut illa, quodque iam dudum eiusmodi non exhibita sunt oracula (quo factum est, ut eorum omnis auctoritas dilaberetur): eius rei causam esse dicunt, quod evanuerit vetustate vis loci, quo Pythia mente incitata oracula ediderit. *K.*

iam oracula Delphis non eduntur,] Multo fusius et verbosius etiam Hottingero Censor, quem modo laudavi, Ienensis l. c. vocem *non* spuriam esse probatum ivit. Omisit negationem Schützius. Herelius autem, item cum Hottingero abiiciendum esse statuens *non*, offendi se praeterea ait ter repetito *iam*, ut vel primum vel tertium ei delendum videatur, vel haec omnia: *non modo nostra aetate, sed iam diu* sint glossa verborum *non eduntur*, praesertim cum verbum *modo* bis deinceps diversa significatione positum Cicerone non satis dignum videatur. Qua in re non assentior Herelio: non enim dialogi, ut familiaris quasi sermonis, locutio ad normam orationis artificiose elaboratae exigenda est. Vere etiam contra Hottingerum Meyerus monet, etiamsi Ciceronis adhuc aetate et postea quoque Apollo vel Pythia potius locuta sit, Ciceronem tamen ea oracula plane nihili facere. *Isto* autem *modo* significare i. q. ut istis quidem temporibus, ut alio, priore nimirum, tempore. Conf. etiam *Creuzer.* in Dionyso p. 147. *Mr.*

Sed iam diu, iam ut nihil] Metuo, ne locus mala laboret interstinctione, sitque vitiosior quam habetur. nam Pal. pr. et tert. *sed iam diu* tantummodo *iam ut nihil.* neque aliter quartus, nisi quod adhuc infarciat, *sed* etiam *iam diu.* S. Victoris, *sed iam diu* tantummodo *ut nihil.* Victorius vulgavit, *sed iam diu ut nihil. Grut.*

Sed iamdiu, ut modo *nihil*] Vulgo *iamdiu, iam ut nihil.* Gruterianorum nostrorumque Codicum partim habent, *iamdiu tantummodo, iam ut nihil;* partim vero, *iamdiu tantummodo, ut nihil.* At maxime concinna videtur lectio, quam praestat editio *Victoriana*, quamque nos secuti sumus. *Dav.*

Iam ut nihil possit esse contemptius] MS. habet, *ita iam ut nihil possit esse contemptius.* In alio autem est, *tantum iam ut nihil* etc. *Ursin.*

iam ut nihil possit esse contemtius.] Restitui cum Ern. Bip. Hott. et Sch. lectionem a Davisio eiectam. Merito enim Hott. ait, vim particulae *iam* a Davisio non esse intellectam, qua significent scriptores optimi, rem ad summum venisse. Et tuentur nostram lectionem Codd. M. U. L. a. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. In Cod. R. est *set et iam diu tan modo iam ut nihil:* in Cod. P. *etiam diu tantummodo iam ut nihil.* L. b. *sed iam diu tantummodo iam ut nihil.* L. c. *sed iam diu ut iam nihil.* Ex Codicis R. stribligine coniicias, antiquas iam fuisse glossas vel varias lectiones: *tandiu* pro *iandiu* et *modo ut* pro *iam ut.* Cum Victorio faciunt Cod. Cr. Edd. Sturm. Verb. Dav. Olivet. Supra II. 15. scripsit noster: *hoc iam, mihi crede, ne aniculae quidem existimant. Mr.*

vim loci — De] Desunt haec omnia in Cod. R. In Cod. Cr. scribitur *hannelitus* pro *anhelitus.* Mox L. a. *quod Pythia. Mr.*

incitata oracula ederet. De vino aut salsamento putes loqui, quae evanescunt vetustate. De vi loci agitur, neque solum naturali, sed etiam divina; quae quo tandem modo evanuit? Vetustate, inquies. Quae vetustas est, quae vim divinam conficere possit? Quid tam p. 122. a.
divinum autem, quam afflatus ex terra mentem ita movens, ut eam providam rerum futurarum efficiat, ut ea non modo cernat multo ante, sed etiam numero versuque pronuntiet? Quando autem ista vis evanuit? an postquam homines minus creduli esse coeperunt? Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope ccc fuit, 118.

mente incitata] Ita supra c. 54. *est enim magis diligentiae, quam incitationis et motus.* Pro *De vino* Codd. U. P. et Ed. Asc. 1. habent *divino*. Post *agitur* in Cod. R. sequitur *non solum naturali set et divina*. Idem pro *conficere* habet *efficere*. *Mr.*

Evanuisse aiunt vetustate] Hoc fieri posse statuerat Quintus lib. I. cap. 19. Nimirum censebant τὰ αὐτοφυῆ χρηστήρια ταῖς τῶν χρόνων εἴκειν περιόδοις, ut loquitur *Iulianus* apud *Cyrillum* lib. VI. pag. 198. C. *Dav.*

quid tam divinum autem,] Vocem *autem* omittunt Codd. U. R. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Ven. 1494. In prosa certe oratione vocem *autem* non fere quartum locum occupare hanc particulam ait Rathius. Sed tertium saepe occupat apud nostrum: vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 12. 36. p. 178. II. 7. 21. p. 148. sq. ad Acadd. I. 12. 43. p. 67. de Legg. II. 7. 16. nos ad eund. loc. p. 195. sq. Ed. nostr. et Cr. Quinto autem loco est *autem* apud Terentium Heautont. II. 3. 10. *Quae res te sollicitat autem;* qui, quamquam est poeta, tamen in dialogis a iusto legitimoque verborum ordine non admodum solet recedere. Quarto est etiam apud nostrum de Off. I. 21. 73. *ad rem gerendam autem.* Quinto: pro Cluent. 60. *cur non de integro autem datum.* *Mr.*

quam afflatus ex terra] Voces *ex terra* Hottingero abundare visae sunt, quia ad divinitatem prorsus nihil faciant. Quare eas additamentum scioli cuiusdam esse censebat. Sed *afflatus ex terra* est id, quod modo dixit *anhelitus terrae*. *K.* — Conf. *Creuzer.* Dionys. p. 147. Scribitur *a terra* in Cod. R., *e terra* in Edd. Vict. et Dav. Praeferendum autem h. l. esse *ex* censebis, si vera esse existimabis, quae monuit *Ramshorn.* Gr. Lat. §. 150. 1. p. 284. In seqq. ad verba *ut ea* quaerit Herelius, utrum *ea* elliptice referendum sit ad *mentem,* ut ad *cernat* subaudiendum sit *res futuras;* an sit enallage, *ut ea,* videlicet *futura cernat;* an denique corrigendum sit *ut eas?* Nihil est certius, quam ad *ut ea* ex praecedentibus subaudiendum esse *quae futura sunt.* *Mr.*

Ut ea] Canones Grammatici postularent *ut eas,* nempe res futuras. Nihil tamen mutarim, cum parium locutionum non desint exempla. *Dav.*

ut ea non modo cernat multo ante] Cod. R. *ut ea non cernat modo ante:* tum: *sed etiam versu numeroque pronuntiet. Quando autem vis ista evanuit?* In Cod. L. e. Co. Vi. b. est *Quando ista vis autem evanuit:* ubi habes novum exemplum particulae *autem* quarto loco positae. In seqq. Cod. R. *Demosthenes autem* pro *Demosthenes quidem,* et pro *iam tum* habet *iam cum.* *Mr.*

iam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. Hoc autem eo spectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret. Quo licet existimare, in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse. Sed, nescio quomodo, isti philosophi superstitiosi et paene fanatici quidvis malle videntur, quam se

φιλιππίζειν Pythiam dicebat,] Conf. *Valckenarii* Oratt. p. 254. sq. *Staveren.* ad Nepot. XX. Scholiast. Aeschin. p. 260. Bekkeri. *Cr.* — Scribitur latinis literis *philippizin* in Codd. Cr. P. U. Ed. Asc. 1. In Cod. R. est *philipi et in phithiam idem quasi* etc. P. omittit *cum* ante *Philippo.* R. habet *faceret* pro *facere. Mr.*

Id est, quasi cum Philippo facere] Hasce voces e glossa natas censet Cl. *Walkerus* ad lib. I. N. D. cap. 30. At ut absurda non est viri doctissimi coniectura, sic haud videtur necessaria, cum *Cicero* passim voces Graecas explicet. Huc autem respicit *Minucius Felix* cap. XXVI. *Apollinis,* inquit, *Pythii cautum illud et ambiguum defecit oraculum, cum et politiores homines et minus creduli esse coeperunt. Et Demosthenes, quod sciret responsa simulata, φιλιππίζειν Pythiam querebatur.* Oracula quidem Ethnica non inspirationi Daemonum, sed hominum fallaciis originem debuisse statuerunt viri sagacissimi, quorum testimonia collegit scriptor sane parum comptus et elegans, eruditus tamen et acutus, *Ant. Daleus* de Orac. Diss. I. c. 2. *Dav.*

id est, quasi cum Philippo facere.] Spuria censent haec Ernestus, Hottingerus, Rathius, Schützius. Sed eiusmodi vocabulorum explicationes non aspernatur dialogorum usus; quod non semel monuimus. *K.* — Movet me tamen, quod, ut menent Hott. et Rathius, admissis his verbis Cicero eandem rem bis explicare videri posset. Quod enim sequitur: *Hoc autem eo spectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret:* id quidem sufficiebat additum. Quamquam, si quis velit, hoc urgere potest: aliud esse *facere cum aliquo,* aliud *ab aliquo esse corruptum. Mr.*

Quo licet existimare] Rathius ex vett. Edd. ante Lamb. restitutum volebat *Quod.* Quod autem ad marg. Lambb. adnotatur alios dedisse *ex quo,* id se nusquam reperisse ait. Ego quidem reperio *quod* in Cod. M., *quo quod* coniunctim in Cod. R. Et habent *quod* Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Sed diu ante Lambinum editum est *quo* in Edd. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Boul.; et ea est lectio librorum nostrorum reliquorum omnium. Lectionem *ex quo*, quae nusquam comparet, ex marg. Lambb. in marginem suae editionis transtulit Verburgius. Facile equidem ferrem *quod,* respiciens cum Rathio ad II. 41. 87. *Quod Carneadem* etc. Sed in tot librorum consensu servo *quo,* ut sit i. q. *ex quo, unde,* vel *quam ob rem.* Proxime post *existimare* Cod. R. omittit *in. Mr.*

Sed, nescio quomodo, isti philosophi etc.] Male distinguunt Ern. Hott. Sch. alii *Sed nescio, quomodo isti philosophi — videntur.* Tum quidem requireretur *videantur.* Plura loca nostro similia collegit Beierus ad Cic. de Off. I. 41. 146. qui ibi scribit: *Fit enim, nescio, quo modo, ut magis in aliis cernamus* etc. Ita si scribis, magis etiam apparet, haec verba in parenthesi cogitari, et ad *quo modo* hoc quidem loco subaudiendum esse *fiat. Mr.*

Sed nescio, quomodo — videntur] Recedit ab usu communi Indicativus *videntur:* isque ita explicari potest, ut dicas, *nescio quomodo videntur* dictum esse pro *videntur* (miro quodam modo), ut in locutione: *nescio quis loquitur.* Conf. *Ramshorn.* §. 160.

non ineptos. Evanuisse mavultis et exstinctum esse id, quod, si umquam fuisset, certe aeternum esset, quam ea, quae non sunt credenda, non credere.

Similis est error in somniis : quorum quidem de- 58.
fensio repetita quam longe est ! Divinos animos cen- 119.
sent esse nostros, eosque esse tractos extrinsecus, animorumque consentientium multitudine completum esse mundum : hac igitur mentis et ipsius divinitate, et coniunctione cum externis mentibus, cerni, quae sint futura.

l. n. 2. p. 367. sq. : quae similis est Graecae *οὐδεὶς ὅστις οὐ*. Nisi forte mavis distinguere : *sed, nescio quomodo, isti* etc. *K.*

quomodo] Cod. R. *quo*. Pro *malle* Cod. Cr. *male*. Mox P. et R. *quam si non*. In fine capitis Cod. R. habet *que sunt credenda*, omisso *non*. *Mr.* — *Credenda sunt* h. l. potest etiam ita intelligi, ut sit i. q. *possunt credi*. Quod fieri potest ab eo, quod fieri debet, non semper ita distinguitur, ut certo alterutrum vel non utrumque locum habere videri possit. *K.*

Similis est error in somniis] Verbum *est* Herelius spurium putabat, quia Cicero alibi quoque simili brevitate elliptica novam exorditur enunciationem, veluti c. 21. *Dissimile totum. Nam* etc. et I. 51. *Atque haec quidem vatum ratio est: nec dissimilis sane somniorum.* In seq. quoque periodo idem offenditur ter repetito *esse*, quorum unum deletum vult. Frustra et priore loco et posteriore; quamquam hoc quidem loco liberaliter nobiscum agit, iudicio nostro permittens arbitrium, qua corporis parte Ciceronem vel castigatum vel mutilatum malimus. Schützius post *longe est* cum Ern. interrogandi signum posuit. *Mr.*

Divinos animos] Vide lib. I. c. 30. *Dav.*

censent esse] Cod. Cr. *censet esse*. R. *annorumque* pro *animorumque*. L. b. *multitudinem* pro *multitudine*. *Mr.*

Hab igitur mentis et ipsius divinitate *et coniunctione cum externis mentibus*] Corruptus est locus, quem emendare conati sunt ipsi librarii. Nam Reg. et Cantab. exhibent, *hac igitur mentis et ipsius* divinitatis *coniunctione cum externis mentibus*. Licet autem non adeo tardi fuerint scribae, quin vitium quoddam subesse probe viderent, ei tamen tollendo non erant. Mihi rescribendum videtur; *hac igitur mentis et* divinitate, et ipsius *coniunctione cum externis mentibus, cerni quae sint futura*. Ita, levi mutatione, clara perspicuaque fiunt omnia. *Dav.*

hac igitur mentis et ipsius divinitate et coniunctione] Locum ego sanissimum puto cum Hottingero, ita intelligendum: *cum igitur et ipsa mens sit divina et coniuncta cum externis mentibus item divinis*. Quod apparet etiam ex loco L. I. c. 30. quem adhibuit Hott.: *Sed tribus modis censet* (Posidonius) *deorum appulsu homines somniare : uno, quod praevideat animus ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur: altero quod plenus aër sit immortalium animorum* etc. Lallemannus obsecutus est Davisio : nimis cupide. Rathius duriorem verborum collocationem esse existimabat, quam ut ferri possit, eamque duriorem etiam fuisse redditam a Lambino, Grutero, Ernesto [fecit idem Sch.], qui virgulam post vocem *mentis* inculcaverint. Hoc quidem factum cum eo vitupero, prius non concedo : multo autem minus probare possum eiusdem emendationem, qua *mentis* in *mente* mutatum volebat. Quo commento certe nihil est infelicius. Vo-

Contrahi autem animum Zeno, et quasi labi putat atque concidere, et id ipsum esse dormire. Iam Pythagoras et Plato, locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent. Faba quidem Pythagorei utique abstinuere: quasi vero eo cibo mens, non

cum *et* ante *ipsius* omittunt Codd. L. a. et R. Post *coniunctione* Cod. R. pro *cum* habet *et*, sed supra lin., ab eadem, ut videtur, manu, adscriptum est *cum*. Idem cum Cod. P. in proximis habet *sunt* pro *sint*. Quod autem Schützius edidit *haec igitur* pro *hac igitur*, id, credo, typographo debetur. *Mr.*

Contrahi autem animum] Sc. *in somnis*. Cod. Cr. habet *Çeno* pro *Zeno*. Idem omittit *atque*, cuius loco Cod. Cr. habet *et*. Pro *et ipsum* malebat Rathius *id ipsum*, Schützius scripsit *et id ipsum*. Wopkensius autem pluribus Ciceronis locis allatis in Lectt. Tull. p. 292. probatum ivit, *ipsum* poni pro *id ipsum*: de quibus vid. nostram sententiam ad Cic. de Legg. II. 5. 12. p. 184. sq. Nos cum facillime inter *et* et *ipsum* excidere potuerit vocula *id*, eam recepimus cum Schützio, ut ita facillimo modo sententiae et latinitati succurreremus, neque paruimus Goerenzio ad Cic. de Legg. l. c. et II. 14. 34. p. 155. diversa miscenti. Hottingerus ad Ernesti explicationem [id nihil aliud esse, quam dormire], quam probat, scriptum mavult *Contrahi autem animum Zeno et quasi labi atque concidere, et ipsum* [vel, omissa particula, *ipsum*] *putat esse dormire*. Schützii rationem si sequare, quam nostram fecimus, transpositionem verbi *putat*, opinor, non desiderabis. *Mr.*

Ipsum esse dormire] Stoici, testante *Laertio* lib. VII. §. 158. τὸν ὕπνον γίνεσθαι statuerunt, ἐκλυομένου τοῦ αἰσθητικοῦ τόνου περὶ τὸ ἡγεμονικόν. Vide sis et *Tertullianum* de Anim. c. XLIII. ac *Plutarchum* de Plac. Philos. lib. V. cap. 24. Hinc paullo ante malim *animam*, non *animum*, legere. *Dav.*

Pythagoras et Plato] Supra lib. I. capp. 29, 30. *Dav.*

Iam Pythagoras et Plato] Pro *Iam* Cod. M. habet *Ita*, in Ed. Manut. est *An*. Hoc vitium inde ortum esse videtur, ut librarius aliquis, litera initiali, quam fortasse rubro colore pingere vellet, omissa, scriberet *am*, unde alius errorem odorans fecit *an*. In seqq. Cod. R. habet *quoque* pro *quo*. Cr. *somniis* pro *somnis*. *Mr.*

proficisci ad dormiendum] Singularis haec est locutio, quam, si in recentiore aliquo scriptore legeres, facile damnares. Similiter I. 29. *ad quietem ire*, I. 30. *ad somnum proficisci*. *K.*

Pythagorei utique abstinuere] Balliol. Reg. et Ven. 1471. habent *abstinere*. Nec aliter ediderunt *Victorius* et *Aldus* nepos, ut sententia sit, *faba quidem Pythagorei utique* iubent *abstinere*. Paris. *abstinete*. Legendum *abstinent*; quod abunde docent sequentia. Nam nisi res se sic haberet; non *infletur*, sed *inflaretur*, fuit subiungendum. *Dav.*

Pythagorei utique abstinuere] Cod. R. *Faba quidem pictagorei quidem abstinere quam vero*. Scribitur etiam *abstinere* in Codd. Cr. U. L. b. c. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Ald. Quod si receperis, pendebit *abstinere* a *iubent*. Sed merito praestare ait Hott. vulgatam. Contra Davisium autem monet, potuisse hoc Ciceronem non ex mente modo Pythagoreorum, sed pro se etiam dicere. Quae quidem refutatio non melior est istà coniectura plane inutili. Dicendum fuit: Perfecto tempore refert Cicero vetus institutum; praesente utitur in re, quae omni tempore eadem est. V. Plutarch. Probl. p. 704. E. Plin. H. N. XVIII. 12. Diog. Laërt. VIII. 34.

venter, infletur. Sed, nescio quomodo, nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Utrum igitur censemus dormientium animos 120.
per sene ipsos in somniando moveri, an, ut Democritus censet, externa et adventicia visione pulsari? Sive enim b.
sic est, sive illo modo, videri possunt permulta somniantibus falsa pro veris. Nam et navigantibus moveri videntur ea, quae stant: et quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernae lumina. Quid dicam, insanis, quid, ebriis quam multa falsa videantur? Quod si eius-

init. Clem. Alexandr. Strom. III. p. 486. D. nostrum supra I. 30. Ad rem conf. Schefferus de Philos. Italica p. 141—143. (Vitemb. 1701. 8.) *Mr.*

Sed, nescio quomodo, nihil] Hoc loco recte distinguunt Ern. Sch. alii, qui supra perperam. In Cod. R. iterum scribitur *quo* pro *quomodo*, errore ex scribendi compendio orto. *Mr.*

Per se ne ipsos] Vulgati *per semetipsos.* sed alterum est in Pall. in exemplari S. Victoris et edit. Victoriana. *Grut.*

Utrum igitur censemus — per sene ipsos — moveri, an] Haec constructio, paullo rarior, ideoque librariis corrigenda visa, restituenda erat nostro, etiamsi id nondum fecissent Grut. et Dav. ex Codd. et Ed. Vict. quibus accedunt Cod. P. Edd. Rob. Steph. Verb. Camerar. Ald. Manut. Et ita nostro loco scribendum esse vidit Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 22. 71. p. 133. ubi plura vides loca collecta. Adeo autem fuit incognitus hic usus Ernesto, ut ad Tusc. IV. 27. 59. ubi est *Utrum illudne — videatur, an* etc. adnotaret: aut *utrum* delendum, aut *ne.* Vid. quae nos monuimus post Davisium ad Cic. de N. D. II. 34. 87. p. 345. ed. Cr. et nostr. mai. p. 181. ed. nostr. min. Garaton. ad Cic. Philipp. II. 12. 30. p. 253. In Cod. R. scribitur *per se ipsosmet.* Plenam hancce nostram structuram, ex qua, quae hoc loco est, explicari debet, habes infra c. 63. ubi scribitur: *Venit enim iam in contentionem, utrum sit probabilius, deosne immortales — concursare — an natura fieri* etc. Hott., ne Gruteri quidem annotatione inspecta, refert se nescire, unde Dav. lectionem *sene* hauserit. *Mr.*

Ut Democritus censet] Democritus τοὺς ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τῶν εἰδώλων παραστάσεις voluit, ut auctor est *Plutarchus* de Plac. Phil. lib. v. c. 2. Idem philosophus *nullam aliam causam cuiuslibet cogitationis nostrae* opinabatur, *nisi cum ab his corporibus, quae cogitamus, veniunt atque intrant imagines in animos nostros.* Verba sunt *Augustini* Epist. LVI. Vide nostrum lib. I. de Fin. cap. 6. et infra cap. 67. *Dav.*

videri possunt permulta — falsa pro veris.] Constructionem hancce insolentem requirebat perspicuitas, quam primam orationis legem ipse noster posuit et Quinctilianus Inst. Or. VIII. 2. p. 677. ed. Burm. *K.* — In seqq. Cod. R. post *nam* habet *ut* pro *et.* Cod. Cr. *obtuitu* pro *obtutu.* quae est scriptio, qua Festus p. CXXXIV. ed. Scal. [Santandr. 1593. 8.] explicat vulgatam, *Obtutu*, dicens, *quasi obtuitu, a verbo tueor* [in marg. *tuor*], *quod significat video.* Ceterum quod h. l. dicitur *videri possunt — falsa pro veris* similiter est c. 59. *in quo valeant falsa pro veris. Mr.*

quid, ebriis quam multa falsa videantur?] Cod. R. *quidem* pro *quid.* Ad loci sententiam tenendum: non velle Marcum, multa falsa (esse) videri insanis ebriisque; sed: multa quae non sunt, esse videri iis, vel,

modi visis credendum non est, cur somniis credatur, nescio. Nam tam licet de his erroribus, si velis, quam de somniis disputare: ut ea, quae stant, si moveri videantur, terrae motum significare dicas aut repentinam aliquam fugam; gemino autem lucernae lumine declarari, dissensionem ac seditionem moveri.

59. Iam ex insanorum aut ebriorum visis innumerabilia
121. coniectura trahi possunt, quae futura videantur. Quis est enim, qui totum diem iaculans, non aliquando col-

quae sunt, alia esse videri, quam sunt. In seqq. pro *quae stant* Cod. R. habet *quae constant*. Quod sequitur *si* ante *moveri*, abest a Codd. P. L. b. c. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Mr.*

Terraē motum significare] Lege *significari*. *Dav.*

terrae motum significare] Hott. non improbat Davisii coniecturam, sed eam non necessariam existimat: eademque est nostra sententia. Rathius autem ait, si illud voluisset Cicero, eum scripturum fuisse *ut iis, quae stant, si moveri videantur, terrae motum significari dicas*. Quasi non aeque bene haec constructio esse possit: *ut dicas terrae motum significari, si ea, quae stant, moveri videantur*. Sed, ut dixi, satisfacit vulgata. *Mr.*

Iam ex insanorum] Cod. R. *Nam* pro *Iam;* mox *atque* pro *aut*. Quod h. l. dicit *coniecturā trahere aliquid* similiter est de Invent. II. 9. 29. *multae trahuntur suspiciones*. Usitatius est *coniecturam capere* ib. II. 5. 16. *Coniectura augurari* ad Att. II. 9. *Mr.*

Quis est enim,] Ante haec subaudi: *Neque id debet mirabile videri*. *K.*

Qui totum diem iaculans non aliquando collineet] *Collimet* scriptum est in veteribus libris, et ita omnino legendum: est enim locus sumtus ex *Aristotelis* libro περὶ ἐνυπνίων cap. II. in quo scriptum est, ὥςπερ μὲν καὶ λέγεται

Ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον βαλεῖς.

Agit autem de Insomniis melancholicorum, in quibus non existimat esse divinationem ullam, tametsi sit nonnunquam, ut quidam eventus somniis eorum respondeant: sed non esse mirandum, cum vitio naturae plurima ac varia somnient, aliquando exsistere συμπτώματα, id est, casus, qui forte pariter sic eveniunt, ut est ab illis somniatum. De verbo *collimare* vide quae scripsimus ad lib. III. de Fin. cap. 6. *Ursin.*

Non aliquando collimet] Malim legi *collineet;* ut libro III. de Fin. non longe admodum a pincipio: *Ut enim si cui sit propositum* collimare etc. nam illic quoque vellem *collineare*. *Lamb.*

Non aliquando collineet] Ita Pall. omnes et S. Victoris, sed hac facie *conliniet* sic in iisdem *liniamenta* visas pro *lineamenta*. *Grut.*

In nostris *Gruterique* MSStis est *conliniet*. vel *collineet*. Recte. Vide *I. F. Gronovium* ad *Agellii* lib. IX. c. 1. Ego tamen *collimandi* verbum non reiicio, si modo Codices ab eo stent: id enim agnoscunt Veteres Glossae, et a *limis* oculis deduci cum *Vossio* potest. *Dav.*

non aliquando collimet?] Sic MS. Guelf. et alii, item Edd. vett. Ven. 1494. Mediol. 1498. Ascens. etc. recte. male post inductum est *collineet*. *Ern.*

collineet?] „Frustra, ait Hott., nonnulli defendunt *collimet*, a *limis* oculis deducentes; qui mihi quidem parum valere videntur ad scopum feriendum. Aliud est si hasta *collineatur* cum scopo. Eam scilicet lineam describens non poterit aberrare.

lineet? Totas noctes somniamus; neque ulla est fere,

Eodem modo in hoc verbo variant Codd. de Finib. III. 6. ubi vid. P. Manutius et Lambinus." Ego *collineet* praetuli, quod, etiamsi *collimandi* verbo alibi locum concesseris, hic tamen aptius videtur. Longa iam est inter viros doctos/ de hoc vocabulo contentio, ut quatuor etiam libelli peculiares de eius scriptione exstent, de quibus vid. Nolten. in Lex. Antibarb. p. 41. sq. Add. Cellar. Orthogr. Lat. p. 211. ed. Harles. Cellar. Cur. Poster. p. 313. Goerenz. ad Cic. de Finn. l. c. p. 338. *Mr.* — Rem in medio relinquit Rohnken. ad Mureti Opera T. II. p. 425. (et in Opuscull. T. II. p. 716. ed. Leid. alter.) *Cr.* — Ernesti annotatio memorabili est documento, hunc virum, quo non facile alius apparatu Editionum Ciceronis erat instructior, inspiciendarum earum laborem admodum defugisse. Noverat, duas esse Editiones Ascensianas, easque valde inter se diversas. Sed tamen semper quasi de una loquitur, et ita quidem, ut modo priorem (1511), modo posteriorem (1522) ab eo esse inspectam appareat. Sic hoc loco Asc. 1. habet *collimet*, sed Asc. 2. *collineet*, et hanc scriptionem habent etiam Edd. Crat. Rob. Steph. Verb. Grut. Dav. Oliv. Hott. Sch. et Codd. nostri P. U. In Cod. M. est *collimetur*, in Cod. R. *colluient*. *Mr.*

non aliquando collineet?] Laudatur in Copp. Victt. a. Aristot. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. [c. 2. p. 57. ed. Sylb. πάνυ γὰρ ἀγεννεῖς (Victorius ad margines et Aldinae et Iuntinae adscripsit εὐτελεῖς) ἄνθρωποι προορατικοί εἰσι καὶ εὐθυόνειροι, ὡς οὐ θεοῦ πέμποντος· ἀλλ' ὅσων (Ald. vitiose habet ὅσον. Corr. tamen Victorius ὅσων) ὥσπερ ἂν εἰ ἡ φύσις λάλος ἐστὶ (Vict. et in Ald. et in Iunt. mutat λάλος ἡ φύσις ἐστί) καὶ μελαγχολική, παντοδαπὰς ὄψεις ὁρῶσι· διὰ δὲ τὸ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ κινεῖσθαι, ἐπιτυγχάνουσι (Ald. ἐπιτυγχάνειν. Sed Victorius in marg. corr. ἐπιτυγχάνουσι, itaque legit etiam Sylb.) ὁμοίοις θεωρήμασιν ἐπιτυχεῖς ὄντες ἐν τούτοις (verba ὁμοίοις — τούτοις in Ald. et Iunt. desiderantur. Addita sunt in utroque exemplo Victoriano ab ipso Victorio), ὥσπερ ἔνιοι ἄρτια μερίζοντες ἀρπάζουσιν (ita Sylb. — Pro ἄρτια Ald. et Iunt. habent ἄρτι ἄ. — At Victorius in utriusque editionis exemplaribus suis correxit ὥσπερ ἔνιοι ἀρπάζουσιν ἐρίζοντες)· ὥσπερ γὰρ λέγεται (Victorius in exemplaribus suis et Aldinae et Iuntinae post γὰρ addidit καί), ἂν πολλὰ βάλῃς (sic Ald. Iunt. et Sylb.) ἄλλοτ' ἀλλοῖον βάλλεις (Ita Sylb. Sed Ald. et Iunt. praebent βαλεῖς), καὶ ἐπὶ τούτων τοῦτο συμβαίνει.] *Mr.*

Totas noctes somniamus etc.] Confirmant hanc lectionem Pall. Muretus tamen lib. VI. Var. Lect. c. 16. emendat, *totas noctes dormimus* etc. *qua non somniemus*, quod statim arripuit Lambinus. *Grut.*

Totas noctes dormimus, *neque ulla est fere, qua non* somniemus] Vulgo *totas noctes* somniamus, *neque ulla fere est, qua non* dormiamus. Ac ita quidem cuncti, quantum constat, MSSti praeter unum Cantab. qui dat *totas noctes somniamus, neque ulla fere est, qua non divinamus.* Sed nec haec nec illa lectio flocci est pendenda, cum utraque menti scriptoris et rebus ipsis adversetur. Nos igitur, cum *Lambino*, coniecturam recepimus, quam proposuit *M. A. Muretus* Var. Lect. lib. VI. c. 16. Certe, si per calami lapsum *Cicero* non eo modo scripsit, ita voluit, ita debuit scribere. *Dav.*

Totas noctes somniamus; neque ulla est fere, qua non dormiamus:] Hott. Mureti emendationem haud absurdam esse fatetur, sed necessariam negat: sententiam hanc esse dicit: *vix ullam noctem esse, qua non dormiamus, et in his multas, quas totas somniemus.* Cui equidem assentior. Et si verum est, quod ait Dav., Ciceronem nisi ita scripserit, ut volebat Muretus, certe ita scribere et potuisse et debuisse; tum locus qui-

qua non dormiamus: et miramur, aliquando id, quod somniarimus, evadere? Quid est tam incertum, quam talorum iactus? Tamen nemo est, quin saepe iactans, Venerium iaciat aliquando, nonnumquam etiam iterum ac tertium. Num igitur, ut inepti, Veneris id impulsu fieri malumus, quam casu, dicere? Quod si, ceteris temporibus, falsis visis credendum non est; non video, quid praecipui somnus habeat, in quo valeant falsa
122 pro veris. Quod si ita natura paratum esset, ut ea

dem notandus est, emendandus non item. *K.* — Eadem est etiam sententia Meyeri in vers. Germ. Sed plaudunt Mureto Verb. Bip. Sylburg. Lall. Oliv. Ern. Rath. et Schützius. Hic quidem, praeter illam emendationem, novam etiam de suo addidit, scribens *Tot noctes dormimus; neque ulla fere est, qua non somniemus:* quae quidem ita arridet, ut, nisi a librorum lectione standum esse censerem, ubicunque tolerabilem exhibet sententiam, eam vulgatae longe praeferrem. Codd. nostri omnes et Edd. vett., quae ad manum sunt, habent *somniamus — dormiamus.* Mureto assentit etiam, sed non appellato eius nomine, Henr. Steph. in Castigatt. in Ciceronem, ad calcem Ciceroniani Lexici p. 354. (ed. August. Taurin. 1743. 8.). Pro *fere est*, ut habent Ern. Sch. et alii, rescripsi *est fere* ex Codd. R. [qui habet *tota nocte*] Cr. M. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Dav. Hott. *Mr.*

id, quod somniarimus] *Somniamus* est in Codd. L. b. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Boul. Lambb. Goth. Brut. Sylb. In Sturm. et Ald. est *somniavimus*, in Lamb. pr. *somniemus. Mr.*

evadere?] *Evadere* nullo modo verum esse potest. Legendum *evenire. Ern.* — Hott. excidisse putabat vocem aliquam, ita supplendam: *id, quod somniarimus, verum evadere:* laudans sup. c. 53. *si quando aliquod somnium verum evaserit:* ib. *multa vera, inquit, evadere:* inf. c. 71. *si somnium verum evaserit aliquod.* Sed nihil neque addendum neque emendandum. *Evadere* est i. q. *evenire:* c. 53. *aliquid, sicut praedictum sit, evaserit:* c. 71. *cum eadem et aliis aliter evadant.* Quod igitur aliis locis est *verum evadere*, pro eo et hic et alibi sufficere existimabat noster idem verbum absque additamento. *K.*

talorum — aliquando] Haec omnia desunt in Cod. R. — In Cod. Cr. est *qui* pro *quin* et *iaceat* pro *iaciat.* Tum R. *nunquam* pro *nonnunquam.* Ad rem conf. I. 13. Quod h. l. dicitur *iterum ac tertium*, est apud Plautum Men. II. 3. 58. *iterum tertium;* Cic. pro Rosc. Amer. 22. *iterum ac tertio. Mr.*

Iterum ac tertium] Paris. *iterum ac iterum*, quod eodem redit. *Dav.*

Veneris id impulsu fieri] Ita Codd. L. b. c. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav. Hott. Sed Cod. Guelf. *Veneris id quidem fieri impulsu:* Cod. R. *Veneris impulsu quidem fieri maluimus:* rell. *Veneris id fieri impulsu. Mr.*

ceteris temporibus,] Codd. L. b. U. *certis* pro *ceteris.* Mox R. omittit *falsis. Mr.* Quod Cicero deinceps ter sententiam incipit a *Quod si,* Hottingerus eum dormitasse pronuntiat: quo quidem ego in tribus conclusionibus sese excipientibus, praesertim in sermone familiari, non offendor. *K.*

credendum non est] Vocem *non* omittit Cod. R. Idem pro *paratum* habet *parata:* nimirum ut congruat cum *natura.* Alibi dixit noster *natura comparatum*, veluti in

dormientes agerent, quae somniarent; alligandi omnes essent, qui cubitum irent. Maiores enim, quam ulli insani, efficerent motus somniantes. Quod si insanorum visis fides non est habenda, quia falsa sunt; cur credatur somniantium visis, quae multo etiam perturbatiora sunt, non intelligo. An, quod insani sua visa coniectori non narrant, narrant, qui somniaverunt? Quaero etiam, si velim scribere quid, aut legere, aut p. 134. a. canere vel voce vel fidibus, aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare, somniumne exspectandum sit, an ars adhibenda, sine qua nihil earum rerum nec fieri nec expediri potest? Atqui, ne si navigare quidem velim, ita gubernarem, ut somnia-

Fragmm. Oeconomm. I. p. 1148. Ed. Ern. min. *Mr.*

Alligandi omnes essent] Pal. pr. non habet *essent*, neque eo adeo eget sententia. *Grut.*

alligandi omnes essent,] Verbum *essent* non habet Cod. noster P. Idem verbum in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. ponitur ante *omnes*. Neque tamen inde Gruteri sententia probanda. Quod scribitur *somniarent — irent* pro *somniant — eunt*, id fit ea attractione, quam dicunt attractionem modi. — Pro *quam* Cod. R. habet *qui;* idem mox exhibet *motus etiam somniantes*. *Mr.*

fides non est habenda] Codd. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (duae posteriores in varr. lectt. ut nos) Car. Steph. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *adhibenda* pro *habenda*. Sed non solet noster dicere *adhibere fidem*, nisi alio plane sensu, veluti Or. pro Cluent. 42. 118. *quam ipse adhibere consuevit fidem et diligentiam*. Quare a reliquorum librorum lectione standum fuit. *Mr.*

cur credatur somniantium visis, quae] Cod. M. *creditur* pro *credatur*. R. et L. b. *qui* pro *quae:* iidem mox *perturbatiores* pro *perturbatiora*, quae sunt correctoris scioli, cuius commentum etiam irrepsit in Cod. Ox. ψ. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Constructionis, qualis est sequens: *An, quod insani sua visa — non narrant*, plura congessit exempla ex Cicerone *Ochsnerus* ad Olivet. Eclogg. Cic. p. 92. *Mr.*

si velim scribere quid,] Cod. M. *velis* pro *velim*. In seqq. pro *vel voce vel fidibus* Cod. R. habet *id est voce vel fidibus:* unde aliquis suspicetur, has voces debere glossatori, easque e margine in contextum irrepsisse. Sed potest diversitas lectionis inde quoque esse orta, quod pro *l.* quod saepe significat in libris *vel*, aliquis, litera illa pallescente, legeret *i.*, quo significabatur nonnunquam *id est*. *Mr.*

exspectandum sit] Cod. R. *expetendum sit*. Idem mox *at ne* pro *atqui ne*. *Mr.*

ita gubernarem, ut somniaverim, praesens enim poena sit.] Nonne aliquis aut *esset* expectet, aut *gubernem? K.* — Respondet *sit* praesenti *velim;* et ponitur *velim* de re, quae fieri potest, *sit* de re, quae necessario consequitur, si illud antecessit: *gubernarem* vero dicit, quia se nunquam id facturum significare vult: *somniaverim* autem, quia fingit tale somnum, quod vere fieri potest, sibi aliquando contingere vel evenire. — Pro *gubernarem* Cod. R. a pr. m. *gubernatorem*, quod sec. m. correxit. In eodem omittuntur verba *praesens enim poena sit*. *Mr.*

123. verim: praesens enim poena sit. Qui igitur convenit, aegros a coniectore somniorum potius, quam a medico petere medicinam? An Aesculapius, an Serapis potest nobis praescribere per somnium curationem valetudinis; Neptunus gubernantibus non potest? et si sine medico

Qui igitur convenit,] Codd. R. Cr. P. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lambb. Goth. Brut. Sylb. idque praetulit *Creuzerus* in Dionyso, p. 122. Ego quo minus idem faciam, moveor et reliquorum librorum auctoritate, et usu Ciceronis: qui de Finn. II. 10. 32: *Qui igitur convenit, ab alia voluptate dicere naturam proficisci* etc. Philippic. VII. 2. 4. *Qui enim convenit, ut — malint?* pro Milon. 20, 54. *Qui convenit, id praesertim temporis?* In seqq. Cod. R. omittit *a* post *quam*. Ad v. *a coniectore somniorum* in Copp. Victt. a. adscriptum est: *ἀπὸ τοῦ ὀνειροκρίτου. Mr.*

An Aesculapius, an Serapis] In templis ad accipienda responsa dormiebant aegri, quod *incubare* dicitur. Adeantur interpretes ad *Petronii* Satir. c. XVII. Vide sis etiam, quae diximus ad lib. I. cap. 43. et *Henr. Valesium* ad *Eusebium* de vita Constantini III, 56. *Herodianus* lib. IV. cap. 14. Antoninus Caracalla *ἠπείχθη εἰς Πέργαμον τῆς Ἀσίας, χρήσασθαι βουλόμενος θεραπείας τοῦ Ἀσκληπιοῦ. Ἀφικόμενος δὲ ἐκεῖ, καὶ ὅσον ἔθελε ΤΩΝ ὈΝΕΙΡΑΤΩΝ ἐμφορηθεὶς, ἧκεν εἰς Ἴλιον.* Vide sis et *Aristophanem* Pluto vs. 621. *Strabo* Geogr. lib. XVII. p. 1152. *Κάνωβός ἐστι πόλις ——— ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν, καὶ ἘΓΚΟΙΜΑΣΘΑΙ αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων.* Ac Serapin quidem Aesculapium esse, *quod medeatur aegris corporibus*, coniectabant nonnulli. Utcunque vero se res habeat, consulas *Aelianum* Hist. Anim. lib. XI. cap. 31. et *Tacitum* Hist. lib. IV. cap. 18. Sunt sane, qui hunc deum Plutonem esse statuunt, cum aliis Osiris, aliis Apis videatur. Apis autem Aesculapium medicinam docuisse fertur. Vide *Clementem* Strom. lib. I. pag. 362. et ex eo *Eusebium* P. E. lib. X. cap. 6. *Theodoretum* Ther. I. pag. 7. et *Cyrillum* in Iulian. lib. I. pag. 13. ac lib. VI. p. 200. *Dav.*

An Aesculapius, an Serapis] De incubatione vid. nos supra ad I. 43. 96. add. *Creuz. Symb. u. Mythol.* II. p. 276. 393. 401. ubi laudatur *Sprengel. Gesch. d. Medicin.* I. p. 107. sqq. Epitom. nostr. Mythol. Creuz. p. 372. Pro *praescribere* Cod. R. habet *perscribere*. Cod. Cr. verba *per somnium* nonnisi in marg. habet, sed ab eadem manu. Ad rem vid. etiam *Corradum* in Quaestura p. 382. sq. *Mr.*

Neptunus gubernantibus *non potest*] *Gubernationis* pro *gubernantibus* est in antiquo, quod magis placet. *Ursin.*

Neptunus gubernantibus *non potest?*] *Ursino*, sui Codicis fide, legendum placuit *gubernationis*. Nondum tamen, ut opinor, bene se locus habet: nam subintelligas oportet *curationem*, quae videtur incommoda locutio. Lego, *Neptunus* gubernationem *non potest?* Gubernatio *gubernandi artem* denotat, ut loquitur noster I, 14. *Dav.*

Neptunus gubernantibus non potest?] Subaudiendum esse monet Hott. *gubernandi scientiam*, eamque ellipsin paullo duriorem peperisse lectionem, quam ex Cod. aut. protulit Ursinus, *gubernationis*. In Cod. M. est *gubernando. Mr.* — Quod vult Dav. scribi *gubernationem*, id intelligi potest ex *gubernantibus*. Sententia est: *An non potest Neptunus navigantibus per somnium praescribere, quomodo navigare oporteat, ut*

medicinam dabit Minerva; Musae scribendi, legendi, ceterarum artium scientiam somniantibus non dabunt? At si curatio daretur valetudinis, haec quoque, quae dixi, darentur. Quae quoniam non dantur, medicina non datur. Qua sublata, tollitur omnis auctoritas somniorum.

Sed haec quoque in promptu fuerint: nunc inte- 60.
riora videamus. Aut enim divina vis quaedam, consu- 124.

Aesculapius somniantibus praescribit curationem valetudinis. K. — Scripsi autem *valetudinis,* nec vero cum Ern. Dav. Hott. et Sch. *valitudinis,* quia hoc nomen non oritur a *valitus,* sed a *valere,* ut vere monuit *Grotefend.* Orthogr. Lat. §. 127. contra *Cellar.* in Orthogr. Lat. p. 378. ed. Harles. Conf. *Nolten.* Lex. Antibarb. p. 189. *Mr.*

Et sine medico medicinam dabit Minerva] Vulgo *et si sine medico.* Sed illam voculam delendam esse recte vidit Cl. *Walkerus* ad lib. I. N. D. cap. 9. eamque praetermittit Balliol. cui paruimus. Ceterum propter medicinam, quam facere censebatur, divinis honoribus affecta fuit *’Αθηνᾶ ‛Υγεία. Aristides* Tom. I. pag. 25. *’Αθηναίων οἱ πρεσβύτατοι καὶ ‛ΥΓΙΕΙΑΣ ’ΑΘΗΝΑΣ βωμὸν ἱδρύσαντο.* Vide et *Pausaniam* lib. I. capp. 20, 31. *Dav.*

et si sine medico] Delevi *si,* quod in vulgatis additur: ita fit forma argumenti similis priori: *an Aesculapius* etc. *Ern.* Nescio, ait Hott., an nimis ille accuratus. Mihi quidem vulgata lectio non videtur temere reiicienda. *K.* — Delevit quoque Schützius coniunctionem *si:* ego vero in isto Davisii Codice et nostro L. b. potius eam vel casu excidisse vel consulto deletam esse existimo. Neque enim necessaria est ista argumentorum formae similitudo. Itaque ut non adderem *si,* si a pluribus optimisque libris abesset; ita non deleo, cum legatur in iisdem. *Mr.*

medicinam dabit Minerva] De *Minerva Medica* vid. *Creuz. Symb. u. Mythol.* II. p. 743. Epitom. nostr. 465. Mox Cod. R. *ceterarumque.* M. *dabitur* pro *dabunt.* R. *quae qui* pro *quae quoniam.* Voluit fortasse *quae quia. Mr.*

Sed haec quoque in promptu fuerint] Illud *fuerint* redonavi Tullio; flagitantibus Pall. quatt. S. Victoris et edit. Victorii. *Grut.*

Sed haec quoque in promptu fuerint:] Pro *quoque* Herelius et Rathius coniecerunt *cuique:* quorum ille se in praecedentibus nihil ait reperire, quod Cicero similiter, ut modo antecedentia, in promptu esse dixerit: ad istam autem scriptionem ducere etiam quae sequuntur: *nunc ad interiora* [sc. quae non sunt cuique in promptu] *veniamus.* Placet haec coniectura. Et si scriptum fuit antiquitus *quoique,* serioris aetatis librario proclive fuit scribere *quoque. Mr.* — Mihi quoque probatur Rathii coniectura. Vulgatam si servaveris, de aliis obiectionibus cogitandum erit, quae vel opponi possint, vel re vera oppositae sint. *K.* Verbum *fuerint* est in nostris Codd. Cr. U. L. a. b. c. P. vet. cod. apud Car. Steph. Edd. Vict. Rob. Steph. Sturm. Grut. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. Abest verbum in Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Scribitur *fuerunt* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.; *sunt* in Codd. M. et R. Singularis autem est lectio Cod. nostri Cr. Is enim post *somniorum* pergit: *Sed hoc quoque in:* tum, exeunte linea, haec verba ut spuria punctis subscriptis notantur, pergiturque: *Atque illud quidem perspicuum est, nullam esse vim somniorum. Sed hoc quoque in promptu fuerit. Nunc interiora videamus.* Ad v. *in promptu* Copp. Victt. a. *ἐπικολῆς. Mr.*

lens nobis, somniorum significationes facit: aut coniectores ex quadam convenientia et coniunctione naturae, quam vocant συμπάθειαν, quid cuique rei conveniat ex somniis, et quid quamque rem sequatur, intelligunt: aut eorum neutrum est, sed quaedam observatio constans atque diuturna est, cum quid visum secundum quietem sit, quid evenire et quid sequi soleat. Primum igitur intelligendum est, nullam vim esse divinam effectricem somniorum. Atque illud quidem perspicuum est, nulla visa somniorum proficisci a numine deorum: nostra enim causa dii id facerent, ut providere futura
125. possemus. Quotus igitur est quisque, qui somniis pa-
b. reat? qui intelligat? qui meminerit? quam multi vero, qui contemnant, eamque superstitionem imbecilli animi

somniorum significationes facere] i. e. *somniorum significatione uti*, vel *somniis monere:* quae locutiones sunt item in nostro capite. *K.*

ex quadam convenientia] sc., ut explicat Hott., inter somnia tanquam signa rerum, et res ipsas, ita, ut certa eventa naturali quodam vinculo coniuncta sint cum certis somniis, atque v. c. (c. 65.) illum, qui *thesaurum* inventurus sit, etiam necesse fuerit somniare de *ovo*: coll. sup. c. 12. 14. et 60. *Mr.*

Ex somniis] Licet hasce voces agnoscant libri, tamen eas irrepticias esse puto glossematisque damnandas, quippe quae sensum turbant. Idem, nisi fallor, cuivis locum perpendenti videbitur: quapropter uncinos circumposuimus. *Dav.*

quid cuique rei conveniat ex somniis,] „Male omnino ante verba *ex somniis* virgulam ediderunt [Lambinus primus, referente Rathio: sed ante illum iam Car. Steph. Rob. Steph. Ald. Boul.] qui duas istas voces ad *intelligant* referendas existimarunt. Isto autem modo si accipiatur constructio, concedendum Davisio, qui eas voces *ex somniis* glossematis damnandas credidit. Sed tollenda est illa distinctio, quandoquidem voces illae, quibus haud iusta νοθείας incumbere videtur suspicio, construendae sunt cum praecedente pronomine *quid*, ut *quid ex somniis* sit: quae pars somniorum; quemadmodum infra cap. 65. *id ex ovo* est: ea pars ovi, in hisce: *Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello? Id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum.*" Haec Wopkens. Lectt. Tull. p. 293: quem merito posteriores editores sunt secuti. *Mr.*

quid quamque rem sequatur,] sc. quae somno nobis obiicitur. Conf. I. 55. sq. Pro *sequatur* est *consequatur* in Cod. M. Et ita plane noster locutus est de Fato v. 9. *is non videt, quae quamque rem res consequatur.* In seqq. post *constans* Cod. R. habet *aut* pro *atque*. In Codd. S. M. *igitur* deest post *primum*. R. pro *effectricem* habet *effectionem*. Idem post *perspicuum est* pergit: *nullam vim divinam effectione somniorum proficisci.* Est etiam *nullam vim* pro *nulla visa* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed duae posteriores in varr. lectt. habent, quod reliquae. Cod. S. post *Atque illud* omittit *quidem*. *Mr.*

nostra enim causa] Praeferre nostrum hanc structuram alteri *nostri-causa* monet pluribus exemplis allatis *Ochsnerus* ad Cic. Eclogg.

atque anilis putent? Quid est igitur, cur, his hominibus consulens deus, somniis moneat eos, qui illa non modo cura, sed ne memoria quidem digna ducant? Nec enim ignorare deus potest, qua mente quisque sit: nec frustra ac sine causa quid facere, dignum deo est; quod abhorret etiam ab hominis constantia. Ita si pleraque somnia aut ignorantur aut negliguntur; aut nescit hoc deus, aut frustra somniorum significatione utitur. Sed horum neutrum in deum cadit. Nihil igitur a deo somniis significari fatendum est.

Illud etiam requiro, cur, si deus ista visa nobis 61. 126.
providendi causa dat, non vigilantibus potius det, quam dormientibus. Sive enim externus et adventicius pulsus animos dormientium commovet, sive per se ipsi animi moventur, sive quae causa alia est, cur secundum

primum ab Oliveto editas p. 178. sq. Cod. S. omittit *id* post *dii*. *Mr*.

cur, his hominibus consulens] Vid. *Kühner*. de Ciceron. in Philosoph. meritis p. 187, qui hoc loco utitur. Cod. S. habet *Quid igitur est cur*. *Mr*.

qui illa non modo cura, sed ne memoria quidem] Cod. M. *qui in illa*. Codd. U. L. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. *qui illa non modo non curant:* quod est correctoris, qui illam constructionem non intelligeret, de qua locuti sumus ad cap. 55. 113. *Curant* est etiam in Cod. R. Sequentia *Nec enim ignorare deus potest* etc. adhibuit *Goerenzius* loco de Legg. II. 16. 41. p. 167. Post *facere* Hott. interrogandi signum habet: invitus, ut existimo. Pergit Cod. R. *deo dignum est*. *Mr*.

ab hominis constantia] i. e., ait Hott., a certâ ratione et consilio, ad quod prudentes, quidquid agunt, referre solent. Ego simplicius explicaverim: a viri constantis firmique moribus et agendi ratione. *Abhorret ab hominis constantia* est i. q. ne homo quidem (ne dicam deus), si constans est, frustra ac sine causa quid agit. Pro *hominis* Codd. M. et Cr. habent *hominibus*. S. *ab hominibus constantiam*. *Mr*.

Aut nescit ea deus] Vulgo *aut nescit* hoc *deus*. Lectionem vero, quam reposuimus, unanimi voce firmant Paris. Reg. Med. Balliol. et Cantab. eaque loco convenit. *Dav*.

aut nescit hoc deus] Restitui cum Hott. et Rathio lectionem *hoc;* nam non vult, deum nescire *somnia*, sed nescire deum, *aut ignorari pleraque somnia aut negligi*. Et tuentur lectionem *hoc* Codd. Oxonn. omnes, nostri L. a. c. Cr. M. S. P. U. Edd. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Bip. Ern. In Ed. Sturm. deest tota linea inde ab *ignorantur* usque ad *deus aut*. Vocem *somniorum* omittit Cod. M. Pro *sed horum* est *et horum* in Codd. R. P. L. b. c. U. S. Ed. Asc. 1. In Edd. Asc. 2. Crat. Herw. est *At horum*. Pro *cadit* Cod. P. habet *cedit*. *Mr*.

cur si deus etc.] Cod. S. *deus nobis ista visa*. Cod. R. *ista vis si deus nobis visa providendi quoque causa dat*. Idem pro *externus* habet *extremis*, et supra lin. *externis*, tum *et adventiciis*. Cod. Cr. *commonet* pro *commovet*. *Mr*.

sive quae causa alia est] In marg. Edd. Lamb. et Goth. scriptum est, alios legere *sive qua*. Quinam vero sint hi alii, nescio. Nostri certe

quietem aliquid videre, audire, agere videamur; eadem causa vigilantibus esse poterat: idque si nostra causa dii secundum quietem facerent, vigilantibus idem facerent; praesertim cum Chrysippus, Academicos refellens, permulto clariora et certiora esse dicat, quae vigilantibus videantur, quam quae somniantibus. Fuit igitur divina beneficentia dignius, cum consulerent nobis, cla-

libri ad unum omnes in vulgata conspirant. Pro *videamur* Codd. Cr. S. habent *videantur:* R. *videmur. Mr.*

eadem causa vigilantibus esse poterat:] Equidem me haerere fateor hoc loco. Utrum locus ita est intelligendus: *nihil nostra intererat, quaecunque esset nobis somnii causa — ?* an praestat, *causa* ut accipiatur pro *conditio, status* (cf. Ern. Clav. Cic.) ut sit: *nihil differt; aeque fieri potest, ut deus nobis visa exhibeat vigilantibus, quam dormientibus.* Sed ut dicam, quod est: verba *Sive enim externus* usque ad *agere videamur* non bene mihi cum sententiae totius serie cohaerere videntur. *K.* — Mihi quidem ea videtur loci esse sententia: *Si deus eiusmodi visa nobis exhibet, malim ea dari vigilantibus, quam dormientibus. Qualia enim cunque sint, (sive extrinsecus ad nos perveniant, sive animi per se ipsi nostri moveantur, sive quae alia causa nobis aliquid ex deorum voluntate significare existimanda sit) ea omnia cur vigilantibus non possint obtingere, non video: quare si ista dii nobis somniantibus mitterent, magis etiam eorum sapientiae conveniret, ut vigilantibus idem facerent.* Cod. S. omittit *causa* post *eadem. Mr.*

idque si nostra causa] Cod. R. *id* pro *idque.* Scribitur *nostri causa* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sed duae posteriores in varr. lectt. habent *nostra.* De hac locutione paullo superius diximus ad cap. 60. 124. extr. Scribitur *secundum quietem dii* in Edd. Sturm. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Reliqui libri omnes eo, quo nos edidimus, ordine. Pro seq. *idem* Cod. Cr. *id. Mr.*

praesertim cum Chrysippus] Scribitur in Codd. S. U. Cr. L. c. R. Ed. Asc. 1. *praesertim ut Chrysippus.* Fortasse hoc est vestigium interpretationis vel glossae veteris, qua locus ita explicaretur, ut eum explicuit Hott.: *praesertim cum, ut Chrysippus dicit, permulto clariora et certiora sint* etc. *Permulto* videtur esse, cum comparativo *clariora* adverbialiter iunctum, ἅπαξ λεγόμενον apud nostrum, pro quo ad Famm. III. 11. scripsit *permultum ante certior factus eram.* Sed praecessit nostro Lucretius v. 545. *permulto saepe minora. Mr.*

Chrysippus] Pergit post hoc nomen Cod. R. *arguens Academicos, permulto clariora* etc. Cod. S. *certa.* In seqq. pro *somniantibus* Cod. M. habet *dormientibus.* Qui error inde ortus est, quod scriba, postquam scripserat *vigilantibus videantur, quam* —, non inspecto libro securus pergeret scribere *quae dormientibus,* postea vero errore animadverso nollet litura maculare librum. Pergit Cod. R. *Fuerit igitur* pro *fuit igitur. Mr.*

Cum consulerent nobis] Vulgo *consuleret;* sed nos Med. Balliol. Reg. Cantab. Ven. 1471. et Victor. sequimur. Ita loquitur, quasi non *divinam,* sed *deorum beneficentiam* supra posuerat; id quod auctoribus est solenne: ut multis ostendimus ad lib. v. de Finibus cap. 6. *Dav.*

cum consulerent nobis] Recte vidit Dav., ex verbis *divina beneficentia* subaudiendum esse *dii,* ideoque recipiendum esse pluralem numerum ex Codd., quem habent nostri quoque Cr. L. b. P. M. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph.

riora visa dare vigilantibus, quam obscuriora per somnium. Quod quoniam non fit, somnia divina putanda
non sunt. Iam vero quid opus est circuitione et am- 127.
fractu, ut sit utendum interpretibus somniorum potius, quam directo? Deus, si quidem nobis consulebat, *Hoc facito, Hoc ne feceris*, diceret; idque visum vigilanti potius, quam dormienti daret.

Mr. — Posuit nimirum *divina* cogitavitque *deorum*. Ita Livius XLII. 67. *calliditatis Graecae, apud quos* — Supra II. 13. *Pherecydeum illud, qui* etc. *K.* — Davisium secuti sunt Verb. Oliv. Bip. Hott. Sch. *Mr.*

Clariora visa dare vigilantibus] Paris. Balliol. Ven. 1471. et Victor. *vigilanti.* Recte: nam similem constructionem paullo post adhibet noster. *Dav.*

clariora visa dare vigilantibus, quam obscuriora] Servavi *vigilantibus* cum Edd., quae post Davisianam comparuerunt, cum et commodum sit, et legatur in Codd. L. a. M. U. Cr. P. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. recc. De duobus comparativis, positis pro *potius clara* — *quam obscura*, vide, quae congessit *Ruddimann.* Inst. Gramm. Lat. II. p. 103. ibique *Stallbaum.* Add. *Ramshorn.* §. 155. p. 309. sq. Scribitur *obscura* in Cod. R. Pro *quoniam* Cod. M. habet *quia. Mr.*

quid opus est circuitione] Scripsit Dav. *circumitione,* cum Ern. Hott. et Sch. post Grut. Verb. et alios dederint *circuitione,* quae scriptio convenit cum veteri enunciandi modo. Vid. Cort. ad Sallust. Iug. 45. p. 623. et 100. p. 869. coll. *Grotefend.* Orth. Lath. §. 149. nos ad II. 17. 40. supra. Cod. S. *quid opus sit. Mr.*

Deus —— *daret*] Totum hunc locum sic exhibent vulgati: *Deus siquidem nobis consulebat,* hoc facito, hoc ne feceris, *diceret? idque visum vigilanti potius, quam dormienti daret?* Sed cum scriptoris mentem istae perverterent *interrogationum notae;* nos, ut par erat, edidimus, *Victorium* secuti: nam *Lambinum* et *Aldum* nepotem, eadem, quae *Gruterum,* maculavit labes. Quinetiam malim *somniorum? Potius,* inquam, *directo Deus* etc. *Dav.*

interpretibus somniorum potius, quam directo?] Dav. et Hott. distinctionem minorem posuerunt post *somniorum,* omiserunt post *potius;* posteriorque, merito improbata Davisii coniectura, iungere nos iubet: *quid opus est circuitione et amfractu potius quam directo?* Quod ad sententiam recte. Sed monet Meyerus, constructionem meliorem esse, si ad *directo* subaudias *utendum,* quam *opus est.* Ego vero cum Schützio et Ernesto distinxi post *potius,* ut mox *idque visum vigilanti potius, quam dormienti daret.* De v. *directo* v. Ern. Clav. Cic. et Schütz. Lex. Cic. h. v. In hoc vero Lex. Cic. Schützius locum ita distinxit: *Quid opus est circuitione et anfractu, ut sit utendum somniorum interpretibus potius, quam directo deus, siquidem nobis consulebat, hoc facito hoc ne feceris, diceret.* Pro *directo* Codd. L. b. c. *derecto.* Distinctio post *directo* abest etiam in Ed. Asc. 1. *Mr.*

Deus, si quidem nobis consulebat, — diceret;] Indicativus ita potest intelligi, ut sit pro: *siquidem nobis consuleret, quod vos re vera eum facere vultis.* Nisi forte cum *Roethero consulebat* dictum esse mavis pro *consuluisset,* quo ducit, quod supra est *Fuit igitur dignius:* coll. c. 64. *intelligi enim a nobis dii velle debebant. K.* — De hac constructione vid. nunc *Gernhard.* Commentt. Gramm. Particul. III. (Vimar. 1824. 4.) p. 8. sqq. In Cod. R. scri-

62. Iam vero quis dicere audeat, vera omnia esse
p. 135. a. somnia? *Aliquot somnia vera*, inquit Ennius; *sed omnia non est necesse.* Quae est tandem ista distinctio? quae vera, quae falsa habet? Et si vera a deo mittuntur, falsa unde nascuntur? Nam si ea quoque divina, quid inconstantius deo? quid inscitius autem est, quam mentes mortalium falsis et mendacibus visis concitare? Sin vera visa divina sunt; falsa autem et inania humana: quae est ista designandi licentia, ut hoc deus, hoc natura fecerit potius, quam aut omnia deus,

bitur *si quid consulebat nobis.* Cod. Cr. pro *diceret* habet *dicet.* In seqq. Cod. R. exhibet *vera esse omnia somnia, aliquot vera somnia.* Cod. Cr. *vera somnia esse somnia.* Hott. praeter necessitatem coniecit: *deus quidem, si nobis consulebat.* Ad v. *hoc facito* Co. Vi. a. laudant *Terent.* [Adelph. III. 3. 63.] *Mr.*

sed omnia non est necesse.] Cod. Cr. *sed omnia non necesse est.* Codd. S. L. b. *sed omnia non nunc haec esset.* P. *sed omnia non nunc hoc esset.* Ceterum novum caput melius inciperet a verbis *Iam vero quis:* et ita est in Ed. Sch. In praecedd. male Ern. cum multis post *diceret* et *daret* posuit interrogandi signa. *Mr.*

quae vera, quae falsa habet?] Prius *quae* omittit Cod. U. Idem non habet verba *deo? quid inscitius.* Pro *inscitius* Cod. Cr. habet *iniustius*, quod est correctoris, qui verbum *inscitius* non recte intelligeret, ideoque huic loco non convenire crederet. Sed, ut recte explicat Hott., est i. q. absurdius, vel parum dignus divina sapientia aut maiestate ludus. Vide nunc *Gernhardi* excursum ad Parad. Ciceron. III. 1. 20. p. 298—302. de vocibus *inscientia* et *inscitia. Mr.*

quid inscitius autem est] *Autem* quarto loco positum vid. supra II. 57. *K.* — De huius vocis positione, tertio loco Ciceroni satis frequente; vid. quos laudavimus ad II. 5. et adde *Ellendt.* ad Cic. Brut. 49. 181. p. 180. sq., qui vocis *autem* quarto etiam et quinto loco positae ex ipso Cicerone profert exempla. Vocem *et* ante *inania* omittit Cod. U. Vocem *quam* ante *mentes* in praecedd. Cod. R. *Mr.*

Sin vera visa divina sunt;] Cod. P. *Sin vera visi divinandi sunt. Mr.* — De usu vocis *inanis* vid. *Schwarz.* Observ. XXII. ad Plin. Panegyr. p. 515. *Cr.* — Dav. distinxit post *visa* et post *inania.* Quod, quamquam necessarium non est, perspicuitatis tamen causa ab eo factum esse censendum. Hottingerus vero non intellexit, quid sibi velit ea distinctio, ideoque et sententiam, quae per se patet, explicandam esse sibi censuit, et distinctionibus illis servatis post vocem *humana* plene distinguendum fore perperam existimavit. *K.*

Ut hoc *Deus, hoc natura*] Med. *ut* haec *Deus.* Itaque legerim, *ut haec Deus, haec natura fecerit* etc. *Dav.*

ut hoc deus, hoc natura fecerit potius,] Cod. M. *ut hoc deus aut natura.* R. *fuerit,* sed in marg. *fecerit.* Merito Hott. non audivit Davisium praeter necessitatem corrigere volentem. *Mr.* — *Ut fecerit* dicitur contractius pro *ut fecisse dicatur. K.*

Quam ut *aut omnia*] Vulgo deest vox secunda, qua nos, MSti Balliol. auctoritate moti, *Ciceronem* donamus. *Dav.*

quam aut omnia deus] Nullus ex nostris Codd. additam habet voculam istam, quam nimis cupide cum Davisio receperunt Verb. et Sch. Facile autem eam intelligi monue-

quod negatis, aut omnia natura? Quod quoniam illud negatis, hoc necessario confitendum est. Naturam autem 128 eam dico, qua numquam animus insistens agitatione et motu esse vacuus potest. Is cum languore corporis

rurunt Hott. et Rath., quorum ille laudat cap. 65., ubi est *quam aperte — iuberetur* pro *quam ut aperte — iuberetur*. Cod. S. *Quod vos negatis*. *Mr.*

Quod quoniam illud negatis, hoc necessario confitendum est.] *Hoc* delendum est: est enim in *quod*. *Ern.* — Hott. ut defendat vulgatam, laudat de Finn. I. 20. *Quod quia nullo modo* etc. III. 18. *Quod quoniam nunquam* etc. IV. 4. *Quod etsi ingeniis* etc. Acadd. II. 25. *Quod ne id facere posses* etc. qui tamen locus a Goerenzio ita explicatur, ut *id* dictum sit pro *tale*: denique laudat de Off. II. 8. ubi nunc vid. Beier. p. 60. sq. et Cortium ad Cic. Epp. Famm. XIII. 40. 2. ad quem locum Bengel. in sua Epistolarum Editione p. 601. *Quod*, ait, vim habet relativam mere, nullam Pronominis: ibiq. plura eiusmodi laudat loca. Ceterum Ernesti suspicio vera esset, si post *quod* distinctio poneretur, nam *quod — hoc* iungi non possent. Eodem autem ille iure emendare potuisset: *Illud quoniam negatis, hoc necessario confitendum est*: abiecto *quod*. Sed recte Bengelius l. c. rem expedivit, itemque Beierus l. c., qui dicit, nexus causa id fieri, ut praemittatur pronomen relativum. Ceterum iam pridem aliquis isto *quod* videtur offensus esse: scriptum est enim in Cod. L. b., sine dubio a correctore quodam: *quid enim? quoniam illud negatis* etc. Pro *illud* solus Ern. dedit *istud*. Vocem *Quod* non habet Cod. S. *Mr.*

Naturam autem eam dico — esse vacuus potest.] *Nunquam* referendum est ad *vacuus esse potest*. *Ern.* Hott. emendat: *esse vacuus non potest*, ut sit sententia: *hanc dico naturam, per quam animus nunquam insistit s. cessat, aut requiescit, dicoque moveri et mutari nullo temporis momento desinit*. Si *insistens* est i. q. *quiescens*, cum Hott. addendum est *non*; si idem est, quod *nixus*, vox *nunquam* post *insistens* reponenda. Vetus huius loci interpres explicat *residens in suo subiecto*, quod ipsum perambiguum est. *Rath.* — Ernesti rationem si sequeris, non est, quod transponas vocabulum, paullo durius superiore loco positum. Et ita intellexit locum Meyerus vertens: *Natur nenne ich, was die Seele nie ruhen und von Regung und Bewegung frei sein lässt*. *Mr.*

Naturam autem etc.] Locus est paullo impeditior. Aut cum Ernesto *nunquam* iungi debet cum *vacuus esse*, vel transponi cum Rathio, ut *insistens* sit i. q. *incumbens, nixus*: quamquam ne opus quidem esse videtur transpositione, in sermone praesertim, ubi sonus supplere potest perspicuitatem: aut cum Hottingero *insistens* dicas esse i. q. *quiescens, desinens agere aliquid, cessans* [insistere i. q. resistere, subsistere, gradum sistere, cuius contrarium est progredi; *Forcellin.*], ut *non* addendum sit ante *potest* [quod post Hottingerum recepit Sch.]. Sed tertia fortasse est ratio loci expediendi, nimirum ut intelligas: *Naturam autem eam dico, qua animus nunquam esse potest insistens* i. e. sine motu: ita ut *agitatione et motu vacuus* explicarent vocem *insistens* [quo redit Meyeri interpretatio]. Negligentior ita, fateor, esset orationis structura, in hoc tamen styli genere ferenda. *K.* — Libri nostri nihil fere variant, nisi quod L. b. pro *qua* habet *quam*. R. *nonquam* et in marg. *non unquam*. L. a. *motus* pro *motu*. Sch. post *qua* et *insistens* distinctiones posuit minores. *Mr.*

Is cum languore] Cod. R. *is enim languore*. Mox idem, omisso

nec membris uti nec sensibus potest, incidit in visa varia et incerta, ex reliquiis, ut ait Aristoteles, inhaerentibus earum rerum, quas vigilans gesserit aut cogitaverit. Quarum perturbatione mirabiles interdum exsistunt species somniorum. Quae si alia falsa, alia vera: qua nota internoscantur, scire sane velim. Si nulla est: quid istos interpretes audiamus? sin quaepiam est: aveo audire, quae sit. Sed haerebunt.

63. Venit enim iam in contentionem, utrum sit proba-
129. bilius, deosne immortales, rerum omnium praestantia

ex, habet *et reliquiis.* L. b. U. Ed. Asc. 1. *et ex reliquiis. Mr.*

incidit in visa etc.] Paullo rarior est haec locutio, qua significatur *animus cernit incerta* v. *visa animo obiiciuntur* v. *occurrunt incerta.* I. 29. Sic c. 44. *incidere in naturas. K.* — Ad v. *ex reliquiis* subaudit Hott. *conflata;* coll. c. 67. Ad v. *agitatione* conf. *Creuz.* ad Cic. de N. D. I. 1. p. 6. ed. Cr. et nostr. mai. In Cod. S. est *in haerentibus rerum earum. Mr.*

Ut ait Aristoteles] Respicit ad libri περὶ ἐνυπνίων cap. 3. [Problemat. section. XXX.] *Claudianus* Praef. in VI. Cons. Honorii vs. 1.

Omnia quae sensu volvuntur vota diurno,
Pectore sopito reddit amica quies.
Venator defessa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad silvas et sua lustra redit etc. [v. Barth. p. 714.]

Elegantissime *Petronius* in Satir. cap. CIV.

Somnia, quae mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra Deûm, nec ab aethere numina mittunt,
Sed sibi quisque facit. Nam cum prostrata sopore
Urget membra quies, et mens sine pondere ludit,
Quicquid luce fuit, tenebris agit —

Vide sis eius interpretes, et quae supra diximus ad I, 22. *Dav.*

quas vigilans gesserit aut cogitaverit.] Cod. M. *gesserat* — *cogitaverat.* Pergit Cod. R. *Qua perturbatione.* Ad sententiam conf. Somn. Scip. 1. (de Rep. VI. 10. p. 471. ed. nostr.) *Mr.*

Alia falsa, alia vera] Vulgo *alia vera, alia falsa;* quod nos fide MSStorum Paris. Balliol. Med. Reg. Cantab. et editionis Victorianae mutavimus. *Dav.*

alia falsa, alia vera] Hunc ordinem exhibent ex nostris Codd. L. b. Cr. M. Edd. Rob. Steph. Verb. Oliv. Hott. Sch. In Cod. Copp. Victt. b. R. scribitur *Sunt enim alia vera, alia falsa,* omissis verbis *quod si.* Idem habet *internoscuntur:* et in fine capitis Co. Vi. b. Codd. R. M. P. Cr. U. Asc. 1. et marg. Asc. 2. *habeo audire* pro *aveo audire.* Pro *sin* Cod. R. *si,* et in marg. *si vero,* quae est verae lectionis glossa. *Mr.*

Aveo *audire*] Pall. omnes veteri modo scribendi, *habeo. Grut.*

Venit enim iam in contentionem,] Queritur h. l. Hott., quod non satis cohaereant ea, quae dicuntur in capitibus proximis et in hoc quoque. Quasi vero in colloquio familiari omnia ita connexa esse debeant, ut in compendio, quod dicunt, vel systemate. In primis autem hoc loco supra modum male ei cohaerere et iungi videtur sententia: quare h. l. ut c. 19. pro *enim* vult *autem.* Quod si autem verum esset, quod queritur Hott., culpa certe nequaquam esset in particula *enim,* cum non causalis modo ea sit, sed ponatur etiam pro *autem, enimvero,* [cf. Forcellin. in Lex.] et transitioni inserviat, ita ut

excellentes, concursare omnium mortalium, qui ubique sunt, non modo lectos, verum etiam grabatos, et, cum stertentes aliquos viderint, obiicere his visa quaedam tortuosa et obscura, quae illi exterriti somnio ad coniectorem mane deferant; an natura fieri, ut mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur? Utrum philosophia dignius, sagarum superstitione ista interpretari, an explicatione naturae? ut, si iam fieri possit vera coniectura somniorum, tamen isti, qui profitentur, eam facere non possint: ex levissimo b.
enim et indoctissimo genere constant. Stoici autem tui

enim iam positum esse possit pro *iam* simplici. Fortasse etiam capitis huius initium cum verbis cap. praec. *confitendum est*, et quae his antecedunt, coniungenda sunt, ut omnia, quae sunt inter *Naturam* et *haerebunt* quasi in parenthesi dicta censenda sint. *K.*

Venit enim iam in contentionem] Cod. R. omittit *enim*, et cum Cod. S. exhibet *contemptionem*. De structura *Utrum—deosne—an natura fieri* vide, quae monuimus ad c. 58. 120. prc. Librarii post *utrum* non concoquentes scriptum *deosne*, turbarunt nonnihil. Est enim in Cod. R. *deos natura immortales*, in Cod. Cr. *deos nę* [i. e. *naturae*] *immortalis. Mr.*

Concursare *omnium mortalium*] Puto verum esse *circumcursare. Camerarius.*

Concursare *omnium mortalium — non modo lectos*] *Ioach. Camerarius* reponit *circumcursare:* sed nihil opus est, cum potestas illa verbo, quod MSSti dant, competit. Noster lib. VII. Fam. Epist. 1. *Ut nostras villas obire, et mecum simul lecticula concursare possis.* Iterum pro Murena cap. XXI. *Cum iam hoc novo more omnes fere domos omnium concursent. Caesar* lib. V. B. G. cap. 33. *Titurius, uti qui nihil ante providisset, trepidare et* concursare. Vide sis et cap. 50. *Dav.*

qui ubique sunt] Cod. L. b. *qui ubi sunt.* Mox Cod. P. *grauatos.* Idem cum Co. Vi. b. Codd. L. a. S. *stertentem aliquem.* Pro *obiicere his* in Cod. Cr. scriptum est *obicere hüs:* in Cod. R. est *iis* pro *his:* in eodem mox *quae etiam exterriti. Mr.*

tortuosa] Victorius in suae editionis margine interpretatur *ἑλικτά. Mr.*

ad coniectorem mane deferant,] Cod. S. *decurrerent.* Cod. M. *defenderant.* R. *deferebant.* Idem pergit *an vera fieri potest, ut* etc. Verba *mobiliter animus agitatus* explicat Hott. *animus pro sua mobilitate in perpetuo motu versans.* Similiter noster de N. D. II. 9. 24. *cum cor— ita mobiliter palpitaret.* — In seqq. Cod. R. *dignus* pro *dignius.* Paullo sup. Cod. S. *an natura fieret;* h. l. *dignus sit. Mr.*

si iam fieri possit] *si iam* ante *tamen* dicitur pro *etiamsi;* ut II. 14. *iam* est pro *etiam* in verbis *ut enim iam sit aliqua cognatio. K.*

vera coniectura] Ita scripsi cum Davisio ex Codd. nostris L. a. c. Cr. R. U. Edd. Crat. Herw. Asc. 1. 2. Rob. Steph. In reliquis est *coniectura vera.* Post *profitentur* Hott. sustulit distinctionem, reposuitque post *eam.* Ego vero ad *profitentur* malui ex praecedd. subaudire *se facere id posse*, et *eam* iungere cum *facere,* ut sit i. q. veram coniecturam, quam se facere posse profitentur, facere non possint. Scribitur autem *possunt* pro *possint* in Codd. R. M. U. Ed. Asc. 1. *Mr.*

negant quemquam, nisi sapientem, divinum esse posse.
130. Chrysippus quidem divinationem definit his verbis: *Vim cognoscentem, et videntem, et explicantem signa, quae a diis hominibus portendantur:* officium autem esse

Negant quemquam, nisi sapientem, divinum esse posse] Paris. Med. Reg. et Balliol. reliquis omissis dant *negant quemquam posse.* Sed librarii negligentiae sunt postulandi. Vide *Stobaeum* Eclog. Ethic. lib. II. pag. 170. Idem pag. 183. Stoici dicunt *μαντικὸν μόνον εἶναι τὸν σπουδαῖον, ὡς ἂν ἐπιστήμην ἔχοντα διαγνωστικὴν σημείων τῶν ὡς θεῶν* (Leg. *ἀπὸ θεῶν*) *ἢ δαιμόνων πρὸς ἀνθρώπινον βίον τεινόντων· διὸ καὶ τὰ εἴδη τῆς μαντικῆς εἶναι περὶ αὐτόν, τό, τε ὀνειροκριτικόν, καὶ τὸ οἰωνοσκοπικόν, καὶ εἴ τινα ἄλλα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια.* De hoc *παραδόξῳ* agit, sed insignem illum locum praetermittit, *Iust. Lipsius* Manud. ad Philos. Stoicam lib. III. Diss. 17. *Dav.*

negant quemquam, nisi sapientem, divinum esse posse.] Est etiam in Codd. nostris L. b. et R. *negant quemquam posse*, et in Cod. Cr. *negant quemque quam posse.* Coniicit inde Hott., legendum esse *negant quemquam, nisi sapientem, posse*, sc. *eam facere.* Quod, quamquam non reprobarem, si ex libris haustum esset, nequaquam tamen est probandum, cum ad arbitrium sit composita lectio ex codicum scriptione, quorum altera pars ponitur vel fingitur fuisse mutilata, altera interpolata. Solus Davisius scripsit *his verbis definit:* reliqui ut nos. Ad sententiam v. Diog. Laërt. VII. 119. *Mr.*

Vim cognoscentem] Stoici quidem εἶναι τὴν μαντικήν φασιν ἐπιστήμην θεωρηματικὴν σημείων τῶν ἀπὸ θεῶν ἢ δαιμόνων πρὸς ἀνθρώπινον βίον συντεινόντων. Adi *Stobaeum* Eclog. Ethic. lib. II. pag. 170. Longius abit illa definitio, quam tradit *Diogenes Laertius* lib. VII. §. 149. *Dav.*

vim cognoscentem, et videntem, et explicantem signa,] Voces istae *et videntem* mihi visae sunt irreptitiae, antequam illas a MS. ψ. abesse cognoscerem. Nam *videntem* hic aut nihil significat, aut idem, quod *cognoscentem.* Est illud sine dubio glossema, repetitum ex sequentibus: *esse vim cernentem et explanantem* [non *explicantem* ut scripsit Hott.] etc. Sed non vidit ille, quisquis fuit, *cernentem* neque hic proprie dici, adeoque hoc potius interpretandum esse per *cognoscentem* i. e. intelligentem, quam contra. *Hott.* — Equidem haud discedo in Hottingeri sententiam; differunt enim *cognoscere* et *videre*. *Rath.* — Merito Rathius improbat Hottingeri sententiam. Manifesto enim Cicero verbis synonymis utitur, ut graecam vocem *θεωρηματικήν*, vel aliam huius similem, reddat. *K.* — Si nostrae editionis consilium esset idem, quod Schützianae, silentio pressissem Hottingeri coniecturam, ut fecit Sch. Nunc ea adscribenda fuit integra, ut lectores ab ipso, nec vero a me, de eius errore edocerentur. Mireris sane, non vidisse virum doctissimum, hanc esse loci structuram: *Divinationem esse vim cognoscentem* [infra simpliciter dicitur *vis*, quod hic *vis cognoscens*], *quae et videat* [infra *cernat* i. e. agnoscat] *et explicet* [infra *explanet*] *signa, quae a diis hominibus portendantur* [infra *significentur*]. *Videre* autem et *cernere* id volunt: multis hominibus portendi quidem et significari multa, sed nonnisi eos, qui arte divinandi gaudeant, cernere et agnoscere, aliquid istis rebus significari, eosdemque etiam solos explicare vel explanare posse, quid significetur. Hottingerus tamen adsentientem nactus est *Baguetum* de Chrysippo p. 227. *Mr.*

portendantur] Cod. S. *protendebantur.* Cod. R. *portendebantur*, *officium autem eius esse.* Posteriora cum Cod. S. Mox Cod. P. *a con-*

eius, praenoscere, dii erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Idemque somniorum coniectionem definit hoc modo, *Esse vim cernentem, et explanantem, quae a diis hominibus significentur in somnis.* Quid ergo? ad haec mediocri opus est prudentia, an et ingenio praestanti, et eruditione perfecta? talem autem cognovimus neminem.

Vide igitur, ne, etiamsi divinationem tibi esse con- 64.
cessero, quod numquam faciam, neminem tamen divi- 131
num reperire possimus. Qualis autem ista mens est deorum, si neque ea nobis significant in somnis, quae ipsi per nos intelligamus, neque ea, quorum interpretes habere possimus? similes enim sunt dii, si ea nobis obiiciunt, quorum neque scientiam, neque explana-

tem quae sint. Tum R. *quaecunque significent.* L. b. *quemadmodum,* omisso *que.* R. *ea percurentur, atque experientur.* Paullo inferius Cod. M. *explicantem* pro *explanantem,* ut supra. Cod. S. habet *deus igitur homines mentem, quem sint — expediantur.* Idem Cod. habet *coniectioni* ..... *habemus,* cum lacuna et hoc signo (+) ad marginem adnotato. In contextis pergit *esse vim* etc. Copp. Victt. b. pro *expientur* habent *explantur. Mr.*

Quid ergo?] Ironice loquitur, vel potius his verbis ironiam quasi inducit, ut supra II. 32. *Quid ergo? Aius iste Loquens, cum eum nemo norat, et aiebat et loquebatur* etc. Conf. *Herzog.* ad Caes. de B. G. VII. 78. p. 608. — Vocem *ergo* omittit Cod. R. exhibens *quid ad hoc.* Est etiam *hoc* in Codd. Cr. et L. b. In Cod. S. scribitur *opus est mediocri prudentia. Mr.*

neminem tamen divinum] Cod. R. omittit *tamen.* Mox idem habet *est ista mens:* tum in eodem deest *ea,* et scribitur deinde *nobis significat in somniis. Significat* est etiam in Cod. P. Pro *habere possimus* Cod. M. *habere possumus.* R. *habere non possimus. Mr.*

similes enim sunt dii — tanquam si Poeni, — loquerentur.] Sic Cic. de Off. I. 25. 87. *similiter facere eos — ut si nautae — certarent.* Plura exempla exhibet Schütz. Lex. Cic. v. *Similis* et *Similiter:* de hac autem structura vid. *Gernhard.* ad Cic. de Sen. VI. 17. p. 25. sq. — Scribitur *nec scientiam* in Cod. L. c. Edd. Grut. Verb. Oliv. Ern. Bip. Sch. quod etiam voluisse videtur scriptor Cod. P., ubi est *nescientiam.* Exempla, quibus *nec — neque* se excipiunt, vide apud Tursellin. de Particull. p. 514. ed. *Schwarz.* de ea re vid. disputantem *Goerenz.* ad Cic. Acadd. II. 44. 135. p. 242. sq. de Finn. II. 32. 105. p. 279. In Cod. S. est: *loquerentur in senatu nostro sine interprete. Mr.*

Neque explanatorem] Sic plerique Palatinorum, neque secus edit. Victorii. Vulgata *explanationem. Grut.*

Neque explanatorem] Sic *Victorius* ex suis, sic *Gruterus* ex Pall. Codicibus: sic etiam dant Paris. Med. Reg. et Balliol. Alii *explanationem,* quod in *expiationem* temere mutatum voluit *Car. Sigonius* ad *Livii* lib. XXV. c. 2. *Dav.*

neque explanatorem] Ita Co. Vi. b. Codd. nostri Cr. L. a. c. P. M.

torem habeamus, tamquam si Poeni, aut Hispani in
132. senatu nostro loquerentur sine interprete. Iam vero quo pertinent obscuritates et aenigmata somniorum? intelligi enim a nobis dii velle debebant ea, quae nostra causa nos monerent. Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus? Illi vero: nimis etiam obscurus Eupho-

U. Edd. Crat. Herw. (in varr. lectt.) Rob. Steph. Grut. Verb. Dav. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. De v. *explanator* v. nos ad Cic. de Rep. III. 22. p. 683. Pergit Cod. U. *habemus*. In seqq. Cod. R. *intelligi quidem*. Tum Codd. U. P. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Lamb. Boul. Goth. Brut. Sylb. *nos monebant*. Rob. Steph. *monerent nos*. *Mr.*

Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus?] Codd. Cr. R. S. L. a. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Quid poeta? nemone physicus* (R. *physicis*) *obscurus?* Pergit Cod. R., omissis interpositis, *minime Democritus, non igitur* etc. *Mr.*

Illi vero. Nimis etiam] Sic restitui; nam vulgata lectio, *ille vero nimis etiam*, ferri non potest. Sententia autem huius, quam reposui, scripturae, haec est. Illi vero, scilicet obscuri saepe sunt. Nimis etiam obscurus est Euphorio. *Lamb.*

Ille vero nimis etiam obscurus Euphorion] Hinc *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. v. pag. 676. *Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητής, καὶ τὰ Καλλιμάχου αἴτια, καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν Γραμματικῶν ἔγκειται ἅπασιν.* Lege *Γραμματικῶν ἔγκειται ΠΑΙΣΙΝ*, quae notissima est locutio. De Euphorione quidem egerunt *Is. Casaubonus* ad *Suetonii* Tiber. c. LXX. et *G. I. Vossius* de Poët. Graec. p. 218. sed viros illos magnos fugit hic *Clementis* locus. Porro, ne quid dissimulem, me male habet *ille*, nec, ut opinor, *Lambino* placuit; quapropter vir ille doctus rescripsit, *Illi vero. Nimis etiam obscurus Euphorio.* Forsan scribendum; *imo vero nimis etiam obscurus Euphorion. Dav.*

Ille vero nimis etiam obscurus Euphorion.] i. e. quamquam clarus et nobilis poeta, tamen valde obscurus est. *Ern.* — Vix haec interpretatio mentem Ciceronis assequi videtur. Quod si vero Lambini emendationem receperis, quidnam facies verbo *etiam* in enunciatione *Nimis etiam obscurus Euphorion —? K.*

Illi vero: nimis etiam obscurus Euphorio.] Recepi Lambini coniecturam cum Lall. Hott. et Sch. assentiente Rathio. Ut probaret, hanc scriptionem ex usu Ciceronis esse, Hottingerus laudavit ex nostro libro c. 55. *Ille vero: et ea quidem* etc. de Offic. III. 13. *Ille vero: inquit Antipater*: de N. D. II. 10. *Ille vero: et multo quidem calore admistus est.* Sed de usu, opinor, nemo ambigit. Quod vero sequitur: *nimis etiam obscurus Euphorio*, ita intelligo, quasi dicat: *Euphorio, ut hoc utar, haud parum, sed nimis etiam, obscurus est.* Scripsi autem *Euphorio*, ut mox *Amphio*, ex praecepto K. L. *Schneideri* in *Gramm. Lat.* II. *Formenl.* I. p. 275—278. Pro *nimis* Cod. L. b. habet *minus*. Vocem *etiam* omittit Cod. P. *Euphorio* scripsit iam Lambinus et scribi volebat Rathius. Pro seq. *At non Homerus* Cod. U. habet *an non Homerus*. *De Euphorionis Chalcidensis vita et scriptis* (cum eiusdem fragmentis collectis et illustratis) prodiit nuper liber *A. Meineckii* (Gedani, 1823. 200 pp. 8.), qui plura de Euphorione edoceri cupienti cumulate satisfaciet. Est Cratetis Epigramma in hunc poetam in Analect. Brunk. T. II. p. 3. ubi vid. Iacobs. T. VIII. p. 7. 8. nostri loci non immemorem. *Mr.*

rio. At non Homerus. Uter igitur melior? Valde He- 133.
raclitus obscurus: minime Democritus. Num igitur p. 136. a.
conferendi? Mea causa me mones, quod non intelligam? Quid igitur me mones? Ut si quis medicus aegroto imperet, ut sumat

Terrigenam, herbigradam, domi-portam, sanguine cassam,

potius quam hominum more cochleam dicere. Nam Pacuvianus Amphio,

Valde Heraclitus obscurus] Is, ut notum, propter orationis obscuritatem *σκοτεινός* dicebatur. Adi sis *Aeg. Menagium* ad *Diogenis Laertii* lib. IX. §. 6. *Dav.*

Num igitur conferendi?] Cod. R. *Non igitur conferendi.* Vocem *non* ante *intelligam* omittit Cod. L. b. Post *intelligam* cum Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Dav. Gesn. Oliv. et Bip. interrogandi signum posui. Post haec cum Dav. et Sch. rescripsi *Quid igitur me mones?* ordine meliore, quam vulgato: *quid me igitur mones?* De Heraclito v. nostr. de N. D. I. 26. extr. III. 14. p. 540. Diog. IX. 6. prc. Plutarch. de Garrul. c. 17. Cod. S. habet *in ea causa* pro *mea causa*: *monens* pro *mones*. Tum *Quid me igitur — ut summa. Mr.*

Terrigenam, herbigradam etc.] *Athenaeus* lib. II. p. 63. *Ἡσίοδος δὲ τὸν κοχλίαν ΦΕΡΕΟΙΚΟΝ καλεῖ — Ἀχαῖος — προβάλλεται κᾀν τοῖς συμποσίοις γρίφου τάξιν ἔχον περὶ τῶν κοχλιῶν οὕτως,*

Ὑλογενὴς, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος.

Is. quidem *Casaubono ἀντὶ τοῦ ὑλογενοὺς* placet *ὑδογενὴς*, quod ei non contigerat, si modo hunc versiculum suppeditasset memoria. Vide sis et *Symposii* Aenigm. XVIII. *Dav.*

Terrigenam etc.] Cod. R. *terrigenem hoc bigradam domiportane* L. b. *tardigradam.* M. *domi potam.* Vocem *more* omittit Cod. M. In Cod. S. est *domi porcam. Mr.*

Hominum more] Usitato, solito, communi. Sic *ἀνθρωπίνως λαλεῖν* dixit *Strato* apud *Athenaeum* lib. IX. pag. 383. *ἀνθρωπείως φράζειν Aristophanes* Ranis vs. 1090. et *humane loqui, Petronius* Satir. cap. 90. Vide Cl. *Clericum* Silv. Philol. cap. VII, 7. et *Dan. Fesselium* Advers. Sacr. I, 5. *Dav.*

Pacuvianus Amphio] Recepta lectio *Amphion.* sed alterum restat in libro S. Vict. in Pal. pr. ac sec. denique in editis ab Victorio. *Grut.*

Cochleam dicere] Ultima vox mihi, cum *Lambino*, videtur inducenda. Certe prorsus est importuna, constructionemque turbat. *Dav.*

dicere.] Hoc verbum delendum esse recte indicat Davisius. *Ern.* Mallem ego quidem reponere *diceret*, eadem ut constructio repraesentetur, quam videmus Tusc. II. 21. *qui perpessus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret.* Caesar. de B. G. VII. 17. *praestare omnes perferre acerbitates potius, quam non civibus Romanis parentarent* [vid. nunc ibi Held. p. 225.] Si ita in hoc loco *diceret*, aut (si offendat enallage [ob antecedens *imperet*], quae tamen satis abundeque est usitata,) *dicat* reponamus, non video illud verbum sic importunum esse, ut spongiam mereatur, quamvis sano sensu abesse posse non negem. Sed vel infinitivus fortasse talis est, ut illum sollicitari non liceat, utque in hocce quidem infinitivo post *potius quam* imitetur Tullius Graecos, qui passim ita infinitivum cum voculis *πρὶν ἢ, μᾶλλον ἢ*, similibusque iungunt. *Wopkens.* L. T. p. 293. sq. — Receperunt Wopkensii emendationem *diceret* Gesn. in Chrest. Cic. p. 517.

Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
Capite brevi, cervice anguina, adspectu truci;
Eviscerata, inanima, cum animali sono,

cum dixisset obscurius, tum Attici respondent, *Non intelligimus, nisi aperte dixeris.* At ille uno verbo,

Hott. et Sch. Rathius praetulit *dicat.* Neque ego istam, quam fingit Wopk., enallagen probo: sed servari posse vulgatam existimo, si locum ita explices, ut dicas, *imperet* esse i. q. *imperare velit — potius, quam dicere.* Certe *imperet potius* nihil aliud sibi vult, quam *imperare malit.* Quae explicatio si cui displiceat, (quamquam mihi admodum probabilis videtur) ἀνακόλουθον dicat orationem, dialogo probe convenientem. *K.*

Nam Pacuvianus Amphio] Cod. Cr. *Pacunius.* R. *Pacunianus.* Edd. Asc. 1. 2. habent *Pacuvius.* De scriptione *Amphio*, quae est in Codd. nostris omnibus, itemque in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav. Verb. Gesn. (in Chrest.) Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. vid. K. L. *Schneider.* Gr. Lat. II. Formenl. I. p. 278. Pergit Cod. R. *quadripes.* Cr. *targigrada.* Verba *agrestis* et *aspera* cum Hott. refero prius ad naturam testudinis, qua non est mansueta, sed hominum adspectum fugit, posterius ad testam. Ad v. *inanima* Copp. Victt. a. comparant Terent. Eunuch. [II. 2. 5.] *Mr.*

Quadrupes tardigrada etc.] *Tertullianus* de Pallio c. 3. *Est et*

Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,

Testudinem Pacuvianam putas? Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypot. lib. II. cap. XVI. §. 211. *Εἴ τις παρά του βουλόμενος πυθέσθαι, εἰ ἀπήντηταί αὐτῷ ἄνθρωπος, ἐπὶ ἵππου ὀχούμενος καὶ κύνα ἐφελκόμενος, τὴν ἐρώτησιν οὕτω ποιήσαιτο, Ὦ ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἀπήντητό σοι ζῶον γελαστικὸν, πλατυώνυχον, ἐπιστήμης πολιτικῆς δεκτικὸν, ζώῳ θνητῷ χρεμεστικῷ* (Lege *χρεμετιστικῷ*) *τὰ σφαιρώματα ἐφηδρακὸς, ἐφελκόμενον ζῶον τετράπουν, ὑλακτικόν; πῶς ἂν εἴη καταγέλαστος;* Huius vero *Pacuviani* griphi similes multos ex veteribus Poëtis collegit *Athenaeus* lib. X. pag. 449. seqq. Vide et *Symposium* Aen. XX. *Dav.*

Capite brevi] S. *Capiti.* Cr. *Cabite.* Versu seq. Cod. R. habet *in anima.* L. b. *socio* pro *sono.* Ultimum versum ita intellige: Iam vero cum testudini viscera et omne corpus exemtum sit, eoque ipsum animal sit exanimum, testa facta est chelys vel cithara, quae edit sonum animalem. De testudine a Mercurio in lyram commutata vid. Hymn. Homeric. in Mercur. 24. seqq. ibiq. interpr. *Mr.*

cum dixisset obscurius, tum Attici respondent,] Cod. R. *obscurus. tum acciti responderunt. Attici tamen* pro *tum Attici* est in Cod. S. *Mr.* — Rathius scribi volebat *responderent*, itaque temporum rationem postulare aiebat. Sed nonne tum, quod sequitur *At ille* mutandum erit in *ait ille? K.*

Non intellegimus nisi aperte dixeris] Versus est Pacuvianus: quare legendum *Non intellegimus, nisi* SI *aperte dixeris.* Si modo sit opus, illius locutionis exempla suppeditabit *Nic. Heinsius* ad *Ovidii* Heroid. IV, 111. *Dav.*

Ait ille] Sic recte Paris. nam vulgo dant *at ille.* Reg. habet, *tum atticille;* Cantab. autem, *tum actius ille.* Si modo Codices essent vetustissimi, reponendum coniicerem, *tum Atticis ille:* sed illis sane multum non tribuo, cum libri meliores commodam lectionem servent. *Dav.*

At ille] Hanc ego cum Ern. et rell., quae eum secutae sunt, Edd. restitui lectionem, quam habent Codd. nostri omnes (excepto R. qui exhibet *tum ille*) et Edd. vett. Narrat Sch.,

Testudo. Non potueras hoc igitur a principio, citharista, dicere?

Defert ad coniectorem quidam, somniasse se, ovum 65.
pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Est hoc in 134.
Chrysippi libro somnium. Respondet coniector, thesaurum defossum esse sub lecto. Fodit: invenit auri aliquantum, idque circumdatum argento. Misit coniectori

Davisium dedisse *Ac ille,* de quo ille ne somniavit quidem. *Mr.*

Non potueras hoc igitur] Cod. S. omittit *igitur.* De positione vocis *igitur* supra monuimus ad I. 15. 27. Pro *potueras* rescribi volebat *poteras* Ernestus, quod probo: et firmatur Codice nostro R., qui habet: *Non poteras igitur a principio hoc, citharista, dicere? Mr.*

Defert ad coniectorem quidam,] Cod. R. *deferto.* In marg. Edd. Lamb. et Goth. scriptum est: „fort. *refert.*" Supra II. 4. 11. *ad sapientes haec, non ad divinos referri solent:* ubi ego contra aliquando conieceram legendum esse *deferri.* V. nostr. annot. Sed neutro loco aliquid mutandum: utrumque recte se habet. *Mr.*

ovum pendere ex fascia lecti] Cod. M. *prehendere* pro *pendere.* R. *pondere.* P. *pendere fasce.* Cr. *ex fascea. Fasciae,* ait Hott., quae etiam *institae* dicebantur, erant restes s. vincula, quae, lecto subtenta, culcitam ferebant. In Cod. S. scriptum est *somnians se se ovum omni pendere ex fasce a lecti sui.* Ad v. *lecti sui cubicularis* confertur in Copp. Victt. a. noster Tusc. Quaest. v. 20. *Mr.*

In Chrysippi libro] *Περὶ χρησμῶν.* Docet hoc *Suidas* in *νεοττός. Ὅτι δὲ,* inquit, *τὸ ὠχρὸν νεοττὸν ἔλεγον μαρτυρεῖ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ χρησμῶν· ὄναρ γάρ τινά φησι θεασάμενον ἐκ τῆς κλίνης αὐτοῦ κρέμασθαι ὠά, προςαναθέσθαι ὀνειροκρίτῃ· τὸν δὲ εἰπεῖν· Ὀρυτίων θησαυρὸν εὑρήσεις κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον· εὑρόντα δὲ στάμνιον, ἐν ᾧ ἀργύριον ἦν καὶ χρύσιον, ἐνεγκεῖν τι τοῦ ἀργυρίου τῷ μάντει· τὸν δὲ μάντιν εἰπεῖν· Τοῦ δὲ νεοττοῦ οὐδέν μοι δίδως;* Huc etiam pertinet, quod Graeci *vitellum ὠὸν χρυσοῦν* appellabant, ut observavit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XXXVIII. cap. 4. *Dav.*

Est hoc in Chrysippi libro somnium.] Non ad librum Chrysippi *περὶ χρησμῶν* id retulerim cum Davisio, quamquam Suidas hoc quoque somnium, laudato isto libro, refert, sed ad eius librum de Somniis, de quo noster I. 3. *K.* — Nostrum locum affert *Baguet.* de Chrysippo non ad librum *περὶ ἐνυπνίων* p. 200. sq. sed ad librum *περὶ χρησμῶν* p. 226. sq. ubi eo laudato addit: Ne quis nos reprehendat, quod Suidae potius, quam Ciceronis, auctoritatem sequentes huc traxerimus hanc narrationem, neque retulerimus ad opus *περὶ Ὀνείρων*, monendum est, saepius Chrysippum de eadem re in diversis libris egisse, et, si non interpreti cuidam debeantur verba *Est hoc — somnium*, probabile saltem esse, in utroque Chrysippi opere hanc historiolam exstitisse. Adhibuerunt nostrum locum *Bakius* de Posidonio p. 32. *Creuzerus* in *Symb. et Myth.* I. p. 215. id. ad Cic. de N. D. I. 20. p. 92. Ed. Cr. et nostr. mai. — Vocem *coniector* omittit Cod. R. *Mr.*

Respondet *coniector*] Vulgo *respondit.* Nos MStum Paris. sequimur. *Dav.*

respondet coniector] Ita scripsi cum Dav. Hott. et Sch. ex Cod. nostro M. Pergit Cod. R. *thesaurum esse fossum.* S. habet *thesauri — circundatum argentum.* Vocem *defossum* omittit Cod. M. Pro *aliquantum* Cod. R. habet *aliquantulum.* Verba *Misit coniectori quantulum visum est de argento* desunt

quantulum visum est de argento. Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello? id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse; reliquum, argentum. Nemone igitur umquam alius ovum somniavit? cur ergo hic nescio qui thesaurum solus invenit? Quam multi inopes, digni praesidio deorum, nullo somnio ad thesaurum reperiendum admonentur? Quam autem ob causam tam est obscure admonitus, ut ex ovo nasceretur thesauri similitudo potius, quam aperte thesaurum quaerere iuberetur;
135. sicut aperte Simonides vetitus est navigare? Ergo obscura somnia, minime consentanea maiestati deorum.

in Ed. Hott. operarum et correctoris negligentia. Cod. M. pro *est* habet *esset*. *Mr.*

Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello?] Cod. R. *Nihil me.* Verbum *inquit* abest in Edd. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Vitelli* (quae est intima ovi pars) nomen solo h. l., neque alibi, legitur apud Ciceronem; loca Celsi, Martialis, Apicii, quibus legitur, vel lexica suppeditant. Conf. C. *Barthii* Adversar. XL. 6. prc. *Mr.*

id enim ei ex ovo] Abest *ei* a Cod. Ox. E. nostris U. S. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Idque placet omissum Hottingero et Rathio. Mihi non item. Facillime autem potuit excidere illa vocula. Si enim per compendium scriptum esset in aliquo Cod. vetere: *id ē ī ei ex ovo*, scriba aliquis, qui bis scriptum crederet *ei*, alterum omisit. Vocem *aurum* omittit Cod. M. Verbum *declarasse* redundare videbatur Rathio, si servaretur *ei*. Perperam. Pro *Nemone* Cod. R. habet *nemo:* idem post *ergo* habet *hoc* pro *hic*. S. *Nemo unquam igitur*. *Mr.*

nescio qui] Ita Codd. nostri omnes. Sed Edd., praeter Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Dav. Hott. Sch. Gesn. Bip. Oliv., *nescio quis*. Quid autem intersit inter *nescio quis* et *nescio qui*, docuit *Goerenz*. ad Cic. Acadd. II. 25. 81. p. 149. *Mr.*

ut ex ovo nasceretur thesauri similitudo] Coniecit Hott. *nosceretur*, locumque ita explicat: *ut potius obscure nosceret thesaurum, ex imaginis sibi per somnum obiecti similitudine, quam aperte thesaurum quaerere iuberetur:* laudatque inf. c. 69: *quae est continuatio coniunctioque naturae eiusmodi, ut thesaurus ex ovo intelligi debeat.* Eamque coniecturam et acutam appellavit Rathius et veram existimavit, recepitque Sch. Ego vero vulgatam praefero et ita explico: In ovo inerat similitudo thesauri, i. e. ovum simile quid habebat thesauro, ut c. 69. thesaurus ex ovo intelligitur, ovum facit, ut de thesauro cogites, idearum associatione, ut barbare dicunt, vel nexu: dicitur igitur pro: ut ovo thesaurus significaretur vel declararetur potius, quasi in ovo esset quaedam thesauri similitudo. Quod dicit *nascitur similitudo* est i. q. inest similitudo. Accedit, quod admodum dura est Hottingeri explicatio. Quis, quaeso, dicat noscere (i. q. intelligere) thesaurum? quis probet *obscure* verbo *noscere* adiunctum? *K.* — Mavult etiam servari vulgatam *Creuzer*. in Dionyso p. 172. Pro *similitudo est dissimilitudo* in Cod. R. Mox Cod. Cr. habet *quam thesaurum aperte quaerere*. *Mr.*

Minime consentanea maiestati deorum] Ita Pall. et S. Victoris, omisso *sunt*, quod in omnibus publicatis. *Gruter.*

minime consentanea maiestati deorum.] Vocem *sunt*, quam omiserunt, post Gruterum, Verb. Davisius, Gesn. (in Chrest.), non habent Co. Vi. b.

Ad aperta et clara veniamus, quale est de illo 66. interfecto a caupone Megaris: quale de Simonide, qui ab eo, quem humarat, vetitus est navigare: quale etiam de Alexandro; quod a te praeteritum esse miror: qui, cum Ptolemaeus, familiaris eius, in praelio telo

Codd. nostri Cr. R. et tres Goerenzii, qui id refert ad Cic. de Finn. I. 18. 59. p. 88. eamque vocem idem abesse mavult. In Cod. P. est *maiestate* pro *maiestati*. De Simonide v. *Wieland. Att. Mus.* IV. 2. p. 67. *Mr.*

Ad aperta et clara veniamus] In marg. Cod. Cr. ad h. l. adscriptum est: „Respondit ad somnia incerta: nunc respondet ad clara et certa." Pro *caupone* est *copone* in Cod. P., quod item ex Cod. MS. Verburgius enotavit in marg. *Mr.*

De interfecto a caupone Megaris — de Simonide] Vide supra lib. I. c. 27. *Dav.*

quem humarat] Cod. R. *quem humarat, urat*, quod non ex varia lectione ortum est, quae respici mereatur, sed quod aliquis syllabae *rat* in verbo *humarat* superscripserat *uerat*, ut legatur *humaverat*. *Mr.*

Qui *cum Ptolemaeus,*] Paris. et Med. *quod cum Ptolemaeus*. Sed et haec et illa vocula prorsus supervacanea. Lege, *quod a te praeteritum esse miror* QUIDEM. *Cum Ptolemaeus* etc. *Dav.*

de Alexandro — qui, cum Ptolemaeus — moreretur, Alexander — est consopitus.] Recte sensit Dav. incommode procedere constructionem; sed quam excogitavit medendi rationem, non probavit editoribus, qui eum insecuti sunt, neque ea nobis placet. Debebat certe scribere: *miror equidem. Cum enim Ptolemaeus* etc. Hottingerus, item repetito Alexandri nomine offensus, medicinam acerbiorem adhibitam volebat loco, rescissis tribus vocabulis (*Ptolemaeus familiaris eius*) ita legens: *quale etiam Alexandri de Ptolemaeo; quod a te praeteritum esse miror. Qui cum in praelio telo venenato ictus esset — Alexander assidens, somno est consopitus.* Hoc vero, ait Rathius, est *τέμνειν καὶ καίειν*. Ipse vero ex duobus apud Dav. Codd. vult *quod* pro *qui*, quod habet etiam Cod. noster L. b., explicatque: *ad quod somnium Alexandri quod attinet.* Herelius post *miror* plene distingui et pro *qui* scribi vult *Quippe*. Quae certe lenissima est et optima medela, si locus medela eget. Mihi vero, qui locum corrigit, Ciceronem ipsum corrigere videtur. Coeperat loqui de Alexandro, cuius somnium narrare aggressus, incipit a *qui*, pergere volens: *Ptolemaeo familiari suo assidens — somno est consopitus.* Omissa autem constructione, quam dicunt, participiali cum perrexisset per coniunctionem, necessario, ne verbum *consopitus est* de Ptolemaeo intelligatur, quasi *ἀνακολούθως* inferre debuit Alexandri nomen: eiusmodi ego constructiones paullo negligentiores in libris quoque de Re publica non semel deprehendi: veluti I. 8. p. 16. III. 6. p. 850. ed. nostr. *Mr.* — Nihil plane mutandum. Utitur Cicero grata, ut saepe, sermonis familiaris negligentia. *K.* — Ex Ed. Ven. 1494. Rathius enotavit *quorum* pro *qui cum*; ego in Ed. Asc. 1. reperio *quo cum*. In antecedd. Cod. S. habet *quem a te* pro *quod a te*: ex correctione supervacanea. *Mr.*

Ptolemaeus familiaris eius] Rem sic narrat *Strabo* lib. XV. p. 1052. Ἐν δὲ τοῖς Ὠρείταις τὰ τοξεύματα χρίεσθαι θανασίμοις φαρμάκοις ἔφασαν, ξύλινα ὄντα καὶ πεπυρακτωμένα· τρωθέντα δὲ Πτολεμαῖον κινδυνεύειν· ἐν ὕπνῳ δὲ παραστάντα τινὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, δεῖξαι ῥίζαν αὐτόπρεμνον, ἣν κελεῦσαι τρίβοντα ἐπιτιθέναι τῷ τρωθέντι· ἐκ δὲ τοῦ ὕπνου γενόμενον, μεμνημένον τῆς ὄψεως, εὑρεῖν ζητοῦντα τὴν ῥίζαν πολλὴν πεφυκυῖαν· καὶ χρήσασθαι

venenato ictus esset, eoque vulnere summo cum dolore moreretur; Alexander assidens, somno est consopitus. Tum secundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre, et simul dicere, quo illa loci nasceretur, (neque is longe aberat ab eo loco) eius autem esse vim tantam, ut Ptolemaeum facile sanaret. Cum Alexander experrectus narrasset amicis somnium, emisisse, qui illam radiculam quaererent: qua inventa, et Ptolemaeus sanatus dicitur, et multi milites, qui erant eodem genere teli vulnerati.
136. **Multa etiam sunt a te ex historiis prolata somnia,**

καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους· ἰδόντας δὲ τοὺς βαρβάρους εὑρημένον τὸ ἀλέξημα, ὑπηκόους γενέσθαι τῷ βασιλεῖ. Εἰκὸς δὲ, subiicit eruditissimus ille scriptor, *τινὰ μηνύσαι τῶν εἰδότων· τὸ δὲ μυθῶδες προςετέθη κολακείας χάριν.* Eandem historiam refert *Diodorus Siculus* Bibl. lib. XVII. pag. 570. ut olim monuit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. VI. cap. 8. *Curtius* lib. IX. cap. VIII, 26. *Ex quo* (somno Alexander) *excitatus per quietem vidisse se exponit speciem draconis oblatam herbam ferentis ore, quam veneni remedium esse monstrasset: colorem quoque herbae referebat, agniturum si quis reperisset adfirmans: inventamque deinde, quippe a multis erat requisita, vulneri imposuit; protinusque dolore finito, intra breve spatium cicatrix quoque obducta est.* Adde *Iustinum* lib. XII. cap. X, 8. et *Orosium* lib. III. cap. 18. *Dav.*

summo cum dolore moreretur;] „i. e., ait Hott., *moriturus videretur*, ut habet Iustinus, eandem rem narrans XII. 10. Atque fortasse ita legendum, vel *mori videretur;* certe illum, qui in periculo mortis versatur, *mori* dici, etiamsi convaluisset, mihi quidem novum est.“ Rathius explicat: *cum iam in eo esset, ut moreretur.* Mihi neutra placet sive explicatio sive emendatio. *Cum moreretur* est id, quod *cum in actu quasi esset moriendi* vel in mortis articulo: quod Strabo significat verbo *κινδυνεύειν* l. c. *K.* — Ad v. *et simul dicere* in Copp. Victt. b. confertur infr. II. 68. *Mr.*

visus ei] Cod. R. *visus est ei.* Pro *radiculam* Cod. P. habet *raculam.* M. *in ore* pro *ore.* Pro *quo illa loci* Ox. ψ. Cod. U. et Edd. Ven. 1494. et Asc. 1. habent *quo illa loco.* Noster ad Att. VIII. 10. scripsit: *se, quod in numis haberet, nescire quo loci esset.* Ad verborum ordinem vid. *Schelleri* Praecepta Styli bene latini I. p. 241. *Mr.*

Draco is, quem mater Olympias alebat] Iis in locis vulgo cicurabantur dracones, ut patet ex *Luciano* in Pseudomanti Tom. I. pag. 751. Vide sis et *Is. Casaubonum* ad *Suetonii* Tiberium cap. LXXII. *Dav.*

(*neque is longe aberat ab eo loco*)] Cod. R. *neque ea*, quod est correctoris haud inepti: certe si ita scripsisset Cicero, non orta esset de hoc loco controversia. Hottingerus enim abiectis verbis *ab eo loco* legi volebat: *quo illa loco nasceretur* (*neque is longe aberat*), *eius* etc. Schützius ei assentitur in eo, quod tria ista verba glossam redolere ait: de mutando *loci* in *loco* nihil monet. Ego vero plane nihil muto. *Ab eo loco* intelligo: quo Alexander erat cum Ptolemaeo. *K.*

ut Ptolemaeum] Cod. R. *et Ptolemaeum.* Idem in seqq. *misisse*, Co. Vi. b. S. L. b. et P. *et misisset.* Mox Cod. L. b. pro *et Ptolemaeus* exhibet *Ptolemaeusque.* Tum Cod. Cr. *et*

matris Phalaridis, Cyri superioris, matris Dionysii, Poeni Hamilcaris, Hannibalis, P. Decii: pervulgatum iam illud de praesule: Gracchi etiam, et recens Caeciliae, Balearici filiae, somnium. Sed haec externa, ob eamque causam ignota nobis sunt; nonnulla etiam ficta fortasse.

sunt pro *etiam sunt:* nimirum scriptum est ibi & pro &̄. Ad v. *radiculam* in Copp. Victt. b. laudatur noster I. 10. init. *Mr.*

Matris Phalaridis — iubente monumentum] Haec omnia fuse narrantur lib. I. capp. 20, 22, 24, 26, 28. *Dav.*

Illud de praesule] Id iam primum redditur Ciceroni, inventum in Palatinis quatt. et cod. S. Victoris. aliae omnes editiones *praesultore.* supra etiam erat in Pal. pr. et S. Vict. *copo,* non *caupo.* sed tamen tanti non erat, ut textui immitteretur. *Gruter.*

illud de praesule:] Ita etiam Codd. nostri L. a. b. c. R. Cr. M. U. In Cod. P. est *praeside.* Quod autem ait Grut., alias Edd. omnes, praeter suam, exhibere *praesultore,* id verum non est: legitur enim *praesule* in Ed. Asc. 1. et in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. Sequitur *Ti. Gracchi* in Codd. S. L. a. P. et M. *Mr.*

Sed haec externa] At quaedam ex iis sunt Romana. Itaque haec aut addita sunt ab interpolatore, aut illud intelligendum de plerisque, ut si esset: *haec fere externa. Ern.* Ad quae Hott.: „Omnino nihil mutandum. De Romanis enim valent haec: *nonnulla etiam ficta fortasse.*" Aldus ad v. *externa:* „Quae? nam Romana *externa* non sunt." „Et ego, ait Rathius, *externa* non *Romanis* opponere Tullium censeo, sed *suis* potius et illis Quinti fratris; sunt igitur *externa* somnia aliorum hominum." Mihi quidem sola Rathii explicatio satisfacit: *externa* sunt *aliorum* somnia. *K.* — Ad h. l. *Veesenmeyerus* in progr. de illo Arcadis somnio (Ulmae 1821. 4.) p. 10. enarrata Hottingeri sententia, „mihi, inquit, in mentem venit, deliberanti quomodo crux illa interpretum tolli possit, ea verba: *Sed haec externa — — — auctor istorum,* loco suo olim esse mota et luxata; commode autem reponi posse post illa, quae antecedunt: *qui erant eodem genere vulnerati.* Is enim mihi a Cicerone refutationis ordo observatus esse videtur, ut primum ea recenseret somnia, quorum de auctore non satis constet, deinde ea, quae a fratre *ex historiis,* ut dicit, adeoque auctoribus, quorum nomina sciantur, sint prolata. „At venit Cicero *ad aperta et clara somnia.*" Salva res est, si ea verba ita concipiantur, ut Cicero ea ex fratris mente enuntiasse existimetur, adeoque cum ironia efferantur (ut II. 13. *parum, credo, impudenter;* II. 8. *certe potuit.*). „At Cicero: *Fortasse.*" Bene quidem et modeste, Academicorum more, qui non temere pronuntiare solent, et Cicero saepissime sibi tantum aliquid videri dicit, ubi alius se affirmare dixisset. — Quae vero omnem rem conficere videntur, sunt verba, quae capite proxime sequente addit (c. 67.): *Omnium somniorum, Quinte, una ratio est; quae, per deos immortales! videamus, ne nostra superstitione et depravatione superetur.* Quibus manifesto cautionem in iudicio de somniis et in conclusione e somniis vulgo narratis deducenda serio commendat, cum superstitionis et depravationis imperium tam late pateat, eaque vitia malas partes in hac re agere soleant. Hott. quidem depravationem intelligit falsam de somniorum natura opinionem, et, quae vulgo dicatur, theoriam. Sed commodius, et ex consueta illius vocis significatione sumi potest depravatio pro deformatione et perversione eius, quod verum est, additione earum rerum, quae tantum

Quis enim auctor istorum? De nostris somniis quid habemus dicere? tu de merso me, et equo ad ripam: ego de Mario cum fascibus laureatis me in suum deduci iubente monumentum.

67. Omnium somniorum, Quinte, una ratio est: quae, per deos immortales, videamus ne nostra superstitione
137. et depravatione superetur. Quem enim tu Marium visum a me putas? Speciem, credo, eius et imaginem, ut Democrito videtur. Unde profectam imaginem? a

adhibentur, ut et placitorum defensionem iuvent et narrationem colorent, neque vero sint certa. Falsam enim illam de somniorum natura opinionem superstitionis voce notasse videtur Cicero, et mirari liceret, eundem de depravatione, malo aut sinistro consilio instituta, plane nihil monuisse, cum et esse ea potuerit, et omnino fuerit.“ *Meyerus* in eandem, in quam Rathius, suspicionem incidit: in qua et ego acquiesco. Pro *ficta* Cod. R. *facta*. Pro *habemus* Cod. Cr. *habeamus*. *Mr.*

De merso me] *Victorius* edidit *de merso me*. Lambinus rescribendum coniecit *de demerso me*. Forsan legendum *de emerso me;* ut *emersus e flumine* dicitur infra cap. LXVIII. Similiter *paludibus emersum* dixit *Tacitus* Annal. I, 65. et *finibus terrae emersos* Amm. Marcellinus XIX, 8. Vide sis et *Livium* I, 13. *Dav.*

tu de merso me,] Davisii emendationem ego cum Hott. non necessariam puto. Scribitur autem iunctim *demerso* in Codd. Cr. R. Edd. Asc. 1. Rob. Steph. Car. Steph. *Mr.*

Omnium somniorum,] Cod. R. *Omnium soporum*, quod ortum est ex scriptione *sōpiorum* i. e. *sompniorum*. Idem *quam* cum Cod. M. pro *quae*. Pergit Cod. P. *per duos divos immortales*. Lapsus erat scriba aliquis *deos* mutans in *duos*, quem corrigens alter rescripsit *divos:* tertius, religiosus scilicet, utrumque recepit. *Mr.*

ne nostra superstitione et depravatione superetur] Explicat Hott.: ne veram somniorum iudicandorum legem ac rationem migremus aut transgrediamur. *Depravationem* autem esse dicit falsam de somniorum natura opinionem, et, quae vulgo dicitur, theoriam. *Veesenmeyeri* sententiam paullo superius adscripsimus. Equidem locum simplicissime ita interpretor: Omnium somniorum una ratio est, nimirum ut sint vana: quam vanitatem caveamus ne perversa nostra explicatione et quasi applicatione etiam superemus. *Mr.*

visum a me putas?] Cod. R. *a me visum putas*. Quod sequitur *speciem* deest in Codd. P. M., *credo* in Cod. R. Tum M. habet *et eius*. De Democriti sententia vid. supra II. 58. Monet ad h. l. *Meyerus*, Marcum Academicum abuti hoc loco nimis argute, ne dicam maligne, Democriti Epicurique armis, ab ipso reiectis tamen et spretis. Facilem futuram fuisse Quinto responsionem: Virorum magnorum animae sunt immortales. Plena est rerum natura animarum, et omne spatium iis est repletum. Eae nobis apparent. Ad hanc Stoicorum sententiam respondendum fuisse Marco; his enim, quae hic profert, tangi et refutari neminem. Aliam autem secundum Stoicos esse eorum somniorum rationem, quae non pertineant ad mortuos. Id quidem certum est, non satis ex hac disputatione apparere rationes, quibus Democriti sententiam labefactare voluerit Cicero. Ad v. *speciem* citatur in Co. Vi. a. Aristot. *περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς* [c. 2. p. 58. l. 8–9. Sylb.] *Mr.*

Unde profectam imaginem?] Cod.

corporibus enim solidis et a certis figuris vult fluere imagines. Quod igitur Marii corpus erat? Ex eo, inquit, quod fuerat. Plena sunt imaginum omnia. Ista igitur me imago Marii in campum Atinatem persequebatur. Nulla enim species cogitari potest, nisi pulsu
imaginum. Quid ergo? istae imagines ita nobis dicto 138.
audientes sunt, ut, simul atque velimus, accurrant? p. 137. a.
etiamne earum rerum, quae nullae sunt? quae est enim forma tam inusitata, tam nulla, quam non sibi ipse fingere animus possit? ut, quae numquam vidimus,

R. *tamen perfectam ymaginem.* — *Certis* explicat Hott. veris, atque extra mentem exsistentibus, quaeque non inania sint phantasmata. *Mr.*

Quod igitur Marii corpus erat? Ex eo,] In marg. Edd. Lambb. scriptum est, apud alios esse *Quod? igitur Marii corpus erat ex eo;* Ego interrogandi signum post *quod* vidi in nullo libro; idem autem post *erat* sublatum in Edd. Ald. Boul. Brut. *Mr.* — Rathius, pro *quod* coniiciens *ex quo*, illud *ex* a praecedente syllaba *es* absorptum existimans, nihil agit. Sententia est: *Quodnam* vel *quale fuit istud corpus?* Mortuus enim iam erat Marius, cum Cicero de eo somniaret. Democritum autem fingit pergere, quasi non esset interrogatio interiecta: *ex eo* (corpore) *quod* (Mario) *fuerat* (vivo). *K.* — Cod. S. *Quid igitur. Mr.*

Ex eo, inquit, quod fuerat] Recte. Pal. tamen pr. *fluerat,* sec. *fluxerat. Gruter.*

quod fuerat] Scribitur etiam *fluerat* in Co. Vict. b. Codd. P. S. L. a. Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. habent *imaginum omnium* pro *imaginum omnia.* In seqq. distinguit Cod. Cr. *Plena sunt imaginum omnia ista. Igitur me* etc. ut est in multis Edd. vett. Pergit Cod. R. *imago Marci in campo Atinati.* Verba *Nulla* [Cod. R. *nulle*] *enim species* ex mente Democriti esse dicta recte monet Hott. Post *imaginum* Cod. L. a. pergit ut Edd. Asc. 2. Vict. *omnia ista.* In seqq. Schützius distinxit *Quid? Erga istae* cet. pro *Quid ergo? istae* cet. Sed ita haud raro noster urget adversarium, conclusionem cum quaestione inferens absurdam: veluti de Off. III. 20. 81. ibiq. Beier. p. 336. sq. Conf. Cens. Ien. Editionis Wernsdorfianae Orationum Philippicarum 1825. n. 211. p. 245. Ad v. *pulsu imaginum* in Copp. Vict. a. citantur, quae sequuntur cap. eodem: *nullo adventicio pulsu.* Vocem *dicto* omittit Cod. R. Idem in seqq. habet *occurrant etiam earum rerum;* mox *quam tam nulla;* sed in marg. *tam nulla,* sine *quam. Mr.*

Forma tam inusitata] Non displicet, quod est in Pal. pr. *invisitata. Grut.*

Forma tam invisitata] Vulgo *inusitata.* Nos vero Pal. primi lectionem recepimus, quam sibi non displicere testatus est *Gruterus.* Certe vox est probi commatis, eamque passim adulterarunt librarii. *Dav.*

tam inusitata] Quod post Davisium receperunt Ern. Verb. Bip. et Sch. *invisitata* neque praestat vulgato quod ad sententiam, neque apud Ciceronem usquam sedem habet certam: vid. quae monuimus ad I. 42. 98. II. 22. 49. Ceterum est *invisitata* in Codd. L. b. c. R. Recte Hott. explicat verba *tam nulla:* tam absurda. Davis. apud Caes. B. G. II. 31. Val. M. v. 4. 7. et v. 9. 4. restitutum volebat adi. *invisitatus:* sed frustra. *Mr.*

Fingere animus possit] Vulgo *animus possit effingere;* non male quidem, si modo faverent Codices MSSti. Sed, iis cum *Victorio* lectionem no-

ea tamen informata habeamus, oppidorum situs, homi-
138. num figuras. Num igitur, cum aut muros Babylonis aut Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit? Omnia igitur, quae volumus, nota nobis esse

stram repraesentantibus, haud erat, cur diutius exularet. Accedit etiam Ven. 1471. *Dav.*

quam non sibi ipse fingere animus possit?] Ita Codd. nostri Cr. L. b. R. [nisi quod habet *sibi non*] M. et post Davisium Edd. Verb. Hott. Oliv. In Cod. P. est ut in vulg. Rathius ait, esse in Ven. 1494. *quam non sibi in se fingere animus non possit.* Ita Cod. U. et omisso priore *non*, Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.: quod non displicet Hottingero. Sch., nonnisi huius editione inspecta, narrat, in Ed. Crat. esse *quam non sibi ipse fingere animus possit,* et ita legi in Cod. Ox. II. qui tamen notatur litera *U. Ipse* abest a Cod. Ox. E. et Edd. Sturm. Boul. Brut. Sylb. Rathius existimat *in se* ortum esse ex interpretatione vocis *sibi* [quasi vel ineptissimus tali explicatione egere videri possit!] et ex *in se* postea factum esse *ipse.* Sed *ipse* se optime habet. Significat: non extrinsecus accurrentibus imaginibus. Ante Dav. iam eam, quam nos recepimus, scriptionem dedit Rob. Steph. Cod. S. habet *fingere ipse* mutato ordine. Ad v. *quam non sibi ipse fingere* in Copp. Victt. a. comparantur nostri Epp. ad Famil. XV. 16. et Diogen. Laërt. in Epicuro [L. X. Segm. 48. p. 622. sq. χρός τε τούτοις, ὅτι ἡ γένεσις τῶν εἰδώλων ἅμα νοήματι συμβαίνει etc.] *Mr.*

Ea tamen informata] Est a Pall. et Victorii editione, aliae *formata;* S. Victoris liber *id formata. Grut.*

ea tamen informata] Scribitur *tamen ea* in Cod. L. b. Scriptionem *informata* reperi in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph., eamque post Gruterum receperunt Edd. recc. omnes. Ex Codd. nostris nonnisi L. b. habet *formata.* Verb. in marg. Ed. suae ex Cod. MS. [nimirum S. Victor.] enotavit lectionem *id formata;* quae est in nullo libro, quotquot quidem nos inspeximus. Cod. S. *conformata videamus. opidorum. Mr.*

oppidorum situs, hominum figuras.] Quod haec exempla affert absque particula *ut,* quam solet alibi praemittere noster, id ideo factum videtur, quod incipit constructio ab eadem particula. *K.* — Pro *Num igitur* Cod. R. habet *Non igitur. Mr.*

Homeri faciem cogito, *imago illorum*] Pal. pr. *cogita.* unde forte non male Pal. tert. et quart. *cogito, cogitato imago.* sicque etiam Woverii liber. sed bene habet vulgata. *Grut.*

Homeri faciem cogito,] Cod. S. *cogitata.* Cod. R. *hominum faciem cogito.* Mox pro *pellit* Codd. U. L. b. habent *impellit.* Quod ne cui placeat, conferat Cic. de Off. III. 10. 41. *Species — animum — pepulit:* ad eumque locum Beier. p. 252. Add. Orat. 53, 177. *quod cum animos hominum — pepulisset.* Ad v. *faciem* Vict. in Copp. a. adscripsit εἶδος, πρόσωπον. Ad seqq. comparavit nostrum supra c. 12. *Mr.*

Omnia igitur, quae volumus, nota nobis esse possunt.] „i. e., ait Hott., si vera est Democriti opinio, quamcunque rem cogitamus incognitam et nunquam antea nobis visam, eius non phantasma modo aliquod animo concipimus, sed veram speciem atque imaginem ipsi rei similem.“ Quod Hott. haec ut ex Democriti sententiâ consequentia dici putat, id mihi secus videtur. Referuntur ad verba: *Quae est forma — hominum figuras.* Est igitur in arbitrio nostro positum, neque necesse est, nos extrinsecus pelli, ut nobis aliquid fingamus, eiusque formam animo concipiamus, quo id cogitare possimus, idque notum nobis sit. *K.*

possunt: nihil est enim, de quo cogitare nequeamus. Nullae ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus, nec omnino fluunt ullae; nec cognovi quemquam, qui, maiore auctoritate, nihil diceret. Animorum est ea vis eaque natura, ut vigeant vigilantes, nullo adventicio pulsu, sed suo motu, incredibili quadam celeritate. Hi cum sustinentur membris, et corpore, et sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt. Cum autem haec subtracta sunt, desertusque est animus languore corporis, tum agitatur ipse per

Nihil est enim] Cod. R. *Nihil enim est*. Illud melius: vide modo, quae nos monuimus ad Cic. de Legg. I. 12. p. 87. et *Creuzer*. ad eundem locum p. 565. sq. Post *nequeamus* Hott. nos intelligere iubet: *Atqui hoc quidem absurdum*. Sed vid. annot. *Kayseri* antecedentem. Pro *ergo* Cod. Cr. *igitur*. Sed in marg.: „al. *ergo*.“ *Mr*. — Ad v. *obrepunt* vid. *Orellii* nota ad Arnobium IV. 12. p. 204. *Cr*. — *Obrepere ad* dixit noster Or. pro Planc. 7. 17. *Mr*.

Nec omnino fluunt illae] Forsan *ullae*. *Dav*.

nec omnino fluunt ullae] Recepi cum Hott. et Sch. certam Davisii coniecturam, quamquam nulla librorum auctoritate fultam. Non enim concedit Marcus, *esse* quidem eiusmodi imagines, nec vero eas *fluere*, sed esse eas negat, quia non fluant i. e. effluant e corporibus. *Mr*.

Maiore auctoritate] Med. *maiorum auctoritate*. Forsan *maiore* cum *auctoritate*. *Dav*.

maiore auctoritate,] Cave corrigas cum Davisio *maiore cum auctoritate*. Sunt ablativi absoluti pro *cum maiore sit auctoritate*. Conf. *Ruddimann*. Inst. Gramm. Lat. II. p. 297. Mox Cod. R. exhibet *animorum ea vis*, absorpto compendio vocis *est* [*ē*] a proxima litera. Pro *eaque* est *atque* in Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut., in Codd. non item, excepto M. Post *natura* pergit Cod. R. *ut cum vigilant vigilantes:* in eodem mox deest verbum *incredibili*, et scribitur *substinentur* pro *sustinentur*. *Mr*.

Et corpore] *Membris* ante nominatis, *corporis* mentionem facere prorsus est supervacaneum: corpus enim constituunt et componunt membra. Cum igitur hae voces in Reg. et Cantab. non compareant, eas omnino delendas censeo. *Dav*.

sustinentur membris et corpore et sensibus] Cum Davisio Hottingerus verba *et corpore* uncinis inclusit, laudans Ovid. Met. XV. 22. ubi *membra* pro *corpus* dicta videantur [quamquam videntur tantum] et nostrum II. 62. *Is* [animus] *cum languore corporis nec membris uti nec sensibus potest*, *incidit in visa varia et incerta* etc.; qui locus nihil probat. Quid? si scriptum esset *corpore, membris, sensibus?* nemo, opinor, isti voce litem moveret. An vero necessarium est, ut noster semper praemittat universalia singularibus? nonne dici potest *membris et corpore* esse dictum per ἓν διὰ δυοῖν, ut sit i. q. *membris corporis?* Nonne etiam trium, quae sequuntur, verborum *cernunt, cogitant, sentiunt* unum supervacaneum dici posset, utpote iam altero vel tertio comprehensum? Ita si agi licet, ubique damnanda erunt synonyma iuxta posita, veluti c. 68. *casu, forte, temere*. *K*. — Cod. S. habet *membris, corpore et sensibus*. *Mr*.

omnia certiora] Haec recte monet Hott. opponi iis, quae mox dicantur *confusa* et *variata*. *Mr*.

Desertusque est animus] Verbum

sese. Itaque in eo et formae versantur, et actiones;
140. et multa audiri, multa dici videntur. Haec scilicet in imbecillo remissoque animo multa omnibus modis confusa et variata versantur, maximeque reliquiae rerum earum moventur in animis et agitantur, de quibus vigilantes aut cogitavimus aut egimus: ut mihi temporibus illis multum in animo Marius versabatur, recordanti, quam ille gravem suum casum magno animo, quam constanti tulisset. Hanc credo causam de illo somniandi fuisse.

68. Tibi autem de me cum sollicitudine cogitanti subito sum visus emersus e flumine. Inerant enim in utrius-

substantivum est a Reg. et Med. *Dav.*

desertusque est] Recepi *est* post Dav. cum Verb. Oliv. Hott. et Sch. idque exhibet etiam Cod. noster M. In seqq. Cod. R. habet *in eo formae versantur et rationes et multa audiri et multa dici videntur.* Cod. L. b. pro *et formae* habet *formaeque. Mr.*

In *imbecillo*] Vulgo *praepositionem* non agnoscunt, quam nos ex Balliol. Reg. et Victor. reduximus. *Dav.*

Haec scilicet in imbecillo] Praepositionem, maxime quidem necessariam, exhibent Cod. Guelf. Co. Vi. b. Codd. nostri L. a. c. R. P. Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Dav. Verb. et recc. omnes. In Cod. M. est: *Haec sed imbecillo*, ex perperam lecto compendio, quale est in Ed. Asc. 2. *Haec s. imbecillo.* — Quod sequitur *multa* post *animo*, Herelio languere et ex superioribus perperam repetitum esse videtur, postquam ad v. *Haec* a glossatore quodam in margine positum fuerit. Ego ut illam vocem, si abesset, non admodum desiderarem, ita, cum adsit, ei locum suum non invideo. — Post *variata* in Cod. R. omissum est *versantur:* idem pro *agitantur* exhibet *cogitantur;* post *vigilantes* omittit *aut.* Mox Cr. *ut egimus.* P. *aut tegimus.* Verba *recordanti — animo* desunt in Cod. U. Pro *magno* Cod. R. habet *in.* Cod. S. habet *vigilantes aut cogitantes vidimus aut egimus. Ubi mihi. Mr.*

subito sum visus emersus e flumine.] „Mirum, ni ita scripsit Cicero: *subito sum visus mersus* (vel *demersus*) *flumine.* Ita primum causa somnii postulare videtur, ista scilicet: *tibi de me cum sollicitudine cogitanti:* porro addita vox *subito;* ut supra I. 28. *cum tu equo advectus ad quandam magni fluminis ripam, provectus subito atque delapsus in flumen* cet. Nam quod ibi quoque dicitur *repente laetus exstitisse,* id nimirum aliud est, quia facta erat prius mentio *in flumen delapsi.* Sed, quod caput est, paullo post dicitur huic sollicitae Ciceronis de fratre cogitationi (quae quidem per somnium speciem induit Tullii cum equo in flumen delapsi) illud fuisse adiunctum, ut cum equo e flumine elapsus rursus apparuerit. Hoc autem profecto adiunctum fuit non *emerso e flumine*, sed *demerso in flumen.* Quare aut locus corruptus est, aut Cicero negligentiae damnandus.“ Haec Hott.: cui ego non statim, ut fecit Sch., obtemperandum censeo. Primum enim etiamsi aliqua appareret negligentia, non magis hoc damnandum in dialogo Ciceroniano, quam in dialogis Platonicis, in quibus haud pauca eiusmodi deprehendas. Deinde non video, quid intersit magnopere, utrum *demersum,* an

que nostrum animis vigilantium cogitationum vestigia. At quaedam adiuncta sunt: ut mihi de monumento Marii; tibi, quod equus, in quo ego vehebar, mecum una demersus rursus apparuit. An tu censes ullam 141. b. anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnumquam, forte, temere concurrerent? Alexandro draco loqui visus est. Potest omnino hoc esse falsum, potest verum: sed utrum sit, non est mirabile. Non enim audivit ille draconem loquentem,

emersum se esse visum a fratre dicat. Sufficiebat pars somnii in memoriam revocata, sive quod antecessisset, sive quod esset consecutum. Argutatur Hottingerus. Si ita scripsisset Cic. ut vult ille; probandum esset: quod aliter scripsit, non admodum est reprobandum. *K.* Nemini certe admodum probari posset *visus mersus;* quod autem ait Sch., se ideo Hottingeri coniecturam (*demersus flumine*) recepisse, quod de emerso eo postea demum loquatur: id non necessario eum movere debuit: nam non de ipso, sed de equo una demerso, rursus cum Marco emergente et apparente, loquitur. Scribitur autem *de flumine* in Cod. M. *Mr.*

in utriusque nostrum animis] Cod. R. *in utrinque nostrum* omisso *animis.* Pro *cogitationum* Cod. Ox. E. habet *cogitantiumque;* Cr. *cogitantium.* Explicat Sch. verba *vig. cog. vestigia:* vestigia cogitationum, quae vigilantibus animis nostris infuerant. Bene. Pergit Cod. R. *at quaedam sunt adiuncta. Mr.*

ut mihi de monumento Marii;] *Mihi* dicit pro *somnio meo. K.* — Pro *Marii* Cod. L. b. habet *varii:* pro *tibi* Cod. R. *tibique.* Pro *in quo ego* esse in aliis libris *quo* scriptum est in marg. Edd. Lamb. Goth. et Verb., quod ego in nullo reperi. Pro *apparuit* est *apparuerit* in Co. Vi. b. Edd. Camerar. Vict. Rob. Steph. In Cod. R. scribitur *deliratam* pro *deliram.* Idem pro *nisi* habet *in,* quod ortum est ex *ni* vel *ñ* (with *i* above), ut in Cod. Cr. scribitur. Pro *casu* est *causa* in Edd. Manut. et Boul. Perperam. In seqq. Cod. R. *draco visus est loqui. potest hoc omnino. Mr.*

potest verum] In Cod. Ox. E. est *potest et verum,* quod probat Hott. laudato loco I. 55. *Ita fit ut et observatione* cet. Sed vid. nos ad eum locum, cuius alia, quam nostri, est ratio. Ortum est illud *et* ex scriptione *potest esse verum,* quam fortasse olim librarius aliquis perspicuitatis causa induxerat. *Mr.*

Non esse mirabile] Est a Pall. tribus et S. Victoris, item editione Victorii. vulgo *est. Gruter.*

Non esse mirabile] Ita vulgo, nec aliter plures MSSti. Sed loquendi modus hiulcum nescio quid prae se fert, nec *Cicerone* dignum. Legendum credo, *non* est *mirabile,* quemadmodum dant Med. et veteres editi. *Dav.*

non est mirabile.] Ita Codd. L. a. c. M. R. Edd. Car. Steph. Manut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Ern. Dav. (ed. 2.) Oliv. Bip. Hott. Sch. Quorum nisi librorum merito apud me magna esset auctoritas, facile tulissem vulgatam *esse. Mr.* — Absurdam ait Hott. esse lectionem *non esse mirabile:* quae mihi proba potius videtur, et defendi posse facili negotio. Ad *esse* subaudi *posse. K.*

Non enim audivit ille] Cod. Cr. *esse* pro *ille.* In seqq. Cod. R. *quod maius sit.* M. *cum radicem tenet,* omisso *orc.* Ad h. l. *Iortinus* in Miscellann. Obss. l. c. p. 18. „Suspicor, ait, duo ultima verba contextui adsuta [nimirum *locutus est*]. Quidam proponit *loquentem* pro *locutus est.*"

sed est visus audire; et quidem, quo maius sit, cum radicem ore teneret, locutus est. Sed nihil est magnum somnianti. Quaero autem, cur Alexandro tám illustre somnium, tam certum, nec huic eidem alias, nec multa ceteris. Mihi quidem, praeter hoc Marianum, nihil sane, quod meminerim. Frustra igitur consumptae tot
142. noctes tam longa in aetate. Nunc quidem, propter intermissionem forensis operae, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam: nec tam multum dormiens ullo somnio sum admonitus, tantis praesertim de rebus: nec mihi magis unquam videor, quam cum aut in foro magistratus, aut in curia senatum video, somniare.

Ad quae *Burmannus:* „Nisi quis novarum rerum studiosus hic quicquam mutarit. quin vitiose periodus versu heroico ita finiretur:

— *quo maius sit, quum radicem ore teneret.*

In altera emendatione laboraremus dubitatione, an fortasse *loquentem* referendum ad *radicem.*" Cod. S. omittit *cum. Mr.*

Sed nihil est magnum somnianti] „i. e., ait Hott., difficile, aut quod iustam habeat admirationem." Melius *magnum* explicaveris *nimium,* vel tale, quod fieri non posse videatur. Cum in Cod. Ox. E. pro *Alexandro* sit *Alexander,* hunc locum sic refingi posse ait Hott.: *Quaero autem, cur Alexander tam illustre somnium, tam certum, neque hic idem alia, nec multa ceteri.* Sed merito ipse nihil se mutatum velle dixit. Vocem *Alexandro* Cod. R. habet post *somnium.* Cod. Cr. *ne huic* pro *nec huic.* P. *sumptae* pro *consumptae.* Pro *meridiationes,* quod vocabulum est ἅπαξ λεγόμενον, Cod. R. habet *meditationes,* vocem (non rem) monacho scribenti usitatiorem. Vocem *non* ante *solebam* omittit Cod. P. In Cod. Cr. est *tam ultum,* in Cod. R. *tam multa.* Idem mox *uno somnio:* tum *praesertim tantis de rebus. Mr.*

Nec mihi magis usquam *videor*] Melius, ut opinor, Med. Balliol. Reg. et Cantab. exhibent, *unquam videor;* hoc enim temporis est, illud loci. *Dav.*

magis unquam] Sic e MS. Guelf. dedi pro vulgato *usquam.* — Ceterum locus habet irrisionem in senatum et magistratus, quos non veros esse vult dicere, sed inanes species veri senatus verorumque magistratuum. *Ern.* — Est etiam *unquam* in Cod. Ox. E. Co. Vi. b. nostris Cr. M. R. L. a. b. c. U. Edd. Ern. Bip. Hott. Sch. *Mr.* — In eandem, in quam Ernestus, sententiam de hac irrisione loquitur Hott., significare Ciceronem dicens, senatum et magistratus totos esse mutatos, nihilque plane retinuisse veteris illius vigoris atque auctoritatis. Mihi vero haec irrisio spectare videtur confusam et perturbatam plane rei publicae conditionem: cum in indiciis et in senatu neque leges valerent nec mores disciplinaque veterum, qui solet esse status in rerum publicarum conversionibus, rebus omnibus labantibus et ad ruinam vergentibus. Ad incerta igitur, confusa et tortuosa ego refero similitudinem, quam videbatur habere in his turbis vigilans sibi Cicero cum somniante. *K.* — Cod. S. *autem in foro — videor. Mr.*

Et enim (ex divisione hoc secundum est) quae est 69.
continuatio coniunctioque naturae (quam, ut dixi, vocant *συμπάθειαν*) eiusmodi, ut thesaurus ex ovo intelligi debeat? Nam medici ex quibusdam rebus et advenientes et crescentes morbos intelligunt: nonnullas etiam

Etenim ex divisione hoc secundum est] Vel legenda sunt haec hoc ordine, *quae autem est continuatio coniunctioque naturae, quam, ut dixi, συμπάθειαν vocant,* (*etenim ex divisione hoc secundum est*) *eiusmodi, ut* etc.; vel aliquid deest; vel est hysterologia, et posita ratio est ante Propositionem, quod non est scriptoribus Graecis ac Latinis inusitatum. LAMBIN. *Etenim*] Transitionis est hoc in loco particula: quapropter haec frustra tentat *Lambinus*. Vide supra cap. 3. *Dav.*

Et enim (*ex divisione hoc secundum est*) *quae est*] „Omnino, ait Hott., legendum est vel *Sed enim* vel *At enim*. Hoc praeferendum et edendum duxi, postquam incidi in locum simillimum infra c. 71. *At enim observatio diuturna* (*haec enim pars una restat*) cet.“ *Goerenz.* ad Cic. de Finn. II. 27. 87. p. 253. „Non probamus, ait, Hottingerum, si II. Div. 69. 142 *At enim* corrigit, ubi *Etenim* pro *Sed enim* dicitur, atque negatio etiam praecedit.“ Vere etiam Sch. aliam esse rationem loci, quem Hott. simillimum putet, c. 71. init. contendit: sibi autem, si quid mutandum sit, facillimam videri hanc rationem: *Etenim quae est* (*nam ex divisione hoc secundum est*) *continuatio* cet. Sed nihil mutandum. Vid. etiam Beier. ad Cic. de Off. III. 15. 63. p. 297. *Mr.* — *Etenim* h. l. est i. q. *Nam*, quod Cicero scribere noluisse videtur, cum mox dicendum fuerit *Nam medici*. Non igitur ab Hottingeri partibus standum, sed a Davisii. *K.* Cod. S. *ex divinatione*. *Mr.*

Continuatio coniunctioque naturae] Vide nostrum de N. D. III, 11. et huiusce libri capp. 14, 60. *Dav.*

continuatio coniunctioque naturae] Equidem voce *continuatio* nonnihil offendor. Fortasse legendum *cognatio — naturae* coll. II. 14. extr. iisque, quae mox leguntur *naturali cognatione*: possis etiam coniicere *copulatione*, ex eo, quod circa finem huius cap. dicitur: *quid copulatum habuit — ?* — Quod Rathius ait *eiusmodi* esse i. q. *ita*, malim dicere dictum pro *talis*. *K.* — Pro *dixi* in Cod. Cr. est *dixit*. *Mr.*

Nonnullae etiam valetudinis etc.] Sic olim editum est, *nonnullae sunt etiam valetudinis significationes; ut hoc ipsum pleni enectine fame simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicunt.* Cuius lectionis non obscura sententia est, nempe significari valetudinem certis ex somniis: ut hoc ipsum, pleni an fame exhausti simus, medici dicunt intelligi ex quodam genere somniorum. Sed, ne mentiar, vulgatam huic antepono: *nonnullae etiam valetudinis significationes, ut hoc ipsum, pleni enectine fame simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur;* atque ita olim quoque excudi iusseram; sed operae alteram secutae sunt meo iniussu: tantum adscripseram, e regione huius loci, hanc scripturae dissimilitudinem, quam in uno libro vetere repereram plane expressam, nisi quod in eo erat, ut in vulgg. *dicuntur:* hinc operariis istis errati causa praebita est. *Lambin.*

nonnullae etiam etc.] Ex Hippocratis doctrina: quem consule *περὶ ἐνυπνίων* p. 375. ed. Foes. Ex qua profecerunt Plato de Rep. x. p. 508. Aristoteles *περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς* cap. I. p. 64. ubi G. A. *Beckerus* Tullianum locum adhibuit, nec minus Galeni admonuit p. 64. Tu adde Plutarchi *ὑγιεινὰ παραγγέλματα* p. 129. B. p. 507. ed. Wyttenb. — *ἀλλὰ καὶ τῶν ὕπνων τὸ μὴ συνεχὲς μηδὲ λεῖον, ἀλλ' ἀνωμαλίας*

valetudinis significationes, ut hoc ipsum, *pleni enectine*

ἔχον καὶ διασπασμούς, εὐλαβεῖσθαι, καὶ νὴ Δία τῶν ἐνυπνίων τὴν ἀτοπίαν, ἅπερ ὦσι μὴ νόμιμοι μηδὲ συνήθεις αἱ φαντασίαι, πλῆθος ἢ πάχος ὑγρῶν ἢ πνευμάτων ταραχὴν ἐντὸς κατηγοροῦσαν· ubi vid. Wyttenb. in Animadverss. p. 830. sq. Adde Themistii Paraphrasin loci Aristotelei cap. 2. *Cr.*

nonnullas etiam — significationes — intelligi posse dicunt.] Hott. dedit: *nonnullae sunt — significationes; ut hoc ipsum — posse dicunt:* quam lectionem Lamb. in olim editis esse ait, quamquam in nullo plane libro, nec scripto nec edito, legitur *sunt*. Hoc vero Hottingero visum est necessarium, quod non credebat Ciceronem scripsisse *valetudinis significationes intelligi*, cum non *significationes intelligantur*, sed *valetudo intelligatur ex significationibus*. Esse praeterea in Oxon. E. *significationes sunt*, qui in fine pro *dicunt* habet *debent*. Rathius item addi volebat *sunt*. Sch. Hottingero obsecutus est; cupidius, ut opinor, quam debuit. Quid enim? Nonne *intelliguntur significationes valetudinis?* Omnino ait Cicero, dicere medicos, intelligere se quid significetur quod ad valetudinem quodam somniorum genere. Ego vero recepi *nonnullas* ex Codd. nostris Cr. L. a. Edd. Manut. Vict. Rob. Steph. et *dicunt* ex iisdem, praeterea ex Edd. Asc. 2. Crat. Herw. et Sturm. Nobiscum facit etiam Ed. Olivet. In Cod. R. est *nonnulli*. In antecedentibus Sch. ait se dubitare, an Cicero scripserit generaliter *ex quibusdam rebus:* sententiam certe postulare *ex quibusdam somniis*. Non male sed ego servari posse existimo *rebus*, ut sit i. q. *signis*, si legas. *Nam ut medici ex quibusdam rebus — intelligunt, ita nonnullas — dicunt.* Quamquam ne hanc quidem mutationem necessariam duco. *Mr.* — *Significationes* dicit, quasi συμπτώματα. Ego vero, Hottingeri mutatione reiecta, vel *nonnullae etiam — dicuntur*, vel *nonnullas etiam — dicunt* praeferendum censeo. *K.* In Copp. Victt. b. est *nonnullas:* ad quem locum in Copp. Victt. a. comparatur Aristot. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς [c. 1. p. 56. l. 7. sqq. ed. Sylb.] *Mr.*

Nonnullae *etiam valetudinis significationes — intelligi posse* dicuntur] Melius, ut mihi quidem videtur, *Pet. Victorius* edidit, *nonnullas etiam valetudinis significationes — intelligi posse dicunt*, videlicet Medici; qua de re videas licet *Hippocratis* libellum de insomniis. Operum Sect. IV. pag. 44. seqq. edit. Foesian. Nostrorum vero Codicum varietates hoc in loco memorare non possum, siquidem cunctae ῥήσεις a voce *somniorum* ad *omnium fere animos* (quae leguntur paullo post initium capitis 72.) in Med. Balliol. Reg. Cantab. et Ven. 1471. prorsus omittuntur: Paris. autem descripto principio capitis LXVI. ad usque libri finem mutilus est. *Dav.*

Plene enectine simus] Legendum puto, *pleni enectine* fame *simus:* sic enim locutus est supra hoc eodem libro cap. 35. *Nunc vero inclusa in cavea, et fame enecta* etc. *Lamb.*

Pleni enectine] Vulgo *enective*, quod ob latinitatem mutavimus. Nec tamen cum *Lambino* scripserim *enectine* fame *simus*. *Tertullianus* Apol. cap. XIV. *Cum* enecta *et tabidosa et scabiosa quaeque mactatis.* Idem de Ieiuniis cap. VII. *Satis enim poenitentia scelerum commendaverat Deo ieiunium triduo functa* (Ninive,) *etiam pecudibus* enectis, *quibus iratus Deus non erat.* Igitur illo supplemento nihil opus: *Dav.*

pleni enectine simus,] „Nihil ego, ait Hott., aliud significari puto his verbis, quam *abundantiam humorum, atque siccitatem*, ut adeo recte ita vertat Désmarais: *s'il est trop rempli d'humeurs, ou s'il est dans un trop grand épuisement* [Meyerus: *ob wir vollsaftig oder entkräftet sind:*] Hippocrates certe in libello περὶ ἐνυπνίων 14. sq. eius generis somnia refert. Sed cum ne sic qui-

simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicunt. Thesaurus vero, et hereditas, et honos, et victoria, et multa generis eiusdem, qua cum somniis naturali cognatione iunguntur? Dicitur quidam, cum in 142.
somnis complexu Venerio iungeretur, calculos eiecisse. Video sympathiam: visum est enim tale obiectum dormienti, ut id, quod evenit, naturae vis, non opinio erroris effecerit. Quae igitur natura obtulit illam speciem p. 138.
Simonidi, a qua vetaretur navigare? aut quid naturae copulatum habuit Alcibiadis, quod scribitur, somnium?

dem verba *pleni enectine* satis concoquere possim, saepius subiit legendum *spleneticine*, sensu, ut puto, tam aperto, quam probabili, atque lectionis vestigiis facillime sese huic mutationi commodantibus. Quod si quis potius *splenici* velit, quod Harduinus in Plinio semper dedit, non pugnaverim. Nam ea vox, quemadmodum in pluribus Plinii MSS., mutari ab aliis potuit in *splenetici;* e quo lapsus facilior fuit in *pleni enecti*.“ Censor eius Editionis Ienensis 1794. 272. p. 462. ait, ad librorum scriptionem magis etiam accessuram lectionem, si corrigas: *splenetici nec ne simus*. Rathius ingeniosam ait esse Hottingeri coniecturam; et hanc Aldi vulgatae lectionis explicationem adscripsit: „i. e. onerati humoribus superfluis, exhaustine et fere consumti humoris inopia.“ Ego cum Sch. in vulgata acquiesco, statuoque *enecti* esse i. q. *macilenti*, quod ex oppositione facile apparet. Nec libri quidquam variant, nisi quod in Cod. R. est *pleni necti nescimus:* in Cod. S. *pleni evehective simus*. *Mr.*

Ex quodam genere] Eadem lacuna, quam esse dicit in aliquot Codd. et in Ed. Ven. 1471. Davisius, est etiam in Edd. Ven. 1494. Asc. 1. et Codd. nostris U. R. L. b. *Mr.*

qua cum somniis] Codd. Cr. L. a. P. S. *quae* pro *qua*. Et sic Edd. Crat. et Herw. sed eaedem in marg. *quaecunque*. In seqq. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. *cum in somniis*. *Mr.*

Video sympathiam:] In Cod. Cr. post *Video* est lacuna, consulto a scriptore relicta, qui vocem sequentem, Graecis fortasse literis exaratam, legere non poterat. Supra, ubi Graecis literis describi eam iussimus, in eodem Cod. latinis literis scriptum est *sympathian*. *Mr.* — *Video sympathiam* est i. q. video, eam rem a vobis dici sympathiam. *K.*

Visum enim est tale obiectum etc.] „Hoc dicit, ait Hott.: Somnium istud tale fuisse, ut illi naturalis intercesserit coniunctio cum eo, quod evenit: sc. hominem illum tale somnium habuisse, quia calculos eiecerit, non calculos eiecisse, quia tale somnium habuerit. Quare Ciceronis verba ita videntur supplenda: *Visum, quod dormienti fuit obiectum, tale est, ut clarum sit, id, quod evenit, naturae vim, non opinionis errorem effecisse.*“ Bene explicavit breviloquentiam Hottingerus: nam, quod dicit, ita supplenda videri verba Ciceronis, non ita intelligendum est, quasi ita legi voluerit: quare omitto etiam defensionem loci, quam contra Hottingeri, quam existimabat, emendationem ad me misit vir quidam doctus. *Mr.*

ut id — naturae vis — effecerit.] i. e. ut, prout vos existimatis, id quod evenit, naturà coniunctum fuerit cum somnio. Ita etiam ad *Quae igitur natura* subaudiendum est *vestrà quidem sententia*, quod, in sermone paullo commotiore omissum, sono supplendum est. *K.*

aut quid naturae copulatum] Cod. Cr. *aut quid copulatum naturae*.

qui, paullo ante interitum, visus est in somnis amicae esse amictus amiculo. Is cum esset proiectus inhumatus, ab omnibusque desertus iaceret; amica corpus eius texit suo pallio. Ergo hoc inerat in rebus futuris, et causas naturales habebat? An, et ut videretur, et ut eveniret, casus effecit?

70. Quid? ipsorum interpretum coniecturae nonne magis
144. ingenia declarant eorum, quam vim consensumque naturae? Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Mane ad coniectorem. At ille, Vinces, inquit. Id enim celeritas significat et vis equorum. Post idem ad Antiphontem. Is autem, Vincare, inquit, necesse est. An non intelligis, quatuor ante te cucurrisse? Ecce alius cursor: (atque

Pro *quod scribitur* est *quod dicitur* in Cod. M. Cod. M. *habuerit* pro *habuit*. *Mr.*

Visus est in somnis amicae esse amictus amiculo] *Valerius Maximus* lib. I. cap. VII, 9. extern. *Alcibiades quoque miserabilem exitum suum haud fallaci nocturna imagine speculatus est: quo enim pallio amicae suae dormiens opertum se viderat, eo interfectus et insepultus iacens contectus est.* Idem somnium memorant *Plutarchus* Tom. I. p. 213. et *Suidas* in *Ἀλκιβιάδης*. Historiam refert *Hieronymus* in Iovin. lib. I. p. 345. F. *Dav.*

visus est in somnis] Frustra operam impendit Herelius, ut probaret, de quo nemo dubitabat, legendum esse *in somnis*, nec vero, ut edidit, nescio unde, Hott., *in somniis*. Nam Editionem Ald., in qua sola legitur *in somniis*, non ad manum habuit. *Mr.*

amicae—amictus amiculo] Iniucundam esse existimabat *Schellerus* in Praeceptis Stili bene Latini II. p. 748. hanc syllabarum *ami* repetitionem; eam vero ab *Ernesto* ad gratam negligentiam referri ait, nimirum in Prolusione de grata negligentia orationis p. 133. (Opusc. Philol. et Critic.). Ego id ne negligentiae quidem nomine appellaverim, in quo nihil omnino est ingrati. Cod. S. habet *detexit* pro *texit*: idem *inerat rebus* pro *inerat in rebus*. Hoc praestat. Mox *naturalis habet*. *An ut*, omisso *et*. *Mr.*

in rebus futuris] Cod. M. *in rebus humanis vel futuris*. Quae scriptio ita orta esse videtur, ut post *rebus*, aliud agens, scriberet librarius *humanis*, tum animadverso errore litura nollet inquinare codicem, veramque lectionem apposito *vel* adiungeret. Mox Cod. R. habet *An ut ei videretur*. Tum S. *etiam me* [volebat, opinor, *etiamne*] pro *nonne*. *Mr.*

Cursor ad Olympia] Infert exemplum, non addens *ut hoc utar*, sermonis familiaris libertate usus, ut cap. 67. *K.*

Post idem ad Antiphontem] Cod. M. *Antiphonem*. S. *vincere* pro *vincare*. Vict. in Copp. a. ad nomen Antiphontis adscripsit: *τὸν ὀνειροκρίτην*. Copp. Victt. b. Suidas: *Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος ὀνειροκρίτης περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν*. Artemidorus L. II. [c. 14. p. 167. ed. Reiff.] Onirocrit. agens de sepia pisce: *αὕτη δὲ μόνη καὶ τοὺς ἀποδράναι βουλομένους ὠφελεῖ διὰ τὸν δόλον* [Reiffius corr. *θολὸν*], *ᾧ χρωμένη πολλάκις φεύγει. μέμνηται τοῦ ὀνείρου τούτου καὶ Ἀντιφῶν ὁ Ἀθηναῖος*. *Mr.*

horum somniorum et talium plenus est Chrysippi liber, plenus Antipatri:) Sed ad cursorem redeo. Ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum. At ille, Vicisti. Ista enim avi volat nulla vehementius. Huic quidem Antipho, Baro, inquit, te victum esse non

Chrysippi liber] Conf. Ian. *Bake* de Posidonio p. 82. et supra cap. 65. Parentheseos signum finitae a verbo *redeo* retuli post *Antipatri* cum Ern. Hott. Sch. Davisium iungentem, ut in unam elocutionem, verba *Ecce alius cursor ad interpretem detulit*, recte monet Hottingerus consuluisse Prisciani genium, quam Tullii. Post *interpretem* in marg. Edd. Lambb. est coniectura plane supervacanea *retulit:* nam *detulit* aeque probum est. Cod. S. *retulit aviculam aliouam* (sic) *se in somniis — avis volat. nulla.* In seqq. Codd. Cr. M. P. L. a. habent *illa enim avis* pro *illa enim avi:* perperam. *Mr.*

Huic equidem *Antipho*] Non placet *equidem* cum tertia persona coniungi, et suspicor de mendo. *P. Manuc.*

Huic equidem *Antipho*] *Lambinus* edidit, *huic* eidem *Antiphon;* cum vero MSSti vulgatam lectionem servent, mutatione non est opus: nam particulam *equidem* tertiae personae iungi posse, multis exemplis constat; adeo ut frustra sit *P. Manucius*, qui locum de mendo suspicatur. *Dav.*

Huic quidem Antipho] Scripsi *quidem* pro *equidem* cum Ern. Bip. Sch. ex Codd. Guelf. L. a. c., quamvis posteriorem scriptionem Hottingerus probare voluit ex Sallustio Cat. 52. 11. laudato Cortio ad Sall. Cat. 51, 15., Servio ad Virg. Aen. I. 580. [l. 577.] et Gesnero in Thes. L. L. v. *equidem.* Sed iam, opinor, nemo ultra obtrudet Ciceroni *equidem*, secundae aut tertiae personae, aut plurali numero iunctum, post ea, quae disputavit *Goerenzius* ad Cic. de Finn. III. 1. 1. p. 307. Scripsi item *Antipho*, ut est de Orat. II. 59. et in Codd. nostris omnibus (nisi quod cum Edd. Asc. 2. et Crat. Cr. habet *Anticho*) et Edd. vett. et recc. tantum non omnibus. Vid. *K. L. Schneider. Gr. Lat.* II. *Formenl.* I. p. 279. Ad v. *Antipho* in Co. Vi. a. haec adscripta sunt: Hermog. 144. [p. 144. ed. Ald. collect. Rhet. Graecc., quae prodiit anno 1508: ubi haec leguntur: πλείους γεγόνασι μὲν Ἀντιφῶντες, δύο δὲ οἱ σοφιστεύσαντες· ὧν καὶ λόγον ἀνάγκη ποιήσασθαι· ὧν εἷς μέν ἐστιν ὁ ῥήτωρ, οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι. ἕτερος ὁ καὶ τερατόσκοπος καὶ ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ οἵ τε περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ ὁ περὶ ὁμονοίας, καὶ οἱ δημειγορικοὶ (corr. Victor. δημηγορικοὶ) καὶ ὁ πολιτικὸς κ. τ. λ.] Laërt. in Socrate [L. II. Segm. 46. p. 108. καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατόσκοπος.] *Mr.*

Huic equidem Antipho; Baro, *inquit, te victum esse non vides*] Haud aliter Pal. pr. ac sec. nam tert. heic mutilus est, quartus vero vocem illam inusitatam omisit; quam tamen etiam in scriptis suis reperit Victorius. Vulgati, *Antipho, Tu vero, inquit*, insulse. *Grut.*

Baro, inquit, te victum esse non vides?] Est *Tu vero* in Cod. nullo, sed in Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Baro* in reliquis omnibus: eamque ego scriptionem servavi cum Sch. et aliis, quamquam haud parva est diatriba Rathii ad Cic. de Finn. II. 23. p. 497 — 500. contendentis, *baro* esse vocem barbaram, rescribendumque et nostro loco et ad Famm. IX. 26. ad Att. V. 11. de Finn. II. 23. esse *Varo. Mr.* — Eadem est varietas in Epist. Famill. IX. 26. ubi vid. Benedict. Adde *Forcellin.* Lex. in *baro*, et *Goerenz.* ad de Finn. II. 23. p. 237. qui item, expositis quidem rationibus, Rathio non paruit. *Cr.*

vides? Ista enim avis, insectans alias aves et agitans,
145. semper ipsa postrema est. Parere quaedam matrona cupiens, dubitans essetne praegnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam. Retulit. Negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. At alter, praegnantem esse dixit: nam inane obsignari nihil solere. Quae est ista ars coniectoris, eludentis ingenio?
b. An ea, quae dixi, et innumerabilia, quae collecta habent Stoici, quicquam significant, nisi acumen homi-

te victum esse non vides?] Codd. P. et L. a. S. *victum te*, ut Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. *Mr.*

alias aves et agitans] Vocem *aves* omittunt Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Verba *et agitans* desunt in Cod. Ox. E. Cod. S. habet *ipsa semper*, ordine *inverso*. *Mr.*

dubitans, essetne praegnans] „Ista trium, ait Hott., participiorum, *cupiens* — *dubitans* — *praegnans* nimia proximitas auribus sane est molesta. Equidem vix dubito, quin totum hoc, *dubitans essetne praegnans*, illatum fuerit e margine.“ Poterat Hott. queri de quinque participiorum concursu: modo enim praecesserunt *insectans* — *agitans*. Sed in eo quidem vir ille nimis est fastidiosus. Quod si autem deleveris verba: *dubitans essetne praegnans*: quid facies verbis *praegnantem esse?* quae ne sequi quidem possent, si illa non praecessissent. *K.*

Retulit] Ita libri nostri. inepte igitur Lambinus interponit ad sententiae perspicuitatem de suo, *ad coniectorem retulit*. satis subintelligitur. *Gruter.*

obsignatam habere naturam] Conf. Annot. ad Cic. de Nat. Deorr. III. 22. p. 606. ed. nostr. et Moseri. *Cr.* Add. *Creuzer.* Commentatt. Herodott. I. p. 259. not. 239. *Mr.*

Obsignatam habere naturam] Pars corporis *quae secretior et occultior est, a Graecis φύσις, a nobis dicitur natura*, quemadmodum notat Auctor Epist. ad Therasiam *Hieronymo* adscriptae Tom. IX. pag. 75. *Cicero* N. D. lib. III. cap. 22. *Cuius* (Mercurii) *obscoenius excitata natura traditur.* *Artemidorus* Oneir. lib. v. §. 63. *Ἔδοξέ τις γυνὴ ἐκ τοῦ στήθους αὐτῆς ἐκπεφυκέναι πυρῶν στάχυας, καὶ εἰς τὴν ΦΥΣΙΝ αὐτῆς ἐπικλωμένους πάλιν καταδύεσθαι — Ἡ δὲ εἰς τὴν ΦΥΣΙΝ κατάδυσις (ἐσήμηνε) τὴν μίξιν.* Plura congesserunt Interpretes ad *Minucii Felicis* cap. IX. *Dav.*

concipere paruisse.] Cod. M. *parere potuisse.* Male. *Mr.*

Nam inane obsignari] Non male forsan pr. et quart. *nam* et *inane obsignari*. *Grut.*

nam inane obsignari nihil solere] Quod ait Grut. non male scribi *nam et inane*, id verum esset apud alium scriptorem; apud Ciceronem non item. Scribitur autem ita in Codd. nostris S. P. In Cod. Cr. est *nam mane obsignare nihil solere*. Cod. S. *signari*. Ad v. *inane obsignari* in Copp. Victt. a. laudantur haec ex nostri Epp. ad Fam. [XVI. 26.]: *quae* [sc. mater nostra] *lagenas etiam inanes obsignabat*. Plaut. [Curcul. I. 1. 78. sq.] *Quasi tu lagenam dicas, ubi vinum solet Chium esse.* Digest. L. XVIII. [Tit. VI. 1.]: *Sed si nondum sunt degustata, signata tamen ab emptore vasa vel dolia* etc. *Mr.*

Quae est ista *ars coniectoris*] Pall. non agnoscunt *ista*, neque habetur in Victoriana. *Grut.*

Quae est ista ars] Restitui voculam *ista*, quae post *est* facile potuit excidere, ex Codd. nostris M. P. L. a. c. Edd. Car. Steph. Ald. (ubi

num, ex similitudine aliqua coniecturam modo huc, modo illuc ducentium? Medici signa quaedam habent ex venis et ex spiritu aegroti; multisque ex aliis futura praesentiunt. Gubernatores cum exsultantes loligines viderint, aut delphinos se in portum coniicientes, tempestatem significari putant. Haec ratione explicare et ad naturam revocari facile possunt: ea vero, quae paullo ante dixi, nullo modo.

At enim observatio diuturna, (haec enim pars una 71.
restat) notandis rebus fecit artem. Ain' tandem? somnia 146.

scribitur *Quae ista est ars*) Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Verb. Oliv. Ern. Bip. Hott. Sch. *Mr.*

coniecturam — ducentium] Amat hanc locutionem noster. Ea enim usus est etiam cap. 72. prc.; Brut. 14, 56. *coniectura duci.* ad Famm. IX. 2. *coniectura me ducit.* Scriptor Orationis de Har. Resp. 25, 54. iunxit: *deorum monitis duci — coniectura rapi.* Vocem *coniecturam* omittit Cod. S. *Mr.*

Multisque ex aliis futura praesentiunt] Videtur legendum, *multisque ex aliis,* quibus *futura praesentiunt;* ut sit, signa quaedam habent etc. quibus etc. LAMBINUS. Frustra, ut mihi videtur, et absque causa sontica. *Dav.*

cum — viderint — tempestatem significari putant.] Ut constet iusta temporum et sententiarum consecutio et coniunctio, cogitandum est contineri verbo *significari* verbum *futuram esse. K.* Verbum *viderint* abest a Cod. S. Idem habet *delphines. Mr.*

Exsultantes loligines] Ἐξαλλομένας. Loliginem volitantem tempestatis esse signum notavit etiam *Plinius* H. N. lib. XVIII. cap. 35. Quin etiam διὰ τί τευθὶς φαινομένη σημεῖόν ἐστι χειμῶνος, quaerit *Plutarchus* Quaest. Nat. pag. 916. τὴν δὲ τευθίδα ἐξάλλεσθαι φεύγουσαν τὸ ψῦχος καὶ τὴν ἐν βάθει ταραχὴν τῆς θαλάττης statuit. *Dav.*

ad naturam revocari facile possunt.] Ern. *facile revocari:* quod unde ille hauserit, se nescire ait Hott.: libris nimirum destitutus. Sed cum Ernesto faciunt Codd. P. L. c. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Bip. Quamquam non est, quod nostram scriptionem mutes. *Mr.*

At enim observatio diuturna] Cod. M. *at vero observatio divina:* errore ex perperam lectis compendiis orto. De scriptione vid. c. 69. prc.; ad sententiam conf. c. 60. prc. Sequitur in Cod. M. *haec enim pars sola restat, quae notandis rebus fecit artem:* quod est glossatoris. In Cod. Cr. scriptum est *pars una est restat* (sic). *Mr.*

Ain' tandem? somnia observari possunt?] Ita rescripsi ex Cod. L. a. cum vulgo edatur *An tandem somnia observari possunt?* Solet enim noster ita loqui in responsione paullo commotiore. Ita de Legg. III. 5. 14. Marcus ait: *Sed huius loci — sunt propria quaedam, a Theophrasto primum, deinde a Diogene Stoico quaesita subtilius.* Cui Atticus: *Ain' tandem? etiam a Stoicis ista tractata sunt?* Sic, postquam ex sententia Quinti nostro loco dixit: *At enim observatio diuturna notandis rebus fecit artem:* ex sua respondet: *Ain' tandem? somnia observari possunt? quonam modo?* Conf. Epp. ad Att. VI. 2. post med. de Finn. IV. 1. 1. p. 420. *Ain' tandem? — in hac me causa tempus dilaturum putas?* Ubi monet *Goerenz.* in v. *ain* saepe turbari a librariis: conf. eundem ad Acadd. II. 19. 62. ubi pro *Ain' tu?* vulgo

observari possunt? quonam modo? sunt enim innumerabiles varietates. Nihil tam praepostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare. Quo modo igitur haec infinita et semper nova, aut memoria complecti, aut observando notare possumus? Astrologi motus errantium stellarum notaverunt. Inventus est enim ordo in iis stellis, qui non putabatur. Cedo tandem, qui sit ordo, aut quae concursatio somniorum? quo modo autem distingui possunt vera somnia a falsis, cum eadem et aliis aliter evadant, et iisdem non semper eodem modo? ut mihi mirum videatur, cum mendaci homini ne verum quidem

legitur *An tu:* p. 116. sq. — Idem monet ad de Legg. II. 6. 15. p. 124. saepe confundi *ain'* et *an*. Et confunduntur ipso, quem supra laudavimus, de Legibus loco: ibi enim Cod. Mon. et Edd. Asc. 1. 2. pro *Ain tandem?* habent *An tandem*. *Mr.*

Nihil tam praepostere, tam incondite] Cod. S. *nihil tam incond. tam praep.* Alibi iungit noster *praepostera* et *perversa;* veluti pro Cluent. 26, 71. pro Rab. Post. 13, 37. *perturbatum, discrepans et praeposterum* de Or. III. 11. 40. et *discerpta, praepostera, confusa, perturbata* de Or. III. 13. 49. Ad v. *incondite* conf. nostrum de Rep. II. 10. p. 234. *Antiquitas enim recepit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondite*. *Mr.*

Ordo in his stellis, qui non putabatur] Olim vago et incerto motu ferri videbantur eae stellae; quapropter *errantium* et *πλανητῶν* sortitae sunt nomen: revera tamen *nihil errat, quod in omni aeternitate conservat progressus, et regressus, reliquosque motus constantes et ratos*. Verba sunt *Tullii* N. D. lib. II. cap. 20. Vide sis et Tusc. lib. I. cap. 25. *Dav.*

Inventus est enim ordo in iis stellis] Cod. P. omittit *enim*. Scripsi autem *iis*, ut vulgo legitur, et, excepto Cod. Cr., in libris omnibus; pro quo Dav. edidit *his*. *Mr.*

quae concursatio somniorum?] i. e., ait Hott., quae congruentia somniorum cum rebus aut eventis: laudatque c. 68. ubi est: *an tu censes, ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam, forte, temere concurrerent?* *Mr.*

et aliis aliter evadant] Vocem *et* omittit Cod. R. — Cr. habet *alius* pro *aliis*, et *evadat* pro *evadant;* M. *evadent*. *Mr.*

Et iisdem non semper eodem modo] Pal. pr. habet amplius, *et iisdem* sensu evasionis *non semper*. aliquid certe in eo latet. *Grut.*

et iisdem non semper eodem modo?] Cod. M. *et idem non semper eodem modo*. P. *et iisdem sensus evasionis non semper eodem modo?* Mox in eodem deest *mihi*. In seqq. Cod. M. habet *ne vera quidem*. *Mr.*

Credere soleamus] Legi queat *credere* non *soleamus*. Sed cum MSSti particulam negantem non agnoscant, eorum sane partes non deseruerim. Pari certe modo locutus est noster supra cap. 59. et de Fin. v, 20. *Dav.*

ne verum quidem dicenti credere soleamus.] Sensum flagitare putabat vir cl. [Davis. in Ed. pr.] ut legatur *credere non soleamus*. Sed quis negationem istam requireret, si scriptum videremus: *quum mendaci homini ne tum quidem credere soleamus, quum verum dicit?* Similiter noster ad Famm. IX. 5. *Consilii nostri, ne si eos quidem, qui id secuti non sunt, non poeniteret, nobis poe-*

dicenti credere soleamus, quo modo isti, si somnium verum evasit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogant, quam ex uno innumerabilia confirmant. Si 147
igitur neque deus est effector somniorum, neque naturae societas ulla cum somniis, neque observatione inveniri potuit scientia; effectum est, ut nihil prorsus somniis

nitendum putarem. ubi vid. Manutium [p. 965. sq. ed. Wechel.] cuius tamen ἀκριβολογία vereor ne nimia sit. de Finn. v. 20. *itaque ne si iucundissimis quidem nos somniis usuros putemus, Endymionis somnium nobis velimus dari.* ubi consule Lambinum [nunc Goerenzium p. 602.] *Wopkens.*

Uni fidem derogant, *quam* — confirmant] *Lambino* rescribendum videtur, *derogent, quam — confirment.* Eaque saltem usitatior est loquendi ratio. *Dav.*

ut mihi mirum videatur — quo modo — derogant — confirmant.] „Dav., ait Hott., qui coniunctivum in hac loquendi ratione usitatiorem esse dicit, fortasse formulae *nescio quo modo* (quae utique indicativum admittit) similitudine ad tolerandum indicativum est inductus, cuius tamen diversa est indoles.' Omnino haec una [*derogent — confirment*] vera rectaque ratio est, neque aliter latine doctus quisquam unquam fuit locutus. Id quomodo cum alios, tum in primis Ernestum, fugere potuerit, ut vulgatam lectionem non modo non mutandam, sed ne admonendum quidem aliquid existimaret, ego plane non assequor. Mihi quidem nulla religio fuit, turpem Ciceroni maculam, vel reclamantibus libris, abstersisse.“ Recepit coniunctivos Schützius. Sed *Goerenzius* ad Cic. de Finn. II. 19. 60. p. 218. tuetur indicativos, inversionem hanc esse dicens, per sermonem commotiorem [*vividiorem* ait G.] natam. Tuetur eosdem Wopkens. Lectt. Tull. p. 144. sq. itemque in eandem sententiam disputat exemplis allatis *Mahnius* in Epistolis Sodalium Philomath. p. 367. sqq. Add. *Hess.* ad Taciti Germ. 45, 7. p. 202. sq. ibiq. laudd. conf. tamen, quae nos monuimus ad eam annotat. in Annall. Heidelb. 1825. Apr. p. 407. Ceterum libri nostri nihil variant, nisi quod Cod. Cr. omittit verba *uni fidem derogant* et pro *innumerabilia* habet *memorabilia. Mr.* — Nolim calidius cum Hottingero, Rathio, Schützio, librorum lectione spreta, recipi correctionem Lambini. Nonne potest dicere *derogant — confirmant*, quasi scripserit *miror, quod isti derogant — ?* vel quasi *si* in propositione ea praecesserit, in qua est *derogant,* quamquam est in antecedente? Illud certum est, *miror, si* iungi cum Indicativo. *Si isti* non poterat scribere, cum statim subsequatur *si somnium:* sed ita pergit, quasi coeperit *si isti.* Eiusmodi constructiones, ubi aliud scriptum, aliud cogitatum reperias, nostro non admodum sunt infrequentes. *K.* — Cod. S. *ut mihi semper mirum. Mr.*

neque naturae societas] „Non ad haec assumitur *est somniorum effectrix,* sed subaudiendum nonnisi est verbum substantivum, quod melius expressum sic legi putem: *neque naturae est societas.* Videtur enim absumtum ultima vocis *naturae* litera.“ Haec Hott., cui cupidius, quam debuit, obsecutus est Sch. Nam verum loci sensum, etiam non addito *est,* nemo, paullo attentius legens, non attingit. Mox Cod. L. a. habet *invenire* pro *inveniri.* S. *potuit inveniri. Mr.*

effectum est] i. e. sequitur, apparet ex iis, quae exposui. Sic noster de Off. I. 45. 160. *Quare hoc quidem effectum sit, in officiis deligendis id genus officiorum excellere. Mr.*

tribuendum sit: praesertim cum illi ipsi, qui ea vident, nihil divinent; ii, qui interpretantur, coniecturam adhibeant, non naturam: casus autem innumerabilibus paene saeculis in omnibus plura mirabilia, quam in
p. 139. a. somniorum visis effecerit: neque coniectura, quae in varias partes duci possit, nonnumquam etiam in contrarias, quicquam sit incertius.

72. 148. Explodatur haec quoque somniorum divinatio pariter cum ceteris. Nam, ut vere loquamur, superstitio, fusa per gentes, oppressit omnium fere animos, atque hominum imbecillitatem occupavit. Quod et in iis libris

qui ea vident,] Cod. Cr. *qui illa vident.* Verba *coniecturam — non naturam* Hott. commode explicat „probabilitatem, ab similitudine aliqua ductam, non necessitatem s. rationem firmam atque stabilem, qualis est in causis naturalibus, quae certa habent eademque semper effecta.“ Paullo inferius Cod. Cr. habet *in somniorum visus.* Tum M. *coniecturam* pro *coniectura.* S. *coniectantur. Mr.*

in varias partes duci] Cod. Cr. *in variis partis duci. Mr.* — *Duci* explicat Rath. *diduci.* Melius comparabis II. 26. *Iam vero coniectura omnis, in qua nititur divinatio, ingeniis hominum in multas ac diversas, aut etiam contrarias partes saepe deducitur:* et c. 70. extr. *acumen hominum, ex similitudine aliqua coniecturam modo huc modo illuc ducentium. K.*

In varias partes duci possit] Vulgo *potest;* sed editio *Victoriana* nostram lectionem repraesentat. *Dav.*

quae — possit,] i. e. quae eiusmodi est, ut possit. Scripsi autem *possit* ex Codd. Cr. L. a. P. M. Oxonn. omn. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Ald. Hott. *Mr.*

Quidquam sit incertius] Pal. pr. *certius,* quod forsan referendum ad *casum,* ut coniectura aeque sit certa ac casus; hoc est incertissima, sed cum reliqui codd. ei non adstipulentur, non est, quod librario uni nimium tribuamus. *Grut.*

incertius.] Cod. P. *certius.* Quod melius reiicit Grut. quam defendit. Cod. S. pergit *Exploditur. Mr.*

Explodatur etc.] Cum, quam hic expromit Marcus, sententiam admodum discrepare vidisset Hott. ab ea, quam suam esse ait in libris de Legg. II. 13., cum Scholtenio [*Wessele-Scholten.* in Diss. de Philosophiae Ciceronianae loco, qui est de Divina natura p. 59. cui assentit *Kühnerus* in Comm. de Ciceronis in Philosophiam meritis p. 207.] existimat, Ciceronem in libris de Legibus ad publicam utilitatem, in libris de Divinatione ad philosophicam veritatem esse locutum. Qua de re quid nobis videatur, exposuimus in Introductione in Ciceronis de Legibus libros p. XXVI. — In marg. Edd. Lambb. adscripta est ad h. l. coniectura *Explodatur igitur haec quoque.* Non male. Sed potest etiam initium huius capitis ita intelligi, ut sit quasi ἀπόδοσις omnium eorum, quae dixit inde a *praesertim cum ii ipsi:* quamquam adverbium *praesertim* haec praecedentibus adiungit. *Mr.*

Nam, ut vere loquamur,] Cod. Cr. *et* pro *ut.* Inde a v. *imbecillitatem* pergunt ii libri, quos inde a cap. 69. magna laborare lacuna diximus. Cod. S. omittit *oppressit — animos. Mr.*

Quod et in eis libris dictum est] Praepositionem non agnoscunt Codices, eaque potest abesse. Forsan igitur scribendum *quod et eis libris*

dictum est, qui sunt de natura deorum, et hac disputatione id maxime egimus. Multum enim et nobismet ipsis et nostris profuturi videbamur, si eam funditus sustulissemus.) Nec vero (id enim diligenter intelligi volo) superstitione tollenda religio tollitur. Nam et, maiorum instituta tueri sacris caerimoniisque retinendis, sapientis est: et esse praestantem aliquam aeternamque

actum *est:* sequitur enim, *et hac disputatione id maxume* EGIMUS. *Dav.*

Quod et in iis libris dictum est,] Vocem *in* omittunt etiam Codd. nostri R. et L. b.; sed reliqui eam tuentur omnes, itemque Edd. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. et seqq. Ita noster supra I. 4. *quod fecimus in iis tribus libris, quos de natura deorum scripsimus.* Rathius fortasse voculam *in* excidisse etiam suspicatus est ante *hac disputatione:* quod mihi secus videtur. Nihil autem vidi infelicius coniecturâ Davisianâ: *quod et eis libris actum est,* neque sic dictum fore accuratius, quam elegantius, debebat dicere Hottingerus. Eo enim prodidit Davisius, se non recte intelligere, quid sit *egimus,* si putavit, *actum est* eodem sensu ita nude positum dici posse. De sensu v. *disputatio* v. *Ochsner.* ad Olivet. Eclogg. Cic. p. 276. *Mr.*

et hac disputatione id maxime egimus] Hott. deleri volebat *id,* cum haec quoque pendeant e pronomine *Quod,* supra posito. Eodem pronomine *id* offensus Rathius, „Quidnam? inquit: Eiusmodi quid excidisse videtur: *ut animum ea levaremus.*" Sed salva res est. Ponitur *et id* Graeco more pro *quod,* ut de Finn. II. 2. *Finem definiebas id esse, quo omnia, quae recte fierent, referrentur, neque id ipsum usquam* [pro *quodque ipsum nusquam*] *referretur.* Tusc. III. 15. *Sapientis est ille vultus semper idem, quem dicitur Xanthippe praedicare solita in viro suo fuisse Socrate, eodem semper se vidisse* [pro *quo semper viderit*] *exeuntem illum domo et revertentem.* Quae loca laudavit *Ramshorn.* in Gramm. Lat. §. 159. 2. f. N. p. 858. Quid vero se egisse ait? Illud nimirum, ut monstraret, quam longe fusa sit superstitio. *K.* — Conf. *Neues Att. Museum v. Wieland, Hott. u. Jakobs:* III. 3. p. 148. sq. *Mr.*

Multum enim — videbamur] Vocem *enim* non habet Cod. Ox. E. Pro *videbamur* est *videmur* in Cod. R. *Mr.*

Nec vero — superstitione tollenda religio tollitur.] Ad sententiam conf. de N. D. II. 28. 71. *Non enim philosophi solum, verum etiam maiores nostri superstitionem a religione separaverunt.* Pro *tollitur* est *tollatur* in Cod. M. Ne vero quis desideret scriptum *sublata* pro *tollenda,* consideret loca, qualis est Or. Philippic. II. 44. p. 636. ed. Wernsd. mai. *Spurii Cassius, Melius, M. Manlius propter suspicionem regni appetendi sunt necati:* ubi vid. *Heusinger.* p. 637. et, quem laudat, *Perizon.* ad Sanctii Minerv. I. 15. 8. p. 142. sq. [140. sq. ed. Amst. 1788.] *Mr.*

Nam — maiorum instituta tueri — sapientis est] Est haec sententia Ciceroniana: cf. II. 12. II. 33. de N. D. III. 2. p. 496. Lactant. Div. Inst. II. 6. Ad verba *et esse praestantem* etc. v. Fabric. ad Sext. Empiric. adv. Math. IX. 26 — 28. p. 554. *Mr.*

tueri sacris caerimoniisque retinendis] Cod. M. *agris* pro *sacris.* R. *tantum* pro *tueri,* et *tollendis* pro *retinendis:* idem mox *esse praestantem aeternamque naturam aliquam.* Ad v. *et eam* monet *Ochsner.* ad Olivet. l. c. p. 21. ea dici pro *et eam quidem,* eiusque usus

naturam, et eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi ordoque rerum caelestium
149. cogit confiteri. Quam ob rem, ut religio propaganda etiam est, quae est iuncta cum cognitione naturae: sic superstitionis stirpes omnes eiiciendae. Instat enim, et

exempla laudat: dici item nonnunquam *quidem* in hac constructione, omisso pronomine, ut de N. D. II. 11. *et acriora quidem* pro *et ea quidem acriora:* conf etiam Ochsn. l. c. p. 24 — 26. ubi noster locus inde a verbis *Esse praestantem* usque ad *quieta mente consistere* commode illustratur. In seqq. verba *hominum generi pulchritudo mundi* desunt in Cod. M. Pro *cogit confiteri* Cod. R. *confiteri coegit,* et in marg. *fateri coegit.* Cod. L. b. *cogit profiteri.* Mox R. *Quam ob rem etiam religio propaganda est. Mr.*

propaganda etiam est,] *Etiam* monet Ochsn. l. c. dici vel pro *etiam nunc,* vel poni ideo potissimum, ut magis appareat oppositio in v. *eiiciendae. Mr.*

quae est iuncta cum cognitione naturae:] Cod. Cr. non habet verba *quae est;* idem exhibet *cognatione. Mr.* — Verba *cognitione naturae* explicanda sunt ex praecedentibus: *pulchritudo mundi* etc. *K.* — In praecedd. Edd. vett. nonnullae *suscipiendam* pro *suspiciendam.* Sed probam lectionem habent Edd. Asc. 2. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. et seqq. Cod. quoque S. habet *suscipiendam. Mr.*

Stirpes omnes eiiciendae *sunt*] *Elidendae* non dubito quin corrigendum sit, ut cum verbo *stirpes,* et cum verbo item *propaganda,* quod in superiore membro positum est, in tralatione consentiat. Sic etiam locutus est Tusc. lib. III. cap. 34. *Stirpes*, inquit, *aegritudinis*, *trunco everso, omnes elidendae. P. Manuc.*

stirpes omnes eiiciendae.] *Elidendae sunt* cum Manutio censeo legendum, ut in translatione incepta perstet. Quid autem est *eiicere stirpes? Brut.*

Malim legi *elidendae sunt,* ut *Manucius* censet, nisi quis malit *eliciendae sunt,* quod propius ad scripturam vulgatam, eandemque antiquam, accedit. *Eliciendae* autem, id est, extrahendae; quamquam fateor *eliciendae* non satis magnam hoc loco vim habere, neque tam bene convenire, quam *extrahendae,* aut *evellendae,* aut aliud simile. *Lamb.*

Stirpes omnes eiiciendae *sunt*] *Elidendae* liber vetus. URSIN. *Ursino* non equidem crediderim, cum passim MSStos, qui nulli sunt, advocet. Retinenda prorsus est vulgata lectio, quam firmant Codices. Sic *nervos coniurationis* EIECTOS dixit *Livius* VII, 39. *Dav.*

Stirpes omnes eiiciendae] Sic Mss. nostri, sed more suo, unica litera *eiciendae.* frustra alii coniecturis operantur quippe eiiciendae stirpes iam antea evulsae sint extractaeque radicitus oportet; quo ipso, nunquam certe renascantur. si tamen quid mutandum, malim *eligendae sunt,* quomodo locutus noster fine libri III. Tuscul. quaest. pro quo tamen vulgati *elidendae. Grut.*

eiiciendae] Non opus est hac nimis quaesita commoditate Gruteri, quasi prius evulsae extractaeque deinde eiiciantur: quum ipsum *eiicere* notet convellere, diffringere, *συνθλίβειν,* quomodo *nervos coniurationis eiectos* tranlate dixit Livius VII. 39. *coxas eiicere* proprie Hyginus Fab. 57., quae quidem emendatiora sunt, quam ut illis suspicionibus violari oporteat. *Gronov.*

omnes eiiciendae.] Solus Sylb. recepit *elidendae,* quod placet etiam Hottingero; qui tamen etiam coniicit *excidendae.* Sed nihil mutandum. Commode advocat Ochsn. l. c. Tusc. I. 15. *illam vero funditus eiiciamus individuorum corporum concursionem fortuitam:* quamquam

urget, et, quo te cumque verteris, persequitur; sive tu vatem, sive tu omen audieris; sive immolaris, sive avem adspexeris; si Chaldaeum, si haruspicem videris; si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de caelo; si ostenti simile natum factumve quippiam: quorum necesse est plerumque aliquid eveniat: ut numquam

fatetur, nostrum alibi accuratius dicere *evellere*, *extrahere:* Tusc. III. 6. IV. 26. *elidere* Tusc. III. 34. Quod vulgo additur *sunt*, non agnoscunt Codd. nostri, excepto M., neque habent Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Hott. Sch. In Ed. Sturm. est *sint. Mr.*

Et quocunque *te verteris*] Haud aliter hucusque cusi, sed num recte? Pall. enim quatt. et liber S. Victoris nulla litera variante praeferunt, *et quo te,* Quinte, *verteris.* loqui vero Ciceronem cum fratre suo Quinto, satis constat. verum viderit Senatus criticus, ego festino. *Grut.*

Miror, Gruterum sic scribere potuisse. Tantum enim abest, ut haud aliter [quam *quocunque te*] huc usque cusi, ut Victorianae editiones tam apud Rob. Stephanum, quam Lucam Antonium Iuntam, quas utique passim Gruterus ante oculos habuit, diserte praeferant *et quo te cunque.* Imo idem retinet et Herwagius, nec dubito, quin id sit mere Ciceronianum, unde tmeseos istius gratia abesse nequit, ut supra etiam restituimus, idem ausi nunc quoque admittere. *Gronov.*

Quo te cumque *verteris*] Ut Pall. quatuor et S. Victoris liber, sic Balliol. Reg. Cantab. et Ven. 1471. exhibent, *quo te*, Quinte, *verteris.* Ea tamen variatio tanti non erat, ut rem *Gruterus* ad Senatum Criticum referret, quia festinabat: nam sua se, prout videtur, absurditate statim prodit. Ad eam, quae nunc obtinet, formam restituenda sunt, quae habet *Anianus* ex *Caio* Inst. lib. II. Tit. x, 6. *Multa praeterea* quorumcumque *similia sunt.* Leg. *quae horum cumque similia sunt*, sensu postulante. De re ipsa vide *Basilium* in *Esaiae* c. II. p. 877. B. *Davies.*

quo te cunque verteris] Codd. Oxonn. omnes, nostri R. S. U. P. L. b. Ed. Asc. 1. *quo te, Quinte, verteris.* Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. *quocunque te verteris.* Reliqui libri omnes, ut nos edidimus, utque passim Cicero: veluti in his libris II. 2. de Legg. II. 18. de N. D. II. 30. de Finib. IV. 25: quae loca laudavit *Ochsnerus. Mr.*

sive tu vatem, sive tu omen] De voce *tu* ita posita v. *Hofman-Peerlkamp.* in Bibl. Crit. Nova, Vol. I. p. 89. Ad v. *omen* vid. Ochsn. l. c. p. 24. sq. Ad v. *sive tu vatem — audieris* Ernestus haec: „sc. forte in via occurrentem et vesano clamore tibi vaticinia ingerentem. Totius huius loci interpretationem dedit Bentleius in *Friponnerie Laique* p. 92. sq." Cuius sententiam, cum iste liber in paucorum sit manibus, commode excerpsit *Ochsner.* l. c. Vocem *audieris* proprie intelligendam esse ait Hott. Si audieris forte vel vatem furore percitum per vicos aut plateas vaticinantem, vel omen aliquod h. e. sermonem cuiuspiam ori fortuito excidentem, quique videatur habere sensum, iis rebus, quas tu moliris, convenientem. Cod. S. habet *si omen* pro *sive tu omen. Mr.*

sive avem adspexeris] Cod. R. *sive aspexeris avem.* Ad v. *Chaldaeum* v. supra I. 1. Pro *fulserit* Cod. R. *fluxerit.* P. *vulserit. Mr.*

Si tactum aliquid erit] Lege *fuerit;* ut antea *si fulserit, si tonuerit:* nisi Cicero modos variarit. *Dav.*

si tactum aliquid erit] *Fuerit* pro *erit* necessario scribendum pu-

150. liceat quieta mente consistere. Perfugium videtur omnium laborum et sollicitudinum esse somnus. At ex eo ipso plurimae curae metusque nascuntur. Qui quidem ipsi per se minus valerent, et magis contemnerentur, nisi
b. somniorum patrocinium philosophi suscepissent, nec ii

tamus; nulla est enim causa, cur Tullius modos variasse credatur, quorum variatio ex variato solet sensu pendere. Unde paullo infra hoc eodem capite recte legitur: *Non quod eos maxime contemnamus, sed quod videntur — defendere:* nam alterum *quod* est *quasi*, alterum *quia*. *Rath.* — Recte Rathius, quod ad locum posteriorem. Sed quod ad nostrum errat cum Davisio. Neque enim modos variavit Cicero, neque scribendum est *tactum — fuerit*. Quasi vero *tactum erit* non sit futurum exactum! *Erit* est futurum, *tactum* exactum: *Tactum fuerit* haberet aliquid quod abundaret, quasi *πλεονασμόν:* neque est vituperandum, quod *Krebsius* in Gramm. Lat. p. 112. ut paradigma futuri exacti passivi nonnisi *amatus ero* posuit. *K.* — Cod. S. *factumve erit quidpiam.* Cod. R. habet *si tactum erit aliquid.* Idem mox *nactum* pro *natum.* In seqq. L. b. *et nunquam* pro *ut nunquam.* R. *existere* pro *consistere.* Ad rem vid. *Schoepflin.* de Auspiciis Romanorum p. 160. in ei. Comm. Historr. et Critt. 4. Bas. 1741. *Mr.*

Perfugium videtur omnium laborum] Elegantissime *Plutarchus* Tom. II. pag. 165. p. 655. ed. Wytt. *Οἱ δοῦλοι,* inquit, *τῶν δεσποτῶν ἐπιλανθάνονται καθεύδοντες· τοῖς πεδήταις ἐπελαφρύνει τὸν δεσμὸν ὁ ὕπνος· φλεγμοναὶ περὶ τραύματα, καὶ νομαὶ σαρκὸς θηριώδεις, καὶ περιωδυνίαι, κοιμωμένων ἀφίστανται·*

Ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, ἐπίκουρον νόσου,
Ὡς ἡδύ μοι προςῆλθες ἐν δέοντί γε. [Euripid. Orest. 208.]

Τοῦτο οὐ δίδωσιν εἰπεῖν ἡ δεισιδαιμονία· μόνη γὰρ οὐ σπένδεται πρὸς τὸν ὕπνον, οὐδὲ τῇ ψυχῇ ποτε γοῦν δίδωσιν ἀναπνεῦσαι καὶ ἀναθαῤῥῆσαι etc. Iterum pag. 166. B. p. 657. Wytt. *Ὅγε κωμικὸς* [Menander, ut videtur Wyttenbachio] *οὐκ ἀηδῶς εἴρηκέ που πρὸς τοὺς καταχρυσοῦντας τὰ κλινίδια καὶ καταργυροῦντας, ὅτι μόνον ἔδωκαν ἡμῖν οἱ θεοὶ προῖκα τὸν ὕπνον; τί καὶ τοῦτο πολυτελὲς σεαυτῷ ποιεῖς; Ἔστι δὲ πρὸς τὸν δεισιδαίμονα εἰπεῖν, ὅτι τὸν ὕπνον οἱ θεοὶ λήθην κακῶν ἔδοσαν ἡμῖν καὶ ἀνάπαυσιν· τί τοῦτο κολαστήριον σαυτῷ ποιεῖς ἐπίμονον καὶ ὀδυνηρὸν, τῆς ἀθλίας ψυχῆς εἰς ἄλλον ὕπνον ἀποδράναι μὴ δυναμένης;* Adi sis et *Plautum* Rudent. Act. III. Sc. I. 1. seqq. *Dav.* [Adde Wyttenbachium ad Plutarcheos locos laudatos in Animadvv. p. 1008. et p. 1009. sq.]

Perfugium videtur — esse somnus] Cod. Ox. E. *perfugium vero — est somnus.* Cod. M. *videatur* pro *videtur.* R. *somniis — Quae quidem ipsa per se* etc. omissa voce *plurimae.* Cod. M. *Atque ex eo.* In eodem desunt verba *quidem ipsi* usque ad *contemnerentur.* Cod. S. *ex eo somno.* Ad v. *perfugium videtur* etc. in Copp. Victt. a. comparatur Aristot. *περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγ.* [c. 2. p. 40. l. 18. sq. ed. Sylb. ubi haec leguntur: *τῷ δὲ ὕπνῳ, αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ* (ita Sylb.; sed Iuntina habet *δι' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν*) *προςάπτουσα τὴν μεταφορὰν ταύτην, ὡς ἀναπαύσει ὄντι.*] *Mr.*

et magis contemnerentur,] Offendebatur hoc verbo *Herelius*, cum *metui* incommode opponatur quasi medicamentum *contemtus*. Proponit nobis quinque verba, quae istius loco possent substitui, praesertim cum mox redeat eiusdem radicis vocabulum *contemptissimi*, et paullo inferius *contemnamus*. Legi igitur posse ait: *coërcerentur*, vel *comprimerentur*, vel *compescerentur*, vel *contunderentur*, vel, quod

quidem contemptissimi, sed in primis acuti, et consequentia et repugnantia videntes: qui prope iam absoluti et perfecti putantur. Quorum licentiae nisi Carneades restitisset, haud scio, an soli iam philosophi iudicarentur. Cum quibus omnis fere nobis disceptatio contentioque est: non quod eos maxime contemnamus, sed quod videntur acutissime sententias suas prudentissimeque defendere. Cum autem proprium sit Academiae, iudicium suum nullum interponere, ea probare, quae simillima veri videantur, conferre causas, et, quid in quamque sententiam dici possit, expromere; nulla

maxime sibi blandiri ait, *continerentur*. Liberaliter nobiscum agit; neque ego, si *continerentur* esset in libris, ei admodum adversarer. Nunc facile fero verbum, quod omnes libros occupat, et ita intelligo locum: Non metum crearent istae somniorum imagines, sed negligerentur et contemnerentur, magis etiam, quam nunc iam ab hominibus minus superstitiosis contemnuntur, nisi etc. *Mr.*

qui prope] Codd. M. S. *quippe;* quae scriptio orta est ex perperam lecto scribendi compendio, quale est in Cod. nostro Cr. q ppe. Ad v. *absoluti et perfecti* v. Cic. de Finn. V. 24. 69. ibiq. Goerenz. p. 620. ubi est *honestatem perfectam atque absolutam:* laudaturque de Off. III. 4. 11. [locus est III. 3. 14.] *officium perfectum atque absolutum*. Add. de Finn. IV. 7. 18. *honestas perfecte absoluta*. Orat. Partit. 26, 94. *causa absoluta et perfecta per se*. Sequentia *haud scio an* etc. Beierus in excursu de particula *an* ad Cic. de Off. T. I. p. 337. ita circumscribit suppletque: *haud scio, quam absoluti perfectique putarentur* (Stoici), *aut soline iam philosophi putarentur?* In Cod. R. est *hoc scio*. Mox *cum quibus nobis omnis fere disputatio contemptioque est*. Cod. S. *fere omnis*, inverso ordine. Tum *descriptio contemptioque*. *Mr.*

Quod videntur] Est *modorum* variatio, nisi forte *Cicero* scripserit *videantur*. *Dav.*

non quod contemnamus — sed quod videntur] De hac modorum varietate vide, quae paullo superius annotata sunt ad verba *tactum erit*. Hott. dicit: *quod — contemnamus* dixit de eo loquens, quod videri possit; *quod videntur*, de eo, quod res habet. *Mr.*

Cum autem proprium *sit Academiae*] Pal. tert. et S. Victoris non habent voculam *proprium*. sed cum restet in aliis illis nostris melioribus, nihil ei adhuc moveo controversiae. *Grut.*

Cum autem proprium sit] Vocem *proprium* non habent Codd. R. L. b. U. Ed. Asc. 1. itemque unus Goerenzii, qui refert hoc ad Cic. de Finn. v. 12. 35. p. 573: et merito hoc factum a scriba aliquo sciolo reprobat, qui ex structurae verbi *est* cum secundo casu notitia otiosum putasse adiectivum videatur. Conf. ad sententiam Tuscc. v. 29. 83. *Utamur igitur libertate, qua nobis solis in philosophia licet uti; quorum oratio nihil ipsa iudicat, sed habetur in omnes partes, ut ab aliis possit ipsa per sese, nullius auctoritate adiuncta, iudicari. Mr.*

simillima veri] Codd. U. R. Ed. Asc. 1. *similia veri:* quae scriptio orta videtur ex compendio *similia*. Mox Cod. R. *dici potest* pro *dici possit:* tum *auctoritate sua* pro *sua auctoritate*. Cod. S. *quae summa veri videntur*. *Mr.*

adhibita sua auctoritate, iudicium audientium relinquere integrum ac liberum: tenebimus hanc consuetudinem a Socrate traditam; eaque inter nos, si tibi, Quinte frater, placebit, quam saepissime utemur. Mihi vero, inquit ille, nihil potest esse iucundius. Quae cum essent dicta, surreximus.

Iudicium audientium *relinquere integrum*] Est vir doctissimus, qui legendum censet *audientibus*. Aeque vero commoda mihi videtur utraque loquendi ratio; quapropter deserenda non est MSStorum fides. *Dav.*

audientium] Cod. Cr. *audiendum*. Coniecturam *audientibus* se non spernere ait Hott., nec damnare vulgatam lectionem. Si spernenda sunt supervacanea et librorum omnium scriptioni adversantia, utique spernenda est coniectura, quamvis, si in libris esset ista scriptio, probanda esset maxime. Circa finem in Cod. R. illud memorabile accidit, quod quum supra cum aliis nomen *Quinti* inferserit pro *cunque*, nunc pro *si tibi*, *Quinte frater* exhibet *si tibi quidem, frater*. S. *si tibi*. *Q*. *Mihi, ille inquit — iucundius*. *C*. *Quae cum essent* etc. *Mr.*

M. TULLII CICERONIS

DE

F A T O

L I B E R.

ARGUMENTUM LIBRI DE FATO.

Duae erant apud veteres philosophos affines scholae, de quibus magnis animorum motibus contendebatur; altera περὶ εἱμαρμένης i. e. de Fato; altera περὶ δυνατῶν, de eo, quod fieri potest. Prior ad mores referebatur quaestio, quod, si fatum est, nihilque in potestate nostra, nec laudationes iustae sunt, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia: posterior autem ad dialecticam pertinere putabatur. (vid. c. 1. 17.) Fuere autem duae veterum philosophorum sententiae. una eorum, qui censerent, omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret; in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuere: altera eorum, quibus visi sunt sine ullo fato esse animorum motus. Chrysippus autem Stoicus, tamquam arbiter honorarius inter Stoicos et Epicureos, medium ferire voluit, et fatum ex aliqua parte, h. e. ita probavit, ut motus animorum necessitate liberaret. c. 17. Iam quod hic locus coniunctus est cum eo, qui est de Natura Deorum, et altero, de Divinatione; eum quoque pertractare ac illustrare litteris latinis suscepit. v. de Divin. I. 1. Duos autem ad minimum libros de hac quaestione scripsisse videtur viris doctis, quorum alterius pars ad nos, praeter exordium primi, pervenerit. Ea versatur in refutandis quibusdam captiosis Stoicorum argumentis, quibus ad confirmandum fatum utebantur; quae cum in ea parte explicata sint a Cicerone, quae interiit, ea ex Plutarchi libello de Fato, qui ipse mancus ad nos pervenit, et in horum argumentorum commemoratione desinit, afferemus (T. II. f. 574. ed. Wechel. T. X. p. 295. cap. xi. ed. Hutten.) *Κατὰ τὸν ἐναντίον* (sc. *λόγον*. Ed. Wech. *τῶν*) *μάλιστα μὲν καὶ πρῶτον εἶναι δόξειε τὸ μηδὲν ἀναιτίως γίγνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ προηγουμένας αἰτίας· δεύτερον δὲ, τὸ φύσει διοικεῖσθαι τόνδε τὸν κόσμον, σύμπνουν καὶ συμπαθῆ αὐτὸν* (Wech. *αὐτὸν*) *αὑτῷ ὄντα· τρίτον δὲ, τὰ πρὸς τούτοις* (Wyttenb. suspic. *ἃ πρὸς τούτοις*) *μαρτύρια μᾶλλον ἔοικεν εἶναι, μαντικὴ μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδόκιμος ὡς ἀληθῶς θεῷ* (Wytt. susp. *θεῶν*) *ὑπάρχουσα· ἡ δὲ τῶν σοφῶν πρὸς τὰ συμβαίνοντα εὐαρέ-*

σις, ὡς πάντα κατὰ μοῖραν γιγνόμενα δεύτερα. τρίτον δὲ τὸ πολυθρύλλητον τοῦτο, ὅτι πᾶν ἀξίωμα ἢ ἀληθές ἐστιν, ἢ ψευδές. Et primum quidem argumentum, quod a causis rem quamque antecedentibus ducitur, distinctione causarum Chrysippea dissolvit, qua causas alias perfectas et principales, alias adiuvantes et proximas facit; quod omnia quidem antepositis causis fiant, verum non principalibus, quae solae absolutam necessitatem afferunt. c. 17. seq. Alterum argumentum, ab ipsa contagione rerum, hoc tollit, quod illam *συμπάθειαν* hoc tantum efficere ostendit, ut alii ad alia sint propensiores propter causas naturales et antecedentes, non autem, ut etiam voluntatum nostrarum atque appetitionum tales sint causae. Nam et propensiones paene tolli posse. c. 4. 5. Divinationem autem, à qua tertium argumentum ducitur, ostendit a nullis perceptis artis proficisci, adeoque totam esse inanem et fallacem. c. 6. 7. Quarto denique, quod ab illo dialecticorum placito arcessitur: omnem enunciationem esse vel veram vel falsam, duplici modo responderi posse putat: vel si cum Epicuro placitum illud dialecticorum reiiciatur, quod se malle ait, quam, fato fieri omnia, concedere; vel cum Carneade defendas, esse posse quendam animi motum voluntarium, ad quem non requiratur causa externa, quod sit in nostra potestate, nobisque pareat, nec sine causa; eius enim rei causam ipsam naturam esse. c. 10. sq. Reiicit in hac disputatione etiam illam concludendi rationem, quae *ignava ratio* dicitur, quod ea omnis e vita tollitur actio; et quidem cum eo modo, quo Chrysippus solebat, qui ostendebat, si fatale esset, ex morbo aliquem convalescere, confatale esse, medicum ab ipso adhiberi; tum eo, quo Carneades, qui ex ea ratione consequi docebat, ut nihil sit in potestate nostra, quod falsum esse existimabat. c. 12. sq. Attingit tandem c. 9. etiam eam *περὶ δυνατῶν* controversiam, quae inter Diodorum et Chrysippum erat: quorum ille contendebat, nihil esse possibile, nisi id quod fieret; alter autem, multa fieri posse, putabat, quae non acciderent: in qua controversia constat Ciceronem *κατὰ Διόδωρον* iudicasse. v. Ep. ad Div. IX. 4. *Ern.*

M. TULLII CICERONIS

DE

FATO

LIBER SINGULARIS.

Deest principium.

p. 140. a.

* * * quia pertinet ad mores, quod ἦθος illi vo- 1. I.
cant, nos eam partem philosophiae de moribus appel-

de Fato] Inscriptio *de Fato* in Copp. Victt. b. deleta est. Superscriptum legitur: + ἀκέφαλον βιβλίον. A laeva sunt verba: *Deest principium*. Neque in Cod. U. hic libellus inscriptionem habet, quae in aliis Ciceronis libris, qui hoc Codice continentur, non deest. In Cod. S. haec inscriptio est: *M. Tullii Ciceronis liber Perydinaton* (sic) *id est, de Fato.* In Cod. Cr. *M. T. Ciceronis de fato liber incipit:* in Cod. W. *Incipit liber de Fato M. T. C.* In Cod. Ox. ψ. inscriptio libelli est *Fragmentum*. In Cod. M. *de Fato liber.* In Cod. N. *M. T. Ciceronis liber de Fato incipit foeliciter.* — Singula *Fati* apud Graecos nomina exhibet Aristoteles, qui fertur, de Mundo, pag. 820. sqq. ed. Kapp. ἀνάγκη, εἱμαρμένη, πεπρωμένη, μοῖρα. De ea re adde Interpretes ad Horat. Od. I. 35. 17. ad v. *saeva Necessitas*, in primis Mitscherlich. Definitionem Fati vid. de Divinat. I. 55. *Mr.*

liber singularis.] Utrum de Fato unus fuerit Ciceronis liber, an duo, de eo disputat Bremius Ed. suae p. 1. sq., rem in medio relinquens, duos tamen libros fuisse probabilius esse existimans, cum de hoc argumento permulta in philosophorum scholis fuerint disputata. Eadem fuit sententia Wyttenbachii, quam prodidit in Bibl. Crit. I. 3. p. 14. Schützius in huius libelli Summario nihil certi de ea re definiri posse contendit. Idem monet, habitum fingi hunc dialogum post interitum Caesaris in Puteolano (ubi Cicero mense Aprili et Maio A. u. 709. versatus est: v. Epp. ad Att. XIV. 9. sqq.) cum Hirtio, consule designato. [Qua de re vid. Corradum in Quaestura p. 268. Ed. Ern.] Excidisse autem in hac parte, quae superest, initium disputationis adversus Posidonium. Kühnerus in libro, quem scripsit de Ciceronis in Philosophiam meritis, parum sibi constans, p. 59. „Libris, ait, de Natura Deorum et de Divinatione adiunxit *duos de Fato libros, ut toti huic quaestioni abunde satisfactum esset: e quibus exordium et alterius libri particula exigua nobis est servata: quae iudicii acrimonia et sagacitate se commendat.*" Idem p. 208. „*Quaestionem*, scripsit, *de Fato Cicero singulari libello latinis litteris illustrare suscepit. Sed sane quam maxime dolendum est, hunc librum ut multis sui partibus mu-*

lare solemus: sed decet, augentem linguam Latinam,

tilatum, ita principio et fine carentem ad nostram aetatem pervenisse." Ego in hac quaestione cum Schützio facio. *Mr.*

De Fato] Cognovimus ex antiquis exemplaribus hunc librum, quemadmodum multis sui partibus vetustate lacer et mutilus est, ita etiam principio carere; quod ex pervulgatis quoque libris, si diligenter prima eius verba considerata essent, animadverti potuit: quamvis nonnulli, ut hoc vitium tegerent, pro *illi*, *Graeci* scripsissent; quae vox manifesto docet, de Graecis supra etiam mentionem esse factam. Sed non esse hoc satis idoneum et concinnum libri initium multis modis perspici potest. Scripsit etiam *Plutarchus* librum περὶ εἱμαρμένης, qui non dissimilem fortunam sortitus est: nam ipse ex maiore sui parte periit. *Alexander* autem Aphrodisiensis meliore fato librum de fato scripsit; namque integer et incorruptus in vita permansit. In hoc quaedam castigavimus ope meliorum Codicum: sed unum non parvi omnino momenti, ut opinamur, *percepta* scilicet multis locis, ubi *praecepta* antea scriptum erat; ita enim θεωρήματα *Cicero* interpretatur, docte sane et eleganter: nam θεωρήματα quamvis et ipsa protendantur, tamen cognita iam et spectata sunt. Unde solent Mathematici in fine eorum demonstrationis semper dicere, *quod oportuit ostendisse;* cum Problematibus explicatis subiiciant, *quod oportuit fecisse:* et in hoc maxime differant theoremata a problematibus, quod in theorematibus ratio tantum reddi debeat, cur ita sit, cum sint illa iam percepta et spectata; in illis autem fabricandae sint descriptiones. Sed hae non sunt huius temporis quaestiones: qui tamen haec scire cupit, *Proclum* Lycium adeat diligentissimum *Euclidis* interpretem; haec enim ille copiose et erudite tractat. Quomodo autem *praecepta* θεωρήματα reddi potuerint, nescio: sed hoc tam multis locis in priscis exemplaribus nomen est semper recte scriptum, praeterquam quod egregium significatum habet, ut vix credi possit erratum esse librarii: sed, ut arbitror, novitas huius vocis, et rei rationisque ipsius ignoratio induxit aliquem recentiorum, ut eam deleret, et hanc, quae in omnibus nunc impressis inoleverat, reponeret. *Victorius.*

Quia pertinet] In Reg. et Cantab. sic incipit hoc libri de fato lacerum fragmentum: *quod a Graecis logos dicitur, a nobis ratio nominatur; Logice vero ratio disserendi. Quia vero pertinet ad mores* etc. Ab ineptiente Librario, non a *Cicerone*, profluxit additamentum. *Dav.*

Quia pertinet ad mores, quod ἦθος illi *vocant*] Est a mss. nostris; firmavitque dudum editione sua P. Victorius. Palatinis ego usus sum tribus. Gulielmius variantes lectiones adscripsit marginibus e libris S. Victoris, Francisci Pithoei, et Francisci Fabricii. vulgata lectio habet, *quos* ἤθη *Graeci vocant*. *Grut.*

quia pertinet ad mores] Codd. Ox. E. et ψ. incipiunt *quae pertinent*. Cod. N. *pertinet* nonnisi in margine habet. *Mr.*

Quos ἦθος] Vulgo *quod* ἦθος. Alii, *quos* ἤθη. Nos autem Balliol. aliosque veteres MSStos cum Ven. 1471. sequendos duximus; siquidem ἦθος, non minus ac ἤθη, *mores* denotat. Vide *Quinctilianum* Inst. Orat. VI, 2. *Dav.*

quod ἦθος *illi vocant*] Variant hic libri. alii habent *quos* ἤθη, alii *quos* ἦθος, vulgata hoc seculo lectio fuit *quod* ἦθος. Davisius dedit *quos* ἦθος, putabatque, *quos* convenire verbo ἦθος, quo non minus mores exprimantur, quam plurali ἤθη. Sed id nihili est. Vera latinitas postulat *quod* ἦθος, idque nos servavimus. Si ἤθη verum esset, deberet esse *quae* ἤθη. *Ern.*—Restituit Bremius *quos*, monens, Ernestum oblitum esse eorum, quae scripsisset ad Orat. c. XI. [Edidit enim ibi Ern. *difficillimum est, for-*

nominare moralem: explicandaque vis est ratioque enunciationum, quae Graeci ἀξιώματα vocant: quae

mam, quae χαρακτὴρ Graece dicitur, exponere optimi: adnotavitque: *quae* restitui ex edd. pr.; rectius foret *qui:* et sic rescripsissem, nisi et alibi reperissem a Cicerone relativi genus etiam ad antecedens substantivum referri, ut Top. 22. *descriptio, quam χαρακτῆρα Graeci vocant:* nisi et illic corrigendum est *quem,* et hic *qui. Qui* tamen habet ed. Lips. (in marg. *quae*) nescio unde. Vulgatum *quod* est ab Aldo, quod nescio, quare tam diu toleratum sit.] Addit Bremius, videri Ciceronem relativum ad antecedens substantivum referre, si ad *vocabulum* respiciat; sin vero ad *rem,* referri pronomen relativum ad consequens. Ego vero cum Schützio (qui etiam loco a Bremio laudato exhibet *qui*), motus iis potissimum rationibus, quas exposui ad Cic. de N. D. II. 55. p. 442. ed. Creuz. et nostr. mai. quibus add. quos laudavimus ad Cic. de Legg. I. 7. p. 55. ed. nostr. et Cr. et iunge Goerenz. ad Cic. de Finn. v. 6. p. 579. sq. II. 10. p. 169. Schütz. ad Cic. Orat. l. c. p. 149. ed. Goeschen. Nobiscum faciunt Codd. W. Par. L. a. c. A. B. Copp. Victt. b. Edd. Rob. Steph. Sturm. Grut. Gron. Verb. Ern. Bip. Sch. Quid? quod ipse noster mox: *enunciationum, quae Graeci ἀξιώματα vocant.* Ad v. ἦθος in Copp. Vi. a. comparatur Quinctilian. 105. β. [ed. Ald. L. VI. c. 2. §. 8. T. II. p. 490. ed. Spald.] Add. ad superiorem locum nostri libelli c. x. 20. *omnis enunciatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera aut falsa erit.* Tusc. I. 1. 1. *artium — ratio et disciplina studio sapientiae, quae philosophia dicitur, continetur.* Infra etiam *tertius quidam motus — id appellat ἐλάχιστον.* Scribitur ἤθη in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Vall. Ram. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. In iisdem est *Graeci* pro *illi:* in Codd. Par. et N. est *quod illi* *ethos.* Latinis etiam literis exarata est graeca vox in Codd. R. Cr. S. U. Pro *solemus* Cod. U. exhibet *soleamus.* Dicitur *augentem* pro *quo augeam. Mr.*

nominare moralem] Pal. sec. et S. Victoris, *morabilem.* quod, quamvis non probem, libuit tamen indicare. quippe secundus ille noster, quantivis est pretii, prae aliis duobus, quibus utor. *Grut.*

nominare moralem] Est etiam *morabilem* in Cod. L. c. Eam autem vocem merito nihili esse ait Bremius, cum adiectiva in *abilis* duci soleant nonnisi a futuris verborum in *abo.* Verba *de moribus* desunt in Cod. N. Idem verbum *Latinam* nonnisi in marg. habet. *Mr.*

explicandaque vis est] Scribitur *explicanda* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Ram. Cod. Par. habet *est vis.* Cod. M. *explenandaque* [volebat *explanandaque*], correxit alia manus *explendaque,* cui corrector superscripsit *explicandaque.* Verbum *est* omittitur in Cod. M.; in Cod. N. supra lin. additum est. *Mr.*

ratioque enunciationum] Cod. S. *ratioque enumerationum.* Pro *quae* est *quam* in Cod. Cr., *quem* in Cod. M., *quod* in Cod. W., *quare* a pr. m. in Cod. U. Tum *anxiomata* Codd. Cr. (a pr. m.) U., ἀξιόματα Cod. W., *axiomata* Cod. Par., *euxioma* Cod. R. In Copp. Victt. b. comparatur noster c. 10. *Mr.*

enunciationum — ἀξιώματα] Quid enunciatio sit, docet Gellius lib. XVI. cap. 8. Tradebatur autem enunciationum varietas et ratio a veteribus in ipsorum εἰσαγωγαῖς inter prima dialecticae rudimenta, ut idem Gellius et Diogenes Laërtius in Zenone videntur ostendere. Gellius ἀξίωμα vocat et Graece definit λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. Et Latine ex Varrone: *Proloquium est sententia, in qua nihil desideratur.* Sed Graecum illud

de re futura cum aliquid dicunt, deque eo, quod possit fieri, aut non possit, quam vim habeant, obscura quaestio est; quam περὶ δυνατῶν philosophi appellant: totaque est λογική; quam rationem disserendi voco. Quod autem in aliis libris feci, qui sunt *de natura*

Chrysippi fuisse existimo; eandem enim definitionem, paullo tamen locupletiorem, Diogenes in eodem Zenone Chrysippo tribuit. Sic enim ille: *ἀξίωμά ἐστιν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὡς ὁ Χρύσιππός φησιν ἐν τοῖς Διαλεκτικοῖς ὅροις. Achill. Statius.*

quae de re futura cum aliquid dicunt] Cod. U. omittit *re*. Cod. Cr. exhibet *quae de re futura est: aliquid dicunt de eo.* Omittitur sequens *quod* in Cod. R. In eodem et Cod. S. est *habeat* pro *habeant*. Posterior cum M. omittit *est* post *quaestio*. *Mr.*

Quam περὶ δυνατῶν appellant] *Aristoteles περὶ ἑρμηνείας* [c. 14.] *Τούτων δὲ*, inquit, *διωρισμένων, σκεπτέον ὅπως ἔχουσιν αἱ ἀποφάσεις καὶ καταφάσεις πρὸς ἀλλήλας, αἱ τοῦ δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ δυνατὸν, καὶ ἐνδεχόμενον, καὶ περὶ τοῦ ἀδυνάτου τε καὶ ἀναγκαίου· ἔχει γὰρ ἀπορίας τινάς. Ursin.*

περὶ δυνατῶν] Cod. Cr. *perydinato.* U. S. M. N. *peridinaton.* Par. W. *peridynaton.* R. *periclinaton.* *Mr.*

Quam περὶ δυνατῶν philosophi *appellant*] Dictionem *philosophi* reddimus auctori, fide Pall. et P. atque S. Victoris, exhibuitque editione sua Victorius, infinitae et incredibilis diligentiae vir. *Gruter.*

philosophi appellant:] Vocem *philosophi*, quam ex Ed. Victor. recepit Grut. et post eum receperunt Edd. omnes, exhibent Codd. nostri ad unum omnes, vetus Car. Stephani, Vindob. A. et B. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Ram. Sturm. *Mr.*

Totaque est Logico] Omnino legendum videtur, *totaque est Logicae*, vel ad Dialecticam tota pertinet. *Dav.*

totaque est logicae] Sic Edd. pr. idque restitui. Vulgatum *logice* verum esse non potest. Graece recte diceretur, *quaestio tota* est λογική, ut et quidam libri habent. Sed ei non convenit sequens *quam rationem disserendi voco:* nam hoc substantivum requirit. *Ern.*

totaque est λογική] Ita restitui cum Bremio et Schützio, quorum ille recte monet contra Ernestum, multa esse apud Ciceronem loca, in quibus sequentia antecedentibus ad grammaticam rationem minus conveniant: laudatque Hottinger. ad Cic. de Divin. II. 13. nimirum ad verba *Pherecydeum illud — qui* etc. Nostro autem loco minus id offensionis habere ait, quod λογική tum adiectivum est, tum substantive adhibetur. Ceterum *logicae* non est in Codd. MSS., sed est coniectura P. Rami, eaque ab usu Ciceronis abhorrens. Quod autem in Codd. plerisque est *logice*, id ex consuetudine librariorum factum est, Graeca verba libenter latinis literis exarantium, quod v. c. semper fit in Codd. nostris Cr. U. R. Par. S. Praeter Ramum exhibuerunt *logicae* Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Sylb. Brut. Bip. Ern. Sed λογική habent Edd. Lamb. pr. Oliv. Brem. Sch. In reliquis est *logice*, in Cod. W. et Copp. Victt. b. *loice* ex prava dictantis pronunciatione. Post *voco* in Cod. W. signum lacunae est. Ceterum ad h. l., et ad totum hunc libellum, adhibe Baguet. de Chrysippo p. 126—131. *Mr.*

Quod autem, in aliis libris feci] Malim *quod autem in* iis *libris* etc. sic enim *Cicero* loqui solet. *Dav.*

Quod autem in aliis libris feci, qui sunt — itemque in iis, quos etc.] *Iis*, pro quo in libris vett. plerumque est *his* [sic nostri Par. N. R. W.], requirit *illis*, sicque legendum puto:

Deorum, itemque in iis, quos *de divinatione* edidi, ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio, quo facilius id a quoque probaretur, quod cuique maxime probabile videretur; id in hac disputatione *de fato*

nisi vero malis addere *ut: — ut, qui sunt de natura deorum.* Sed illud melius. *Ern.* — Bremio non displicet Ernesti coniectura, isque de confusione verborum *alii* et *illi* laudat Ruhnkenium ad Vell. Pat. I. 4. Burmannum ad Sueton. Galbam I. Monet autem, esse loca, quibus iungantur *illa* et *ea*, sed plerumque *ea* praecedere, *illa* sequi; nimirum ut a minoribus ad maiora ascendat oratio. Fieri tamen posse, ut noster libros de N. D. potiores existimaverit libris de Div., quos tantum per *itemque* adiecit. Ceterum rarissime tantum dici a Cicerone *ille liber, qui* —, saepissime *is liber, qui* —. Quod favet coniecturae Davisianae, quam solam Latinam censebat esse scriptionem Rathius ad Cic. de Div. I. 4. Concedit denique Bremius, defendi posse vulgatam, si dicas, Ciceronem negligentius primo simpliciter dixisse: *quod autem in aliis libris feci:* iam vero hoc libros propius definientem, quasi explicaturum illud *aliis*, addidisse: *qui sunt de natura deorum.* In qua ego sententia acquiescendum putavi, cum omnes ad unum libri vulgatam tueantur: quamquam Goerenzius ad Cic. de Legg. III. 14. 32. et Beierus ad Cic. de Off. II. 9. 3. p. 67. nostrum locum correctum volunt. Posterior ex Cod. Gud. 2. affert lectionem *aliis* ad commendandum *illis*, et ex eodem in seqq. corrigi vult *in his* (pro *iis*), *quob. Mr.*

de divinatione] Cod. Par. *de divinitate.* Pergit Cod. R. *condidi* pro *edidi.* Ad verba seqq., *ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio*, Achilles Statius in *Appendicula Explanationum in libros tres M. T. C. de optimo genere oratorum, Topica, de Fato, atque Obscrvatt. rerum aliarum* [Antw. impens. Mart. Nutii. 1553. 8.] haec: Etsi in prooemio libri de Fato in explanatione verborum illorum quid esset *oratio perpetua* multis verbis, ac nonnullis aliis Ciceronis locis praeterea docui, nec multo post illa *διεξοδικὸν λόγον* Graece dici demonstravi: qui tamen sic appellaret, non indicavi. Est autem is Ammonius in lib. *περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων*, cuius in *ἐρωτᾶν* verbi interpretatione verba sunt haec: *ἐρωτᾶν τοῦ πυνθάνεσθαι διαφέρει. πυνθάνεσθαι μὲν γάρ ἐστι, τὸ κατ' ἀκοὴν διεξοδικῶς ἀκούειν τὰ ὑπό τινος λεγόμενα, αὐτὸν οὐκ ἐρωτῶντα. ἐρωτᾶν δὲ τὸ ἐθέλειν τινὰ κεφαλαιώδη λαβεῖν ἀπόφασιν περὶ του ὑποκειμένου πράγματος.* In quibus ille verbis *ἀπόφασιν κεφαλαιώδη* videtur opponere *τῷ λόγῳ διεξοδικῷ.* Tit. Livius in 8. [cap. 33.] *perpetuae orationi* altercationem contrariam facit in his verbis: *Ibi primo non tam perpetuae orationes, quam altercatio, exaudiebantur.* Fabius Quintilianus in 6. cap. 4. quid altercatio sit, quidque ab *oratione perpetua*, quam *continuam* quoque appellat idem [videtur excidisse *differat:*] plane demonstrat. Sunt vero haec, quae praeter illa, quae sunt apud Budaeum, afferre potui. — Locus Ammonii est p. 57. ed. Valck. p. 56. ed. Lips. 1822. *Mr.*

quo facilius id a quoque probaretur, quod cuique] Alterum *cuique* est paullo durius: leniusque foret *quod ei.* nec tamen aliquid mutandum puto. *Ern.* — Contra Ernesti sententiam laudat Bremius Cic. de Off. I. 7. I. 31. de Div. II. 17. Acadd. II. 46: quos ille locos intactos reliquit, cum de Off. I. 15. et Acadd. II. 11. eodem, quo hic, modo, praeter necessitatem emendare velit Ciceronem. Nos, utpote in re minime dubia, nihil addimus. Voculam *a* omittit Cod. U. In Cod. Par. est

2. casus quidam, ne facerem, impedivit. Nam cum essem in Puteolano, Hirtiusque noster, consul designatus, iisdem in locis, vir nobis amicissimus, et iis studiis, in quibus nos a pueritia viximus, deditus, multum una eramus; maxime nos quidem exquirentes ea consilia, quae ad pacem et ad concordiam civium pertinerent. Cum enim omnes post interitum Caesaris novarum per-

approbaretur. In seqq. Cod. S. habet *idem* pro *id,* quam vocem Cod. U. plane omittit: illud ferri posset: hoc minus. Pro *hac* est *hanc* in Codd. S. R. posterior etiam habet *disputationem.* Par. pro *facerem* exhibet *faceret.* Mox Cod. S. *cum essem inputeolo.* Pergit Cod. R. *hirciusque Romae consul.* M. *hirciusque consul noster.* In seqq. Cod. S. *nobis amantissimus et in his studiis.* Post *studiis* Cod. Par. cum N. omittit *in.* Recte Bremius intelligit doctrinae liberalis studia, ea maxime, quae pertinent ad studia eloquentiae; laudatque Divinat. in Q. Caecil. 13. De Hirtio Ciceronis auditore vid. Epp. ad Fam. IX. 16. p. 461. ed. Cort. Ciceronem vero etiam inde a pueritia philosophiae operam dedisse contra Bremium probari potest ex libris de N. D. I. 3. Acadd. II, 36. Brut. 90. In Cod. N. scriptum est *casus quidem ne faterer impedivit. Mr.*

Nam cum essem in Puteolano] Hirtius et Pansa Ciceronis auditores fuisse videntur, qui interfecto Caesare post M. Antonium et Dolabellam consules creati sunt, quos Cicero in III. Philipp. *designatos consules* appellat, in reliquis *consules,* de quibus iam tamen consulibus Galba et Pollio lib. X. in ep. ad Ciceronem; et XI. D. Brutus. Cicero ad Cornificium XII. ep. 8. ut de designatis illis loqui videtur. Secum autem in Puteolano Hirtium Cos. designatum fuisse et cum eo de constituenda pace egisse ostendit Cicero lib. XV. ad Attic. ep. 1. *Sed casu,* inquit, *cum legerem tuas literas, Hirtius erat apud me in Puteolano* etc. uterque autem apud illum fuerat. nam lib. XIV. ab eo exspectantur, in seq. epist. iam adsunt. *Hic,* inquit, *turba magna est, eritque, ut audio, maior. duo quidem quasi designati coss.* In seq. epist. *Hic mecum Balbus, Hirtius, Pansa.* Rursum alibi in eod. lib. in epistola cuius initium *E Pompeiano.* et lib. XV. Epist. *Undecimo Calend.*, ex quibus intelligi potest, quae consilia uterque exquisierit. *Puteolanum* autem eà formâ dictum est, qua *Tusculanum, Campanum,* ubi vel agrum vel campum intelligas. *Achill. Statius.*

multum una eramus;] Cod. W. *multa numeravimus.* Par. *multum venerimus.* U. M. *Multum veneramus.* N. *multum veneramur.* S. *deditus multum, veneramus maxime.* Cod. L. a. a sec. m. habet ut W. In Copp. Victt. b., quae adscriptae sunt editioni Asc. 2., ad verba *multa numeravimus,* margini apposita lineolae adpictae sunt. Cod. Vind. A. habet *multum veneramus. Mr.*

maxime nos quidem] Cod. M. omittit *maxime.* Trita est illa elegans abundantia pronominis *ille* ante *quidem,* veluti Cic. Brut. 87. *ipsum Latine loqui est illud quidem in magna laude ponendum:* minus trita in aliis pronominibus: ut Cic. ad Attic. 8, 2. *facis amice tu quidem.* ib. 8, 9. *minime vos quidem.* Plerumque tamen in tali locutione sequitur oppositio a *sed* incipiens. In seqq. Codd. Par. et R. omittunt *ad* ante *concordiam.* Prior etiam non habet *omnes* post *Cum enim. Mr.*

Post interitum Caesaris] *Interitionem* habet Eliensis noster, sensu quidem non diverso: cum tamen id verbum sit rarius, a *Ciceronis* manu videtur fuisse. *Dav.*

turbationum causae quaeri viderentur, hisque esse occurrendum putaremus; omnis fere nostra in iis deliberationibus consumebatur oratio: idque et saepe alias, et quodam liberiore, quam solebat, et magis vacuo ab b. interventoribus die, cum ille ad me venisset, primo illa, quae erant quotidiana et quasi legitima nobis, de pace et de otio.

post interitum Caesaris] Nulla plane est causa, cur ob unius librarii sive negligentiam, sive pravam sedulitatem, Ciceroni vocabulum obtrudamus, quo nonnisi in Verr. Act. II. Lib. III. c. 54. 125. (*aratorum interitio facta nulla est*) usus esse videtur. Neque Davisius habuit quemquam dicto audientem. In seqq. Cod. R. habet *lisque esse* pro *hisque esse*, et a m. sec., correctoris non plane inepti, *litique esse occ. put.* Cod. Par. *occurrendum esse.* Hi duo cum Codd. M. S. N. Vind. A. *nostra fere* pro *fere nostra.* R. *in his.* Mox W. *consumabatur. Mr.*

Idque et saepe alias] Lego *itaque et saepe alias.* Alioqui parum recte, nisi fallor, procedit oratio. *Dav.*

idque et saepe alias, et quodam etc. primo illa etc.] „Quomodo ista, ait Wopkensius, inter se cohaerent: *idque — — primo illa* etc.? Illud *idque* turbat sane constructionem..... Non tamen infitias iri potest, exigua admodum facillimaque novatione omnem constructionis difficultatem posse tolli, ut nihil dici possit planius; si reponamus *die. Quo quum ille* etc. vel hoc modo, si mavis: *venisset. Et primo illa* etc. Nemo sane ignorat, quam saepe ita dormitarint librarii, ut duas periodos in unam conflarent.“ Ern. nonnisi haec dicit: „non bene cohaeret oratio.“ Hottingerus coniecit: *Isque et saepe alias — cum ad me venisset*, abiecto *ille*. Sed recte monet Bremius, neque usquam Ciceronem videri *is*, et *quum* tam longo intervallo inter se disiunxisse in hac loquendi forma, et nostro loco servari posse librorum lectionem, si statuas Ciceronem paullo negligentius et durius esse locutum; sed ad v. *idque et saepe alias* subaudiendum esse admodum usitata ellipsi *fecimus.* Hoc certe vult Cicero: saepissime nos de iis rebus deliberabamus, idque etiam liberiore quodam die; sed tum quidem non per totum diem id erat sermonis nostri argumentum; illo enim sermone quasi legitimo habito ad alia transivimus. *Mr.*

quam solebat] Manutius dedit *solebam.* Sed ad *solebat* subaudiendum est *esse* vel *fieri.* Pro *interventoribus*, quo vocabulo alibi non usus est Cicero, Cod. R. habet *intuentibus*, U. et Ed. Asc. 1. *interventionibus.* Cod. M. eius loco habet lacunam; N. in contextis *interventionibus*, in marg. *interventoribus.* Alibi dixit noster *interpellator*, v. c. de Off. III. 14. 5. ad Att. xv. 13. extr. Est etiam ad Famm. vi. 19. *in quibus* (literis) *sine interpellatore versor:* ita certe Cortius et multae Edd. vett. Sed Ern. et cum eo Mart. Laguna ediderunt *interpellatione.* Tum Codd. Vind. B. U. Par. N. S. *ad me ille.* Mox L. c. *primo ea.* Pergit Vind. A. *quae essent.* In fine capitis librarii et correctores aliquid deesse existimantes, addiderunt supplementum, veluti Codd. Cr. U. Edd. Manut. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *dicta sunt.* Vocem *de* ante *otio* omittunt Codd. Par. N. et Oxonn. E. U.: minus bene. Vid. Heusing. ad Cic. de Off. I. 14. prc. Cod. M. omittit *nobis. Mr.*

De pace et de otio. Quibus actis, Quid] Haec est lectio Pal. pr. editionisque Victorianae aliorumque. nam ceteri mss. *Quibus acceptis.*

2.
3. Quibus actis, Quid ergo? inquit ille, quoniam oratorias exercitationes non tu quidem, ut spero, reliquisti, sed certe philosophiam illis anteposuisti, possumne aliquid audire? Tu vero, inquam, vel audire, vel dicere. Nec enim (id quod recte existimas) oratoria illa studia deserui; quibus etiam te incendi, quamquam flagrantissimum acceperam; nec ea, quae nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem. Nam cum hoc

omnes tamen omiserant illa vulgata *dicta sunt,* quae in Lambinianis et Brutianis. *Grut.*

Quibus actis] Finitis, ad exitum perductis. *Hadr.* enim *Turnebus* mendosam lectionem secutus est, quae Reg. Harleian. et Cantab. obsidet. In editione sua veram scripturam repraesentavit *Pet. Victorius,* quam tenent Balliol. et Pal. primus. *Dav.*

Quibus actis] Pravam scriptionem *acceptis* habent Codd. U. Cr. M. N. [hic supra lin. *actis*] Par. R. L. a. (a pr. m.) S. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Vall. Ram. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Brut. Crat. Herw. Sed duae posteriores in varr. lectt. cum reliquis habent *actis.* De formula *Quid ergo?* quae h. l. transeundo inservit, vid. Beierum ad Cic. de Off. III. 20. 81. p. 336. sq. — Pro *oratorias* Cod. Cr. habet *oratoris.* Mox Codd. Cr. S. *non tum.* R. *nunc tu.* Vind. A. omittit *quidem.* Cod. M. habet *quod* pro *quidem ut.* Post haec Codd. S. M. *Tum vero inquit. Mr.*

Id *quod recte existimas*] Prima vox MSStis Eliens. et Reg. debetur. Ven. autem 1471. dat *illud quod recte* etc. *Dav.*

Nec enim (id quod recte existimas)] Perperam scribitur *illud* pro *id* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. cum Davisio faciunt Codd. Ox. U. Guelf. noster Cr. Edd. Brem. et Sch. In reliquis est nonnisi *quod recte existimas;* nisi quod post *recte* inseritur *audire* in Codd. W. et L. a. Ad rem laudat Bremius Tusc. Dispp. I. 4. Post *quibus* Cod. U. omittit *etiam.* Post *flagrantissimum* pravam Davisii distinctionem sustuli. *Mr.*

Te incendi — acceperam,] Forsan *te incendere —— occeperam. Dav.*

te incendi — acceperam;] Peior distinctione, quam sustulimus, est Davisii emendatio; unde colligas, eum non recte intellexisse locum, neque Ciceronis usum curavisse, qui *occipiendi* verbo nunquam usus est. Iam Wopkensius reiecit istam correctionem, explicavitque locum, quod ego, cum explicatione non egeat, omitto. *Mr.*

nec ea, quae nunc tracto,] Cod. Par. omittit *quae.* R. habet *quae contracto.* S. *quae nec tracto.* Edd. Asc. 1. Vall. *quae nunc contracto.* Asc. 2. Crat. Herw. *quae nunc contrecto:* sed duae posteriores in varr. lectt. habent *tracto.* Cod. N. *nec eaque nunc tracto. Mr.*

Sed augent potius illam facultatem] Hinc *M. Tullius non tantum se debere scholis Rhetorum, quantum Academiae spatiis, frequenter ipse testatus est,* ut tradit *Quinctilianus* Inst. Orat. lib. XII. cap. 2. Vide sis et auctorem de causis Corr. Eloq. cap. XXXII. *Dav.*

Nam cum hoc genere philosophiae etc.] Cod. Par. *Namque* pro *nam.* Ad sententiam loci laudat Br. nostrum in Parad. Prooem; de N. D. II. 67., de Divin. II. 1. Adde Spanhem. ad Iulian. I. p. 26. In marg. Cod. Cr. ad h. l. adscriptum est: *Nota rhetoricam cum philosophia multum habere commercii.* Pergit Cod. R. *quod nunc sequimur, magis habet or. soc.,* quod est correctoris scioli. Mox Cod. Par. omittit *enim;* Cr. habet *mutuantur;* in Cod. S. deleta sunt verba *et ei;* N. in contextis habet *reddit nobi-*

genere philosophiae, quod nos sequimur, magnam habet orator societatem. Subtilitatem enim ab Academia mutuatur, et ei vicissim reddit ubertatem orationis et ornamenta dicendi. Quamobrem, inquam, quoniam utriusque studii nostra possessio est; hodie, utro frui malis, optio sit tua. Tum Hirtius, Gratissimum, inquit, et tuorum omnium simile: nihil enim umquam abnuit meo studio voluntas tua. Sed quoniam rhetorica mihi 4.

litatem, in marg. ut rell. Idem post *inquam* addit *abnuit*. R. habet *quoniam inquam*, ordine inverso. Idem pergit *utriusque studii possessio mea*, omissis vocibus *nostra* et *est*. N. *utrisque studiis:* idem mox *utrum formalis sit optio tua*. *Mr.*

utriusque studii nostra possessio est] *Suam*, id est, oratorum, *possessionem esse* dicit *utriusque studii*, et philosophiae et orationis ornatae ac copiosae. Huc praeter loca ex Cicerone ipso adhibenda advocandum etiam esse ait Achilles Statius Dialogorum Taciti de Oratoribus [cap. 32.] inde a verbis *ut denique oratorem etiam fateatur* usque ad *artificiis discatur*. Ciceronis huc potissimum pertinent loca de Or. III. 36. III. 21. I. 6. I. 16. In seqq. Cod. S. habet *vero* pro *utro*. Idem cum Cod. Par. *sit optio tua*. R. *sit opinio tua*. Pergit Cod. N. *tum hircius gratissimus*. *Mr.*

Tum Hirtius, Gratissimum, inquit, et tuorum omnium simile:] Ita noster in l. 14. epist. ad Attic. [18.] *De Puteolano nomine, quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, et tuorum omnium simile*. *Achill. Statius*. — Cod. R. *et morum omnium simile*. S. *et tuorum omnium scurile* (sic). Uterque cum M. N. mox *abnuit in eo studio*. W. *voluptas* pro *voluntas*. N. *omnium subtilissime:* sed supra lin.: *simile* al. *Mr.*

Rhetorica mihi nostra sat *nota*] Quod et in Gulielmianis tribus, qui praeterea *vestra*, quod ego expressi, erat a Victorianis. *Grut.*

Rhetorica mihi vestra] Vulgo *nostra*, quibus accedit MSStorum pars maior: vera tamen est ea lectio, quam recepi, quamque praestant Eliens. et *Turnebi*, *Lambini*, nec non *Aldi* nepotis editiones; in Rhetoricis enim Hirtius *Ciceronis* erat discipulus. *Dav.*

Sed quoniam rhetorica mihi vestra sunt nota] Restitui cum Bremio et Sch. (probante Goerenzio ad Cic. Acadd. I. 12. 44. p. 68.) *sunt*, cuius lectionis Grut. Dav. et Ern. ne mentionem quidem fecerunt, quamquam est in plurimis Codd. veluti Lambinianis, Oxonn. Guelph. duobus Goerenzii, nostris W. Par. M. N. R. U. S. L. c. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Lamb pr. *Vestra* dedi ex Cod. Cr. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Dav. *Sunt* praetuli, tum quod rarius Cicero coniunctionem ponit cum ellipsi verbi substantivi (quae est observatio Bremii); tum, quod, si *sat* scripsisset Cicero, et minus urbane loquentem fecisset Hirtium, et, quae sequuntur *teque — audiemus*, fere essent otiosa. Quod autem ait Ern., *nostra* potuisse dicere Hirtium, quia a Cicerone didicerat, id ita verum est, ut *rhetorica nostra* commode dicere potuerit Hirtius, *nostra mihi sunt nota* non item, nisi supervacaneum quid dixisse videri voluit. Sed variant libri MSS. etiam in aliis; sic W. habet *nihil* pro *mihi*. U. *rhetorica nostra mihi sunt non te*. Par. R. S. *mihi* ponunt ante *rhetorica*. Goerenzius l. c. refert, complures habere scriptos *sed quoniam rhetorica nostra vel vestra sat nota*. *Mr.*

vestra sunt nota, teque in iis et audivimus saepe, et audiemus, atque hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes; ponere aliquid, ad quod audiam,

teque in iis et audivimus saepe et audiemus,] Cod. N. *teque in die.* Codd. Par. M. *teque inde audivimus.* R. *teque modo audiemus*, omissis verbis *audivimus saepe et:* sed in marg. a sec. m. *et audivimus.* S. *teque tamen audivimus.* Verba *saepe et audiemus* desunt in Cod. U. Ad sententiam laudat Ach. Statius Suetonium de Claris Rhetoribus [c. 1.] ubi est: *Cicero ad praeturam usque Graece declamavit: Latine vero senior quoque, et quidem cum* [*Consulibus*] *Hirtio et Pansa: quos discipulos et grandes praetextatos vocabat:* ad quem locum vid. Is. Casaubon. p. 809. sq. ed. Wolf. Vol. IV. *Mr.*

atque hanc Academicorum — consuetudinem] Laudat ad h. l. Ach. Statius dialogum Taciti de Orat. [c. 24.] ubi legitur: *Ac ne ipse quidem ita sentit, sed more veteri et aliis vestris philosophis saepe celebrato sumsit sibi contra dicendi partes.* In Codd. U. et Cr. scribitur *Academiorum:* in priore Cod. U. *conschwetudinem*, ubi agnoscis scribentis vel dictantis patriam Sueviam. Cod. N. habet *atqui* pro *atque*. Cod. M. omittit *consuetudinem*, et habet *indicante suscepisse. Mr.*

Contra propositum] Balliol. habet *positam.* Omnino lege *positum.* Sic paullo post: *Ponere aliquid, ad quod audiam, volo.* Et Tusc. lib. I. c. 4. *Ponere iubebam, de quo quis audire vellet.* Hinc lib. I. de Orat. cap. 6. rescribendum, *ut omni de re, quaecunque sit* posita, *ab eo ornate copioseque dicatur;* sic enim MSSti duo Gallicani, cum *proposita* sit in vulgatis. Simile mendum *Lactantii* Codices videtur obsidere; nam lib. V. cap. XVII, 20. dant, *concedamus posse fieri, quod* proponit *Philosophus.* Legerim *ponit Philosophus.* De huiusce verbi potestate consuli possunt *Ioan. Schefferus* ad *Phaedri* lib. III. Fab. 14. et *I. G. Graevius* ad *Ciceronis* Fam. lib. IX. Epist. 26. *Dav.*

contra propositum] Recepit Lallem. *positum*, quod Dav. parum apte commendat, probans, quod argumento non eget, *ponere* dici a nostro saepius de sententiis ad philosophiam spectantibus. Contra quem non multo aptius disputat Wopkensius Lectt. Tull. p. 297. probans, de quo nemo dubitat, Ciceronem de eadem re saepe dixisse *proponere.* Recte vidit Bremius, id quaeri, utrum *positum* substantivi vices gerere possit, nec ne: negandum vero id esse, neque magis Ciceroni convenire, quam *placita philosophorum*, quamquam saepissime dixerit *placet philosophis.* Rem vero conficit locus Quinctiliani Inst. Orat. VII. 1., quem in fine disputationis suae supervacaneae posuit Wopkensius, ubi est: *Nam in schola certa sunt et pauca, et ante declamationem exponuntur, quae θέματα Graeci vocant, Cicero proposita.* Victorius in Copp. b. ad h. v. adscripsit θέσιν. Pergit Cod. R. *disputando.* Ad v. *indicant* in Copp. Vict. b. adscriptum est δηλοῦσιν. Pro *Tusculanae* in Cod. W. est *Tusculariae;* in Cod. C. *Tusc. dubitationes.* Habet N. *Tusculanam disputationem. Mr.*

Ponere *aliquid, ad quod audiam*] Est a mss. quinque, neque secus edit. Victorii. publicati fere, *proponere. Grut.*

ponere aliquid,] Codd. Cr. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. Sturm. Ram. Boul. Lambb. Goth. *proponere*, cui praestat vulgata, quam habent reliqui libri omnes, nisi quod in Cod. R. scribitur: *pone aliquid quod audiam;* omisso *ad*, quod item abest a Codd. N. Par. Nimirum non concoquebant librarii locutionem *audire ad aliquid.* Tuscc.

si tibi non est molestum, volo. An mihi, inquam, potest quicquam esse molestum, quod tibi gratum futurum sit? Sed ita audies, ut Romanum hominem, ut timide ingredientem ad hoc genus disputandi, ut longo intervallo haec studia repetentem. Ita, inquit, audiam te disputantem, ut ea lego, quae scripsisti. Proinde p. 141. a.
ordire.

Multa hic desunt.

I. 4. 7. *Ponere iubebam, de quo quis audire vellet; ad id — disputabam. Mr.*

Ad quod audiam] Adversus quod te dicentem audiam. *Cicero* Fin. lib. I. cap. 8. *Ad haec, nisi molestum est, habeo, quae velim.* Et lib. II. cap. 1. *Ut* AD *ea, quae ii respondissent, si quid videretur, diceret.* Simili modo loquuntur Graeci. *Xenophon* de Exped. Cyri lib. VII. cap. VI, 27. *Ἀλλὰ φαίητε ἄν, ἔδει τὰ ἐνέχυρα τότε λαβεῖν, ὡς μηδὲ, εἰ ἐβούλετο, ἐδύνατο ἐξαπατᾷν. ΠΡΟΣ ΤΑΥΤΑ δὲ ἀκούσατε, ἃ ἐγὼ οὐκ ἄν ποτε εἶπον* etc. *Clemens* Hom. IV. c. 24. *ΠΡΟΣ αὐτὰ, ἃ μέλλεις λέγειν, ἄκουσον.* Idem Hom. XIV. cap. XI. *Ἵνα ΠΡΟΣ αὐτὰ ἀκούων, μανθάνειν ἔχω.* Vide nos ad Epitomen *Lactantii* c. XXIX. pag. 57. et *Iosephum* de vita sua cap. 65. *Dav.*

ad quod audiam,] Non recte explicavisse haec verba Davisium monet Bremius, aliquanto melius Ernestum in Clavi: *de quo audiam.* Poni ait hanc praepositionem (*ad*), cum quis omnia, quae de re quadam proferri possunt, coniungat, et rem ab omni parte sic exponat, ut nihil praetermissum sit: ita dici *ad aliquid disputare, ad aliquid dicere* cet., idque non intelligendum esse *contra aliquid dicere.* Recte. Verba *volo* usque ad *quicquam esse molestum* desunt in Cod. R. Eadem, et praeterea verba *quod tibi gratum* desunt in Cod. N. *Mr.*

An mihi, inquam,] Est *At mihi* in Codd. L. c. U. Cr. Par. W. M. N. S. Copp. Victt. b. Ed. Asc. 1. In seqq. Cod. R. habet *quod gratum tibi sit futurum.* Cod. N. *an mihi unquam potest esse quicquam molestum. Mr.*

ut Romanum hominem,] Codd. S. M. *utro manum hominem.* U. *ut ramonum hominem.* Ad sententiam similis est locus apud nostrum de Rep. I. 22. p. 97. ed. nostr. *Quam ob rem peto a vobis, ut me sic audiatis, neque ut omnino expertem Graecarum rerum, — sed ut unum e togatis, patris diligentia non illiberaliter institutum, studioque discendi a pueritia incensum, usu tamen et domesticis praeceptis multo magis eruditum, quam litteris:* ubi vide nostr. et Creuz. annotationem. *Mr.*

ut timide ingredientem] De verbo *ingredi* eiusque constructione vid. meam annot. ad Cic. de Rep. I. 46. p. 185. ed. nostr. coll. II. 11. p. 240. Cod. R. habet *non timide* et mox *nec longo intervallo:* quod est correctoris nimium sibi sumentis. Pro *longo* in Cod. Cr. est *n̄llo* (sic): pro *repetentem* est *reportantem* in Cod. R. ex glossa hominis, qui sententiam non respiceret, sed tantummodo vocabulum *intervallo.* Constructione eadem usus est noster ad Fam. XV. 14. *ut te — tanto intervallo viderem,* ubi vid. Cortium p. 802. Or. pro Arch. poet. IV. 6. *satis longo intervallo. Mr.*

audiam te disputantem,] Cod. W. *audiente disputantem.* U. *audiam te disputatantem.* Pergit R. *ct ea lego.* Tum Par. *quae dixisti.* Vocem *ordire* non habet Cod. R. In Codd. Oxonn. M. et Guelf. est *audire:* in Cod. S. *proinde ordinc consideremus. Quorum* etc.: in Cod. Cr. *proinde ordire considea-*

8. 5. Consideramus hic, * * quorum in aliis, ut in Antipatro poëta, ut in brumali die natis, ut in simul aegro-

mus hi quorum etc.: in Cod. W. *proinde ordire consideremus hic* — sequitur lacuna lineae dimidiae et in marg. adscriptum est: *multus defectus testus* (sic); tum pergit *Quorum in* etc. [mihi quidem videtur ortum illud *testus* ex nomine *Festus*, quod fortasse a glossatore quodam in margine eius Codicis, unde hic descriptus est, fuerat adpictum ad sequentia de *Icadio*. De eo enim loquitur *Festus* p. LXXIV. ed. Scalig. ap. Santandr. 1593. 8.]: in Cod. U. *proinde ordire. Considera musices, quorum in aliis ut Mantipatre poeta:* in Cod. Par. *proinde ordire confidamus. Quorum in* etc. Cod. R. *proinde consideremus quorum* etc. Ante *consideremus* nihil est lacunae in Copp. Victt. b. indicatum: post *hic* addita sunt haec: „Deest hoc lòco manifeste. namque in veterrimo codice spatium vacuum relictum est XXXXIII versuum inter *hic* et *quorum.*" Ern. ait: in marg. MS., cuius excerpta sunt in Ed. Lamb., scriptum fuit: *hic deest pagina.* Explere voluit aliquantum priorem lacunam Bremius, desiderans: *Proinde ordine explicare, de fato quid sentias:* debuisse tamen ait Hirtium, si Tusculanarum modum hic quoque tenuerit Cicero, talem enunciationem ponere: *Omnia quae fiunt, fato fiunt. Mr.*

Consideramus hic, *quorum* etc.] Turnebus monuit, vett. libros praeferre *constamusiei;* ex quo factum illud vulgatum, *Consideramus Hirti.* Pal. sec. servat *odire considamus hic hic deest, quorum,* alii duo, nescio quos versus admiserant. *Grut.*

*Consideramus hic * * quorum in aliis*] Sic edidimus, ut indicaretur hiatus: aliquid enim manifesto deest, quod notavit etiam Pal. sec. librarius. Observat autem *Gruterus* in duobus, quibus usus est, Codicibus nescio quos lacunae supplendae versus admissos esse. Credo non alios fuisse quam quos Balliol. et Harleian. exhibent:

Sunt qui in fortunae iam casibus omnia ponant,
Et mundum credant nullo rectore moveri,
Natura volvente vices et lucis et anni.

Pater eorum *Iuvenalis* est Satir. XIII, 86. *Dav.*

Consideramus. hic] In Cod. L. a. est *considamus hic.* Tum sequuntur ab alia manu iidem plane versus, quos ex suis Codd. exscripsit Davisius, nimirum ex Iuvenale sumti. Vocem *hic* omittit Cod. M. Scribitur *consideramus hirci* in Edd. Asc. 1. Vall.; *Consideramus Hirci* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw.; *Consideramus Hirti* in Ed. Ram.; Codd. Oxonn. E. ψ. N. *Confidamus hic.* Bremius vult *Considamus hic,* laudans Cic. de Legg. II. 8. Acadd. I. 8. II. 3. addens: Vellem tamen omnes Codd. haberent *consideramus hic,* neque ullum esset lacunae indicium. Tum unice veram putarem Hottingeri coniecturam: *Consideremus haec: quorum in aliis* cet. In Cod. Cr. scriptum quidem est *in aliis,* sed priori literae *i* superscriptum est *e,* ut corrigere voluisse videatur scriptor codicis *aleis.* Et plane ita est etiam paullo inferius in verbis *in aliis autem.* Cod. P. habet *in Antipatre. Mr.*

In brumali die natis] De viris eodem die natis, idemque fatum sortitis egisse *Tullium* censeo. Tales erant, verbi causa, *Polystratus et Hippoclides philosophi, eodem die nati, eiusdem praeceptoris Epicuri sectam secuti, patrimonii etiam possidendi adeundaeque scholae communione coniuncti, eodemque momento temporis ultima senectute extincti.* Verba sunt *Valerii Maximi* lib. I. c. VIII, 17. extern. *Silius Italicus* II, 636.

Vos etiam primo gemini cecidistis in aevo

tantibus fratribus, ut in urina, ut in unguibus, ut in reliquis eiusmodi, naturae contagio valet, quam ego non tollo: vis est nulla fatalis: in aliis autem fortuita quaedam esse possunt, ut in illo naufrago, ut in Icadio,

Eurymedon fratrem, et fratrem mentite Lycorma,
Cuncta pares; dulcisque labor sua nomina natis
Reddere, et in vultu genetrici stare suorum.

Adi sis etiam *Statium* Thebaid. VI, 348. *Dav.*

in brumali die natis,] Cod. R. *in tribunali die natis.* S. *imbrumali. ternatis.* Cr. *in brumali die noctis.* Fortasse, ait Br., haec inter Chaldaeorum θεωρήματα fuerunt iis similia, quae infra dantur cap. 6. *Si quis oriente canicula natus est, is in mari non morietur.* Ceterum haec omnia melius explicari possent, vel ne egerent quidem explicatione, si haberemus ea, quae in lacuna exciderunt. Quem in annotatione proxima laudat Ursinus Augustini locum, eum operae pretium videtur apud Augustinum ipsum legere, de re ipsa per caput libri quinti secundum et tertium disputantem. *Brumali die* pro ipsa *bruma* dixit etiam Plin. XVIII. 25. 60. extr. p. 181. Hard. Laudat ad h. l. Adr. Turnebus, in Disput. contra P. Ramum, etiam Cic. Tusc. I. [39, 94.] ubi est *solstitiali die* pro *solstitio. Mr.*

Ut in simul aegrotantibus fratribus] Huc pertinent illa, quae a Divo *Augustino* adducuntur in lib. V. de Civ. Dei cap. 2. *Cicero dicit Hippocratem nobilissimum medicum scriptum reliquisse, quosdam fratres, cum simul aegrotare coepissent, et eorum morbus eodem tempore ingravesceret, eodem levaretur, geminos suspicatum: quos Posidonius Stoicus, multum Astrologiae deditus, eadem constitutione astrorum natos, eademque conceptos solebat asserere. Ursin.*

ut in urina,] Loco verborum *in urina* Cod. M. lacunam habet. Laudat Br. Plinium Hist. Nat. lib. XXVI. 6. Post *unguibus* deest *ut* in Cod. S. Pro *naturae* est *vero* in Cod. R. Ad verba *naturae contagio* Henr. Stephanus in Ciceroniano Lex. p. 201. „Cicero, ait, hic verbum Graecum συμπάθειαν exprimere voluit: quod quum Lib. de Divin. II. [15, 34.] *Coniunctionem naturae et quasi concentum atque consensum* interpretetur, ego malim hic ea exemplaria sequi, in quibus pro *contagio* legitur *cognatio.*" Cuius ego lectionis in meis quidem libris vestigium nullum reperio, neque, si reperirem, reciperem. Pro *valet* est *valeret* in Codd. Cr. U. Edd. Asc. 1. Vall. Ram. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. [in his duabus margo habet: fort. *valet:*] Brut. Sylb. — Cod. N. habet *huiusmodi. Mr.*

vis est nulla fatalis:] Codd. Cr. et Vind. B. *an vis est nulla fatalis?* Vocem *est* omittit Cod. R. In Cod. M. abest *nulla. Mr.*

ut in illo naufrago,] Codd. N. R. Edd. Asc. 1. Vall. Manut. habent *naufragio.* Pro *Icadio* est *Chadio* in Codd. R. M., in marg. R. et Cod. N. *Ychadio.* Cod. S. habet *Ycadio,* U. et Par. *Ichadio.* In Copp. Victt. a. citatur Sext. Pomp. [Fest.] 1157. [ed. Ald. ad calcem Lexici Perott. ann. 1513. Lib. IX. p. c. l. 23. sq. ubi haec sunt: *Icadion nomen saevissimi piratae.*] Ad quem locum Scaliger loco a nobis ad initium capitis laudato hos Lucilii versus adscripsit:

Querquera consequitur febris, capitisque dolores,
Infesti mihi, tanquam Rondes Icadionque.

Ita posteriorem versum ex emendatione Ios. Scaligeri scripsit Ian. Dousa in Fragmm. Lucilii editis ab Havercampo ad calcem Censorini (Lugd. Bat. 1743. 8.) p. 202. Sed in Ed. Festi Scaliger prius scripsit:

ut in Daphita. Quaedam etiam Posidonius (pace magistri dixerim) comminisci videtur. Sunt quidem, in-

Tamde mihi infesti, quam Rhondes Icadionque.
Ego ex posteriore emendatione, ne versus careat iusta caesura, scripserim:
Infesti mihi tam, quam Rondes Icadionque.
Conf. etiam annot. ad h. l. ad calcem Ed. Bip. Satirarum Persii, Iuvenalis et Lucilii p. 252. *Mr.*

Daphita] *Strabo* lib. XIV. p. 958. tradit λόγιον ἐκπεσεῖν αὐτῷ (Δαφίτᾳ) λέγεσθαι, φυλάττεσθαι τὸν Θώρακα, *oraculum Daphitae datum fuisse, ut Thoracem caveret.* Non igitur de *proverbio nato* locutus est doctissimus Geographus, ut male statuit *Hadr. Turnebus.* Pari quoque modo, ne *Aldum* nepotem memorem, lapsus est vir summus *Des. Erasmus* Adag. p. 207. ed. Hanov. *Dav.*

ut in Daphita.] Cod. Par. *Daphyta,* et sic Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw.; Cod. U. *Daphica;* R. *Dapytha;* S. *diphita.* Marg. Edd. Lamb. Goth.: al. *Daphida.* In Copp. Victt. b. laudatur Suidas s. v. Δαφίδας, ubi est: Δαφίδας Τελμισεὺς γραμματικός, γεγραφὼς περὶ Ὁμήρου καὶ τῆς αὐτοῦ ποιήσεως, ὅτι ἐψεύσατο. Ἀθηναῖοι γὰρ οὐκ ἐστράτευσαν ἐπὶ Ἴλιον. ἦν δὲ οὗτος λοιδορούμενος παντὶ, καὶ μέχρις αὐτῶν μὴ φειδόμενος τῶν θεῶν. καὶ Ἄτταλον μὲν τὸν βασιλέα Περγάμου διὰ τοῦτο ἔχειν αὐτῷ ἐπιβουλεύοντα. εἰς δὲ τὴν Πυθίαν ἐλθόντα ποτὲ, σκώπτειν εἰς τὸ μαντεῖον, καὶ ἐπιγελῶντα ἔρεσθαι, εἰ τὸν ἵππον εὑρήσει. χρησθῆναι δὲ αὐτῷ, εὑρήσειν ταχέως. εἶτα ἐκεῖνον διαθρυλλῆσαι τοῦτο, ὅτι μηδὲ ἦν αὐτῷ ἵππος, μηδὲ ἀπώλετο. ἀναχωρήσαντα δὲ συλλαβόμενος Ἄτταλος ἐπέταξε κατακρημνισθῆναι. ἐν ᾧ δὲ τόπῳ τοῦτο ἐγένετο, ἐκαλεῖτο Ἵππος ὁ τόπος. καὶ ἔγνω πρὸς τῷ θανάτῳ, μὴ ἐψεῦσθαι τὸ λόγιον. οὕτως οὖν ἐφυβρίσας κακῶς ἀπώλετο. Ceterum ad rem conf. etiam Is. Vossium ad Pompon. Mel. I. 17. p. 639. sq. Ed. A. Gronov. L. B. 1748. 4.; interprr. ad Valer. Max. I. 8. extr. 8. p. 109. sq. Ed. Torren. L. B. 1726. 4. Ad Davisianam reprehensionem Turnebi et Erasmi monet Bremius, enumerari tamen proverbium *Cave Thoracem* in *Adagiis metricis ad calcem Paroemiographorum Schotti:* ipsamque rem esse talem, ut ex ea proverbium nasci facile potuerit. Ut vero conciliet varias de hac re veterum narrationes, fieri posse ait, ut saxum, cui nomen esset *Equi,* pars montis *Thoracis* fuerit. De eodem autem veteres oraculo loqui videri ait. „Cum enim de *saxo,* inquit, in monte *Thorace* deiectus esset, dixerunt alii, iussum eum esse, *ut Thoracem caveret;* alii, iique acutiores, interrogasse eum, ubi *equum* invenire posset: tum cetera accidisse, quae nostris. Tales narrandi diversitates in oraculis saepe inveniuntur, quippe cum oraculorum maior pars post eventum denique confecta sit. — Unum igitur illud diversum est, quod Strabo eum esse *suffixum,* ceteri eum *deiectum* esse dicant. Sed hoc ex varia eiusdem rei narratione natum videtur." *Mr.*

Quaedam etiam Posidonius] Vid. Ian. Bak. de Posidonio p. 27. 48. sq. (qui de Daphita laudat P. Victorium Varr. Lectt. XXII. 19.) et p. 178. Multus est h. l. Bremius in refutando Heusingero, qui ad Cic. de Off. III. 2. 9. pravam nonnullorum Codicum scripturam *Posidonius* defendit, et rationibus quidem, quae nullae sunt. Qua refutatione facile supersedemus. Cod. R. habet *Quidam cum Possidonio.* S. *Quaedam enim cum Possidonio quaedam possidemus.* Videntur autem haec exempla a Cicerone ex Posidonii libris depromta. Pergit Cod. W. *pace magis tridixerim.* Tum Par. *comminicisci.* Codd. M. N. *quaedam etiam possidemus:* sed N. supra lin. *possidonius. Mr.*

Sunt, inquam, quidem absurda] Paenultimam vocem fide MSStorum

quam, absurda. Quid enim? si Daphitae fatum fuit ex equo cadere, atque ita perire; ex hocne equo, qui, cum equus non esset, nomen habebat alienum? aut Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare moneba-

Balliol. Eliens. Harleian. et Ven. 1471. delere praestat, quam cum *Turnebo* in *quaedam* mutare. *Dav.*

Sunt quidem, inquam, absurda.] Ita scripsi, ut etiam Schützium edere voluisse existimo, quamquam in eius editione expressum est: *sunt, quidem inquam, absurda.* Transponere enim malui verbum, quam eiicere. Bremius affirmationem, quae est in verbo *inquam*, hoc loco frigidam et inanem esse iudicavit coniecitque: *Sunt enim quaedam absurda:* quod admodum placeret, si librorum auctoritate fulciretur. Nunc locum ita interpretor: Quod dixi, Posidonium, quem ut magistrum veneror, commentum esse quaedam, id non incogitate dixi, cum re vera sint in iis, quae profert, exempla plane absurda. Librorum autem h. l. magna est discrepantia. Cod. Cr. habet: *Sunt quidem absurda*, in marg.: al. *inquam*. Vocem *inquam* omittunt Codd. Vind. A. L. c. W.; vocem *quidem* Codd. Par. R. U. N. M. S. Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Vall. Verbum *inquam* omissum est etiam in Edd. Asc. 2. Rob. Steph. et Vall. In reliquis est, ut Dav. edidit. Lallemannus solus Turnebum secutus est. *Mr.*

Quid enim? si Daphitae fatum fuit] Cod. Par. omittit *enim*; L. c. omittit *si*; S. habet *quid enim et si*. Ne vero quis *Daphitae* gignendi casum esse existimet, conferat libelli nostri c. 12, 29. *si fatum tibi est, ex hoc morbo non convalescere.* Codd. M. N. *factum* pro *fatum*, sed *c* in posteriore erasum. *Mr.*

Ex equo] Res plane diversas miscet eruditissimus *Turnebus*: nam cum *Strabo* lib. XIV. pag. 958. ἐπ' ὄρει καλουμένῳ Θώρακι σταυρωθῆναι Δαφίταν τὸν γραμματικόν tradiderit; noster, *Valerius Maximus* lib. I. cap. VIII, 8. extern. *Hesychius* Milesius p. 28. et *Suidas*, eum *de saxo, cui nomen erat Equi, praecipitatum* scribunt. Non igitur narrationes, quae sibi repugnant, in unum fuere confundendae: nam in monte Thorace saxum, quod Equus vocabatur, fuisse nullo modo constat. Vulgo *de equo*. Male. *Dav.*

ex equo cadere,] *Ex quo* est in Cod. M. Habent *ex equo* Codd. Vind. A. B. nostri Cr. W. Par. R. L. c. Copp. Victt. b. Edd. Rob. Steph. Dav. Verb. Oliv. Brem. Sch. Post verba *ex hocne equo* in Cod. W. parva est lacuna, in eaque scripta litera *m*. In eodem Cod. scribitur *filippus*, in Codd. R. M. *Philipus asce*. Par. *in capitolio*, et sic etiam lin. proxima. Tum Cod. U. *quadriculas*. S. *quadrigucas*. R. *quadrigas*. N. *quadriuigalas*. Idem cum M. *movebatur*. De *quadrigis* vide, quae ex Turnebi contra Ramum disputatione ad illius commentarium lectu digna excerpsimus. *Mr.*

Quadrigulas] Ast *Aelianus* V. H. lib. III. cap. 45. ita rem narrat: Φιλίππῳ φασὶ χρηστήριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίου, φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα. Ἐκεῖνον οὖν, δέει τοῦ χρησμοῦ λόγος ἔχει μηδέποτε ἀναβῆναι ἅρμα. Διπλοῦς οὖν ἐπὶ τούτοις ὑποῤῥεῖ λόγος· οἱ μὲν γάρ φασι, τὸ τοῦ Παυσανίου ξίφος, ᾧ τὸν Φίλιππον διεχρήσατο, ἅρμα ἔχειν ἐπὶ τῆς λαβῆς διαγεγλυμμένον ἐλεφάντινον· ὁ δὲ ἕτερος, τὴν Θηβαϊκὴν τὴν καλουμένην Ἅρμα περιελθόντα λίμνην ἀποσφαγῆναι. Hoc vero probabile non videtur, cum non tantum *Valerio Maximo* lib. I. cap. VIII, 9. extern. repugnet; sed et Philippum Aegis, oppido Macedoniae, trucidatum scribat *Diodorus Siculus* Bibl. lib. XVI. pag. 479. seqq. De eius caede videri possint Clitomachus apud *Stobaeum* Serm. XCVI. pag. 584. et *Iustinus* lib. IX. cap. 6. *Dav.*

tur? Quasi vero capulo sit occisus. Quid autem magnum est, naufragum illum sine nomine in rivo esse lapsum? Quamquam huic quidem hic scribit praedictum in aqua esse pereundum. Ne hercule Icadii quidem praedonis video fatum ullum: nihil enim scribit

Quasi vero capulo sit occisus.] De hac constructione monet Beierus ad Cic. de Off. III. 9. 39. p. 248: multis ex Cicerone exemplis allatis. Conf. Wyttenbach. ad Cic. de N. D. p. 800. ed. Creuz. et nostr. mai. Cod. N. a pr. m. *quasi vero capitolio. Mr.*

Quid autem magnum, et naufragum illum sine nomine, in rivo esse lapsum?] Tollenda stellulae nota, nescio quo modo e regione posita. Sensus est, quid mirum est, naufragum quoque illum, in rivo esse lapsum? Intulit autem, post vocem *magnum*, particulam *et*, propterea quod exemplum de Daphita et de Philippo confutarat: quasi diceret, praeterea. *P. Manucius.*

Quid autem magnum est, naufragum] Recepi cum Schützio bonam Wolfii emendationem, cum et librorum lectio valde fluctuet hoc loco, et Manutii explicatio apud Ciceronem quidem non temere sit admittenda. Qua de re cum non semel locuti simus, iam nihil addendum videtur. Fortasse tamen aliquis illud *et* ita defendat, ut dicat, voluisse Ciceronem continuare structuram altero *et*, illi respondente; deinde vero mutata constructione quasi ἀνακολούθως perrexisse, postquam interiecta essent verba *quamquam — pereundum.* Et servassem ego fortasse *et*, si ea constans librorum esset scriptio. Sed habent Codd. L. c. W. Vind. A. M. N. Par. S. Copp. Victt. b. *quid autem magnum aut naufragum.* Cr. *quid aut magnum hoc aut naufragum.* R. *quid autem magnum naufragium.* U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. *quid autem hoc magnum: ut naufragum.* Rob. Steph. Vict. *quid autem, aut magnum naufragum.* Ram. *quid autem hoc, magnum, et naufragum.* Reliqui ut Manutius. Quam vero dicit Man. esse stellulam in Edd. e regione huius loci positam, eam ego nonnisi in Ed. Boul. reperi. Ad verba *sine nomine* Vict. adscripsit ἀνώνυμον. Pergit Cod. U. cum Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. *esse in rivo.* S. *in nuo esse*, cuius erroris causam novit, qui semel librum MS. manibus trivit. M. Par. *in rivo lapsum esse. Mr.*

Quamquam huic quidem hic scribit] Codd. Par. S. *Quamquam huic. Quid enim hic scribit.* N. Cr. M. *Quamquam huic. Quid enim scribit.* R. *Quid est enim scribit hic.* U. Edd. Asc. 1. Vall. *Quamquam huic. quid enim scribit hoc.* Vocem *esse* post *aqua* omittunt Codd. M. N. Par. R. S. *Mr.*

Ne hercule Icadii quidem] Codd. Cr. S. R. *Nec* pro *Ne*, W. *Non.* S. *et Chadii.* Edd. Asc. 1. 2. Vall. habent *et Icadii*, quod aliquis ad fulciendum superius *et* ante *naufragum* adhibere possit. Est etiam in Cod. S. et Edd. Asc. 1. et Vall. *praedonis quidem.* Lamb. in ed. pr. (ex vet. cod., ut est in marg. Lambb.) edidit *Ne me hercule Icadii praedonis quidem.* Mox Par. et N. pro *fatum* habent *factum.* Cod. U. non habet *igitur* post *mirum.* Post *spelunca* Cod. Par. inserit *fuisset*, glossa corrupta alieno loco in sermonem contextum intrusa. Adscripserat nimirum aliquis post *igitur*, *fuit.* Fortasse etiam scribentis oculus aberravit ad sequens *fuisset.* Pergit Cod. R. *saxum eius in crura incidisse.* Idem omittit *etiam* ante *si.* W. habet *etiam sucadius.* Ceterum non repetemus errores in hoc nomine commissos. Pro *tum* est *cum* in Codd. M. S. Vocem *tum* omittit Cod. R. In seqq. Cod. Cr. *saxum tamen illum.* Post *casurum* abest

ei praedictum. Quid mirum igitur, ex spelunca saxum 5.
in crura eius incidisse? puto enim, etiam si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse. Nam aut nihil est omnino fortuitum, aut hoc ipsum potuit evenire fortuna. Quaero igitur, (atque hoc late patebit) si fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis esset; et forte, temere, casu, aut pleraque fierent, aut omnia: num aliter, ac nunc eveniunt, evenirent? (Quid ergo attinet inculcare fatum, cum
sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamve 6.
referatur?)

Sed Posidonium, sicut aequum est, cum bona gratia 4.
dimittamus: ad Chrysippi laqueos revertamur. Cui 7

fuisse in Codd. Par. R. S. Vind. A. De hac constructione (*fuisset — casurum fuisse*) vid. *Krüger. Grammat. Untersuch.* II. p. 124. Cod. N. *tandem* (supra lin. *tamen*) *et casurum non fuisset. Mr.*

Nam aut nihil est omnino fortuitum] Cod. U. *nam nihil aut omnino est fortuitum.* Copp. Victt. b. *nam aut nihil omnino est f.* R. *nam aut nil est omnio f.* Cr. W. L. c. Vind. b. Ed. Ram. *nam aut nihil omnino est f.* Edd. Asc. 1. 2. Vall. Rob. Steph. Crat. Herw. ut Copp. Victt. b. Ad sententiam loci faciunt, quae dixit noster de Divin. II. 8. 21. *Mr.*

Si fati omnino nullum nomen] *Aristoteles* in libro περὶ ἑρμηνείας cap. x. Οὐθὲν ἄρα οὔτε ἔστιν, οὔτε γίνεται, οὔτε ἀπὸ τύχης, οὔθ' ὁπότερον ἔτυχεν, οὐδὲ ἔσται, ἢ οὐκ ἔσται, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἅπαντα. *Ursin.*

si fati omnino nullum nomen,] Cod. M. *si fatum nullum, nulla natura.* Codd. Par. R. S. Vind. A. *si fatum nullum nomen.* Cr. *si fati omnino nullum sit nomen.* Pergit Cod. U. *ulla natura, ulla vis.* Mox Codd. P. N. *forte, casu, temere.* Cod. W. *caū* (sic) pro *casu*; U. a pr. m. *causa.* In seqq. Codd. Par. M. et R. *non aliter;* S. N. *nunc aliter, ac nunc evenirent, eveniunt.* Tum R. *Sed quid ergo attinet.* S. *actinet.* Verbum *inculcandi* admodum amavit noster, idque plerumque in deteriorem partem adhibuit: in meliorem tamen ad Att. XVI. 3. σύνταγμα *retractatius*, *crebris locis inculcatum et refectum. Mr.*

ratio omnium rerum ad naturam fortunamve referatur.] Vocem *ratio* omittunt Codd. R. M. S. Tu vero cave supervacaneam esse censeas illam vocem, rescribendumque esse *omnes res — referantur.* Nam non magis otiosa est, quam de Rep. I. 14. p. 62. ed. nostr. in verbis: *Sed postea quam coepit rationem huius operis scientissime Gallus exponere.* Pro *referatur* est *feratur* in Cod. U., absorpta prima verbi syllaba, ut saepissime, ab ultima praecedentis. *Mr.*

sicut aequum est,] Codd. U. N. *sic aequum est.* Pergit Cod. S. *cum humana gratia.* Sic non locutus est Cicero; sed Or. pro lege Man. 24. 71. *ut aliquam bonam gratiam mihi quaesisse videar. Mr.*

ad Chrysippi laqueos] Cod. S. *et ad* pro *ad.* Par. *ad Crisippi liqueos laqueos.* Tusc. v, 27. 76. dixit: *ut iam a laqueis Stoicorum — recedamus.* De Or. I. 10. 43. *Stoici — laqueis te irretitum tenerent.* Exstat Chrysippi apud Gellium definitio fati, VI. 2. ex libro περὶ προνοίας quarto: εἱμαρμένην εἶναι

primum quidem de ipsa rerum contagione respondeamus: reliqua postea persequemur. Inter locorum naturas quantum intersit, videmus: alios esse salubres, alios pestilentes: in aliis esse pituitosos et quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos: multaque sunt alia, quae inter locum et locum plurimum differunt. Athenis tenue caelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani et

φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων, καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς. Vid. Baguet. de Chrysippo p. 218. ib. annott. In marg. Ed. Goth. ad *laqueos* adscriptum est *βρόχους*. *Mr*.

Cui primum quidem] Codd. Vind. B. Cr. W. L. c. S. *Cui quidem primum*. Pergit Dav. *de ipsa contagione rerum*, quem ordinem observant Cod. L. a. Copp. Victt. b. et Ed. Rob. Steph. Hic vero cum Vict. habet *cogitatione*, ut Codd. Oxonn. E. et ψ., unde coniecit Brem. *cognatione*, laudatque Cic. de Div. II, 14. ibiq. Hott. Sed pro vulgata laudat de Fato 3. de Div. II. 48. eamque merito praefert. Tu vid. *Creuzer*. in Progr. *Philosophorum vett. loci de Fato* etc. (4. Heidelb. 1806.) p. 20. eund. in Dionyso p. 73. et ad Cic. de N. D. I. 15. p. 68. ed. Cr. et nostr. mai. — Pro *persequemur* est *prosequemur* in Codd. U. R. Illud nostro usitatum in hac sententia, cuius usus exempla plurima praesto essent, si argumentis egeret. Male Cod. Cr. *persequamur*. *Mr*.

Inter locorum naturas] Laudat Brem. ad h. l. et seqq. Cic. de N. D. II. 6. et 16. de Div. I. 36. *Mr*.

quantum intersit, videmus:] *Videamus* est in Codd. Cr. U. S. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Manut. Herw. Crat. Ald. Post *intersit* interrogandi signum est in Cod. W. et Ed. Sylb. *Mr*.

in aliis esse pituitosos] homines, qui in iis essent, solere esse pituitosos. *Ern*. — Vocem *esse* omittunt Codd. W. L. c. Par. R. S. Copp. Vi. b. Vind. B. In Cod. Par. scribitur *in aliis piratuosos*. Mox verba *et locum* desunt in Cod. W.; *plurimum* abest a Codd. Par. R. S. Scribitur *differant* in Codd. W. L. c. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vall. Ram.; quod non est praeferendum vulgatae lectioni. *Mr*.

Athenis tenue caelum — crassum Thebis] De Boeotis atque in primis *Thebanis* vid. universe Dicaearch. de vita Graeciae in Meletemm. nostris III. p. 184—193. ed. Marxii. Diodor. XII. 70. οἱ δὲ Θηβαῖοι διαφέροντες ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις: et de gula Thebanorum epulisque opiparis Clitarchum ap. Athen. IV. 148. e. p. 81. Schwgh. cf. X. p. 417. sq. p. 24. sqq. Schwgh. De *Attico* autem caelo Atticorumque ingenio Thucyd. II. 40. cum interprr. Aristotel. Magn. Moral. I. 31. Rhetor. p. 552. de Republ. VII. 17. Theophrast. Charactt. Prooem. et Charactt. IV. ibiq. Casaub.; et de utrisque, et Boeotis et Atticis, *Boettiger*. in Wielandi Museo Attico I. 2. p. 349. sqq. et Car. Odofr. *Müller*. in *Orchomenos* p. 26. sq. p. 117. p. 396. *Cr*. — Post *caelum* in Cod. Cr. scriptum est *Attici*: sed ea vox punctis subscriptis notata. *Mr*.

ex quo acutiores etiam putantur Attici] Codd. S. U. W. Par. Vind. A. B. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. Rob. Steph. *etiam acutiores* inverso ordine. In Codd. Cr. M. N. est *etiam auctiores*. Cod. R. habet: *exinde accusatores putantur athici*, a m. sec. *exinde athici accusatores putantur*. *Mr*.

crassum Thebis;] Desunt haec in Cod. S. Ad superiora add. interprr.

valentes. Tamen neque illud tenue caelum efficiet, ut aut Zenonem quis, aut Arcesilam, aut Theophrastum audiat; neque crassum, ut Nemea potius, quam Isthmo victoriam petat. Diiungo longius: quid enim loci na- 8

ad Horat. Epist. II. 1. 244. Staveren. ad Corn. Nep. xv. 5. 2. p. 472. ed. Bard. et ad vii. 11. 3. Voce *pinguis* de *caelo* utitur noster de Div. I. 57. 130. Cod. M. *tum ne* pro *tamen neque*. *Mr.*

efficiet, ut aut Zenonem] Codd. Par. N. et R. *efficit*. Par. *Zononem*. R. *Cenonem*. S. *Çenonem*. Mox Cr. *Archesillam*. S. *A r c esilam*. W. *arce silam*. In Ed. Asc. 1. duae lineae exciderunt in inferiore paginae margine inde a verbis *aut Arcesilam* usque ad *ambule* —. Pag. seq. pergit *mus*. In Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Vall. est *Theophrastum non audiat*. Pergunt Codd. Cr. S. U. *neque Crassum*. Scriptor Cod. P. item de Crasso, nescio quo, philosopho cogitans, correxit etiam *neque u t Crassum*. Pro *Isthmo* Cod. Cr. *Ischino*. R. *histmo*. U. *Ischimo*. S. *Eschino*. Post verba *victoriam petat* in Codd. Vind. A. et S. interposita est magna pars e libro de creatione (ita appellat scriptor Cod. Vind. Timaeum s. de Universo) in Cod. Vind. A. inde a verbis *ut tota dilucide* usque ad *undique est eas circumplexus;* in Cod. S. inde a verbis *Tota dilucide* usque ad *semper in eodem erat eodemque modo ciebatur*. *Mr.*

ut Nemea potius,] sc. quia propinquior, quam Isthmus. In Codd. M. N. S. est *ut n e m e a potius*. *Mr.*

Diiunge longius] Balliol. *diiungo longius*. Reg. et Cantab. habent *diiunge locos*. Eliens. autem, *distingue locos*. Codicum vero nostrorum varietates retulimus, ut, quae vera sit lectio, dispiciant acutiores. Vereor enim, ne corrupti sint hoc in loco cuncti libri. *Dav.*

Diiunge longius:] sc. loca, quam Nemea et Isthmus diiuncta sunt. *Ern.*

Diiungo longius:] Cod. Cr. *distingue locos;* in marg.: vel *longius*. Vind. A. Par. U. Edd. Asc. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. *disiunge longius*. Copp. Victt. b. Codd. W. L. a. c. *diiunge longius*, ut Edd. Vict. Rob. Steph. Grut. Gron. Verb. Bip. Ern. In Cod. R. est *disiunge linguas;* in Cod. S. *diusiunge longius*, Cod. N. *distinguam*. Ego vero cum Bremio et Schützio lectionem Cod. Ball. recepi, motus potissimum Hottingeri rationibus, qui ita ad annotationem Ernesti (in Ed. Brem.) disputavit: „Quasi vero *Porticus Pompeii* et *campus*, quae ipsa dehinc Cicero commemorat, longius diiuncta essent *Isthmo* et *Nemea!* Ea res annon sententiam exigebat plane contrariam? En vero! hanc nobis suppeditat codex Ball., cuius lectionem laudans Davisius parum acute et hunc et reliquos libros hic esse corruptos censuit. Is igitur sic habet: *Diiungo longius:* optima sane et contextis accommodatissima sententia. Hoc enim Cicero dicit: Illa, qua Chrysippus fatum firmat, naturae contagio s. *συμπάθεια*, quam vim in hominum actiones aut voluntatem habere possit, non intelligo. Fac enim tenue caelum homines acutiores gignere, crassum robustos et valentes: inde, qui fiat, ut Athenae Zenone, Arcesila, Theophrasto, similibusque ingeniis, Thebae corporum, ad luctam reliquaque certaminum genera aptorum, robore clarae sint, satis intelligo. Illa vero loci contagio quo pacto efficiet, ut quis Zenonem, aut Arcesilam, aut Theophrastum audire velit, aut in Nemeis potius ludis, quam in Isthmicis certare? Nemeam et Isthmum dico? *Longius loca diiungo* (quam necesse est.) Pompeii porticum et campum dicam, loca minime longe dissita. An eorum ulla contagio efficiet, ut in hoc potius, quam in illo, velim ambulare?“ *Mr.*

tura afferre potest, ut in porticu Pompeii potius, quam in campo ambulemus? tecum, quam cum alio? Idibus potius, quam Kalendis? Ut igitur ad quasdam res natura loci pertinet aliquid, ad quasdam autem nihil: sic astrorum affectio valeat, si vis, ad quasdam res; ad omnes certe non valebit. At enim, quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent; alii libidinosi, alii iracundi,

in porticu Pompeii] Pompeianae quoque porticus meminit Catullus sub *ambulationis Magni* nomine, cum in Camerium ita scribit:

Te quaesivimus in minore campo,
Te in Circo, te in omnibus tabernis,
Te in templo superi Iovis sacrato,
In Magni simul ambulatione.

Martial. ad Regulum lib. V.

Sic veterem ingrati Pompei quaerimus umbram,
Et laudant Catuli vilia templa senis. — Achill. Statius.

Locus Catulli est carm. LV. (LVI.) ad quem v. Ant. Parthenium, in Ed. Paris. 1604. f. m. p. 133. (*Cat. Tib. Prop.* cum notis XVIII. virorum). Ad locum vero Martialis, qui est V. 10. 5. vid. Raderum p. 367. ed. sec. Ingolst. 1611. f. m. — Scribitur *Pompei* in Codd. Cr. W. R. de qua forma v. K. L. *Schneider. Lat. Gramm.* II. *Formenl.* I. p. 59. sq. *Mr.* — Plures porticus magnificas exstruxerat Pompeius. vid. de Off. II. 17. Turnebus intelligit eam, quae ad Theatrum eius erat. *Ern.* — Tu vide ad locum de Off. laudatum nunc Beierum T. II. p. 119 sq. *Mr.*

quam in campo ambulemus?] Verba *in campo ambulemus? tecum quam* desunt in Cod. Vind. B. Vocem *quam* post *potius* omittit Cod. U. In Cod. Cr. scribitur *quam cum Kal.* Mox Cod. Par. *loci natura loci.* Verba *ad quasdam — aliquid* exciderunt in Cod. M. *Mr.*

Ut igitur ad quasdam res natura loci pertinet] Post haec verba in libris omnibus sequitur deinceps, *et operatur aliquid*, quod ego funditus sustuli, ut alienum et ex declaratione superiorum natum. *Lamb.*

Plura delevit *Lambinus*, quam deleri debuere: nam *Victoriani, Gruteriani*, nostrique Balliol. Reg. Cantab. exhibent, *ut igitur ad quasdam res natura loci pertinet aliquid*, et ita recte legitur. *Davies.*

pertinet aliquid,] Recte post Davisium monuit Bremius nimium sibi indulsisse Lambinum delentem etiam *aliquid*, quod bene opponitur sequenti *nihil.* Ceterum verba *et operatur* non agnoscunt Codd. nostri L. a. c. Par. R. S. W. Copp. Victt. b. Edd. Rob. Steph. Sturm. Vall. et Asc. 1. ex recc. inde a Grut. omnes. Pro seq. *nihil* Cod. R. habet *nil.* Turnebus in Disput. contra Ramum p. 18. versâ monet, *operandi* verbum plane non esse Ciceronianum: cui Ramus in Admonitione, esse illud verbum et substantivum *operatio* in Epp. ad Att. Quod in Responsione pernegat Turnebus. Est nimirum in Epp. ad Att. VI. 3. in aliquot libris *operatio* pro *obiratio. Operari* nusquam. *Mr.*

astrorum affectio] Hunc verborum ordinem habent Codd. nostri omnes, Copp. Victt. b. Edd. Vict. Rob. Steph. (W. et U. *si castrorum*). In Edd. Asc. 1. et Vall. est *sic astrorum valeat affectio.* Reliquae habent *affectio astrorum.* R. *satis* pro *valeat*, omissis verbis *si vis. Pertinendi* verbo similiter usus est noster de Div. II. 43. *Quae potest igitur contagio — pertinere — ad terram?* Vocem *certe* omittit Cod. M. *Mr.*

At enim, quoniam] Cod. R. *quum* pro *quoniam* W. pergit: *in natura.* Voce *subamarus* rarissima usus etiam est noster de Invent. I. 17. 25. Pro *aut crudeles* est *alii crudeles* in Cod. Ox. ψ. *Mr.*

aut crudeles, aut superbi sint; alii talibus vitiis abhorreant: quoniam igitur, inquit, tantum natura a natura distat, quid mirum est, has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas?

Haec disserens, qua de re agatur, et in quo causa 5.
consistat, non videt. (Non enim, si alii ad alia propen- 9.
siores sint propter causas naturales et antecedentes, iccirco etiam nostrarum voluntatum atque appetitionum sunt causae naturales et antecedentes.) Nam nihil esset p.142.

alii talibus vitiis abhorreant] Dedit Lamb. solus et sine libris, ut videtur, sed ex constantissima Ciceronis consuetudine, *alii a talibus* etc. Quod quamquam nobis probatur, invitis tamen libris omnibus, notare locum, quam mutare maluimus. Vid. Nolten. Lex. Antibarb. p. 1289. Add. Q. Curt. VII. 8. 11. *abhorrent forsitan moribus nostris*. Est etiam in nonnullis libris apud nostrum Epp. ad Famm. XIII. 12. *est praeterea — nostris studiis non abhorrens*. Scribitur autem *abhorrent* in Cod. U., *aboreant* in Codd. R. M., *aborreant* in Cod. W., *abhorrescant* in Cod. N. Mox L. c. *tantum a natura natura distat*. Cod. M. *distabat*. R. *quid mirum hiat has*. Vocem *has* omisit Gron., invitus, ut existimo. *Mr.*

Haec disserens,] Codd. Par. R. *Nec* pro *Haec*, cuius erroris originem novit, qui unquam veteres libros manu trivit. U. *Hoc disserens*. S. *Hoc differens*. Mox Par. *et inqua oistit* (sic) *causa*. U. *causu* a pr. m., correctum in *casu*. Scripsit autem Bremius *caussa*, prout Ciceronem scribere solitum refert Quinctilianus I. 12. Sed v. quae hac de re monent Heumann. ad Cellar. Orthogr. Lat. p. 203. Nizol. Lex. Antibarb. p. 86. sq. Grotefend. Orth. Lat. §. 141. Quid? quod a Cicerone *cassus* pro *casus*, *divissiones* pro *divisiones* scriptum fuisse narrat idem Quinctilianus, in quo tamen non habuit imitatorem nisi Virgilium. *Mr.*

consistat, non videt.] Cod. Cr. *consistit*. Cod. N. *consistit causa*. Cod. R. omittit *non*. Post *propensiores* sequitur *sunt* in Codd. Vind. A. B., U. S. R. L. c. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. Vall. *Mr.*

causas naturales et antecedentes,] *antecedentes* intellige, *quae vi sua efficiant rem*. *Ern.* — Quod ait Meierus in vers. Germ., se correxisse *antecedentes*, cum legatur *accedentes*, quod ex scribendi compendio ortum ei videtur, id diu non intellexi, cum Codd. MSS. et Edd. habeant *antecedentes*, donec tandem deprehendi, virum illum Bipontina editione esse usum, in qua sola, operarum nimirum errore, est *accedentes*. Quod autem M. ad probandam suam, si diis placet, emendationem laudat cap. XI. 28. *omnia fieri causis antecedentibus*, id tam longe quaerere non debuit, quum ipso nostro loco ne duabus quidem lineis interiectis eadem scriptio redeat, ubi Bipontini non errarunt. Ad h. l. Henr. Steph. in Ciceron. Lexico p. 201. haec: „Cicero προκαταρκτικὰ sive προηγούμενα αἴτια vocat *antecedentes causas*; et *in nostra potestate* quod Stoici ἐφ' ἡμῖν appellant. Paullo post *principales causas* appellat κύρια καὶ συνεκτικὰ αἴτια, quum ait: *Ut enim ingeniosi — principalibus causis definitum et constitutum sit*. Sed hic quum principales dicit, praecipue κύρια exprimit; aliquanto post vim huius verbi συνεκτικὰ explicat, quum ait: *Sed interest inter causas fortuito antegressas et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem*. Atque hic rursum alio verbo προκαταρκτικὰ seu προηγούμενα exponit. Sed adver-

in nostra potestate, si res ita se haberet. Nunc vero fatemur, acuti hebetesne, valentes imbecilline simus, non esse id in nobis. Qui autem ex eo cogi putat, ne ut sedeamus quidem aut ambulemus, voluntatis esse; is non videt, quae quamque rem res consequatur. Ut

bium *fortuito* in neutro horum duorum includitur: et aliis in locis vocat Cicero *causas antegressas*, hoc adverbium non addens." In Cod. U. et Edd. Asc. 1. Vall. desunt omnia verba inde ab *iccirco* usque ad *antecedentes*. Scribitur *nostrarum etiam* in Cod. M. *Mr.*

voluntatum atque appetitionum] Codd. Par. M. *voluptatum;* idem pergit cum Cr. (supra lin.) S. R. N. Vind. A. *aut appetitionum*. Mox Codd. R. M. Edd. Asc. 1. 2. *Nam tum nihil esset*. Cod. U. *nihil est*. R. *in potestate nostra*. In Copp. Victt. a. et b. ad haec verba adscriptum est ἐφ' ἡμῖν; de quorum verborum sensu et sententia vid. Arrian. Comment. in Epictet. I. 1. p. 83 — 86. ed. Cantabrig. 1655. 8. *Mr.*

si res ita se haberet.] Est *si ita se res haberet* in Codd. Cr. L. c. S. Vind. A. et B. In Codd. Par. M. N. et R. *si ita res se haberet:* in Edd. Asc. 1. et Vall. *si res ita haberet*, omisso *se*. Sed ita non solet loqui Cicero, quamquam Or. pro Mur. c. 6. dixit *Bene habet*. In Codd. Ox. E. et Guelf. scribitur *haberent*. Male, iudice Bremio. *Mr.*

Nunc vero fatemur] Cod. R. *Non vero fatemur*. Sequitur in Cod. U. *acute*. Tum W. *heredesne*. Par. *hebetes non valentes*. R. *hebetes ut valentes*. Ortum est *ut* ex compendio vocis *vel*, ex lectione, quae est in Cod. S. Ed. Asc. 1. et marg. Asc. 2. *hebetesve*. Scribitur *imbecillive* in marg. Ed. Asc. 2., in Ed. Asc. 1. et Cod. U. In Cod. W. est *imbecilles*, in Codd. R. P. S. *imbecillesve*. Brem. *Nunc vero* plerumque poni ait, cum antecedenti contrarium opponitur. Igitur vel negligenter dictum putat, vel corrigendum *Nos vero*. *Mr.*

Qui autem ex eo cogi] Alii legunt *colligi*. Ego nihil muto; nam primum sic habent, ut edidi, omnes libri et MSSti et typis impressi: deinde sic dictum a *Cicerone cogi*, ut a Graecis συνάγεσθαι. *Lambin.*

Qui autem ex eo cogi putat] Quod refert Olivetus in Ed. Lamb. pr. legi *colligi*, id ex eius annotatione secus videtur. Neque in Edd. Lambb. et Goth. illius lectionis vestigia apparent. De N. D. scripsit noster II. 13. 34. *Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogique possit, nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat.* Activa forma idem verbum ponitur in Epp. ad Brut. a Germ. repertis 7. p. 1183. ed. Ern. min. *hoc cogere volebat: falsas literas esse; et, si quaeris, probabat*. Pergit Cod. R. *nec ut;* Par. N. *ut ne;* Cr. *ne aut*. Tum R. *ut* (pro *aut*) *ambulemus*, ubi vera scriptoris vox a glossa extrusa est. Quod sequitur *is*, abest a Cod. L. a. *Mr.*

Quae quamque rem *res consequatur*] Vulgo *rem* praetermittunt. Ei vero voci sedem suam, iubentibus Balliol. Harleian. Reg. Cantab. Ascens. Victor. et Ven. 1471. dedimus. *Davies.*

quae quamque rem res consequatur.] Horum verborum loco Cod. R. habet: *quam rem consequamur*. Vocem *res* omittunt Codd. Vind. A. M. Vocem *rem*, plane necessariam, tuentur Codd. nostri omnes, Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Gron. Verb. Ern. (hic ex MS. Guelf. Edd. Ven. 1471. 1494. Lamb. pr.) Bip. Oliv. Brem. Sch. In Ed. Car. Steph. est *quae res quanque rem consequatur:* minus bene. Mox Cod. W. separatim *ingenio si*. Tum Cr. *nascuntur:* idem et *imbecilles:* quae forma nostro minus est usitata. Quod vero erat in Laelio XIII. 47. *dolere imbecilli-*

enim et ingeniosi et tardi ita nascantur antecedentibus causis, itemque valentes et imbecilli; non sequitur tamen, ut etiam sedere eos, et ambulare, et rem agere aliquam, principalibus causis definitum et constitutum sit. Stilponem, Megaricum philosophum, acutum sane 11

bus fortes, id ex Codd. MSS. nuper mutavit Gernhardus in *imbellibus*. *Mr.*

ut etiam sedere eos,] Pro *etiam* est *et* in Cod. S. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Vocem *eos*, quae vulgo abest, recepi ex Codd. Vind. A. B. M. N. Cr. U. W. S. Copp. Victt. a. b. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Dav. Quorum librorum nisi intercederet auctoritas, equidem facile eam voculam abesse ferrem. *Mr.*

definitum et constitutum sit.] Codd. Par. M. N. S. Vind. A. *diffinitum sit et constitutum*. *Mr.*

Stilponem] Stilpo, ut ait Laërtius, quosdam ex Euclidis familia audivit: alii Euclidis, alii Thrasymachi auditorem fuisse ferunt. Ita autem et inventorum praestantia et dicendi facultate ceteris praestitisse dicitur, ut parum abfuerit, quin Graecia universa suis excita sedibus, Megaram ad illum, capta fama illius nominis, migraret. *Brut.* — Apud Plinium Lib. VII. c. 8. *Stilbo* legitur [est locus VII. 53. p. 409. Hard. ibi vero est *Stilponis:*] et apud Ciceronem lib. II. Acad. Quaest. [c. 24 75. ubi Goerenz. post Lamb. et Davis. recte scripsit *Stilponem*.] – Huius Stilponis meminit Plutarch. in lib. *περὶ εὐθυμίας*, his verbis: *Ὁ Δημήτριος τὴν Μεγαρέων πόλιν καταλαβὼν ἠρώτησε Στίλπωνα, ἤ τι τῶν ἐκείνου διήρπασται; καὶ ὁ Στίλπων ἔφη μηδένα ἰδεῖν τὰμὰ φέροντα. Achill. Statius.* Scribitur *Stilbonem* in Cod. Cr.; *Stilphonem* in Codd. M. N. R. S.; *Stilfonem* in Copp. Victt. b. Codd. W. Vind. A.; *Stulphonem* in Cod. U.; *Sulphonem* in Cod. Par. Locus Laërtii de Stilpone est III. 12, ubi vid. Menag. cui adde G. L. *Spalding. Vindiciae Philosophorum Megaricorum* p. 20. sqq. *Mr.*

Stilponem, *Megareum philosophum*] Aliter, quam praestans eius eruditio flagitabat, hic se gessit *Hadr. Turnebus:* siquidem vitiatis codicibus inhaerens, *Stilphonem*, non *Stilponem*, scribendum contendit. Prorsus vero nugatur, qui *Megareon philosophum* legit: nam *genitivum pluralem*, qualis est *Μεγαρέων*, in hisce formulis non adhibet *Cicero*. Necesse est vel *Megareum* legas, vel *Megaricum*, prout habent plerique libri. *Dav.*

Megaricum philosophum,] Ita Codd. nostri Cr. S. Par. L. c. U. Vind. A. Guelf. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Vall. Manut. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Brem. Sch. Fuit quidem *Megareus* Stilpo, id est, Megara oriundus; sed fuit ex schola *Megarica* philosophus, ergo *Megaricus philosophus*. Euclides autem, quem Cic. Acadd. II. 42. appellat *Megareum*, fuit philosophiae Megaricae auctor: is ergo non dici potuit Megaricus, sed discipuli eius et sectatores. Recte autem Bremius contra Gronovium disputans, qui isto Academicorum loco ad defendendam lectionem *Megareum* usus erat, eo ipso loco nostram lectionem firmari ait. Est enim ibi: *post Euclides, Socratis discipulus, Megareus; a quo iidem Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum et simile et idem semper.* Bene igitur Bremius *Stilponem Megareum, philosophum* recte diceretur, ait, si *philosophum* ita nude positum Ciceronis mori conveniret. At *Stilponem, Megareum philosophum* non recte dicitur. Non enim Cicero h. l. patriam respicit, sed ad id, quod philosophus fuerit, eique more suo addit, cuius sectae sit. Neque vero cum Davisio putandum, idem esse, utrum in his vocabulis *eus* dicatur an *icus*. Multum enim interest, utrum liber

hominem et probatum temporibus illis accepimus. Hunc scribunt ipsius familiares et ebriosum et mulierosum fuisse: neque hoc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem. Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam et compressam esse doctrina, ut nemo umquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. Quid? Socratem, nonne legimus, quemadmodum notarit Zopy-

aliquis sit *Aristoteleus* an *Aristotelicus*. Potest aliquis esse *Aristotelicus*, etiamsi minime sit *Aristoteleus*. *Aristotelicus* enim liber est ex Aristotelis ratione scriptus, *Aristoteleus* ab Aristotele ipso. In Cod. W. scribitur *Megarium*. Reliqui libri vulgatam sequuntur. *Mr.*

Megarium] Est a Victorii editione, et accedit Pal. sec. in quo *Megarium*. nam ceteri *Megaricum*, quibus adhaeret Turnebus. *Grut.*

et probatum temporibus illis] Codd. Par. N. *illis temporibus*. R. *temporibus aliis*. Pergit idem: *accepimus. nunc scribunt vituperantes*, omissis verbis *ipsius* usque ad *haec scribunt*, aberrante scribae oculo a priore *scribunt* ad posterius. Codd. Par. N. habent *illius familiares*, ad quam vocem in Copp. Victt. b. adscriptum est ἑταῖροι. *Mr.*

mulierosum] Ad h. v. Olivetus haec ex Edm. Campiani de Imitatione libello c. 5. attulit: Cicero semel, de Legibus, *virgeta* nominavit [II. 8.]; semel, ad Qu. Fratrem, *silvam viridicatam* [III. 1. 2.]; semel, de Fato, *mulierosum*; semel, in Tusculanis, *multiplicabilem* [II. 9.]; semel, in Epist., *sportellas* et *artolaganos* [ad Famm. IX. 20]; semel, in Parad., *mutilum* [est h. v. bis in Oratore, c. 9. et c. 53.]; semel, ad Att., *diaeticulam* [est *diaeta* ad Att. IV. 3.; illud non reperi]; semel, de Univers., *dividuum* [c. 7. Est etiam de N. D. III. 12.]; semel, in Verr., *divaricari* [IV. 40.]; semel, de N. D., *viticulas* [III. 35.] *Mr.*

Ebriosum et mulierosum fuisse] Hoc ab iis non est traditum, quorum commentarios habemus. Quin et *Origenes* contra Celsum lib. I. pag. 50. ait: *Παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν εἷς τις Φαίδων, καὶ οὐκ οἶδα εἰ δεύτερος, καὶ εἷς Πολέμων, μεταβαλόντες ἀπὸ ἀσώτου καὶ μοχθηροτάτου βίου, ἐφιλοσόφησαν*. Nec alios habuit, quos memoraret lib. III. pag. 152. Vel igitur nostrum, vel *Origenem*, fefellit memoria. Iis tamen Speusippum licet addere, quem ἐκ πολλῆς ἀνέσεως καὶ ἀκολασίας a Platone revocatum fuisse tradit *Plutarchus* de Frat. Amore pag. 491. *Dav.*

neque hoc scribunt vituperantes,] Dav. *haec:* sed *hoc* praestat, estque in Codd. Cr. S. Par. R. U. L. a. Vind. A. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Grut. Gron. Brut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Brem. Sch. In Cod. S. post *vituperantes* addita est glossa *eum*. In seqq. Cod. U. habet *vitiosam enim ab eo naturam sic domitam*. Scribitur etiam *domitam* in Edd. Asc. 1. et Vall.; praeferenda autem fuit forma rarior, quam non invexissent librarii, nisi eam in veteribus libris reperissent. Pro *compressam* est *complexam* in Codd. Cr. M., *comprehensam esse doctrinam* in Cod. R. *Mr.*

vinolentum illum,] Codd. W. Par. R. *violentum*. U. *vinolentem*. Mox R. *nemo in illo*. S. *vestigium libidinis videret*. De constructione in seqq., qua orationi obliquae (*nonne legimus, quemadmodum notarit*) additur verbum in oratione recta (*profitebatur*) vid. Beierum ad Cic. de Off. I. 18. 59. p. 139. qui, locum nostrum laudans, verbum *profitebatur* inter duas distinctiones posuit, quod nobis quidem non necessarium visum est. *Mr.*

Quid? Socratem nonne legimus

rus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? Stupidum esse Socratem dixit et bardum: quod iugula concava non haberet; obstructas eas partes et obtura-

quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon] Videtur hoc *Cicero* transtulisse de Graeco scriptore, a quo *Alexander* Aphrodisiensis exscripsit ea, quae edidit in libro περὶ εἱμαρμένης p. 164. Εἰπόντος γοῦν Ζωπύρου τοῦ φυσιογνώμονος περὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἄτοπά τινα καὶ πλεῖστον ἀφεστῶτα τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τῆς κατὰ τὸν βίον, καὶ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σωκράτην καταγελωμένου, οὐδὲν εἶπεν ὁ Σωκράτης ἐψεῦσθαι τὸν Ζώπυρον· ἦν γὰρ ἂν τοιοῦτος, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκ φιλοσοφίας ἄσκησιν ἀμείνων τῆς φύσεως ἐγένετο. *Ursin.*

quemadmodum notarit] Cod. M. *notant*. Cod. U. *notat*. Idem *Zopirus*; R. *cephirus*; S. *Çophirus*. Cr. *physiagnomon*; S. *phisiagnomen*; Asc. 2. *physiognomos* ut Edd. Crat. et Herw. Sed hae in varr. lectt. habent *physiognomon*. Vocem *se* omittit Cod. M. R. *asserebat* pro *profitebatur*; quod est interpretis. Ad h. l. laudatur in Copp. Victt. a. noster in Tuscull. IV. 37. et ad v. *hominum mores — pernoscere* Aristot. ἀναλ. προτ. β. 191. [ed. Ald. — κεφ. κζ. p. 196. sq. Sylb.]. In seqq. Cod. R. *vel tum fronte* pro *vultu, fronte*. Est autem locus Alexandri Aphrodisiensis in novissima huius libelli editione, quam curavit I. C. Orellius (Turic. 1824. 8.) cap. 6. extr. p. 18. coll. annot. p. 271. sq. ubi vero male scribitur ἔψευσθαι. Sed cum Ciceroniano libello universe conferri meretur ille Alexandri de Fato, cuius scriptor, ut vere indicat censor Editionis Bremianae Ienensis [1795. 285.], totam hanc quaestionem acutius Cicerone persecutus est. Graecis literis exaravit vocem *physiognomon* Henr. Steph. in Ciceroniano Lexico p. 188. *Pernoscendi* verbo, rariore illo, usus est etiam noster de Orat. I. 5. 17. de Senect. XV. 52. ubi vid. Gernhard. p. 99. *Mr.*

oculis, vultu, fronte] De hoc loco vide disputantem, et plura eiusmodi loca excitantem Beierum ad Cic. de Off. I. 29. 102. p. 228. *Mr.*

Stupidum esse Socratem dixit] Gulielmius adnotavit videri expungenda, *Socratem dixit*, ut supervacua, uti revera sunt. *Grut.*

Socratem dixit] Immerito prorsus hasce voces, ut supervacuas, expungendas censuere *Gulielmius* et *Gruterus*, cum sint orationi necessariae. *Davies.*

Bardum] Zopyrus, in eo quod *bardum* Socratem dixerit, graviter est lapsus: nam testis est *Porphyrius*, qui contumeliosissima quaeque de praeclaro illo viro corraserat, εἶναι αὐτὸν πρὸς οὐδὲν μὲν ἈΦΥΑ, ἀπαίδευτον δὲ περὶ πάντα, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν· σχεδὸν δὲ οὐδὲ γράμματα πάνυ τι ἐπίστασθαι. Vide *Theodoretum* Ther. I. pagg. 8, 11. Iudicium vero, quod de Socrate tulit ille Physiognomon, ex *Alexandro* Aphrodisiensi repetit *Eusebius* Praep. Evang. lib. VI. c. 9. *Dav.*

Stupidum esse Socratem dixit et bardum:] Recte Bremius ait non sine vi repeti Socratis nomen: id enim velle Ciceronem: An ignoratis id, quod Zopyrus dixit de Socrate? qui ipsum adeo Socratem, hominem aliquanto Stilpone maiorem et sanctiorem, stupidum et bardum et mulierosum dicebat. — Scribitur *dixit Socratem* in Cod. R. In Cod. R. deest *et*, et scriptum est a pr. m. *barbum*, quod correxit sec. Pro *iugula* est *virgula* in Cod. U., *ingta* in Cod. S. Verba *eas partes* omittuntur in Codd. Par. M. S. R. Vind. A. *Iugulum* explicat Gesn. in Thesauro *Os illud incurvum, quod humerum iungit erali pectoris, duplex adeo,*

tas esse dicebat: addidit etiam, mulierosum: in quo
11. Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. Sed haec ex naturalibus causis vitia nasci possunt: exstirpari autem et funditus tolli, ut is ipse, qui ad ea propensus fuerit, a tantis vitiis avocetur, non est id positum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina. Quae tolluntur omnia, si vis et natura fati ex divinationis ratione firmabitur.

6. Et enim si est divinatio, qualibusnam a perceptis

dextrum et sinistrum. Inde h. l. *iugula*. *Obturandi* verbo Cicero alibi non videtur esse usus. Post *obturatas* Cod. L. c. addit *eas*. Pro *addidit* idem cum Codd. Vind. B. N. et Copp. Victt. b. *addit*. Pro *etiam* est *et* in Cod. S. In Cod. R. post *etiam* sequitur *u t mulierosum*. *Mr.*

Mulierosum] Hoc quidem de Socrate sparserunt invidi viri, veraeque virtutis hostes, quibus fidem temere dederunt nonnulli Patres. Vide *Socratem* H. E. III, 23. *Porphyrius* apud *Cyrillum* in Iulian. lib. VI. pag. 186. *γέγραφεν Σώκράτη πρὸς την τῶν Ἀφροδισίων χρῆσιν σφοδρότερον μὲν εἶναι, ἀδικίαν δὲ μὴ προσεῖναι, ἢ γὰρ ταῖς γαμεταῖς, ἢ ταῖς κοιναῖς χρῆσθαι μόναις*. Ipse *Cyrillus* lib. VII. pag. 226. *Σωκράτης συνεφύρετο γυναιξί, Μυρτοῖ τέ φημι καὶ Ξανθίππῃ· συνεπλέκετο δὲ καὶ ταῖς ἑταιριζομέναις, καὶ ἀκάθεκτος ἦν εἰς ὀρέξεις αἰσχρὰς καὶ μυσαρωτάτας*. Vide sis, inter alios, etiam *Theodoretum* Therap. XII. pagg. 174. 175. Sed in praestantissimum hunc philosophum plane sunt iniurii, eum, ut ipse dixit, *quicquid vitii ex prava concretione corpus habuerat, animi bene sibi conscia divinitas temperavit*. Verba sunt *Iulii Firmici* Mathes. lib. I. cap. 2. Adi sis et nostrum Tusc. lib. IV. cap. 37. *Origenem* in Celsum lib. III. p. 151. ac *Theodoretum* Therap. IV. pag. 56. *Dav.*

mulierosum] Laudat Brem. ad h. l. praeter loca a Dav. allata I. M. *Gesneri* libellum, qui inscribitur *Socrates sanctus paederasta:* [qui est in T. III. Comment. Soc. Gotting. p. 1 — 31. ubi vid. p. 12.] F. A. Wolfii *Einleit. z. Plat. Gastmahl* p. 38. Pro *cachinnum* Codd. U. R. *chachinum*, Cr. *Cachinum*. Tum R. *subtulisse;* S. *substulisse*. Post *sed* Codd. Cr. et S. omittunt *haec;* quam vocem Cod. N. habet post *causis*. Vocem *ex* non habet Cod. M. *Mr.*

tolli, ut is ipse,] Cod. U. *tollit*. Pergit R. *n o n is ipse*. Par. *qui ad e a m*. U. *p e r p e n s u s;* S. *propensi;* R. *p r o p e n s i u s fuerit u t a tantis vitiis;* W. *avocatur*. Mox Cod. Par. *in v o l u n t a t e m*. W. *studio et disciplina*, sed puncto voci *et* subscripto ἀσύνδετον, nostro tam familiare, restitutum est. M. N. S. Par. *discipl i n a q u e tolluntur omnia;* R. *disciplina, q u a tolluntur omnia, si i t a ex natura* (omisso *fati*) *ex divinationis ratione f i r m a t u r*. Cr. *formabitur*. Verba *et natura fati* desunt in Cod. S. *Fati* deest in Cod. M. Cod. N. a pr. m. habet *divinatoris*, in marg. *divinacionis*. *Mr.*

Et enim si est divinatio,] In Cod. R. omittitur *est*. *Mr.*

Quibusnam a perceptis artis etc.] Sic meliores mss. neque aliter Victorius, Turnebus, Aldus. alii, *quaelibet natura a praeceptis*. *Grut.*

qualibusnam a perceptis] Cod. Par. *q u a e l i b e t n a t u r a a perceptis*. W. *q u a l i b e t n a t u r a a perceptis*. Cum Cod. Par. faciunt Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. (haec pro *natura* in marg. habet *nostra*, varietate orta ex compendio *nra:*) Crat. Herw. Vall. Ald. Boul. Brut. Lambb. Goth., nisi quod habent *prae-*

artis proficiscitur? Percepta appello, quae dicuntur Graece θεωρήματα. Non enim credo, nullo percepto b. aut ceteros artifices versari in suo munere, aut eos, qui divinatione utantur, futura praedicere. Sunt igitur astro- 12. logorum percepta huiusmodi: Si quis, verbi causa,

ceptis: Ram. *quaelibet nostra a praeceptis;* Car. Steph. *quibusnam a praeceptis,* sed idem ex vet. Cod. enotavit eam lectionem, quam nos exhibemus ex Codd. Cr. L. a. c. R. Oxonn. E. ψ. Guelf. Vind. A. et B. Copp. Victt. b. Edd. Rob. Steph. Vict. Sturm. Sylb. Gron. Verb. Oliv. Ern. Bip. Brem. Sch. In Cod. S. est *que libet nam;* in Codd. M. N. *quaelibet. Nam perc. Mr.*

A perceptis artis] Delendam puto vocem ultimam, quippe quae prorsus est supervacanea, nec in Balliol. aut Harleian. comparet. Altera vero *Lactantio* restituenda; nam lib. III. c. p. VI, 12. in vulgatis est *Qui vero sententiae loco pronuntiat nihil sciri, tanquam* praeceptum *profitetur et cognitum.* Lege *perceptum. Dav.*

artis] Potest, ait Brem., his verbis haec sententia inesse plane absona: *qualibusnam a perceptis artis divinandi ars divinandi proficiscitur?* Potest vero etiam in verbis *percepta artis* ea sententia inesse, qua hodie barbare quis diceret: *percepta scientifica* (*wissenschaftliche Grundsätze*). Qua significatione accepta merito ait sententiam esse probabilem, et vocem *artis* glossematis suspicione liberari. Et tuentur eam praeter Codd. P. R. S. libri nostri omnes. *Mr.*

Percepta appello] Eo ipso verbo eodem omnino modo utitur Cicero lib. II. Acad. Quaest., non quod *percepta* confundi putem cum *perceptione,* de qua illic omnis habetur oratio, quaeque ad physicos omnino pertinet, (agitur enim de sensuum et animi perceptione:) sed quod *percepto,* Mathematicorum plane verbo, eo fortasse alludens, utitur. Haec enim ille post multa alia: *Hoc igitur modo potius erat ab his postulandum, ut hoc unum saltem, percipi nihil posse, perceptum esse dicerent.* Et quia Cicero statim dixit: *Potius erat ab his postulandum,* animadvertendum id est, perceptum nihil aliud esse, nisi quod Aristoteles lib. I. Analyt. posteriorum αἴτημα et ὑπόθεσιν appellat; *petitio* enim et *suppositio* demonstrari possunt: similiter et *percepta.* Illa ab his, quos docere volumus, stipulamur in primis, et ea quasi fundamenta iacimus. *Achill. Statius.* — Ad locum Acadd. II. 7. laudat Bremius Petr. Fabrum. Add. *Rosae* Comment. in Acadd. p. 35. b. (Frcof. 1571. 8.) De confusione verborum *praecipere* et *percipere* vid. Heusinger. ad Cic. de Off. I. 28. 6. p. 195. Pro *appello* habet *a populo. Mr.*

Percepta appello, quae dicuntur Graece θεωρήματα] Sic legendum, *percepta,* non *praecepta;* et paullo ante, *a perceptis artis,* non *a praeceptis artis:* θεωρεῖν enim valet percipere, cognoscere, contemplari. Hinc θεωρήματα percepta, seu perceptiones, et cognitiones. Lambin. Haec omnia praeceperat *Victorius* ad huiusce libri principium.

θεωρήματα] De ea voce v. Henr. Steph. Thes. L. Gr. p. 4205. ed. Londin. et annot. ad Plotin. I. 6. 1. p. 51. D. *Cr.* — In Cod. Cr. est *theoromata;* in Cod. W. θεορέματα; in Cod. U. *theuromata;* in Cod. S. *theothomata.* Mox Codd. U. S. *ullo* pro *nullo.* Iidem, quod vix opus est monere, ubicunque *percepta* esse debet, habent *praecepta.* Cod. S. *certeros* pro *ceteros,* ut *certos* scribere voluisse videatur. *Mr.*

Sunt igitur astrologorum percepta huiusmodi:] Dav. edidit *sint,* quod, unde habeat, se nescire ait Bremius. Neque ego scio, unde ille eam lectionem hauserit: illud scio, eam esse

oriente Canicula natus est, is in mari non morietur. Vigila, Chrysippe, ne tuam causam, in qua tibi cum Diodoro, valente dialectico, magna luctatio est, deseras. Si enim est verum, quod ita connectitur: „Si quis oriente Canicula natus est, in mari non morietur"; illud quoque verum est: /„Si Fabius oriente Canicula natus est, Fabius in mari non morietur." Pugnant igitur

in Cod. nostro W. Edd. Rob. Steph. Vict. et Starm. Eandem fortasse volebat exhibere Olivet. in cuius Ed. (Ven. 1772. 4.) est *Sin*, operarum, ut videtur, errore. Pro *igitur* est *ergo* in Cod. U. In Cod. L. a. est *astralogorum*. Ad v. *percepta* ait Bremius: „Cicero dixit *percepta;* quamquam unum tantum profert, universe loquitur." Quasi vero aliter loqui vel potuisset vel debuisset! *Sunt igitur astr. percepta huiusmodi* est i. q. *Sunt igitur astr. percepta eius modi* v. *talia, quale hoc est*. In Ed. Ern., quae Lugd. Bat. comparuit, desunt verba *verbi causa:* iisdem in Copp. Victt. b. superscripta est Graeca formula λόγου χάριν. Cod. R. post *natus* omittit *est*. Pro *morietur* Vind. A. habet *moritur*. *Mr.*

Vigila, Chrysippe,] In Cod. Vind. A. inde ab his verbis, usque ad *Fabius in mari non morietur* omnia desunt. Pro *ne tuam* est *nec tuam* in Cod. R. In Cod. W. abest tota linea, inde a *ne tuam* usque ad *Diodoro*. Vocem *cum* omittunt Codd. U. R., prior etiam nomen *Diodoro*. Ad hoc nomen in Copp. Victt. b. comparatur Alex. [Aphr.] primo priorum Analyt. 59. [Ald. — 72. b. ed. Florent. vel Iunt.] Codd. Cr. U. S. habent *dialetico*. Vocem *est* post *luctatio* non habent Codd. S. R. Pro *deseras* W. exhibet *desideras*. Ad rem conf. Baguet. de Chrysippo p. 66. ibiq. laudd. *Mr.*

Si enim est verum] Hunc verborum ordinem servant Codd. nostri omnes, nisi quod L. c. omittit *enim*. Sed *verum est* ediderunt Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Gron. Ern. Bip. Brem. Sch. Pro *connectitur* est *convertitur* in Cod. U. Huic verbo adscriptum est in Copp. Victt. b. συνημμένον. *Mr.*

Si quis oriente Canicula natus est,] Ad haec Henr. Steph. in Cic. Lex. p. 202: „*Connexum* dicit, quod Stoici συνημμένον, vel τὸ ἐκ συνημμένων appellare solebant. Paullo post: *Ergo haec quoque coniunctio est ex repugnantibus: Et est Fabius, et in mari Fabius morietur;* συμπεπλεγμένον iidem vocabant, quam hic Cicero *coniunctionem*. Statim post, *Ergo illud, Morietur in mari Fabius, ex eo genere est, quod fieri non potest;* Graece τῶν ἀδυνάτων ἐστίν." Vocem *est* post *natus* omittit Cod. R. In Cod. W. sequitur *Fabius in mari* etc. addito nomine, quod in enunciatione universali locum non habet. Post *canicula* pergit Cod. S. *natum et fabium in mari moriturum est is in mari non morietur*. Sed verba *et — est* punctis notata sunt. R. omittit vocem *est* in seqq. post *verum* et post *natus*. *Mr.*

Pugnant igitur haec inter se,] His in Cod. W. antecedunt haec: *illud quoque verum est si Fabius ori:* quo errore in medio vocabulo animadverso has voces linea subscripta notavit codicis scriptor. Pro *igitur* est *ergo* in Codd. N. U. Edd. Car. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Gron. Ern. Bip. Oliv. Sch. Sed reliqui omnes libri MSS. et Edd. vett. cum Dav. et Brem. habent *igitur*. Sed est *haec igitur* in Codd. L. c. M. Par. S. Cr.; Cod. R. habet *pugnant igitur inter se haec*. Post *natum* Cod. S. omittit *esse*. Tum dedimus *et Fabium in mari moriturum* ex Codd. Cr. W. L. c. Par. R.

haec inter se, Fabium oriente Canicula natum esse, et Fabium in mari moriturum: et quoniam certum in Fabio ponitur, natum esse eum Canicula oriente; haec quoque pugnant, et esse Fabium, et in mari esse moriturum. Ergo haec quoque coniunctio est ex repugnantibus: „Et est Fabius, et in mari Fabius morietur": quod, ut propositum est, ne fieri quidem potest. Ergo illud: „Morietur in mari Fabius," ex eo genere est, quod fieri non potest. Omne igitur, quod falsum dicitur in futuro, id fieri non potest.

Vind. A. B. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Rob. Steph. Vall. Dav. In Codd. M. U. est *et Fabium mortuum in mari esse;* in Asc. 2. *et Fabium moriturum in mari esse:* in reliquis *et in mari Fabium moriturum.* Pro seq. *quoniam* Cod. R. *quum.* Tum W. *ortum* pro *certum.* L. c. *certum esse in Fabio.* M. *quoniam mortuum incertum in Fabio. Mr.*

natum esse eum] Ita Codd. nostri ad unum omnes. Sed Edd. Crat. Herw. (hae in varr. lectt.) Car. Steph. Ram. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Verb. Gron. Ern. Bip. Oliv. Sch. habent *ortum esse eum canicula oriente:* quem verborum lusum inanem a Ciceronis more abhorrere existimo. Verba *esse eum* desunt in Cod. L. c. In Cod. R. est *cum* pro *eum.* Post *quoque pugnant* Cod. W. omittit *et. Mr.*

et in mari esse moriturum.] Ita Codd. nostri omnes, nisi quod S. N. habent *et esse in mari moriturum.* Sed vocem *esse* omittunt Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Gron. Verb. Ern. Sch. Bremius vero edidit, ut est in Codd. nostris S. N., nihil monens. *Mr.*

haec quoque coniunctio] Vocem *quoque* omittunt Codd. Par. M. N. R. S. Vind. A. In Cod. S. est *iunctio.* Quod sequitur *est,* deest in Cod. R., vel potius loco motum est: scribitur enim *ex repugnantibus est, Fabius est, et in mari morietur.* In Cod. Par. est *morietur Fabius;* in W. *Fabius non moritur.* Pergit Cod. P. *quid ut.* Voculam *non* post *Fabius* inserunt etiam Copp. Victt. b. *Mr.*

Ut propositum est] Omnino legendum, *ut positum est,* licet vulgatam lectionem servent omnes nostri. Paullo ante: *Quoniam certum in Fabio ponitur, natum esse cum Canicula oriente.* Vide quae diximus ad huiusce libri c. 2. *Dav.*

ut propositum est,] Lege omnino cum Davisio *quod ut positum est. Lall.* — Stare quidem h. l. posset *positum,* cum addatur *est,* neque tam ineptum et a more Ciceronis abhorrens dicendum esset, quam quod idem Davisius supra c. II. coniecit *contra positum disputandi:* sed plane supervacanea hoc quoque loco est eius coniectura, et in librorum omnium consensu de correctione ne somniandum quidem fuit. Verbum *est* abest a Cod. R. Ad v. *ne fieri quidem potest* in Copp. Vi. b. adscriptum est ἐκ τῶν ἀδυνάτων. Verba *Ergo illud — non potest* desunt in Codd. R. et W. Pro *Omne igitur* est *omne ergo* in Codd. Par. R. S. Cr. Vind. A. Copp. Victt. b. In fine capitis Codd. Par. N. habent *id fieri in futuro non potest.* Ad sententiam conf. Baguet. de Chrysippo p. 67. Verba *Omne igitur — non potest* in fine capitis desunt in Cod. M. *Mr.*

7. At hoc, Chrysippe, minime vis: maximeque tibi
13. de hoc ipso cum Diodoro certamen est. Ille enim id solum fieri posse dicit, quod aut sit verum, aut futurum sit verum; et, quicquid futurum sit, id dicit fieri necesse esse, et, quicquid non sit futurum, id negat

At hoc, Chrysippe, minime vis: etc.] Faciunt huc, quae ad Cic. Epp. ad Famm. IX. 4. prc. adnotavit P. Victorius, ubi Cic. ad Varronem scribit: „*Περὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν.*“ Ille autem ita: „Cum ad Varronem, virum eruditissimum, scribat, quaestionem illam obscuram tangit, quam *περὶ δυνατῶν* appellant: de qua magna erat inter philosophos contentio, praecipue inter Diodorum dialecticum et Chrysippum Stoicum. Quam autem varie haec illi acciperent, ostendit Cicero in libro de Fato, cum inquit: *At hoc — etiamsi id nunquam futurum sit.* De eadem hac re etiam in paucis illis, quae remanserunt, eius libri paginis loquitur. Rationem Diodori diligenter Alexander Aphrodisiensis explicat in commentariis in primum *τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν* his verbis: *Δύναται λέγειν καὶ περὶ τῶν δυνατῶν τοῦτο, ὃ Διοδόρῳ λέγεται, ἤγουν ὃ ἔστιν ἢ ἔσται· τὸ γὰρ ἢ ὂν ἢ ἐσόμενον πάντως δυνατὸν μόνον ἐκεῖνος ἐτίθετο· τὸ γὰρ ἐμὲ ἐν Κορίνθῳ γενέσθαι, δυνατὸν κατ' αὐτὸν, εἰ ἦν ἐν Κορίνθῳ, ἢ πάντως μέλλοιμι ἔσεσθαι· εἰ δὲ μὴ γενοίμην, οὐδὲ δυνατὸν ἦν· καὶ τὸ παιδίον γενέσθαι γραμματικὸν δυνατὸν, εἰ ἔσοιτο κ. τ. λ.* Chrysippi vero Plutarchus in lib., quem adversus Stoicos edidit inscriptum *Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων*. Ubi etiam idem de Diodoro confirmat: ea nos, ne longiores simus, omittemus.“ Locum Plutarchi habes in Commentario Turnebi. Laudat praeter hos Bremius Menagium ad Diog. Laërt. II. 111. Wetzelium ad Cic. Brut. 90. 3. Spalding. Vindiciae Philosophorum Megaric. p. 10. Pro *at* est *ad* in Codd. M. N.; in posteriore ex correctione. *Mr.*

maximeque tibi] Cod. Cr. *maximumque tibi.* R. *magnumque tibi.* Par. N. *maxime tibi.* Mox Codd. M. S. *id fieri solum posse.* Par. *dici pro dicit.* Pro *quicquid* Cod. Cr. *quodcunque.* Cod. M. habet *quod aut si verum.* N. *quod aut verum,* omisso *sit:* tum *aut sit futurum nullum;* supra lin. verum. *Mr.*

Maximeque tibi etc.] *Hieronymus* advs. Pelagium p. 557. E. *Inter Diodorum et Chrysippum valentissimos Dialecticos περὶ δυνατοῦ ista contentio est. Diodorus id solum posse fieri dicit quod aut sit verum, aut verum futurum sit; et quicquid futurum sit id fieri necesse esse, quicquid autem non sit futurum, id fieri non posse. Chrysippus vero, et quae non sunt futura, posse fieri dicit, ut frangi hoc margaritum, etiamsi id numquam futurum sit.* Locum, quem tractamus, ad verbum fere descripsit Presbyter Stridonensis. Vide porro *Petr. Victorium* in Epist. Fam. IX, 4. *Dav.*

Quicquam futurum sit, id dicit fieri necesse esse] *Aristoteles* in libro *περὶ ἑρμηνείας* c. X. *Ἅπαντα οὖν τὰ ἐσόμενα ἀναγκαῖον γενέσθαι. Ursin.*

Id dicit *fieri necesse esse*] Ex *Hieronymo* deleatur verbum *dicit,* quod nescit etiam Ascens. 1511. *Dav.*

id dicit fieri necesse esse,] Ex omnibus libris nostris, praeter Ed. Asc. 1., solus Davisio suffragatur Cod. U. Uncinis igitur liberavimus verbum *dicit,* quod nemo post Davisium spurium iudicavit. Ciceronem ait Bremius ex negligentia non solum singula verba repetere (ut nostro libro c. V. *dixit — dicebat — addidit:* Acadd. I. 13. *dixerunt — dixerunt:* de N. D. II. 58. III. 7. de Finn. IV. 2. de Orat. II. 18. et 39. fin.), sed totas etiam enunciationes (de Orat. III. 38. Pro Rosc. Amer. 7.): quamquam ne negligentiae quidem haec repetitio deberi videtur, cum

fieri posse. Tu, et quae non sunt futura, posse fieri dicis, ut frangi hanc gemmam, etiam si id numquam futurum sit: neque necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi, quamquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset. At si ista comprobabis divina praedicta,

propter sequens *negat* repetitum esse dicere possis *dicit*. Ceterum, ut recte observavit Bremius, si oppositio est in *verbis*, non in *enunciatione*, Cicero fere *aio* vel *affirmo* et *nego*, non *dico* et *nego* opponit. *Nego* autem est *ne aio*, nec vero, ut post I. G. Vossium contendit Schellerus, *ne ago*, vel, quod ait Becmanus de Origin. L. L., ex *nec* ortum. Conf. de nostro loco Beier. ad Cic. de Off. I. 18. 59. p. 139. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 20. 47. p. 284. — In Cod. R. scriptum est *idem dicit id fieri necesse*, omisso *esse*, cuius loco habent *est* Codd. Par. U. M. N. Post haec Codd. Par. N. *et quicquid non futurum sit*. Tum R. S. N. *id negat posse fieri*. M. *posset fieri*. *Mr.*

Quae non sunt *futura*] Sic *Hieronymus*, Balliol. et Harleian. Vulgo *sint*. *Dav.*

Tu, et quae non sunt futura, posse fieri dicis,] Servavi Indicativum a Davisio receptum: non enim necessarius est coniunctivus, ut existimabat Bremius, nimirum ut oratio sit obliqua. Et habent *sunt* Codd. Cr. W. U. Edd. Vall. Asc. 1. Dav. Sch. Scribitur *etiam* pro *et* in Edd. Vall. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Pergunt Codd. R. S. Vind. M. A. B. *fieri posse dicis*. Cod. N. *et fieri posse dicis*. Mox Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. *gemmam hanc*. R. *etiamsi id nunquam sit futurum*. Cod. N. *etsi id*. *Mr.*

Cypselum] Ut videtur, frustra sudat et aestuat vir doctissimus *Hadr. Turnebus:* non enim tradit noster, millesimo ante anno praedictum esse Cypseli regnum, sed, pro Chrysippi sententia, id necesse non fuisse, licet, tot ante saeculis, Apollinis editum fuisse oraculo. Quae vero redditae sint Eetioni, Bacchiadis, ipsique Cypselo sortes, docebit *Herodotus* lib. v. cap. 92. Adi sis et *Eusebium* Praep. Evang. lib. v. c. 35. *Dav.*

Cypselum regnare Corinthi,] Codd. Cr. U. N. *Cypsellum*. W. *Chriphelum*. S. *Tipsedum*. Copp. Victt. b. *Chrypselum*. Cypseli meminit praeter Herodotum Aristoteles Polit. v. 12. p. 164. Sylb. cum causas persequitur, quare diuturna quarundam tyrannis exstiterit. Triginta enim annos illum regnasse ait: fuisse vero populi ductorem moderatum, popularem, blandum, ut nullis stipatus custodibus incedere toto imperii tempore perseveraverit. Vid. etiam Aristot. Polit. v. 10. p. 152. Fontes historiae Cypseli laudat Hofmannus in Lex. Univers. T. I. p. 1067. In Copp. Victt. a. laudatur Aristot. πολ. 349. [L. V. c. 9. §. 22. p. 235. ed. Schneid.] δευτέρα δὲ περὶ Κόρινθον ἡ τῶν Κυψελιδῶν. Cic. Tusc. Quaest. [V. 37. in fin.] Cod. W. *corinti*. Codd. U. R. *milesimo*, de qua scriptione non reprobanda vid. Nolten. Lex. Antibarb. p. 113. Cellar. Orthogr. Lat. p. 288. sq. Grotefend. Orthogr. Lat. §. 142. In seqq. Cod. U. *oracla electum esset*. Est *edictum* in Edd. Rob. Steph. Vict. Sturm. et Cod. N. Sed ipse Victorius in Copp. Victt. a. margini adscripsit: c. *editum*. *Mr.*

At si ista comprobabis] Codd. R. et S. *ita* pro *ista*. M. S. et Vind. A. *comprobas*. R. *probas*. Solus Bremius, fortasse invitus, dedit *comprobatis*. Post *praedicta* in Cod. R. deest *et*. *Mr.*

At si ista comprobabis divina praedicta: et quae falsa etc.] Hic locus ut in vulgatis legitur, non videtur integer: sententia enim non concluditur neque finitur, nascens ab

et, quae falsa in futuris dicuntur, in his habebis, ut ea
p. 142. a. fieri non possint: ut, si dicatur, Africanum Karthagine

illo principio, *at si ista comprobabis* etc. nisi dicamus esse Hyperbatum, quod pertineat ad haec, quae sequuntur, *sed tamen, si naturalis est* etc. quod non arbitror. Neque quidquam deest, et sententia apte clauditur, hoc modo: *At si ista comprobabis divina praedicta, tum et ea, quae falsa in futuris dicuntur, in iis habere cogeris, quae fieri non possunt, ut si dicatur Fabium in mari periturum; et contra, quod vere dicatur de futuro, quodque ita futurum sit, ut Africanum Karthagine potiturum, dicere cogeris esse necessarium.* Praeterea deest in omnibus libris, uno atque altero excepto, hoc totum: *ut si dicatur Fabium in mari periturum; et quod vere dicatur de futuro, dices esse necessarium. Lamb.*

At si ista comprobabis etc.] Quae ad praecedentem Lambini vel lectionem vel correctionem et ab aliis monita sunt et nobis monenda videntur, ne annotatio modum excederet, in Excursum ad calcem huius libelli coniecimus. *Mr.*

Quae falsa in futuris dicuntur] Vulgo *dicentur*. At Harleian. et Ascens. *dicuntur*; idque rectum. *Dav.*

falsa in futuris] Vocem *in* omittit Cod. R. *Mr.*

quae falsa in futuris dicuntur] Recepi cum Bremio Praesens pro Futuro, cum veri sit similius, accommodatam esse a correctoribus scriptionem *dicuntur* Futuro sequenti, quam, vice versa, si Futurum fuerit scriptum a Cicerone, id in Praesens fuisse mutatum. Et habent *dicuntur* Cod. S. Copp. Victt. a. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall.; *diceretur* Cod. N. Idem pergit *nihil* pro *in his*. *Mr.*

In his habebis] Alii libri habent *habemus*, quod minus probo: hoc enim videtur *Cicero* sentire; si comprobabis haec divina praedicta, seu oracula, eaque vera et necessaria putabis, incides in angustias, quas reformidas: nam tu, qui fatum quidem ponis, sed necessitatem tollis, cogêris fateri, et ea, quae sunt falsa in futuro, fieri non posse, et quod verum est in futuro, necessario eventurum: quae est Diodori sententia. Diodorus enim haec dicebat, si falsa est haec enunciatio in futuro, *cras caenabit Epicurus*, non potest fieri, ut cras caenet Epicurus: et, si vera est haec enunciatio in futuro, *cras caenabit Epicurus*, necessario cras caenaturus est Epicurus: quod utrumque negat Chrysippus. Lambin. Sic cum *Lambino* dedi, non *habemus*, ut vulgo. Ceteroqui ῥῆσις est perplexa, nec ulterius coniecturis libet indulgere. *Dav.*

in his habebis,] *Habebis*, ait Bremius, et *dicas* neminem offendat. Cicero enim modos et tempora saepissime confundit, praesertim cum multa vocabula interiecta sunt. Peiorem lectionem *habemus* habent Codd. M. Cr. W. S. U. N. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Verba *in his habebis* intellige: *eiusmodi esse censebis*; quo facto de constructione *ut — possint* nihil ambiges. *Mr.*

Karthagine potiturum] Libri veteres habent, *Karthaginem potiturum*; et ita legendum. *Lamb.*

Dicatur Africanum Karthagine *potiturum*] Recte ita editi a Victorio, respondetque Pal. sec. castissimus liber. alii quidem *Karthaginem*, sed non ii tam bonae notae, itaque viderit de suis Lambinus. *Grut.*

Africanum Karthagine potiturum] Volebat *Karthaginem* edere Bremius, sed operas inobedientes habuit. Commendat Accusativum et librorum auctoritate Oxonn. E. ψ. Guelf. et loco Tuscc. I. 37. 90. ubi Wolfius post Davisium edidit *si — gentem aliquam urbem nostram potituram putem*: ubi incommodos etiam esse duos Accusativos ait et ambiguos primo adspectu. Verum est, raram esse apud Ciceronem constructionem verbi *potiundi* cum Ab-

potiturum, et, si vere dicatur de futuro, idque ita futurum sit, dicas esse necessarium. Quae est tota Diodori vobis inimica sententia. Et enim si illud vere 14.
connectitur, „Si oriente Canicula natus es, in mari non morieris:“ primumque, quod est in connexo, „Natus es oriente Canicula,“ necessarium est: (omnia enim vera in praeteritis, necessaria sunt, ut Chrysippo placet, dissentienti a magistro Cleanthe, quia sunt immutabilia, nec in falsum e vero praeterita possunt convertere:) si

lativo: nec vero eidem constructio cum Accusativo est frequentior. Ablativum habet de Off. II. 22. 76. neque ibi lectio est controversa. Ceterum de huius verbi constructione multi praeceperunt, quos laudat Staveren. ad Corn. Nep. XVIII. 3. 4. p. 20. ed. Bardili. T. II. quibus add. Menckenii Obss. Ling. Lat. p. 771. Thom. Linacer de Emend. Struct. Lat. Serm. p. 294. sq. Schelleri Praec. Styli T. I. p. 294. Ablativum servant, praeter Codd. W. L. c. Ed. Asc. 1. et marg. Asc. 2., libri nostri omnes. *Mr.*

idque ita futurum sit, dicas esse necessarium.] Vocem *sit* omittit Cod. R. Eius loco in Cod. Cr. est *sive*. In eodem et Cod. Vind. B. scriptum est *esse non necessarium*. In seqq. Codd. Par. M. N. S. R. habent *nobis* pro *vobis*, cui in Cod. R. praemittitur *et*. Idem exhibet *complectitur* pro *connectitur*. M. *convertitur*. Vocem *es* post *natus* omittit Cod. U. In Cod. R. scribitur *eris*. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. habent *est — morietur*. Codd. W. R. S. L. c. Copp. Victt. b. Edd. Rob. Steph. Ram. *moriere*. *Mr.*

primumque, quod est in connexo,] Recepi *est*, quod vulgo omittitur, ex Codd. Vind. B. Cr. U. P S. L. c. M. N. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Rob. Steph. Car. Steph. Ram. Sturm. Sylb. Brut. Oliv. Bip. Lambinus edidit *quod in connexo est:* solus Goth. *quod connexo*. In Cod. S. scribitur: *in cornexoū natus es coiente*. Pro *es* habent *est* Codd. W U. Vind. B. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. In solo Cod. R. scribitur *natus eris*. Idem omittit *est* post *necessarium*. *Mr.*

(*omnia enim vera*] Vocem *enim* non habet Cod. U. In Cod. M. pro *vero* est *nā* i. e. *natura*. Mox in Codd. Par. inverso ordine scribitur *sunt necessaria*. De dissensione inter Chrysippum et Cleanthem vid. *Baguet.* de Chrysippo p. 66. ibiq. laudd. In Codd. Par. M. N. post *magistro* addita est glossa *suo*. *Mr.*

nec in falsum e vero] Cod. N. *neque in falsum*. Cod. Par. *neque falsum*. Codd. U. L. a. *nec in falsum me vero*. Cod. Cr. *nec in falsum neo in verum*, cum Cod. Vind. b.; quod est correctoris scioli. *Mr.*

Praeterita possunt convertere] Sic legendum ex Eliensi nostro. Vulgo *converti*. Vide nos ad cap. 9. *Dav.*

praeterita possunt converti)] MSS. etiam Guelf. fere et in m. ed. Lamb. habent *convertere*, quod et recepit Davisius. Sane *convertere* dicitur pro *converti*, intell. *se*. Sed h. l. non aptum videtur. *Ern.* — Neglexit h. l. Ernestus signum clausae parentheseos: quod, exemplari editionis Ern. usus in adornanda sua, neglexit item Schützius. *Mr.*

praeterita possunt convertere] Laudat Brem. Cic. Orat. pro Cluent. 55. 150. (ubi est *converte nunc ad equestrem ordinem*) Cortium in ultimo ad Sallustium excursu p. 920. Vechneri Hellenolex. L. I. Part. I. c. 6. Additque haec: „Infra cap. 9. extr. plurimi habent optimique Codd. *convertere*. Dubium ergo non est, quin ibi a Cicerone profectum sit. Nostro quidem loco pauci MSS. hanc

igitur, quod primum in connexo est, necessarium est; fit etiam, quod consequitur, necessarium. Quamquam hoc Chrysippo non videtur valere in omnibus. Sed tamen, si naturalis est causa, cur in mari Fabius non moriatur, in mari Fabius mori non potest.

8. 15. Hoc loco Chrysippus aestuans falli sperat Chaldaeos ceterosque divinos, neque eos usuros esse coniunctioni-

lectionem referunt. Itaque non edidissem, nisi is locus esset primus. Non enim solent librarii ex consequentibus antecedentia corrigere. Quam ob rem in ceteris locis caute versatus sum, neque mutavi, ubi Codex Eliens. solus *convertere* habet. Nam et quum semel hoc adfuerit, librarius nescio quam elegantiam his rebus tribuens, facile cetera ad primum illud formavit. Ita medio cap. 9. non sum ausus lectionem vulgatam mutare, quod feci eodem capite extremo. Eandemque ob causam cap. 16. vulgatam lectionem servavi.“ Probabat receptum *convertere* Censor Ed. Brem. Ien. 1795. 285. Ita etiam scriptum laudat Beier. ad Cic. de Off. III. 19. 78. p. 332. De hac constructione v. Stallbaum. ad Ruddimann. II. p. 156. et Schulzii Gramm. Lat. p. 549. Zumpt p. 121. Nostri libri MSS. habent *convertere* ad unum omnes, Copp. Victt b. itemque Vindd. et Ox. U. et ita post Dav. ediderunt Verb. Brem. Sch. Gronovius ad h. l. haec adnotavit: „Non habeo quod arguam, si *converti* edidit Grut. ex certa scriptorum exemplarium fide. Sed tamen iniicit scrupulum Victorius, qui, licet etiamnunc ita ediderit, tamen in notis ad librum VIII. ad Atticum diserte hunc locum ex vetusto exemplari scribit ab se emendatum [p. 77. ed. Rob. Steph. Paris 1538. f. m.], ut legat *convertere*, ut solet id instar neutrius adhiberi. Itaque idem ex Victorio et MSS. etiam c. 9. fecit Gruterus. sed tantum in notis. Mihi desunt iusta hic subsidia.“ *Mr.*

quod primum in connexo est,] Vocem *quod* omittunt Codd. R. M. N.; *in eo connexo* habent Edd. Asc. 1. 2. Vall. Sequitur *nec est* in Cod. R., vocem *est* omittunt Codd. S. Par. L. c. Eius loco Par. habet *vel.* Verba *est; fit—necessarium* Cod. U. nonnisi in marg. habet. In Cod. R. est *sit etiam;* in Cod. Par. et L. c. *sequitur,* ut Edd. Gron. Bip. Ern. Sch.; minus bene. *Necessarium* omittit noster Cod. Cr. cum Guelf.: contra morem Ciceronis, ut recte iudicat Bremius. Cod. N. *sic etiam — necessarium est. Mr.*

Quamquam hoc Chrysippo non] Vocem *Quamquam* non habet Cod. R. in quo scribitur: *Hoc inquam Chr.* etc. Similiter S. Par. *Quia inquam hoc Chr.* Cod. Cr. omittit *hoc.* In seqq. post *naturalis* in Cod. R. deest *est.* In Cod. Cr. desunt verba *non moriatur, in mari Fabius.* Verba *in mari* omittit Cod. N. *Mr.*

Chrysippus aestuans] Codd. M. S. *extuans.* R. *extuus.* N. et Par. *existimans* pro *aestuans.* Primus error ortus est a prava pronunciatione: alter inde, quod, cum scriptor primam depravationem reperisset, literam *a* in ultima syllaba apertam reliquit, neque ei lineolam superscripsit; tertius denique inde, quod scriba, cum pravum illud *extuans* in suo libro videret, illud vel compendium vel depravationem verbi *existumans* esse crederet. Huius capitis initium Hottingerus ita legi volebat: *Hoc loco Chrysippus aestuans nos falli sperat, neque Chaldaeos ceterosque divinos usuros esse coniunctionibus:* improbata Turnebi sententia, quam v. in ei. comm.; eam vero Bremius ita explicat: „Chrysippum, quum videret, divinationem, et earum rerum, quae praedictae sint, necessitatem non posse disiungi,

bus, ut ita sua percepta pronuntient: „Si quis natus est oriente Canicula, is in mari non morietur:" sed potius ita dicant: „Non et natus est quis oriente Canicula, et is in mari morietur." O licentiam iocularem! ne ipse incidat in Diodorum, docet Chaldaeos, quo pacto eos exponere percepta oporteat. Quaero enim, si Chaldaei ita loquantur, ut negationes infinitarum

divinationem autem improbare nollet, necessitatem tamen minime probaret, eum igitur fucum facere voluisse astrologis ceterisque divinis, dum iuberet eos percepta alio modo pronuntiare, quam solebant: quo facto eum necessitatem ipsam tollere voluisse, divinationem tenere. At eadem hac ratione fallebat illos divinos, cum ea, quae praedicerent, non amplius necessaria essent, ergo etiam ars eorum inanis, cui nemo crederet, quippe praedicta vel evenire poterant, vel non poterant." Quae mihi magis, quam Hottingeri coniectura, probantur. — Ante *usuros* in Cod. R. additum est *esse,* omissum post eam vocem. W. habet *convictionibus*. *Mr.*

ut ita sua percepta pronuntient:] Ita libri MSS. ad unum omnes, itemque Edd. vett. usque ad Boul., in cuius ed., operarum, ut videtur, errore, irrepsit *ut in sua* etc. Hunc tamen errorem propagarunt Edd. Lambb. Goth. Grut. Gron. [quem corrigit Alterus in Ed. Vindob.] Verb. [qui perperam narrat Gruterum edidisse *ita;*] Ern. Bip. Sch. — De permutatione scriptionis *percepta* et *praecepta,* quae hoc quoque loco in nonnullis libris obtinet, non ultra monebimus. *Mr.*

Si quis natus est oriente Canicula,] Cod. R. omittit *est*. Idem in praecedd. habet *pronuntiet:* et cum Codd. M. Par. et S. post *canicula* addit *et*. Pro *dicant* est *dicent* in Codd. Cr. L. c. Vind. B. Pergit R. *Non natus quis,* omissis verbis *et* et *est:* vocem *et* omittunt etiam Codd. M. S. Vind. A. et B. *Mr.*

Et is in mari morietur] Balliol. Reg. et Cantab. addita negandi particula, dant, *is in mari* non *morietur*. Hoc, consentientibus libris, indicandum putavi; licet mihi praeter auctoris mentem esse videatur. *Dav.*

et is in mari morietur.] *is* non placet. aut delendum est, aut legendum *idem*. paullo post tamen eadem forma est: *et febrem is non habet*. *Ern.* — Nihil ergo mutandum. Ceterum additur in Codd. Vind. A. W. R. M. N. S. Copp. Victt. b. pravum illud *non* post *mari*. Cod. W. habet *moritur*. Meyerus in ann. ad vers. Germ. cum his ratiocinandi formulis commode comparat ea, quae sunt de Divin. I. 38. *Mr.*

O licentiam iocularem!] Laudat nostrum locum Ruhnkenius ad Terent. Andr. IV. 4. 48. *Iocularium in malum insciens paene incidi:* p. 123. ed. Bruns. p. 75. ed. Schopen. Cod. M. exhibet *o licentia*. *Mr.*

ne ipse incidat in Diodorum,] i. e. in Diodori rationem et sententiam, contra quam disputat. *Ern.* — Ad rem conf. *Baguet.* de Chrysippo p. 126—131. Codd. M. S. R. Par. N. L. a. *ne ipsa,* nimirum ut referatur ad *licentiam*. Elegantissima scilicet est vel lectio vel correctio Cod. R. *incidat in odium deorum*. *Mr.*

quo pacto eos exponere percepta oporteat.] Cod. L. c. *facto* pro *pacto*. Gron. solus, et invitus, ut ego existimo, *nos* pro *eos*. Codd. S. Par. M. N. R. *percepta exponere oporteat*. Pro *loquantur* est *loquuntur* in Cod. Cr.; *loquentur* in Codd. Vind. b. W. et L. c.; *loquerentur* in Codd. R. M. et S. Pro *negationes* in Cod. R. *negatione*. *Mr.*

ut negationes infinitarum coniunctionum potius] *Infinitae coniunctiones* sunt, quae post *infinita* connexa

coniunctionum potius, quam infinita connexa ponant; cur idem medici, cur geometrae, cur reliqui facere non possint? Medicus in primis, quod erit ei perspectum in arte, non ita proponet: „Si cui venae sic moventur, is habet febrem:“ sed potius illo modo: „Non ei venae sic moventur, et febrem is non habet.“ Itemque geometres non ita dicet: „In sphaera maximi orbes medii inter se dividuntur:“ sed potius illo modo:

dicuntur. eae *negationes* sunt, quando sic praeponitur negatio, ut in exemplo allato: *non et natus est quis* etc. *Ern.* — Inter *infinita* et *connexa* Cod. Cr. interserit *tamen*. Pergit Cod. Vind. A. *cur iidem medici*. In seqq. Cod. R. *facere non possunt*. *Mr.*

quod erit ei perspectum in arte] Cr. *ita* pro *ei*. Cod. R. *perspectum ei*. Cod. U. *eius perfectum in arte*. Ad h. l. Hottingerus haec: „Non prorsus damno vocem *perspectum*. Sed tamen hic quoque legendum videtur *perceptum*, ut paullo ante: *ut ita sua percepta pronuntient*. Cf. c. VI. init.“ [Docte coniecit hoc vir doct., ut solet, atque subtiliter. Nam de theorematibus *perspicere* vix legitur. *Br.*] „Praeterea, ni maxime fallor, pro *ei* legendum *cui*, ut *perceptum* generatim efferatur, quemadmodum paullo ante: *Si cui venae sic moventur:* eodemque modo paullo superius: *si quis natus est oriente Canicula;* et: *Non et natus est quis oriente Canicula.* Denique totum isthoc *Medicus in primis — dividuntur:* multo melius per interrogationem enuntiari puto. Non enim dicit, medicos, geometras, ceterosque artis suae percepta per coniunctionum negationes efferre, quamvis id facere possint. Itaque post illa verba, *cur reliqui facere non possint,* talis quaedam enuntiatio mihi videtur esse supplenda: *Possunt sane facere, sed non faciunt.*“ Quae mihi probabiliter disputata videntur. *Mr.*

non ita proponet:] Cod. Vind. A. *ut ita*. Pergit Cod. S. *Et si cui*. W. pro *si cui venae* habet *sic iuvene:* de quo errorum genere v. Sciopp. de Arte Crit. p. 83. sq. Mox Cr. *si moventur*. Pergit R. *is febrem habet*. In Cod. U. omissum est *modo;* in Edd. Asc. 1. et Vall. omittuntur verba *sed potius — sic moventur*. *Mr.*

Non ei venae sic moventur] Vulgata: *non et huic venae,* sed contra Pal. sec. Pith. Fabr. et Victorii editionem. nec abludunt Pal. tert. quart. in quibus, *non enim venae*. *Grut.*

Non ei venae sic moventur] Ita Codd. nostri omnes. Sed est *et huic* in Edd. Ram. Rob. Steph. Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. In sola Ed. Sturm. *Non et ei*. Pro *et febrem is non habet* est *et is febrem non habet* in Codd. R. P. S. U. M. N. Cr. W. Vind. A. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. *Mr.*

Itemque geometres] Cod. N. *Itaque* pro *itemque*. Cod. Cr. *geometrae — dicunt*. Codd. M. S. *geometris*. R. U. Ed. Asc. 2. *geometra — dicet*. Crat. Herw. *geometrae — dicunt*. Ed. Sturm. ut Cod. S. In Cod. Par. est *geometer — dicent*. Pergunt Par. S. R. M. *si in sphaera*. Vind. A. *maxima* pro *maximi*. Codd. P. Cr. *medii sunt inter se*. Voculam *si* ante verba *in sphaera* habent etiam Edd. Asc. 1. Car. Steph. Vall. Ram. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb.; in iisdem post *orbes* additur *sunt*. *Mr.*

In sphaera maximi orbes, medii etc.] Secutus sum eosdem libros. nam communis lectio: *si in sphaera maximi orbes sunt, medii*. quidquid etiam in mox sequentibus mutavi, feci codd. iisdem praeeuntibus. *Grut.*

„Non et sunt in sphaera maximi orbes, et hi non medii
inter se dividuntur.“ Quid est, quod non possit isto 16.
modo ex connexo transferri ad coniunctionum negatio- b.
nem? Et quidem aliis modis easdem res efferre possumus. Modo dixi: „in sphaera maximi orbes medii inter se dividuntur:“ possum dicere: „Si in sphaera maximi orbes erunt;“ possum dicere: „Quia in sphaera maximi orbes erunt.“ Multa genera sunt enuntiandi, nec ullum distortius, quam hoc, quo Chrysippus sperat Chaldaeos contentos Stoicorum causa fore.

Illorum tamen nemo ita loquitur: maius est enim,
has contortiones orationis, quam signorum ortus obitus- 17.
que perdiscere. Sed ad illam Diodori contentionem, 9.

Non et sunt] Codd. R. S. *non sunt*, omisso *et*. Mox Cr. *et ii non*. R. omittit vocem *non*. Tum Cod. R. *medii inter se non dividuntur*. Par. *medii inter se medio dividuntur*. M. N. S. *medii inter se medii dividuntur*. N. *medii sunt inter se*. Pergit Cod. R. *Quid enim quod non possit*. *Mr.*

easdem res efferre] Cod. R. *offerre non possumus*. *Modo dixerim*. In Cod. U. deest, quod sequitur, *in*. *Mr.*

possum dicere : Si in sphaera] Abest *si* ab Edd. Rob. Steph. Sturm. Grut. Gron. Verb. In Ed. Ram. exciderunt haec omnia: *possum dicere si in sphaera maximi orbes erunt*. In Codd. vero N. R. desunt sequentia: *possum dicere quia in sphaera maximi orbes erunt*. Ad posteriora Bremius haec: „*Fateor*, me haec non intelligere. Puto legendum esse: *qui in sphaera maximi orbes erunt*. Sensum quidem video, sed haec ratio multo magis contorta est, quam illa Chrysippea, neque cuiquam in mentem venit, sic eloqui.“ Probat Bremii emendationem censor, quem laudavi, Ienensis. Mihi, eà recepta, sententia non magis, quam antea, videtur perspicua. Vocem *orbes* omittit Cod. N. *Mr.*

Multa genera sunt] Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. Ram. *Multa sunt genera*. Probarem ego *Multa sunt enuntiandi genera*, si libri addicerent. Pro *distortius* est *distentius* in Cod. U., *discortius* in Cod. W. Pro *contentos* est *contemptos* in Cod. R. *Mr.*

maius est enim,] Cod. R. *maius enim*. Cr. *maius enim est*. Verbo *maius* Victorius in Copp. b. adscripsit *χαλεπώτερον*. Pro *contortiones* Cod. W. a pr. m. *contentiores*, quod a sec. m. correctum est. Cod. U. *coniunctiones*. Pergit S. *orationes quam singulorum*. Ed. Vict. vitiose exhibet *ortusque*, correxit tamen ipse Victorius in Copp. *ortus obitusque*. Cod. Cr. habet *praediscere*. S. *pernoscere*. Par. iunctim *perdiscere vel pernoscere*. N. *cognoscere*. *Mr.*

Sed ad illam Diodori contentionem,] Vid. quem non semel laudavimus, *Baguet.* de Chrysippo p. 128. In Copp. Victt. a. comparatur Simplic. *εἰς κατηγ.* [p.] 161. [Venet. — Basil. fol. 49. ζ. l. 4. a f.]; in Copp. vero b. Alexand. in pr. analyt. 59. [Ald. — 72. b. ed. Iunt.] Pro *Sed ad* Cod. R. habet *at ad*. Graecorum verborum loco in Cod. U. lacuna est; in Cod. Cr. *perydinaton*. R. *periclinaton*. M. N. S. *peridinaton*. W. *peridynaton*. Ad rem et sententiam conf. Cic. Epp. ad Famm. IX. 4. ubi est: *Περὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. Quapropter si venturus es, scito necesse esse te venire.*

quam περὶ δυνατῶν appellant, revertamur; in qua, quid valeat id, quod fieri possit, inquiritur. Placet igitur Diodoro, id solum fieri posse, quod aut verum sit, aut verum futurum sit. Qui locus attingit hanc quaestionem: Nihil fieri, quod non necesse fuerit; et: Quicquid fieri possit, id aut esse iam, aut futurum esse: nec magis commutari ex veris in falsa ea posse, quae futura sunt, quam ea, quae facta sunt: sed in factis immutabilitatem apparere; in futuris quibusdam, quia non

Nunc vide utra te κρίσις magis delectet, χρυσιππεία ne, an haec, quam noster Diodotus non concoquebat. Sed de his etiam rebus otiosi cum erimus, loquemur. hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν est. Ubi vid. interprr. Mox Cod. U. *in quo* pro *in qua*. Ad v. *id quod fieri possit* in Copp. Victt. b. adscriptum est τὸ δυνατόν. *Mr.*

Id, quod fieri possit, anquiritur] Sic Pithoeanus, neque secus editio Victorii atque Turnebi. vulgata, *inquirit. Grut.*

inquiritur.] Ita scripsi monente Beiero ad Cic. de Off. I. 30/105. qui eam lectionem se reperisse ait in Cod. Erlang., additque, *inquirere* esse scribendum in iis locis, ubi *explorandi* et *examinandi* ratio valeat: ubi autem *circumspectandi* et *circum quaque quaerendi*, ibi recte dici *anquirere*, ut Tusc. IV. 21. Conf. nos ad Cic. de N. D. I. 12. 30. p. 24. ed. min. Et est *inquiritur* in Codd. Vind. A. Par. M. N. R. S. Edd. Crat. Herw. (in varr. lectt.) Sturm. Neque adversantur ii Codd. in quibus est *inquirit*, neglecta virgula ex compendio literae ultimae (*t'*) addenda. Ita noster Cod. U. In Cr. est *acquiritur. Mr.*

Placet igitur Diodoro] Cod. S. *Placeat.* Edd. Asc. 1. 2. Vall. Codd. M. N. *ergo* pro *igitur*. In seqq. Cod. S. *quid aut verum sit.* Cr. *quod ante verum aut futurum sit: qui* etc. R. *aut verum sit futurum.* Cod. N. *vel verum. Mr.*

id aut esse iam, aut futurum esse:] Cod. P. *id vel esse iam.* Vocem *iam* omittit Cod. R. Pergunt Codd. Par. N. *neque magis.* Mox R. *in falsa ex veris posse,* omisso *ea*. Scribitur *posse ea* in Codd. M. S. W. Par. L. c. Vind. A. B. *Mr.*

quae futura sunt, quam ea, quae facta sunt:] Supra c. 7. Bremius praecepit scribendum esse scripsitque, ut oratio sit obliqua: *Tu, et quae non sint futura, posse fieri dicis:* hoc loco, ubi item *sunt* coniunctum est cum Acc. c. Inf., nihil monet. Vocem *sunt* non habent Codd. W. S. L. c. Vind. A. B. eamque Victor. in Copp. a. ut delendam lineâ notavit. Pro *immutabilitatem* est *mutabilitatem* in Cod. S., *immutabilibus* in Cod. R., *immutatum* in Cod. Cr., *immutabilem* in Cod. U. *Mr.*

Quia non apparent] Reg. Harleian. et Ven. 1471. *appareret.* Legendum *apparet,* ut ad *immutabilitatem* referatur. *Dav.*

quia non apparent] „Non moveor, ait Wopkens. l. c. p. 300., auctoritate libri illius scripti atque editi, qui *appareret* dat, pro *apparent;* nec satis esse causae puto, cur cum Dav. legeremus *apparet.* Nihil enim est, cur verbum illud ad *immutabilitatem* potius, quam ad *futura* referatur. — Sin omnia velimus analogia grammatica exactius metiri, reponendum potius erit *appareat,* quam *apparet*, quae etiam mutatio propius accedit ad scriptionem vulgatae lectionis; sed nec indicativus ille in oratione indefinita plane inusitatus est, quod etiam docuit Cortius ad Sallust. Iugurth. LXIII. 1. p. 697.“ *Mr.*

appareat, ne inesse quidem videri: ut in eo, qui mortifero morbo urgeatur, verum sit: „Hic morietur hoc morbo:“ at hoc idem si vere dicatur in eo, in quo vis morbi tanta non appareat, nihilo minus futurum sit. Ita fit, ut commutatio ex vero in falsum ne in futuro quidem ulla fieri possit. Nam, „Morietur Scipio,“ talem vim habet, ut, quamquam de futuro dicatur,

quia non appareat] Ita correxi ex sententia Bremii, cum neque satisfacere possit Wopkénsiana vulgatae lectionis defensio, neque Davisiana lectio a quopiam libro firmetur, nihil autem facilius fuerit, quam ut litera *a* transiret vel in *n* vel in *re*. Contra Wopkensium recte monet Bremius: „Num immutabilitas *futuris* propterea non videtur inesse, quod *futura* non appareant? Minime vero. Sed sicuti factorum immutabilitas in dubium non vocatur, quia ea apparet; ita de futurorum immutabilitate dubitatur, quia in his non appareat. — — Quamquam autem facile fero indicativum in oratione obliqua, nunquam tamen invitis aut omnibus aut optimis Codicibus inferendus videtur.“ Est *appareret* in Codd. Cr. L. c. U. Vind. B. Edd. Asc. 1. 2. In reliquis *apparent*, nisi quod Cod. Par. habet *in quibusdam non apparere:* et in Copp. Victt. a. scriptum est: *c. apparet;* ubi nescis utrum *c.* significet *codex*, an *corrige*. Posterius voluisse videtur. Pergit Cod. Cr. *ne inesse*, sed in marg. habet: al. *necesse*. R. U. *nec inesse*. N. Par. *nec necesse*. Cod. S. habet *nec inesse quidem si vere dicatur in eo, in quo vis morbi*, omissis verbis: *videri — — — at hoc idem*. Cod. N. *quam videri* pro *quidem videri*. *Mr.*

Ne inesse *quidem videri*] Lambini eaque priores aliquot editt. *ne necesse quidem*. *Grut.*

ne inesse quidem videri] De Codd. lectione iam diximus. Scribitur *necesse* in Edd. Car. Steph. Ram. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Mr.*

mortifero morbo] In Copp. Victt. b. his verbis adscriptum est ἐπιθανατίως. Alex. Aphr. 51. in prior. analyt. ἀλλὰ ὡς ἐπὶ νοσοῦντός τινος ἐπιθανατίως. De Div. I. 30. 63. est: *qui sunt morbo — mortifero affecti*. Pro *urgeatur* Codd. Par. N. habent *urgebatur*. Cr. pro *verum sit* habet *idem sit*. Scribitur *hic moritur* in Cod. W. sed *e* supra lin. additum est; in Cod. R. *moriatur*. Idem mox exhibet: *at hoc quidem sive dicatur*. Par. *at hoc quidem si vere dicatur*. N. *at hic quidem*. *Mr.*

vis morbi tanta] Cod. R. *vis tanta morbi*. Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. *tanta vis morbi*. Pro *nihilo minus* Cod. Cr. habet *nihilo9*. Cod. U. *cum mutatio* pro *commutatio*. Cod. W. *ulla fieri possint;* sed litera *n* puncto notata. Idem *nam moritur scipio*. *Mr.*

Ut, quamquam de futuro dicitur] *Dicetur* Lambinus, sed melius *dicatur*, ut est in MSto. Ursinus. *Lambini* sententiam pervertit *Ursinus:* nam vir ille doctus, cum in vulgatis esset *dicetur*, legendum coniecit *dicitur*, uti quidem dudum ediderat *Victorius*. Nos tamen MSStos Ursin. Harleian. Reg. et Cantab. sequimur. *Dav.*

ut, quamquam de futuro dicatur,] Ita scripsi, Coniunctivo modo, cum pendeat locutio ab *ut — non possit*. Et ita post Davisium dedit Brem., ante Davisium Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Ald., et est in Codd. U. Cr. W. R. Par. In Edd. Car. Steph. Sturm. Boul. Lambb. Goth. Brut. Sylb. est *dicetur;* in reliquis *dicitur*. *Mr.*

tamen ut id non possit convertere in falsum. De homine
18. enim dicitur, cui necesse est mori. Sic si diceretur,
„Morietur noctu in cubiculo suo vi oppressus Scipio,"
p. 144. vere diceretur. Id enim fore diceretur, quod esset
a. futurum: futurum autem fuisse, ex eo, quia factum
est, intelligi debet. Nec magis erat verum, „Morietur
Scipio," quam, „Morietur illo modo:" nec magis necesse,

Tamen ut *id*] Lege *tamen id*, ut exhibet Harleian. *Dav.*

ut, quamquam de futuro dicatur, tamen ut id non possit] Quod abiectum volebat Dav. repetitum *ut*, id abiecerunt Brem. et Sch., quorum prior aliam esse rationem ait eorum locorum, quibus post interiectam aliquam enuntiationem, etiam brevem, repetat Cicero eandem vocem, veluti de Finn. III. 18. 48. [ubi vid. Goerenz.], aliam huius. „Cum enim, ait, sexcenties habeat Cicero hanc constructionem: *ut, quamvis — tamen —*, nunquam habet *quamvis — tamen ut* vel *ut tamen*." Sed hoc est nihili: nihil enim impedit, quo minus vel hoc vel illo modo cum vi repetatur; quod recte vidit Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 45. 139. p. 251: cui add. Stallbaum. ad Ruddimanni Inst. Gramm. Lat. II. p. 396. ad cuius annotationem id addi potest, non tantum longiore interposita sententia *ut* iterari, sed idem etiam, ut vis enuntiationis augeatur, fieri posse. Idem vult, ac si dixisset: *ut, quamquam de futuro dicatur, ut, inquam, tamen id non possit convertere in falsum.* Et habent *ut* repetitum Codd. nostri, praeter Par. R. S., omnes: itemque Edd. Rob. Steph. Vict. Grut. Gron. Verb. Ern. Sch. *Mr.*

Non possit convertere] Vulgo *converti.* Sed nos Eliensem nostrum sequimur, nec aliter loqui solent optimi scriptores. *Sallustius* Catil. c. 6. *Regium imperium — in superbiam dominationemque* convertit. *Caesar* B. G. lib. v. cap. 49. *Perscribit in literis, hostes ab se discessisse, omnemque ad eum multitudinem* convertisse. *Virgilius* Georg. III, 365.

Et totae solidam in glaciem vertere *lacunae.*

Ita *Livius, Horatius* et alii; ut *Ciceronis* manum servasse videatur ille Codex, praesertim cum noster hunc loquendi modum aliis in locis adhibeat. *Dav.*

convertere in falsum] Ita, praeter Codd. S. et U., nostri MSS. omnes, itemque Edd. Dav. et Verb. Et quidni libris addicentibus Ciceronem secum concordare patiamur, qui et c. 7. et c. 9. extr. *convertere* posuit pro *convertere se* v. *converti? Mr.*

Sic si diceretur,] Vocem *Sic* omittit Cod. R. In Cod. U. scribitur *sic si et diceretur et morietur.* Pergit Cod. Cr. *noctu vi oppressus Scipio in cubiculo suo.* Edd., praeter Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Ram. Dav., habent *Scipio* ante *vi oppressus:* nos Codd. plerosque omnes sequendos existimavimus. Cod. R. pro *vere diceretur* habet *ut diceretur.* Pergit P. *id fore,* omisso *enim.* U. *id enim forte diceretur, quod esset; futurum autem fuisse* etc. Cr. *futurum autem fuisset.* Tum R. et S. *ex eo, quod factum est.* Cod. N. *id enim* (omisso *fore*) *diceretur* nonnisi in margine habet. Idem exhibet *intelligi potest et debet. Mr.*

Nec magis erat verum,] Cod. R. *Hoc magis erat verum.* Par. *neque* pro *nec.* Tum W. *moritur Scipio — moritur illo modo. Mr.*

Nec minus mori necesse Scipionem] Ita Pal. sec. et Fabricianus. editi, *nec minus necesse est mori Scipioni. Grut.*

nec minus necesse est] Magni nominis in eloquentia, et, si vis, etiam in philosophia, viro [P. Ramum in-

mori Scipionem, quam illo modo mori: nec magis immutabile ex vero in falsum, „Necatus est Scipio," quam, „Necabitur Scipio:" nec, cum haec ita sint, est causa, cur Epicurus fatum extimescat, et ab atomis petat praesidium, easque de via deducat, et uno tempore

telligit] pro *nec minus* legendum videtur *nec magis*, comparatione hac alioquin ridicula futura et a proposito aliena. *Sylb.* Ad praecedentem Gruteri annotationem Gronovius addidit: Imo verbum istud substantivum [*est*] nec est apud Victorium, nec apud Herwagium. *Mr.*

Nec minus necesse] *Petro* quidem *Ramo* legendum videbatur, *nec magis necesse*, quod in hoc verborum situ plane flagitat auctoris mens et sententia. At si, vocibus leviter transpositis, reponas *nec minus necesse mori Scipionem illo modo, quam mori*, alia mutatione non est opus. Hoc malim: nam quae *Turnebus* habet, contorta sunt et coacta. *Dav.*

nec magis necesse,] Ita Ramus, idque flagitat sententia, nisi malis transponere verba cum Davisio. *Lall.* — Recepi correctionem Rami, Bremio quoque probatam; cum et facillima sit medela, et Ciceronis loquendi modo accommodatissima. Vulgatam autem diutius stare non potuisse, neminem credo fore, quin videat. *Mr.*

necesse] Additur *est* in Codd. Cr. Par. Edd. Car. Steph. Ald. Ram. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Pro *Scipionem* in Cod. P. est *sic*. Recepi autem post Dav. Grut. Verb. Gron. Ern. Oliv. Bip. Brem. Sch. *Scipionem*, ut aptius, quamquam nonnisi Codd. L. a. N. Vind. A. addicunt, et, ut videtur, Codd. Oxonn., cum nihil inde varietatis enotaverit Bremius. In Cod. Vind. B. est *necesse esset*. In seqq. Cod. Par. habet *neque magis mutabile*. Scribitur etiam *mutabile* in Codd. M. S. R. Edd. Asc. 1. 2. Vall. et varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. Nimirum ut haec ineptia cum antecedente, nec vero Cicero secum ipso concordet. Vocem *in* ante *falsum* omittit Cod. W. In Cod. R. est *mirabile* pro *immutabile*. *Mr.*

Necatus est Scipio,] Cod. R. non habet *est*. Seqq. *quam necabitur Scipio nec* desunt in Cod. Par. Vocem *haec* omittit Cod. Vind. B. In Codd. N. R. scribitur *haec cum ita sint*, omisso *nec*. Notum est, quam facile in veteribus libris propter literarum similitudinem permutentur *haec* et *nec*. Quod cum factum esset in Codice, ex quo scriptor Cod. R. suum descripsit, alterum *haec* otiosum censens omisit homo verba tantum, non sententiam respiciens. *Mr.*

Fatum extimescat] Nihilo peius Pal. sec. ac Pithoeanus, *pertimescat*. *Grut.*

cur Epicurus fatum extimescat,] Cod. R. *extimeat* pro *extimescat*. Cod. U. *cur Epicurus existimat fatum*. Edd. Asc. 1. 2. Vall. *pertimescat fatum*. Ed. Rob. Steph. Vict. perperam *factum*. Sed ipse Vict. in Copp. correxit *fatum*. Pergit R. *et ab atonis*. Par. *praestat praesidium*. *Mr.*

uno tempore suscipiat res duas] Est quod h. l. lectorem moneam, *suscipiendi* verbum dialecticae cuiusdam significationis esse, atque idem paene, quod hodie in latinis philosophorum scholis dicitur *dimittere* [*admittere? Bard.*] [dicitur etiam *accipere:* vid. Plexiaci Lex. Philos. (ex Cicerone) p. 178. *Mr.*] Quo verbo eodem modo Cicero in primo de Nat. Deorum [cap. 34.] utitur: *Sentitis*, inquit, *quam multa vobis suscipienda sint, si impetraveritis, ut concedamus, eandem esse hominum et deorum figuram*. Atque alibi [cap. 35.]: *Etenim si semel, Vellei, suscipimus genus hoc argumenti, attende, quo serpat*. — *Achill. Statius.*

suscipiat res duas inenodabiles: unam, ut sine causa fiat aliquid; ex quo exsistet, ut de nihilo quidpiam fiat, quod nec ipsi, nec cuiquam physico placet: alteram, ut, cum duo individua per inanitatem ferantur,
19. alterum e regione moveatur, alterum declinet. Licet enim Epicuro, concedenti, omne enuntiatum aut verum aut falsum esse, non vereri, ne omnia fato fieri sit necesse: non enim ex aeternis causis, a naturae neces-

inenodabiles] Cod. U. *et inenodabiles*. Par. *immoderabiles*. R. *nodabiles*. N. S. *innodabiles*, ut solent errare scribae in ἅπαξ λεγομένοις. Ad v. *sine causa* in Copp. Victt. a. adscriptum est ἀναιτίως. Citantur ibidem ab eodem *Alex.* περὶ εἱμαρμένης [f.] 168. b. ad calcem Themistii operum [ed. Ald. ann. 1534.] et noster [c. 10. et c. 8.] Cod. U. habet *fiet* pro *fiat*. Mox Cr. *ex q quo existet* (sic). Codd. Vind. A. R. M. S. *existat*. In seqq. Cod. Par. *neque cuiquam* pro *nec cuiquam*. R. *philosopho* pro *physico*. W. M. *fisico*. Mox Cod. S. *alterum, ut* pro *alteram, ut*. Verba *nec ipsi* desunt in Cod. N. *Mr.*

De nihilo quidpiam fiat] Similiter contra casum disserit *Boëthius* Cons. Phil. lib. v. Pr. 1. *Nam nihil ex nihilo exsistere, vera sententia est, cui nemo umquam veterum refragatus est —— At si nullis ex causis aliquid oriatur, id de nihilo ortum esse videtur*. Vide sis infra cap. XI. *Dav.*

Individua] Legendum fortassis est *individua corpora*. *Lamb.*

cum duo individua] Ad h. l. Henr. Steph. in Cic. Lex. p. 202. sq. haec: „*Individua*, ἄτομοι: quae alibi *individua corpuscula*. — *Inanitas*, τὸ κενόν. *E regione*, κατὰ στάθμην. Paulo post [c. 10.] *ad perpendiculum* et *rectis lineis* pro eodem dicit: ubi haec ait: *Sed Epicurus declinatione — ut Epicuro placet?* Reliqui duo motus, quorum Cicero meminit, Graece dicuntur κινήσεις κατὰ παρέγκλισιν et κατὰ πληγήν.“ Ad Lambini coniecturam ita Wopkens. L. T. p. 300. sq.: „Lamb. excidisse putabat vocem *corpora*. Sed saepius, talibus substantivis omissis, adiectiva substantivorum faciem quandam induunt, quod cum in multis aliis, tum in hoc quoque *individui* nomine locum habet. Infra cap. 11. *ipsius individui hanc esse naturam, ut pondere et gravitate moveatur*. De Nat. Deor. I. 19. *cum infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis exsistat*. Vide quoque ibid. c. 24. et alibi.“ Quae mihi cum Bremio vere disputata videntur. *Mr.*

Per inanitatem ferantur] Legendum videtur, *per inanitatem* deorsum *ferantur:* ponit enim Epicurus etiam motum sursum, qui fit κατὰ πληγὴν καὶ κατὰ παλμόν. Qua de re nos plura in commentariis *Lucretianis*. *Lamb.*

per inanitatem ferantur,] Cod. R. *ferrantur*. Cr. et Vind. B. *feruntur*. Quod ait Bremius Lambinum coniicientem *deorsum ferantur* satis refutatum esse a Wopkensio, id fecit Wopkensius ad c. 20.; hoc loco eius coniecturae ne meminit quidem, nedum eam refutat. Ceterum eam ego non magis, quam Bremius, necessariam puto. Voculam *e* ante *regione* omittit Cod. R., eius loco Cod. U. habet *ex*. *Mr.*

Licet enim Epicuro,] *Enim* omittit Cod. Par. In Codd. R. et S. est *concedendi*. Mox Par. *vereri neque omnia*. In seqq. *enim* deest in Codd. R. et Cr. post *non*. *Mr.*

Aeternis causis] Balliol. et Reg. exhibent, *externis causis*. Legendum puto *ex aeternis causis:* sic enim

sitate manantibus, verum est id, quod ita enuntiatur: Descendit in Academiam Carneades; nec tamen sine causis: sed interest inter causas fortuito antegressas, et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem. Ita et semper verum fuit, Morietur Epicurus, cum duo et septuaginta annos vixerit, Archonte Pytharato; neque

plus vice simplici loquetur *Tullius* infra cap. 10. *Dav.*

non enim ex aeternis causis, a naturae necessitate manantibus] Vulgo in his desunt praepositiones, quas minus, quam alii scriptores, negligere solet Cicero. Priorem recepi cum Schützio ex vestigiis Codd. Davisianorum, posteriorem ex Codd. Guelf. Ox. U. et Cr. Sic c. 10. *ex causis aeternis rerum futurarum fieri.* de Off. I. 43. 152. *Nam cum omnis honestas manet e partibus quatuor.* Similis error est infra c. 10, 21. *si enim alterutrum ex aeternitate verum sit:* ubi in Cod. Cr. excidit *ex* ante *aeternitate*, in Cod. U. scribitur *externitate*, ut h. l. in Codd. Davisii *externis* pro *ex aeternis:* itemque C. XII. prc. Cod. U. habet *externitate* pro *ex aeternitate.* cf. etiam 13, 29. et 15, 33. Codd. W. N. et S. habent *manentibus.* Vocem *verum* omittit Cod. Par., vocem *id* Cod. S., verba *est id* Cod. R. Post *enuntiatur,* plene distinxit Sch. Pro *fortuito* est *fortitudo* in Cod. Cr., *fortuitu* in Cod. Par.: de qua forma diximus ad Cic. de Div. II. 28. 61. II. 7. 18. Pergit Cod. Cr. *ante egressas. Mr.*

inter causas fortuito antegressas, et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem.] „Haud dubie legendum, ait Wopkens. l. c. p. 301., *inter causas continentes in se efficientiam naturalem.* Neque enim *cohibere*, sed *continere* in eiusmodi locis opportunum atque usitatum verbum est. Sic infra cap. XI. *motus enim voluntarius eam naturam in se continet, ut sit in nostra potestate:* cap. XIV. *quorum causas natura ita continet:* cap. XVI. *quae causa in rerum natura continebatur;* de Divin. I. 56. *eodemque modo nihil est futurum, cuius non causas efficientes natura contineat.* Lactant. de Opif. Dei c. XIX. 7. *etiamsi astra efficientiam rerum continent.*“ Gesnerus in Thes. v. *cohibere* librorum lectionem non emendat, sed explicat: i. e. *continentes in se causas libere et proinde contingenter agentes; et agentes physice et ex necessitate suae naturae.* Lucret. II. 1030. *in se sidera cohibent nitorem.* „Observandum est, ait Brem., *cohibere* pro *continere* tum dici, quum aliquid in alio quasi inclusum et fere confusum cum eo sit. Artiorem igitur coniunctionem indicat, quam *continere.* Ita *terra semen* dicitur *in se cohibere* de Senect. c. 15. Locus, quem Ernestus in Clavi laudat ex Cic. de N. D. II. 18, non convenit. Ibi *cohibere* est regere, dominari.“ Imo vero maxime huc facit: est enim ibi: *universa natura — omnes naturas — cohibet et continet;* ubi ipsum adiectum *continet* satis significat, velle Ciceronem significare *complectitur. Mr.*

Ita et semper verum fuit,] Cod. R. *ut* pro *et.* Codd. Par. R. S. omittunt *verum.* In Cod. W. sequitur *moritur.* Servavi autem antiquiorem formam *duo* pro *duos,* quod est in Codd. Cr. U. R. Edd. Vall. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ram. Reliqui illud praeferunt. De ea re vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 13. 30. p. 257. et nos ad eundem locum p. 440. ed. nostr. et Creuz. Add. Gernhard. ad Cic. de Sen. 20, 75. p. 148: eund. ad Cic. de Amic. 5, 20. p. 49. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. I. p. 57. ibiq. Stallbaum. *Mr.*

Pytharato] Ita scribendum: in

tamen erant causae fatales, cur ita accideret: sed, quod ita cecidit, certe casurum, sicut cecidit, fuit.
20. Nec ii, qui dicunt immutabilia esse, quae futura sint, nec posse verum futurum convertere in falsum, fati necessitatem confirmant, sed verborum vim interpretantur. At, qui introducunt causarum seriem sempiternam, ii mentem hominis, voluntate libera spoliatam, necessitate fati devinciunt.

argenteo enim Atheniensium Graeco numismate ΠΥΘΑΡΑΤΟΣ archon descriptus est. *Ursin.*

Archonte Pytharato] Cod. Cr. *Archontepyta raro*. W. *archon thepitharato*. R. *archonte pythanito*. S. *archonte picarato*. U. et Ed. Sturm. *archonte pytarato*. Edd. Car. Steph. Rob. Steph. Ram. Verb. habent *Pitharato*, Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. *Pitarato*. In marg. Asc. 2. scriptum est *ἄρχοντος Πυθαράτου*, eademque verba adscripsit etiam Victor. margini suae editionis, ibidemque et in Copp. Victt. b. comparatur Diog. Laërt. [L. x. segm. 15.] ubi haec leguntur: *καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ β̄ ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα*. Add. Plutarch. in Vitis Oratt. Gr. p. 847. D. Recte iam scriptum est eius archontis nomen in Edd. Ven. 1494. Mediol. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. Pergit Cod. Cr. *nec tamen*. Mox R. *quod ita accideret*. Cod. S. *cur ita decideret*. Cr. ultimis verbi vocibus superscriptum habet -*isset*. *Mr.*

sed, quod ita cecidit, certe casurum, sicut cecidit, fuit.] Ita dedi cum Bremio, nihil monente, quia ratio grammatica, ut ita scribatur, flagitare videtur. Plerique *quod ita cecidisset*. Codd. Cr. R. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Dav. habent *quod ita accidisset*. Pergit Codd. Vind. B. Cr. *certe a serie causarum sicut cecidit fuit*. Sed *certe causarum sicut accidit, fuit* est in Cod. R. Edd. Asc. 1. 2. [haec *causarum* nonnisi in varr. lectt. habet:] Vall. Scribitur etiam *causarum* in Codd. M. P. S. Vind. A. Scribitur *fuerit* pro *fuit* in Cod. W. Idem pergit *nec hi*. U. *ne hi*. Cr., ut solet, *nec hii*. Tum R. *qui dicant*. Par. omittit *esse* post *immutabilia*: U. *sint* post *futura*. Tum Par. *neque posse*. Cod. N. *Neque haec quae debent immutabilia*. Cr. pergit *nec posse verum se itorum convertere in falsum*. Quod est correctoris suam infantiam Ciceroni obtrudentis. *Mr.*

Verum futurum converti *in falsum*] Pall. omnes et Pith. et publicati a Victorio, *convertere*. *Grut.*

Non posse verum futurum convertere in falsum] Vulgo *converti in falsum*, cum quibus faciunt Reg. et Cantab. At Pall. omnes, Pithoean. Victor. Eliens. Harleian. et Balliol. eam servant lectionem, quam nos iure merito recepimus: nam scriptoribus usitatus est hic loquendi modus, ut satis notum. *Davies.*

convertere in falsum] Ita Codd. nostri ad unum omnes, itemque Copp. Vict. b. Edd. Asc. 1. Vall. Rob. Steph. Vict. Sturm. Verb. Dav. Brem. De hoc usu cum supra locuti simus, nihil opus est addere. *Mr.*

At, qui introducunt] Cod. S. *Atqui intr*. Codd. Par. Cr. *atque qui introd*. W. U. Copp. Victt. b. *atque introd*. Edd. Asc. 1. Vall. *ac qui introducunt*. Ad haec verba in Copp. Victt. a. comparatur noster c. XI. Pergit Cod. Cr. *seriem causarum*. Mox Codd. U. W. Par. R. S. *hi mentem*: sed Cod. Cr., qui alibi exhibet *hii*, h. l. habet *ii*. Tum Par. et S. *voluntatem*. R. *spoliata*. Pro

Sed haec hactenus. Alia videamus. Concludit enim 10.
Chrysippus hoc modo: Si est motus sine causa, non omnis enuntiatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera, aut falsa erit. Causas enim efficientes quod non b.
habebit, id nec verum nec falsum erit. Omnis autem enuntiatio aut vera aut falsa est. Motus ergo sine causa nullus est. Quod si ita est, omnia, quae fiunt, 21.
causis fiunt antegressis. Id si ita est, omnia fato fiunt. Efficitur igitur, fato fieri, quaecunque fiant. Hic primum

devinciunt est *devincunt* in Codd. Par. Cr. R. Perperam. *Mr.*

Alia videamus.] Vocem *alia* omittit Cod. Cr. Ad seqq. vid. Baguet. de Chrysippo p. 128. In Cod. R. scribitur *Concludit igitur Chrysippus hoc modo.* Non male. Ad v. *enuntiatio, quod* ἀξίωμα *dialectici appellant* vid. nos ad 1, 1. Scribitur *dialetici* in Codd. Cr. W. U. S. *Mr.*

dialectici] Hoc nomine Stoicos intelligit, quemadmodum et in Orat. c. 32. sect. 114. Cur autem ii praesertim dialectici dicantur, vide Topicorum cap. 2. *Facciolatus.* — Cod. N. *vocant* pro *appellant. Mr.*

Causas enim efficientes] Haec usque ad v. *nec falsum erit* desunt in Cod. U. Pro *enim* est *autem* in Cod. Par.; tum W. *efficientis;* quam accusativi formam saepius servat hic liber, veluti paullo inferius *omnis nervos.* Pergit Cr. *quod non habebat.* Ad v. *Omnis autem enuntiatio* vid. Baguet. l. c. p. 65. Post *aut falsa* Cod. R. omittit *est.* Idem cum Cod. Cr. eandem vocem omittit post *nullus.* In Ed. Bremii, oculo typothetae aberrante et correctore dormitante, excidit haec tota sententia: *Motus ergo sine causa nullus est. Mr.*

Omnia fato fiunt] Leg. cum Balliolensi *omnia*, quae fiunt, *fato fiunt:* sic enim loqui amat noster. *Dav.*

omnia fato fiunt.] Contra Davisium monet Bremius, vulgatam lectionem probam esse, ex uno codice, neque eo optimo, nihil esse mutandum, et ipsum Davisium c. 12. pr. simile Lambini additamentum merito repudiavisse. Recte. Ita noster mox in hoc ipso capite *non teneat, omnia fato fieri.* In eadem esse sententia video *Creuserum* in Prolus. 1806: Philosophorum vett. loci de provident. et de fato p. 24. (Hdlbg. 4.). Ceterum scribitur *fato omnia*, inverso ordine in Codd. L. c. Cr. W. *Mr.*

Efficitur igitur] Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. Ram. *efficitur ergo:* et ita Codd. S. N. Tum Codd. Par. M. N. S. et Cr. (hic a sec. m.) *quaecunque fiunt. Mr.*

Hic primum mihi libeat assentiri Epicuro,] Ita dedi cum Bremio ex Hottingeri emendatione, cuius haec est de h. l. disputatio: „Vulgo legitur *Hic primum si mihi* etc. Non apparet, cur *primum* dicat: nihil enim sequitur secundum. Neque hanc vocem contextus patitur hic eo modo accipi, quo saepe absolute poni Wopkens. Lectt. Tull. p. 52. aliique docuerunt. Sed qualis praeterea horum est sensus: *Si Ciceroni libeat assentiri Epicuro, se id facturum potius, quam Chrysippi sententiam probaturum* —? Ain' vero? Tu, si libeat assentiri, assentiare? At hoc ineptum, neque a Cicerone est, et editores id fugisse, vix satis mirarer, nisi scirem, non omnem mendorum foeditatem in propatulo esse sitam, multaque legentibus sine offensa transmitti, quae, attentius considerata, longe absurdissima videantur. Facilis tamen medela loci, ut qui deleta particula *si* prorsus sanabitur. Eam corrector quis oscitans intrusit, qui a verbis istis, *cum*

mihi libeat assentiri Epicuro, et negare omnem enuntiationem aut veram esse aut falsam; eam plagam potius accipiam, quam fato omnia fieri comprobem. Illa enim sententia aliquid habet disputationis, haec vero non est tolerabilis. Itaque contendit omnes nervos Chrysippus, ut persuadeat, omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum. Ut enim Epicurus veretur, ne, si hoc concesserit, concedendum sit, fato fieri, quaecumque fiant: (si enim alterutrum ex aeternitate verum sit,

plagam, apodosin aliquam incipere putans sine conditione protasin haud constare fuit arbitratus. Sed nullus apodosi locus est, et pronomen *eam* signatius hoc exprimit, quod antea simpliciter dictum erat. Nam hoc vult Tullius: Si optio sibi proponatur, inter Chrysippi fatum statuentis, et Epicuri, fati evitandi causa omnem enuntiationem aut veram aut falsam esse negantis, sententiam eligendi, se nunc primum assensurum Epicuro, ei, quem ut hominem stupidum atque hebetem exagitare, et a quo fere in alia omnia discedere consuesset; hanc enim opinionem, utcunque absurdam, et philosopho maxime indignam, sibi tolerabiliorem tamen videri, quam fati necessitatem." — Pro *libeat* Cod. R. habet *licéat:* pro *assentiri* Codd. Par. N. *assentari:* idem mox *aut veram aut esse falsam.* Tum Cod R. *accutiam* pro *accipiam.* Similiter noster locutus est de Nat. Deor. I. 25. 70. de Epicuro: *graviorem enim plagam accipiebat, ut leviorem repelleret:* nostro loco se huius contrarium malle ait. Pro *quam fato* est *qua fato,* mira correctione, si qua est, *qua* ad *plagam* relato. Quantopere *comprobandi* verbum amet noster, non est quod exemplis allatis probem, cum ea abunde vel lexica suppeditent. *Mr.*

Illa enim sententia aliquid habet disputationis,] Scribitur ita in Codd. L. a. U. Vind. A. Copp. Victt. a. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Ram. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Dav. Ern. Gron. Oliv. Ern. Bip. Brem. Sch. Reliqui libri nostri *habet aliquid.* Ad locutionem convenit de Finn. v. 26. 76. extr. *sed haec omittamus; habent enim et bene longam et satis litigiosam disputationem.* Sententiam loci nemo, ut opinor, explicatam velit. In seqq. Cod. R. ante *tolerabilis* omittit *est.* Pro *Itaque* Cod. Vind. B. *Atque,* Cr. *Itemque. Mr.*

contendit omnes nervos] Ita locutus est noster in Verr. Act. I. 12. 35. *onus — dignum, in quo omnes nervos aetatis industriaeque meae contenderem.* Ad Famm. xv. 14. *ut omnes tuos nervos in eo contendas. Mr.*

omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum.] Cod. R. *euxioma.* Cod. S. *esse* pro *omne.* In Copp. Victt. b. comparantur haec Plutarchea [de Fato c. 11. T. III. p. 218. ed. Wyttenb.] τρίτον δὲ τὸ πολυθρύλλητον τοῦτο, ὅτι πᾶν ἀξίωμα ἢ ἀληθὲς ἐστιν ἢ ψευδές. Pro *verum* Cod. Par. habet *ferum.* Mox Cod. Cr. *Epicurus vertetur.* Codd. R. M. S. *consenserit* pro *concesserit.* Pergunt Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. *concedendum sit, omnia fato fieri.* Sed vocem omnia non agnoscunt reliqui libri. *Mr.*

si enim alterutrum] Est *alterum utrum* in Copp. Victt. b. Codd. L. c. W.; sed *alterum* absque *utrum* in Codd. Cr. Par. N. S. R., *alterum si utrum* in Cod. U., *alterum: si neutrum* in Edd. Asc. 1. Vall. Vocem *ex* non habet Cod. Cr., in Codd. U. M. est *externitate* pro *ex aeterni-*

esse id etiam certum: et, si certum, etiam necessarium: ita et necessitatem et fatum confirmari putat) sic Chrysippus metuit, ne, si non obtinuerit, omne, quod enuntietur, aut verum esse aut falsum, non teneat, omnia fato fieri, et ex causis aeternis rerum futurarum.

tate. Post *sit* Cod. P. omittit *esse.* Post *certum* deest *etiam* in Codd. Cr. U. Par. R. S. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. Eius loco Cod. N. et Cod. Par. habent *est.* Cod. N. *si enim ex necessitate. Mr.*

confirmari putat)] Cod. R. *putant* pro *putat.* Pro *sic* Cod. S. habet *sed.* Pro *si non* Cod. Cr. in marg. habet *si modo.* Pergit Cod. Par. *optinuerit,* S. *opportuerit.* Post *enuntietur* Cod. U. habet *ut verum aut falsum,* omisso *esse,* quod abest etiam a Cod. R. Verba *non teneat* desunt in Codd. M. N. *Mr.*

Non teneat omnia fato fieri] Sic nunc edidi: nam olim aliter; nempe hoc modo: *aut verum aut falsum, omnia fato fieri non possint.* Cum enim libri omnes vulgati sic haberent, *aut verum aut falsum, omnia fato possint;* ego videns negationis particulam in hac lectione desiderari, ratione flagitante, eam addideram; itaque edideram: *Sic Chrysippus metuit, ne, si non obtineat, omne, quod enuntietur, aut verum esse aut falsum, omnia fato fieri non possint;* plana et Stoicis consentanea sententia. Sed nunc, ut dixi, sicut *Pet. Victorius* edidit, edendum existimavi: *sic Chrysippus metuit, ne, si non obtineat omne, quod enuntietur, aut verum esse aut falsum, non teneat,* id est, non obtineat, *omnia fato fieri, et ex causis* etc. Nam, ut, quod sentio, libere dicam, hanc sinceram et veram lectionem esse puto: quod ut credam, eo facilius adducor, quod in libris MSStis nullum comparet verbi *possint* vestigium; sed ita duntaxat scriptum est, *sic Chrysippus metuit, ne, si non obtineat, omne, quod enuntietur, aut verum aut falsum esse, omnia fato fieri, et ex causis* etc. Omissum est scilicet a Scriptoribus Librariis hoc totum, *non teneat. Lamb.*

Aut falsum, non teneat, *omnia fato fieri* etc.] Secutus sum Victorianam, cum aperte sic exstaret in Palat. sec.: vulgatis abest illud *non teneat. Grut.*

Non teneat, omnia fato fieri] Vulgo *non teneat, omnia fato fieri possint.* Cum autem vox ultima soloecam reddat orationem, nec in Balliol. Harleian. aut Cantab. reperiatur, eam delevimus, *Victorii Lambini*que vestigiis insistentes. *Dav.*

non teneat, omnia fato fieri,] Victorii lectionem et P. Ramus in commentariis, et, quod caput est, ratio tuetur. *Brut.* — Non licet dubitare, quin haec tam latinitatem, quam sententiam bonam referant: an tamen a Cicerone sic scriptum fuerit, id quidem ut dubitemus, facit vulgata ista lectio, cum qua multi quoque codd. conspirant, *non teneat, omnia fato fieri possint.* Hinc enim haud aegre coniicere est, fuisse olim a manu Tullii, *non teneat, ut omnia fato fieri possint.* Usus autem ille coniunctionis *ut* in Latino sermone satis communis est, ut pro infinitivo cum accusativo constructo adhibeatur; quod iam observavit A. Bosius ad verba Corn. Nepotis Hanib. c. 1. *si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit.* Digna tamen res est, quae etiam Tullii nostri auctoritate comprobetur. Sunt autem eiusmodi loca Academm. II. 15. II. 17. de Fato c. 7. de Finn. IV. 3. de N. D. I. 34. Tusc. V. 11. *Wopkens.* — In h. l. variant libri scr. et edd. Quod ipse edidi cum P. Victorio, consentit rei et latinitati: quod et vidit Dav., qui pariter sic edidit. Sic habuit MS. in m. ed. L. In edd. recc. additur *possint,* quod nec constru-

22. Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, cum declinat atomus intervallo minimo. Id appellat ἐλάχιστον. Quam declinationem sine causa

ctio orationis patitur. *Ern.* — Victorianam rationem secuti sunt Ramus, Sturm. Lamb. Sylb. Grut. Verb. Ern. Oliv. Bip. Brem. Sch., eamque confirmant Copp. Victt. b. Codd. W. L. a. c. Supervacaneum illud *possint* abest etiam a Codd. Cr. et Par. et a Cod. Norimbergensi, quem inspexit Creuzerus, ut scripsit in Progr. laud. (Philosoph vett. loci de prov. et de fato:) p. 24. — Pro *omnia* est *omina* in Cod. R. Post *fieri* abest *et* a Codd. N. Cr. et Par. Ad verba *et ex causis aeternis* etc. vid. Baguet. de Chrysippo p. 96. *Mr.*

Sed Epicurus etc.] Cod. R. *Sed Chrysippus.* Pergit W. *declinationem.* M. S. *declinatione athomica.* Cod. Vind. A. *decl. atomica.* Tum dedi cum Edd. omnibus ex Codd. N. L. a. et U. *fati necessitatem,* cum in reliquis sit *necessitatem fati.* Ad h. l. in Copp. Victt. a. comparatur noster de N. D. I. [25.] *Mr.*

Itaque tertius quidam motus oritur] Cod. R. *Iam* pro *itaque.* Cr. *atque certius motus quidam oritur.* Edd. Asc. 1. Vall. *itaque tertius quidem modus* oritur. Cod. U. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. *itaque tertius quidam modus oritur.* Sed Crat. et Herw. in varr. lectt. habent *motus* Cod. N. *certius quidem motus. Mr.*

extra pondus et plagam] i. e. aberrans a perpendiculo, quo feruntur atomi nisu suo. *Ern.* Ita ipse noster explicat infra c. XX. 46. *aliam quandam vim motus habebunt a Democrito impulsionis, quam plagam ille appellat, a te, Epicure, gravitatis et ponderis. Mr.*

Cum *declinat Atomus intervallo minimo*] Legendum fortasse est, *quo declinat Atomus. Lamb.*

cum declinat atomus intervallo minimo.] „Infaustis coniecit avibus Lambinus *quo.* Solet enim Tullius coniunctionibus connectere περιοχάς, quas potuisset pronominibus relativis, si voluisset. Acad. II. 30. *contraria autem ea dico, cum alterum ait, alterum negat.* de Legg. III. 15. *est autem animi quaedam sanitas — — cum — perturbatio mentis aufertur.* Tusc. V. 10. *neque ulla huic verbo, cum beatum dicimus, subiecta notio est.* III. 31. *Chrysippus autem caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem maerenti, si se officio fungi putet iusto atque debito;* ubi *si* ponitur pro *qua.*“ *Wopkens.* — Recte monet Bremius, huic loco quasi commentarium esse caput sextum primi de Finibus libri. Cod. U. habet *athoni* cum parva lacuna. Par. *athomus ab athome intervallo minima.* Cod. U. *mimo* pro *minimo.* Cod. N. habet *cumque declinat.* Cod. M. *nimio* pro *minimo. Mr.*

Id appellat ἐλάχιστον.] *Id* dixit, quamquam referenda haec sunt ad v. *tertius motus.* Qua de constructione diximus supra ad c. I. 1. Scribitur in Cod. W. *apellat,* R. *appelat.* Idem habet *chachiscon.* Par. *alethiston.* Cr. *dachiston.* S. *appellant clathiston. Mr.* — Ἐλάχιστον *minimum intervallum* vocabant, inquit Cicero, quum, ut in primo de Finn. idem ait, *perpaulum declinat atomus;* sive, ut Lucretius loquitur, *paulum inclinat* [locus est II. 243. ubi Creech. post Fayum edidit *quare etiam atque etiam paullum clinare necesse 'st,* ubi v. Lambin. p. 121. ed. Paris. 1563. 4.]; quod ipsum idem Lucretius Latine *minimum* vocat, [ib. v. 244.] quamquam etiam ἐλάχιστα minuta illa individuaque corpuscula dicuntur τὰ ἄτομα Epicuro, Empedocli τὰ θραύσματα, Heraclito τὰ ψηγμάτια. Absolute enim ab his omnibus dice-

fieri, si minus verbis, re cogitur confiteri. Non enim atomus ab atomo pulsa declinat. Nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua, rectis lineis, ut Epicuro placet? Sequitur enim, ut, si alia ab alia numquam depellatur, ne contingat quidem alia aliam. Ex quo efficitur, etiamsi sit atomus, eaque declinet, declinare [eam] sine causa.

bantur ἐλάχιστα: estque apud Plutarchum in primo περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις caput περὶ ἐλαχίστων, in qua significatione *minimum* etiam dixit Lucretius [I. 749.]

Nec prorsum in rebus minimum consistere quicquam.

Achill. Statius.

Quam declinationem sine causa fieri,] Ad v. *sine causa* adscriptum est in Copp. Victt. a. ἀναιτίως. In Cod. R. scribitur *quando* pro *quam*. Idem in seqq. habet *si minus una re*. Cod. R. *cogatur*. Mox Cod. Par. *Namque potest pelli*. R. *gravitate ferruntur ad perpendiclum*. Cr. *gravitate furuntur*. In Cod. M. est *si minus*. *Unde re:* in eodem *pulsat* pro *pulsa;* idemque omittit *pelli*. *Mr.*

Corpora individua] Venit in mentem, haec duo verba intrusa esse ab iis, qui glossis, ut nunc vocant, omnia referserunt. Quis enim non videt subaudiri *Atomos*, de quibus perspicue *Cicero* loquitur? *P. Manuc.*

si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua,] Locis ad rem minus aptis defendit Wopkensius verba a Manutio improbata, iudice Bremio, qui esse tamen ait in Cicerone multa, quae nostro loco congruant, ita ut subiectum modo eadem voce, modo alia idem significante repetatur, v. c. de Finn. I. 1. *Sive enim ad sapientiam perveniri potest: non paranda nobis solum ea, sed fruenda etiam sapientia est* [ubi vero Goer. duo verba postrema uncinis inclusit]. Mihi quidem neque hic locus plane aptus videtur ad tuenda verba Manutio suspecta. Sed idem ego contendo, ea ne egere quidem defensione. Variat orationem noster, quod facit saepissime. Noluit semper repetere vocem *atomus*, ideoque latina locutione usus est, ut in fine capitis. Ernestus Manutii sententiam, quam perperam Davisio tribuit, probavit, nulla ratione addita. Vocem *placet* in fine periodi omittit Cod. Par. Pergit Cod. R. *Ex quo efficitur sequitur,* quod oculo scribae ad sequentia aberrante commissum est. *Mr.*

Sequitur enim] Lego *sequitur autem*. *Dav.*

Sequitur enim] Frustra plane et praeter necessitatem Dav. coniecit *autem:* quare merito neminem obsequentem habuit. Vox *enim* est explicativa, ut saepissime. *Mr.*

si alia ab alia] Cod. S. *si aliqua*. R. M. *si alia*, omissis duabus vocibus posterioribus. Idem cum N. pergit *nunquam depellantur nec contingat*. Cod. U. habet *nunquam dep*, cum lacuna longiore, quam syllabae, quae desunt. Idem post *contingat* omittit *quidem*, et pergit *alia ad aliam*. Cod. N. habet *ut si aliquem:* supra lin. *alia ab alia*. *Mr.*

Ut iam si *sit Atomus*] Particula *si* quid hic habeat loci, non intelligo. Quod si tollatur, fortasse nihil desiderabitur. *P. Manuc.*

ut iam si sit atomus] Ita Edd. principes, a quibus discedere religio fuit. Ascensius, omissa particula *si*, dederat *ut iam sit atomus*. Quod videtur omnino verius, et hunc habet sensum, cum tota serie huius loci bene congruentem: *Ex quo efficitur*, dato, quod *sit atomus, eaque declinet, eam declinare sine causa,* nullam ei causam esse declinandi.

22. p. 145. a. **Hanc Epicurus rationem induxit ob eam rem, quod veritus est, ne, si semper atomus gravitate ferretur naturali ac necessaria, nihil liberum nobis esset, cum ita moveretur animus, ut atomorum motu cogeretur. Hinc Democritus, auctor atomorum, accipere maluit, necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis naturales motus avellere.**

Dicit porro, *ut sit atomus*, dato, quod sit, et declinet; quoniam utrumque, et esse atomos, et declinare, affirmabatur quidem ab Epicuro, ab aliis vero negabatur. De hoc usu particulae *ut* quid opus est monere? Dubitationem praecidit omnem, quod est in hoc ipso libro cap. 20. *Nam, ut essent atomi, quas quidem esse, mihi probari nullo modo potest: tamen declinationes istae nunquam explicarentur. Olivetus.*

ut iam si sit atomus,] Haesit hic primus Manutius, voluitque *si* deleri. Oliveto idem placuit, qui et ab Ascensiana abesse dicit, sc. secunda. Nam in prima est, ut in superioribus. Sed sine ea particula non constat ratio. Ceterum τῷ *ut* non consentit *declinare*, legendumque est *declinet*. Omnino locus in libris est vitiosus. *Ern.*

Etiamsi *sit Atomus, eaque declinet, declinare sine causa*] Vulgo *ut iam si sit Atomus, eaque declinet, declinare sine causa:* nec orationem vitio laborare viderunt editores; si unum excipias *Paullum Manucium:* qui tamen incongrua medicina locum tentavit, licet cum eo faciat Ven. 1471. Nos MStum Regium ducem habemus. *Dav.*

etiamsi sit atomus, — declinare eam sine causa.] Ita scripsi cum Dav. [in Ed. pr.; in hac enim dedit sola *eam*, ex Cantabr. ut ait, aliisque; in secunda hanc vocem silentio oppressit:] et Bremio, quamquam hic, ut nos, vocem *eam* uncinis inclusit, ut non satis firmatam Codicum auctoritate. *Etiamsi* receperunt etiam Verb. et Bip. Bremius autem coniecit *etiamsi sit atomus, quae declinet:* quod non displicet; sed sine libris recipere non sum ausus. Cum Davisio faciunt Codd. Oxonn. E. et U. Noster U. omittit *si* cum Ed. Asc. 2. *Eam* in tali locutione non facile omittit Cicero. Est tamen c. XI. *de ipsa atomo dici potest, — sine causa moveri. Mr.*

Hanc Epicurus rationem] Hunc verborum ordinem exhibemus ex Codd. nostris, excepto U., omnibus, Copp. Victt. et Edd. Asc. 1. Vall. Rob. Steph. Vict. Dav. In rell. est, *hanc rationem Epicurus.* Mox M. *qua virtus est.* N. *quia nihil est.* Par. et R. *quia veritus est.* S. *quia inter est.* Pro *ferretur* est *feratur* in Codd. M. S. N.[1] Vind. A. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw.; *ferratur* in Cod. R.; *feretur* in Cod. U. Post *naturali* sequitur *et* pro *ac* in Codd. N. S. Par. R. Vind. A. Mox Cod. Par. habet *cum a veris ita moveretur,* omissa voce *animus,* cuius loco Cod. S. habet *animas.* Pro *cogeretur* Cod. R. *congregetur.* N. *animus ita moveretur,* inverso ordine. *Mr.*

Hinc Democritus auctor Atomorum] *Hic* vetus liber, a quo abest verbum *posse* in iis quae sequuntur: *Acutius Carneades, qui docebat posse Epicureos suam causam sine hac commenticia declinatione defendere.* URSIN. Omittit *posse* et Ven. 1471.

Hinc *Democritus auctor Atomorum*] *Id,* non *hinc,* est in omnibus nostris, et ita dedit *Lambinus.* Non male quidem. Praeferenda tamen videtur *Ursiniani* Codicis lectio, *hic Democritus;* et ita rescripserim. *Dav.*

Hinc Democritus] Codd. fere omnes habent *Id Democritus,* quod nescio an vulgatae praeferendum sit.

Acutius Carneades, qui docebat, posse Epicureos suam causam sine hac commenticia declinatione defendere. Nam cum docerent, esse posse quendam animi motum voluntarium, id fuit defendi melius, quam introducere declinationem, cuius praesertim causam reperire non possunt. Quo defenso, facile Chrysippo pos- 11.

Saepe enim Cicero pronominibus addit enuntiationem, quamvis facile intelligendam, ut ne quis, etiamsi velit, falso pronomen intelligere possit. Ex eo genere est ea enuntiatio, *necessitate omnia fieri*. Atque sic Cicero saepe: v. c. de Off. III. 31. 7. ubi nulla mutatione opus est [v. ib. Heusing. p. 790.]: de Divin. I. 30. et 46. fin.; de Orat. I. 22. ubi Ern. sine causa *id* deleri voluit. Idem faciunt saepissime scriptores Attici, quod minime negat Wolfius, Leptineae interpres p. 323. Unum tamen impedivit, quo minus hanc lectionem in contextum reciperem, quod nullum in Cicerone locum scirem, in quo *id* ab initio positum esset, ipsa autem illa enuntiatio in medio. Codd. quidam *hic* habent, quod nec ipsum damnaverim. *Brem.*

Hinc Democritus] Vix me continui, quin librorum tantum non omnium, nostrorum quoque, revocarem lectionem *Id Democritus*, quam servant etiam Edd. Asc. 1. Vall. Ald. Lamb. pr. [in Edd. Lambb. et Goth. in marg. scribitur alios exhibere *hoc*: cuius nos lectionis nullum reperimus vestigium:] Sylb. Brut. Unus noster W. habet *Nunc Democritus*, in quo agnosco vestigium lectionis *Hinc*. Quo minus vero hanc reiicerem, duae fuerunt causae: primum, quia desiderabam particulam causalem; tum quia suspicabar *Hinc* ortum esse ex obliterata dudum pristina scriptione IDEODEMOCRITVS; quam tamen, cum in nullo plane libro compareat, recipere nolui. Pro *atomorum* Cod. U. *athomo*. Pergit Cod. Cr. *accipere maius maluit*. Cod. Vind. B. *accipere maluit igitur necessitate*. Codd. M. N. S. R. Par. *omnia fieri ex necessitate*. In fine cap. Cod. W. *naturalis motus*: S. M. *natales motus*. *Mr.*

Acutius Carneades,] Codd. M. R. S. Vind. A. *Acutus*. Vocem *qui* non habet Cod. R. Tum Cod. U. Edd. Asc. 1. Vall. *dicebat*. Cod. U. omittit *posse*. Sequitur in Codd. Par. R. S. *Epicuros*. Pro *hac* in Cod. Cr. est *ac*. Pro *commenticia* Cod. U. exhibet *commentaria*. Cod. S. *descendere* pro *defendere*. In praecedd. Cod. N. habet *aiebat* pro *docebat*. M. *continentia* pro *commenticia*; et sic etiam Cod. N. Sed hic in marg. ut rell. *Mr.*

Nam cum docerent,] Recepi certissimam Meyeri, interpretis Germanici, emendationem, pro vulgato *doceret*; quae cuique locum accurate inspicienti ita, ut spero, probabitur, ut vix eius commendandae causa aliquid addendum esse videatur. Rationem reddit, cur merito illud Carneades de Epicureis dicere potuerit: quippe qui *docuerint*, esse posse quendam animi motum voluntarium. — Vocem *esse* non habet Cod. Par. *Mr.*

introducere declinationem,] Cod. U. *intro declinationem*. Ad h. v. Copp. Victt. a. haec: εἰςάγειν. *Alex.* περὶ εἱμαρμένης [f.] 168. b. διασπᾶσθαι γὰρ καὶ διαιρεῖσθαι, καὶ μηκέτι τὸν κόσμον ἕνα μένειν ἀεὶ, κατὰ μίαν τάξιν τε καὶ οἰκονομίαν διοικούμενον, εἰ ἀναίτιός τις εἰςάγοιτο κίνησις, ἣν εἰςάγεσθαι, εἰ μὴ πάντα τὰ ὄντα τε καὶ γινόμενα ἔχει τινὰ αἴτια προγεγονότα, οἷς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται κ. τ. λ. Cic. [de Fat. c. 9. et c. 18.] Est locus Alexandri Aphrodisiensis cap. XXII. p. 71. ed. Orell. *Mr.*

reperire non possunt.] Ern. dedit *possent*, addens: Sic MS. Guelf., non *possunt*, ut est vulgo. nec aliter

continet, ut sit in nostra potestate, nobisque pareat:
26. nec id sine causa. Eius enim rei causa ipsa natura est. Quod cum ita sit, quid est, cur non omnis pronuntiatio aut vera aut falsa sit, nisi concesserimus, fato fieri, quaecumque fiant? Quia futura vera, inquit, non possunt esse ea, quae causas, cur futura sint, non habent:

Schelleri, Duckeri adeoque Cortii Ernestique hac in re non admodum abstrusa errores refutare. Nobis sufficiat laudare eos, qui de hac re grammatica recte praeceperunt, qui sunt praeter Bremium ad h. l. p. 47—49., Schwarzius ad Tursellin. de Particull. p. 408. *Beierus* ad Cic. de Off. I. 32. 115. p. 246. *Heusinger.* ad Cic. de Off. II. 19. 10. *Ochsner.* ad Cic. Eclogg. p. 33. sq *Ruddimann.* Inst. Gramm. Lat II. p. 56. *Zumpt.* Gr. Lat. §. 84. 4. p. 482. sq. ed. 4. *Ramshorn.* Gr. Lat. §. 158. p. 385. *Weber.* *Uebungsschule* I. p. 75. nos ad Cic. de Legg. I. 22. 59. p. 142. Ed. nostr. et Cr. Nuperrime vero de ea re praecepit Fr. *Wagner* (de Pronomine *ipse*) in *Seebodii Arch. f. Philol. u. Paed.* I. 4. p. 648 — 652. Is p. 649. ait: „Bremius iussit adhiberi quasdam cautiones, quas equidem omnes eo revocaverim, ut, si quod est subiecti oppositum verbis illis expressum vel intelligendum, aut si agentis ratio magis spectanda et efferenda, quam eius, in quem actio vertitur, pronomen *ipse* ad verbum accommodetur.“ Sed tota disputatio lectu digna. Commodissimum exemplum hoc est: *sibi ipse vim intulit,* [neque alius]; *sibi ipsi vim intulit,* [neque alii cuiquam]. Nunquam dicitur *ipsi sibi vim intulit;* sed si *sibi* postponitur, praecedit *ipse.* — Legitur autem nostro loco *in se ipse* in Codd. nostris W. L. a. Vind. A. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Victt. (et Copp. Victt. a. b.) Dav. Verb. Ern. Oliv. Bip. Brem. Sch. Adde ad eos, quos supra laudavi *Goellerum* ad Plaut. Trinumm. 861. p. 100. Ad v. *continet* in Copp. Victt. a. adscriptum est ἔχει. *Mr.*

nobisque pareat:] Cod. Cr. *nobisque pateat.* Pergit R. *ne id.* Cr. *nec illud.* Idem pergit *eius enim rei ipsa causa natura est.* Cod. L. c. *eius rei enim causa,* et ita etiam Copp. Victt. b. *Mr.*

Omnis pronuntiatio] Forsan *omnis enuntiatio:* sic enim *Tullius* alibi loquitur. *Dav.*

cur non omnis pronuntiatio] Davisio favet Cod. noster R. qui exhibet *enuntiatio:* sed hoc est correctoris. Laudat ad tuendam vulgatam Bremius Ciceronem ipsum Tusce. I. 7. 14. et Gell. N. A. XVI. 8. p. 726. Ed. Gronov. Ita autem ille: *omne pronuntiatum (sic enim mihi in praesentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα; utar post alio, si invenero melius:) id ergo est pronuntiatum, quod est verum.* Gellius ἀξιώματα a Varrone alias *profata,* alias *proloquia* dicta esse ait, a nostro *pronuntiata.* In seqq. Cod. R. habet *non concesserimus.* Codd. Par. M. N. S. omittunt *non* post *cur. Mr.*

Quia futura vera, inquit,] Codd. M. N. S. R. Par. *Quia futura, inquit, vera.* Pergunt Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. *non esse possunt.* Tum Codd. R. S. *eaque causas.* In Cod. W. inter *quae* et *causas* lacuna est, quae sedecim literis expleri posset. Sed nihil ego ad plenam sententiam requiro. Voci *cur* in Cod. Cr. superscriptum est *cum.* Idem mox exhibet *habere igitur;* Cod. S. *habebant igitur;* R. *habent igitur. Mr.*

Habeant — fato evenerint] Adeo perplexa est oratio, ut exitum vix invenias. Leg. *habeant igitur causas, necesse est, ea quae vera sunt: ita, cum evenerint, fato* evenient; prout Reg. et Cantab. diserte repraesentant, nisi quod in iis sit, *et ita. Dav.*

habeant igitur causas, necesse est, ea, quae vera sunt; ita, cum evenerint, fato evenerint.

Confectum negotium, si quidem concedendum tibi 12. est, aut fato omnia fieri; aut quicquam fieri posse sine causa. An aliter haec enuntiatio vera esse non potest: 27. *Capiet Numantiam Scipio*, nisi ex aeternitate causa cau-

***habeant igitur causas, necesse est, ea, quae vera sunt;*]** Ita rescripsi cum Bremio et Sch., cum Dav. et Ernestus cum vulgg. ediderint: *habeant igitur causas necesse est: ut ea, quae vera sunt.* Sed vocem *ut* ignorant Codd. Guelf. Vindob. A. B., duo Davisiani, nostri omnes, Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Lamb. pr. Gron. Oliv. Scribitur in Cod. M. *eaque* pro *ea, quae*. *Mr.*

ita, cum evenerint, fato evenerint] Codd. Par. R. S. *ita cum venerint.* Quod autem pro posteriore *evenerint* Dav. malebat *evenerunt*, in eo rationem grammaticam adversam habet, quae praecipit, ut (quod ait Brem. ad h. l.), si una res ita sit effecta, ut altera simul cum ea confecta sit, atque hoc in futuro proponatur, utroque loco sit futurum actionis perfectae; vel, ut brevius ait Beierus ad Cic. de Off. III. 6. 30. p. 231., Futurum actionis perfectae poni et in protasi et in antapodosi, cum utraque res simul eventum habitura cogitetur: ubi vid. quos laudat Beier. p. 231. sq. Add. *Creuzeri* progr. laud. (Philos. vett. loci de Provid. etc.) p. 24. Lambinus in Ed. pr. dedit: *ita ut, cum evenerint, fato evenerint.* Cod. N. habet *cum veniant;* et *fato evenerint* nonnisi in marg. In Cod. M. est *fatto cum venerat.* *Mr.*

Confectum negotium,] In Cod. U. est *confectum neg* — sequente lacuna, maiore illa, quam quae ad explendum vocabulum sufficeret. Pergunt Codd. U. S. Par. M. N. R. Edd. Asc. 1. 2. omnesque, praeter Rob. Steph. Vict. et Dav., *siquidem tibi concedendum est.* Sed nostrum praebent Codd. Cr. W. L. a. c. Copp. Victt. a. b. *Mr.*

Aut fato omnia, quae causas habeant, cur fiant, *fieri*] Haec aberant a libris vulgatis. Lambin. Ea nimirum ex ingenio, sed absque sontica, *Ciceronis* verbis immiscuerat vir doctus. *Davies.*

Aut fato omnia fieri, aut quidquam etc.] Lambinus amplius inserit, *omnia*, quae causas habeant cur fiant, fieri, *aut quidquam* etc. sed non addit, e Mstisne, an ex ingenio, nihil eius profecto est in Pall. aut Gulielmianis, neque agnoscunt meliores ullae edd. Aldi, Victorii, Turnebi. itaque valeat. *Grut.*

aut fato omnia fieri;] Lambinianum additamentum nullus habet Cod. M. S. Pro sequente *aut* Cod. S. habet *autem*. Tum idem cum Edd. Asc. 1. 2. et rell. (praeter Rob. Steph. Vict. et Dav.) *posse fieri.* Nos Codd., praeter S., omnes secuti sumus. Sequitur in Cod. U. Edd. Asc. 1. Vall. *An haec enuntiatio aliter.* Tum Par. *non potest esse vera.* Codd. R. U. S. omittunt *non*. Pergit Cod. U. *Capiat.* De *Numantia* v. quos laudat Beier. ad Cic. de Off. I. 11. 35. p. 81. Post *Scipio* in Cod. N. adduntur verba: *nec illa quidem vera esset.* *Mr.*

Nisi ex aeternitate causa causam serens] Veteres quidam libri habent, *nisi ex aeternitate causarum series* etc. sed hoc puto esse ex annotatione natum. *Lamb.*

nisi ex aeternitate causa causam serens] Cod. W. *si* pro *nisi*. Verba *ex aeternitate* usque ad *Numantiam Scipio* desunt in Cod. R. Pro *ex aeternitate* Codd. U. M. habent *externitate*. Pergit Cod. Cr. *causarum* pro *causa causam serens*. Cod. Vind. B. *causarum series*. Cod. P. *serit* pro *serens*. Commode Sch. *serens* explicat *nectens*. Hoc sensu dixit Liv.

sam serens hoc erit effectura? An hoc falsum potuisset esse, si esset sexcentis saeculis ante dictum? et, si tum non esset vera haec enuntiatio, *Capiet Numantiam Scipio*, ne illa quidem eversa vera est haec enuntiatio:

XXI. 10. *bella ex bellis seri*. Cod. N. *causam serit*, omisso *causa*. Cod. M. *causa causam ferens* ut in Asc. 1. *Mr.*

Hoc erit *effectura*] Eliens. *hoc* erat *effectura:* nec male. Deserenda tamen non est aliorum Codicum lectio. *Columella* de Arbor. cap. IV. *Item si serobibus aut sulcis vineam posituri erimus, optimum erit* etc. Iterum cap. V. *Si iugatam* erimus facturi, *unam materiam submittito*. Vide sis et *Sanctium* Min. I, 15. *Dav.*

hoc erit effectura?] In prima Ed. Davisius ad h. l. scripserat: „Hoc ne latine quidem dicitur: omnes tamen editiones obsidet. Legendum *hoc erat effectura*, prout recte legitur in Eliensi nostro.“ Cui opponit Wopkens. L. T. p. 804. tria ex hoc ipso libello exempla, cap. V. 11. XII. 28. XVIII. 42. Acadd. II. 46. *quarum esse nulla potest, nisi erit* [pro *sit* v. *fuerit*] *gratuita:* et ibid. c. 7. et 36: quo loco est *etsi quamcunque eliget, insipiens eliget:* ubi Davisium item frustra coniecisse ait *quamcunque elegerit*. In quam tamen etiam sententiam abiit Ern., merito refutatus Goerenzio ad h. l. p. 211. Monet Bremius, tum probaturum se *erat*, si scriptum esset supra: *vera esse non poterat:* laudatque Cic. de Or. I. 52. II. 28. de Legg. I. 13. [est c. 15. 43. ubi v. Goerenz. p. 15. qui item nostro loco probat *erit*, laudatque Sanct. Min. I. c. 14. et 15.; add. nostra annot. ad eundem locum, ed. nostr. et Creuz. p. 106.] Ceterum pro *erit* est etiam *erat* in Cod. Cr. et in marg. Cod. Vind. B. *Mr.*

An hoc falsum potuisset esse, si esset—dictum?] De hac constructione vid. *Krüger. Grammat. Untersuchungen* II. p. 117. sq. In Cod. S. scribitur *essem* pro *esset:* idem cum Par. N. M. omittit verba *ante dictum*. In Cod. W. et Copp. Victt. b. scriptum est *sescentis*. Cod. U. habet *antea dictum*. Cod. M. *secondis* pro *saeculis*. *Mr.*

et si tum non esset vera haec enuntiatio:] Bremius, monente Hottingero, dedit *At* pro *Et*, nullum copulae locum esse contendente. Eleganter ait Ciceronem vocula *at tum* uti, cum antecedentibus aliquid ita opponat, ut prorsus neget, illa vera esse posse. At non est necessaria ista emendatio. *Et* enim ponitur pro *sane*, ut est de Legg. II. 3. 7. p. 173. ed. nostr. et Cr. ibiq. nostr. annot., ubi item frustra Camerarius emendabat *sed*. Vid. etiam plura eiusmodi loca in Goerenzii indice ad Cic. de Finn. s. v. *Et*. Sic hoc ipso cap. 12. extr. pro *Et alterutrum fatum est* Facciolatus legebat *At alterutrum fatum est:* praeter necessitatem. Vocem *si* omittit Cod. S. Cod. M. habet *si tamen*. In Ed. Asc. 1. est *Et situm non esset*, ut in Cod. N.; in Ed. Vall. *Et scitum non esset?* Iidem libri cum Cod. U. post *enuntiatio* pergunt *Scipio Numantiam capiet*. Post haec in Cod. Cr. omittuntur verba *ne illa — Scipio;* eadem desunt etiam in Codd. Oxonn. E. ψ. *Mr.*

Ne illa quidem eversa vera est haec enuntiatio, Cepit Numantiam Scipio] Quis non videt ita esse legendum? Vult enim ostendere *Cicero*, si hoc verum est de praeterito, *cepit Numantiam Scipio;* verum fuisse de futuro, *capiet Numantiam Scipio*. Si hoc non sit verum, ne illud quidem esse: quod absurdum dictu est. *Lamb.*

Ne illa quidem eversa *vera est*] Edidit istud Turnebus, inde sumpsit Lambinus, quamvis dissimulet. aliis exulabat *eversa;* pro quo in Pal. sec. *vera esset*, in Pith. *vera esse*. Lambinus deinde legit, *Cepit Nu-*

Cepit Numantiam Scipio. Potest igitur quicquam factum esse, quod non verum fuerit futurum esse? nam ut praeterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerit instantia: sic futura, quorum consequenti

mantiam: sed sic nulla editio, nulli scripti. *Grut.*

ne illa quidem eversa vera est haec enuntiatio:] Sic emendat Lambinus, hac sententia: si hoc verum est etc. (v. ei. annot.) Collega Lambini [P. Ramus] hanc eius emendationem habere illam quidem aliquid adiumenti, sensum tamen plenum non habere existimat. Sensum siquidem videri fuisse ait: si sexcentis ante saeculis dicta haec enuntiatio, *Scipio Numantiam capiet,* vera non esset, ne Numantia quidem eversa vera nunc est haec enuntiatio: *Cepit Numantiam Scipio.* hanc enim sententiam proxima collatio requirere ei videtur, ubi praeteriti et futuri temporis veritas instantis temporis veritate aestimatur, quia temporis nihil est, nisi praesens, ut physici disputant. *Sylb.* Ita quidem Ramus disputavit in Ed. Paris. 1554. Sed in Ed. Bas. 1575. a Freigio curata, post verba *plenum non habent* pergit: „Sensus constabit, si legatur: *Et si tum non esset vera illa enuntiatio, Capiet Numantiam Scipio, ne nunc quidem vera est enuntiatio haec: Cepit Numantiam Scipio.* Logica enim temporum collatio hunc sensum requirit. Utrum autem Cicero ita scripserit, divinare sit, nisi exemplaria succurrant: debuisse autem hunc sensum sequi, res ipsa cogit confiteri. Hanc enim sententiam etc." — Non male: sed hanc, quam post Lambinum dedimus, lectionem exhibent Codd. Vind. A. B. et vetus Car. Stephani. In Copp. Victt. b. est: *ne illa quidem vera esset. vera est enuntiatio;* in Cod. Par. *ne illa quidem vera vera est haec en.;* in Cod. U. *ne illa quidem versa esse vera est haec en.;* in Cod. L. c. *ne illa quidem vera esset vera enunt.;* in Cod. W. *ne illa quidem vera esset. Vera est haec enuntiatio;* in Cod. R. *ne illa quidem vera est haec enuntiatio;* in Edd. Asc. 1. et Vall. *ne illa quidem vera esse vera est haec enuntiatio;* in Ed. Asc. 2. Crat. et Herw. *ne iam quidem vera est haec en.;* in Edd. Rob. Steph. Vict. Car. Steph. Ram. Sturm. Ald. Boul. Lambb. Goth. Brut. Sylb. editum est, ut est in Cod. nostro R. Reliqui nobiscum faciunt. *Mr.*

Cepit Numantiam Scipio.] Ita dedi ex sententia Rami et Lambini cum Dav. Oliv. Bip. Brem. Sch., ratione, ut arbitror, flagitante; quamquam invitis libris, qui exhibent *Capiet.* Ed. Asc. 1. habet *Capiat.* In seqq. Codd. Par. N. *quicquam esse factum,* Codd. R. S. *quicquam fatum esse.* Pergit U. cum Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. *quod non fuerit verum.* Vocem *esse* post *futurum* uncinis inclusit, ut spuriam, Bremius, haec adscribens: „Coniungendum foret: *quod futurum esse non verum fuerit.* quales constructiones saepius apud Ciceronem leguntur. Forsitan aliquis *esse* deleverit, cum Chrysippus refutetur, qui *vera futura* ea dicit, quae causas, cur futura sint, habeant. Atque saepius in hoc libro legitur *verum sit futurum, verum futurum,* alterum nunquam. Nam in *vero* enuntiationis potissima vis sita est. Ergo *esse* uncis inclusi." Hoc ego praeter necessitatem factum esse existimo. Neque enim semper eodem modo debet loqui Cicero, neque, si aberat *esse,* cur additum sit a librariis, facile intelligis. In Cod. M. est *nam ut praecepta illa.* Idem mox *tempora* pro *tempore;* tum N. *ea vera. Mr.*

Vera fuerint *instantia: sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia*] Si sit in hisce commoda σύνταξις, nihil equidem mutatum velim. Interea vero mihi fas sit

28 tempore vera erit instantia, ea vera dicemus. **Nec si** omne enuntiatum aut verum aut falsum est, sequitur illico, esse causas immutabiles, easque aeternas, quae prohibeant quicquam secus cadere, atque casurum sit. Fortuitae sunt causae, quae efficiant, ut vere dicantur, quae ita dicentur, *Veniet in senatum Cato,* non inclusae in rerum natura atque mundo. Et tamen tam est immutabile venturum, cum est verum, quam venisse: nec ob eam causam fatum aut necessitas extimescenda

cum Ven. 1471. reponere, *vera fuerit*, vel potius *fuerat, instantia: sic futura, quorum consequenti* (vel, ut Balliol., *subsequenti*) *tempore vera* erit *instantia, ea vera dicemus. Instantia* mihi videtur nomen substantivum, quod propinquitatem vel imminentiam denotat. Sic certe usus est Nigidius apud *Agellium* lib. IX. cap. 12. *Dav.*

vera fuerit instantia — vera erit instantia,] Ita ex edit. Ven. 1471. bene Davisius edidit pro vulgato *fuerint — erunt;* nam vulgatum latinum non est: deberet esse: *quae superiore tempore vera* (aut *vere*), *fuerint instantia. Ern.* — Non dedit ita Dav., sed ita edendum censuit; eumque nos cum Ern. Bip. Brem. Sch. secuti sumus. Pro *fuerit* est in Codd. Cr. R. L. c. W. S. Vind. B. *fuerunt*, ut in Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Sed Cod. noster U. probam fulcit lectionem exhibens *fuerit*. Quod sequitur *instantia* abest a Codd. N. Par. Pergit S. *sic et futura*. Idem cum Codd. Par. N. R. M. Vind. A. habet *subsequenti*. Recte tum etiam noster Cod. U. *vera erit instantia*. L. c. *vera ēr instantia. Mr.*

ea vera dicemus.] Vocem *ea* omittunt Codd. Vind. A. R. M. S. Bremius contra omnium Edd. et (si excipias Vind. A. et U.) Codd. auctoritatem dedit *dicimus*, nihil monens, et fortasse invitus. Pergit Cod. Par. *Nam si omne*. Pro *illico* in Cod. U. legitur *illud*. Tum R. et S. habent *esse causas*, inverso ordine. W. *immutabilis*. Vocem *secus* omittit Cod. R.; eius loco Cod. Par. habet *secius*. *Mr.*

atque casurum sit.] De hoc usu vocis *atque* monendum iam censuit Gellius N. A. x. 28. Eius loco Cod. R. habet *aut*. Tum Cr. *causarum. si fortuitae* etc. Cod. U. *causurum. Mr.*

quae efficiant, ut vere dicantur,] Codd. S. R. N. Par. *efficiunt*. Ed. Rob. Steph. Vict. *verae*. Sed ipse Victorius in Copp. correxit *vere*. Tum Cod. Par. *quae ita dicerentur;* Ed. Asc. 1. *quae ita dicantur*. Pergit Cod. U. cum Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. *Cato in senatum veniet*. Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Gron. Verb. Ern. Bip. Oliv. Brem. Sch. *Veniet Cato in senatum*. Nos cum Codd., excepto U., omnibus, post Ram. Rob. Steph. Vict. et Dav. eum ordinem praetulimus, quem exhibemus. *Mr.*

non inclusae in rerum natura] Cod. Cr. *nec inclusae sunt in rerum natura*. Codd. R. M. omittunt *in*, quod est contra morem Ciceronis. In seqq. Cod. Cr. *et tamen tam est mirabile venturum*. Codd. R. S. *et cum tam est imm. vent.* Par. *et tamen tam immutabilem*, omisso *est*. Vind. A. *et tamen ita est imm. vent.* Cod. N. *et inde immutabilem*. Pergit Cod. N. *venturum vel verum*. Cod. U. *eventurum* pro *venturum*. Pergit Cod. Cr. *eum est verum*. Tum S. *quem evenisse*. Pro *extimescenda* Cod. S. habet *existimanda*, Vind. A. M. Par. N. S. *extimanda*. Post haec Cod. Cr. pergit *Nec enim erit confiteri necesse. Mr.*

est. Etenim erit confiteri necesse: *Si haec enuntiatio, „Veniet in Tusculanum Hortensius," vera non est, sequitur, ut falsa sit.* Quorum isti neutrum volunt; quod fieri non potest. Nec nos impediet illa ignava ratio, quae dicitur: appellatur enim quidam a philosophis *ἀργὸς λόγος*, cui si pareamus, nihil omnino agamus p. 146. a.

Si haec enuntiatio—ut falsa sit.] Haec omnia literis inclinatis describi iussi, quod fecit etiam Bremius. Quo facto loci scriptione nemo offendetur, neque quisquam eam emendatam volet. Pro *Veniet* est *Veniat* in Cod. Cr.; Codd. W. N. habent *Ortensius. Mr.*

Si haec enuntiatio, veniet in Tusculanum Hortensius, vera non est, verum non esse, in Tusculanum venturum Hortensium; si verum non est, *sequitur*] Sic hunc locum, qui in omnibus libris vulgatis erat lacer et mutilus, partim ope veterum Codicum, partim coniectura redintegravi ac resarsi. *Lamb.*

Verum *non est, sequitur ut* falsum *sit*] Haud aliter Aldus, Turnebus, Victorius, firmatque Pal. sec. neque abeunt alii nostri, quam quod ii *vera*, item *falsa*. at Lambinus ingentem verborum molem istis intermiscuit, procul dubio totum de suo, licet partem admittat. *Grut.*

Vera *non est,* sequitur *ut* falsa *sit*] Vulgo *verum non est, sequitur ut falsum sit.* Nostri vero MSSti lectionem, quam amplexi sumus, prae se ferunt. Insuper, quae, quaeso, in hisce verbis inest constructio, *erit confiteri necesse, sequitur?* Itaque *Pet. Ramus* legendum vidit, *sequi.* Recte quidem, nisi quod paullo propius ad receptam scripturam mallem, *sequi tum, ut falsa sit. Dav.*

vera non est, sequitur, ut falsa sit.] Hanc lectionem, sine dubio probam, habet ex Codd. nostris solus Cod. L. a.; *falsa* tamen est etiam in Cod. L. c. Reliqui *verum* habent et *falsum.* Sylburgio Lambiniana ratio placebat; Lallemannus recepit Rami emendationem, quae non est necessaria, si post *necesse* duo puncta posueris, et reliqua omnia in oratione recta dici existimaveris. Pro *est* Cod. U. habet *sed;* Cod. R. eam vocem omittit. Idem cum U. Par. S. W. Cr. inverso ordine *sit falsum.* Cod. R. *nec* pro *ut.* Scribitur in Cod. N. *verum non enim sequetur, ut* etc. Hottingerus verba *erit confiteri necesse* deleta volebat: quod non est necessarium: neque magis Davisiana emendatio admittenda. Pergit Cod. R. *Quorum isti venturum volunt fieri non potest,* omisso *quod:* tum: *Haec nos impediet* [S. *impediret*] *illa igrava ratio.* Cod. M. omittit *neutrum.* N. habet *venturum*, superscripto *neutrum.* Tum S. *qua dicitur.* R. *appellantur enim quibusdam a philosophis.* Verba *enim quidam* desunt in Cod. U., *quidam* in Edd. Asc. 1. Vall.; scribitur *quidem* in Ed. Asc. 1. et Cod. N. *quiddam* in Codd. W. L. c., in Copp. Victt. b. est *quidem quiddam. Mr.*

Ἀργὸς λόγος] Huc in primis facit *Origenes* in Celsum lib. II. pag. 73. 74. *Ὁ ἀργὸς καλούμενος λόγος, σόφισμα ὤν, τοιοῦτός ἐστι, λεγόμενος ἐπὶ ὑποθέσεως πρὸς τὸν νοσοῦντα, καὶ ὡς σόφισμα ἀποτρέπον αὐτὸν χρῆσθαι τῷ ἰατρῷ πρὸς ὑγίειαν, καὶ ἔχει γε οὕτως ὁ λόγος· Εἰ εἵμαρταί σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἐάν τε εἰςαγάγῃς τὸν ἰατρὸν, ἐάν τε μὴ εἰςαγάγῃς, ἀναστήσῃ. Ἀλλὰ καὶ εἰ εἵμαρταί σοι μὴ ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, οὐκ ἀναστήσῃ. Ἤτοι δὲ εἵμαρταί σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἢ εἵμαρταί σοι μὴ ἀναστῆναι· μάτην ἄρα εἰςάγεις τὸν ἰατρόν.* Ad eundem locum uterque respicit. Vide *Lud. Cresollium* Theatr. Rhet. II, 6. *Dav.*

ἀργὸς λόγος] Cod. Cr. *locus argos.* Codd. U. W. S. *argos logos;* et ita etiam Cod. Vind. B. sed correctum vocabulum posterius in *locus.*

in vita. Sic enim interrogant: Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere; sive tu medicum adhibueris, sive
29. non adhibueris, convalesces. Item, Si fatum tibi est, ex hoc morbo non convalescere; sive tu medicum adhibueris, sive non adhibueris, non convalesces. Et

In Copp. Victt. a. laudatur Aristot. περὶ ἑρμην. [p.] 62. b. [ed. Ald. c. 10. p. 68. l. ult. et p. sq. ed. Sylb.] Vid. praeterea Baguet. de Chrysippo p. 97. ibiq. laudd. Cum bonae frugis plenissima sit Facciolati de hac re Acroasis V., eius disputationem *de ignava ratione* ad calcem libri in Excursum secundum coniecimus. *Mr.*

Nihil omnino agamus in vita] Sic Turneb. Victor. item Pith. et Pal. sec. nam Aldus, *nihil* est, quod *omnino agamus in vita. Grut.*

nihil omnino agamus in vita.] Ita Codd. L. a. c. U. Vind. A. B. [hic a pr. m.; nam correctum est *agemus*, ut habet Cod. Cr.] Copp. Victt. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Grut. Gron. Verb. Ern. Bip. Brem. Sch. Est etiam *agemus* in Codd. Oxon. U. et Guelf. Cod. W. habet *omni enim agamus in vita.* M. N. R. Par. S. *nihil est quod omnino agamus in vita.* Edd. rell. *nihil est omnino, quod agamus in vita. Mr.*

Sic enim interrogant... c. 13. *genus hoc interrogationis*] „Observa hic, ait Henr. Steph. Cic. Lex. p. 203., ut Cicero vocem λόγον, quam interpretatus erat *rationem*, continuo post *interrogationem* appellet. Idem aliquanto post rursus *rationem* pro *ratiocinatione* (ut Stoici λόγον ἀντὶ τοῦ συλλογισμοῦ) usurpat, quum ait [xviii. 41.]: *Itaque illi rationi, quam paullo ante conclusi, sic occurrit: Si omnia fato fiant, sequi illud quidem, ut omnia causis fiant antepositis: verum non principalibus causis et perfectis, sed adiuvantibus et proximis.* Sed praeterea in hoc postremo loco observa, causas *antepositas* a Cicerone vocari, quas prius *antecedentes* et *antegressas* dixerit, προηγούμενα vel προκαταρκτικὰ αἴτια; quamquam non tam huius, quam illius vocis vis hisce verbis latinis exprimitur. *Principales* autem et *perfectas* κύρια καὶ αὐτοτελῆ. *Adiuvantes* causas, συναίτια. *Proximas* causas, προςεχῆ αἴτια. Antea etiam vocaverat *naturalem* causam αἴτιον φυσικόν.“ *Mr.*

Sic enim interrogant:] Cod. R. *Si enim interrogatur.* Pergit Cod. Par. *si fatum non est.* S. *si fatum est tibi.* Cod. M. habet *sic interrogatur. Mr.*

sive tu medicum adhibueris] Addidi *tu* ex Codd. Cr. M. W. L. c. Par. R. S. Vind. A. Copp. Victt. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Vall. Sturm. Rob. Steph. Vict. Oliv.; idque nuper addendum censuit Hofman - Peerlkamp. in Bibl. Crit. Nov. I. p. 89. *Mr.*

Sive non adhibueris] Ultimam vocem ex MSStis et Victor. hic, et paullo post bis, addidimus; praesertim cum huic additamento faveant Graeci scriptoris verba. *Dav.*

sive non adhibueris,] Verbum *adhibueris*, quod ter se addidisse ait Dav., nimirum hic, et circa finem capitis, et cap. xiii. post initium, exhibent nostri quoque libri, nimirum Codd. L. c. W. Par. S. Vind. B. Copp. Victt. b. Edd. Rob. Steph. Vict. Sturm. Verb. Oliv. Brem. Sch. Verba *Item, Si fatum* usque ad *non convalesces* desunt in Codd. U. Par. R. S. Vind. A. In Copp. Victt. b. ad h. l. haec adscripta sunt: „Deest hoc in vet. cod. Existimo esse erratum librarii.“ Monet Bremius, Ernestum saepe in Cicerone damnasse et expunxisse eiusmodi verba in partitione, ut in locutione, *sint necne sint*, de N. D. III. 7. et c. 3. de Finn. v. 16. Tuscc. II. 12: eundem vero multa intacta reliquisse, veluti de Div. I. 39. de Finn. iv. 12. bis, 25. Esse autem talem constructionem Platoni atque Xenophonti ad-

alterutrum fatum est. Medicum ergo adhibere nihil attinet.

Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners 13.
nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio. Licet etiam immutare, ut fati nomen ne adiungas, et eandem tamen sententiam teneas, hoc modo: Si ex aeternitate verum hoc fuit, Ex isto morbo convalesces; sive adhibueris medicum, sive non adhibueris, convalesces. Itemque, Si ex aeternitate hoc falsum

modum familiarem, eamque inde suam fecisse Ciceronem: qui quidem in partitione id facere solitus sit, raro in oppositione. — In Cod. U. pro *convalesces* est *non convalesces:* quod erat etiam in Cod. Cr., sed a sec. manu voculae *non* puncta subscripta sunt. *Mr.*

Et alterutrum fatum est.] Vocem *Et* omittit Cod. S. In Cod. U. est *alterum;* in Cod. S. *factum*. Pergit Cod. U. *Medicum autem adhibere.* Tum R. *nihil est attinet. Mr.*

Recte genus hoc] Cod. R. *Nec genus hoc*. N. Par. *Recte ergo genus hoc*. Tum ille *ingravum;* hic M. et S. *ignavum est*. Post *nominatum* deest *est* in Codd. S. R. W. Par. *Mr.*

Quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio] *Aristoteles* in libro *περὶ ἑρμηνείας· Ὥστε οὔτε βουλεύεσθαι δέοι ἄν, οὔτε πραγματεύεσθαι. Ursin.*

tolletur] Codd. S. R. *tollatur*. Mox R. *Licet et immutare*. In marg. Edd. Lamb. est: al. *tollitur:* quod ego in nullo libro reperi. *Mr.*

Ut fati nomen ne *adiungas*] Habent Pal. sec. ac Pith. item editi a Victorio. Vulgg. *non adiungas*. *Grut.*

ut fati nomen ne adiungas,] Ita Codd. nostri ad unum omnes, Edd. Vict. Rob. Steph. Ram. Sturm. Ald. Verb. Gron. Dav. Ern. Oliv. Bip. Brem. Sch. Reliquae *non*. Sequens *et* abest a Cod. Cr. Pergunt Codd. Par. N. R. *et tamen eandem*. S. *et cum eandem*. Tum Par. *scientiam teneas*. Edd. Asc. 1. Vall. et Cod. U. omittunt *tamen*. Habent *sententiam teneas* Edd. Asc. 2. Rob. Steph. Vict. Ram. Dav. Reliquae omnes *teneas sententiam;* quod praetulissem, si abesset *tamen*. *Mr.*

Si ex aeternitate verum hoc fuit,] Cod. U. *si aeternitate*, omisso *ex*. Par. M. *si externitate rerum verum hoc fuit*. S. *fuerit* pro *fuit*. Pergit Cod. R. *Ex isto morbo non convalesces*. Repetitum *adhibueris* recepi ex Codd. W. L. a. c. Copp. Vitt. b. Edd. Rob. Steph. Vict. Dav. Brem. Sch. Pergit Cod. S. *non convalesces*. Idem habebat etiam Cod. Cr., sed vox supervacanea punctis notata est. Verba *Itemque, Si ex aeternitate hoc falsum fuit, Ex isto morbo convalesces* exciderunt in Cod. R. In Cod. Par. iterum scribitur *Si externitate:* in eodem et L. c. S. Vind. B. *falsum hoc fuit*. Tum Cod. U. *de isto morbo*. *Mr.*

Ex isto morbo non *convalesces*] Deleta negante particula, legendum, *ex isto morbo convalesces:* vult enim *Cicero*, si falsum fuit eum convaliturum; adhibito vel non adhibito medico, nequaquam convalescet. Hoc olim vidit *Pet. Ramus*, et diserte firmant Ursin. Balliol. Reg. et Ven. 1471. *Dav.*

Ex isto morbo convalesces] Delendum fuit *non*, quod vulgo est ante *convalesces*, etiam sine libris; cum praecedat: *Si ex aeternitate hoc falsum fuit*. Abest etiam illa vocula a Codd. nostris N. U. W. L. c. [in hoc erasa est] Edd. Asc. 2. Vall. Brem. Lall. Sch. In Edd. Ern. et Bip. ea parentheseos signis inclusa est. *Mr.*

fuit, Ex isto morbo convalesces; sive adhibueris medi-
30. cum, sive non adhibueris, non convalesces. Deinde
cetera. Haec ratio a Chrysippo reprehenditur. Quaedam enim sunt, inquit, in rebus simplicia, quaedam copulata. Simplex est, Morietur eo die Socrates. Huic, sive quid fecerit, sive non fecerit, finitus est moriendi dies. At si ita fatum sit, Nascetur Oedipus Laio;

sive non adhibueris] Habent *adhibueris* iidem, qui supra, libri; et praeter hos etiam Codd. Cr. U. R. Vind. A. B. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. et recc. *Mr.*

Non *convalesces*] Abest *non* ab antiquo, sententia etiam reiiciente. *Ursin.*

Deinde cetera.] Cod. U. *deinde certa.* Pergit Cod. Cr. *Haec autem ratio.* Vind. A. *Haec oratio.* Quam saepe *ratio* et *oratio* confundantur, praesertim cum Cicero ipse nonnunquam *oratio* ponat pro ratiocinatione, non est quod moneam. Vid. modo, quae monuimus ad Cic. de N. D. III. 1. extr. p. 495. ed. Cr. et nostr. mai. et ad de Legg. I. 18. 48. p. 116. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

Quaedam enim sunt, inquit,] Cod. S. omittit *enim;* idem cum Codd. N. Par. M. et R. habet *inquit, sunt.* Mox R. *quaedam complicia* pro *quaedam copulata.* Egregie scilicet librarius vel corrector opponere sibi videbatur adiectivum *complex,* Ciceroni inauditum, adiectivo *simplex.* Post *simplex* Cod. U. omittit *est.* Pro *eo die* habent *illo die* Codd. Par. Cr. M. N. W. R. S. L. c. Vind. A. B. et Copp. Victt. b. itemque Edd. Asc. 1. Vall. *Mr.*

Huic, sive quid] Cod. R. *Hic sive quid.* N. *hinc sive quid.* S. *Huic fatum quidem sive fecerit. Mr.*

finitus est moriendi dies] *Finire* pro *definire* dixit noster etiam de Legg. II. 8. 20. *ad eam rem ratione cursus annuos sacerdotes finiunto.* In seqq. Codd. Par. et W. *At si ita factum sit. Mr.*

Nascetur Oedipus Laio;] Fati vim in Cadmeidarum et Oedipodis maxime rebus conspicuam ex poëtarum Graecorum sententiis attigerunt nuper *Brouwer.* in Comment. Sophocl. p. 45—48. et *Karsten.* in Specim. lit. Pindarico. p. 85. sq. *Cr.* — Scribitur in Cod. U. *Nascetur Eclitpus Edippus laio:* in Codd. S. et Cr. [in hoc a m. sec.] *Oedippus;* in Cod. R. *Edipus.* — Ad rem add. *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. 19. p. 10. ed. Franeq. *Baguet.* de Chrysippo p. 97. *Cr.* — Add. Senec. Nat. Quaest. II. 36. 37. 38: ubi cum in c. 38. legatur: *At in illo fati ordine, quo patrimonium illi grande promittitur, hoc quoque protinus fatum est, ut naviget:* eoque loco Codd. exhibeant *protinus adfatum* v. *affatum,* Gruterus ad h. l. eam rem examinare iubet alios, Gronovius vero ad eundem ait locum, videri illud *affatum* id, quod Ciceroni *confatale* nostro loco. *Mr.*

Nascetur Oedipus Laio] Praemonuerat Laïum Apollo, si liberos procrearit, fore ut a filio interimeretur. Nihilominus Iocastam uxorem duxit. Ex ea Oedipum suscepit, ab eoque interfectus est. Oraculum autem hoc fuit:

Λάϊε Λαβδακίδη, παιδῶν γένος ὄλβιον αἰτεῖς·
Δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ
Σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος etc.

Hoc est,

Laie Labdacida, prolem petis; ac tibi prolem
Largiar: at fatale tibi est, occumbere morti,
Eius, quem gignes, dextra —

Lambin.

non poterit dici, sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit: copulata enim res est et confatalis: sic enim appellat, quia ita fatum sit, et concubiturum cum uxore Laium, et ex ea Oedipum procreaturum: ut si esset dictum, Luctabitur Olympiis Milo: et referret aliquis, Ergo, sive habuerit adversarium, sive non habuerit, luctabitur; erraret. Est enim copulatum Luctabitur, quia sine adversario nulla luctatio est. Omnes igitur istius generis captiones eodem modo refelluntur. Sive tu adhibueris medicum, sive non adhibueris, convalesces; captiosum. Tam enim est fatale, medicum adhibere, quam convalescere. Haec, ut dixi, confatalia ille appellat. b.

non poterit dici] Cod. N. omittit *dici*. Cod. U. habet *non potuerit dici;* idem pergit: *sive sit Laius:* in seqq. *copulata enim res*, omisso *est*. Pro *confatalis* Codd. R. et S. *fatalis*, Par. *cum fatalis*. Ad *appellat* subaudi *Chrysippus:* v. Henr. Steph. Cic. Lex. p. 204. *Mr.*

quia ita fatum sit,] Vind. B. habet *quia*, sed in marg. *quasi*. Cod. U. *quia ait confatale esse*. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. *quia ita confatale sit esse*. Sed duae posteriores in varr. lectt. ut rell. Pro *concubiturum* Cod. R. *concubitum*. Mox M. Cr. W. *Oedippum*. N. U. S. *Edippum*. R. *Edipum*. Tum Cr. W. *Olympus*. S. *Olimpus*. Par. L. c. W. Vind. A. *Minon*. Cr. Vind. B. *Milon*. R. *Minos*. S. *mm̃* (sic). Eius nominis loco Cod. U. habet *lacunam*. Scribitur etiam *Milon* in Edd Asc. 1. 2. Vall., contra consuetudinem Ciceronis. V. *K. L. Schneider. Lat. Gramm.* II. *Formenl.* I. p. 275. sq. Pro *referret* est *refert* in Ed. Sturm.; *referet* in Codd. U. Par. M. N. R. Edd. Asc. 1. Vall. Eaedem Edd. *aliquid* pro *aliquis*. Pergunt Codd. Cr. N. *Ergo si habuerit*. Vocem *dictum* non habet Cod. M. *Mr.*

Cum uxore] Versus, quem laudat *Turnebus*, est *Euripidis* in Phoen. vs. 19. Eum tamen instar Oraculi citant etiam *Maximus Tyrius* Diss. XIX. §. 5. et *Origenes* in Celsum lib. II. pag. 78. Ipsius responsa verba suppeditabunt Scholiastes in *Aristophanis* Ranas vs. 1216. et auctores Argumentorum Graecorum in *Sophoclis* Oedipum Tyrannum, et in *Euripidis* Phoenissas. *Dav.*

Sive habuerit adversarium, sive non habuerit] Pal. sec. utrobique, *adhibuerit*. *Grut.*

sive non habuerit] Verbum *habuerit* abest a Codd. U. S. R. Par. M. N. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. In proximis Cod. R. omittit *erraret*. Pergit Cod. P. *Est enim hoc copulatum*. R. *Est enim copula cum luctabitur*. *Mr.*

Omnes igitur istius generis captiones] Cod. N. *omnes ergo*. Cod. U. *omnes huius generis captiones*. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Rob. Steph. *omnes igitur huius generis captiones*. S. *captationes:* perperam. Pergunt Codd. Par. N. *hoc modo*. Posterior statim: *referuntur vel refelluntur*. In seqq. post *sive non* rursus abest *adhibueris* a Codd. Cr. U. Par. R. S. Edd. Asc. 1. Vall. Pro *captiosum* scribitur *captiosum est* in Codd. Cr. et Vind. B. *Mr.*

Tam enim est fatale] Cod. Cr. *Tam enim fatale*, omisso *est*. R. *Tam igitur fatale*. Beierus ad Cic. de Off. I. 24. 82. p. 188. ait, *est* etiam nostro loco abesse a Cod. Gudiano 2., scribique vult *Tam enim fatale*

lis ex aeternitate futura vera efficiat, an etiam sine aeternitate naturali, futura quae sint, ea vera esse possint intelligi. Itaque dicebat Carneades, ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea, quorum causas
33. natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset. Quid enim spectans deus ipse diceret, Marcellum eum, qui

turali colligatione. R. *conferte* pro *conserte.* S. *consecte.* W. *consertae contextaeque fieri, nihil dicit.* Sequitur in Cod. S. *multum enim distat.* Est etiam *dicit* pro *dicat* in Copp. Victt. b. *Mr.*

futura vera efficiat, an etiam sine aeternitate] Haec Cod. U. nonnisi in marg. ab al. m. addita habet. Trium priorum verborum loco in Cod. R. legitur *vera futura sit.* In Cod. S. desunt verba *efficiat an etiam sine aeternitate naturali futura;* sed adscripsit ea al. manus in margine, addito post *futura* vocabulo *vera.* Cod. quoque W. verba *efficiat* usque ad *quae sint ea vera* nonnisi in margine habet. *Mr.*

sine aeternitate naturali,] „Primo adspectu, ait Brem., satis videatur absurdum, aeternitatem dici aliam naturalem, aliam non naturalem. At vero Cicero loquitur de iis rebus, quae ex aeternitate fiunt ita, ut causae earum naturales adsint, et de iis, quae tantum causas fortuitas habeant. Illarum aeternitatem dicit naturalem, hae fiunt sine causis ex aeternitate; non omnino non sunt ex aeternitate verae.“ *Mr.*

futura quae sint, ea vera esse possint intelligi.] Pro *quae* est *quaeque* in Edd. Asc. 1. Vall., *quaecunque* in Ed. Asc. 2. Verbum *esse* post *vera* Ernesto suspectum erat, isque malebat id deleri. Contra eum monet Brem., legi c. 15. in eadem re: *qui, quae futura sunt, ea vera esse ex aeternitate dicunt:* deleto etiam verbo substantivo hiatum auribus atque ori molestum oriri. Nolo ego deletum *esse:* illud moneo, Bremii rationes nullas esse; nam quod de hiatu dicit, id nihili est; locus, quem affert, non offendere potuit Ernestum, quem neque noster, ut opinor, male habuisset, si scriptum esset *possit* pro *possint.* Cod. N. habet *intelligi possint. Mr.*

Itaque dicebat Carneades etc.] Comparat nostrum locum *Schulthess.* l. c. p. 310. cum hoc Alexandri Aphrodisiensis de Fato, c. 30. p. 92: *τῆς μὲν γὰρ φύσεως τῆς τῶν πραγμάτων τοῦτο χωρούσης, οὐδένας εὐλογώτερον εἰδέναι μᾶλλον τῶν θεῶν τὰ μέλλοντα· ἀδυνάτου δ' οὔσης* (sc. *τῆς φύσεως*) *τὴν τοιαύτην πρόῤῥησιν καὶ πρόγνωσιν δέχεσθαι, οὐδὲ τοὺς θεοὺς εὔλογον ἔτι γίνεται τὸ εἰδέναι τι τῶν ἀδυνάτων. τὰ γὰρ ἀδύνατα τῇ ἑαυτῶν φύσει καὶ παρὰ τοῖς θεοῖς τὴν αὐτὴν φυλάττει φύσιν. Mr.*

ne Apollinem quidem futura posse dicere,] Codd. S. N. *neque Apollinem quidem.* Pergunt Copp. Victt. b. et Cod. W. *posse dicere futura;* R. *posse futura dicere.* Tum Cod. Cr. *ne si ea.* Post *natura* Cod. S. *ita* bis scriptum habet; eius loco in Cod. R. est *iam.* Sequitur pro *contineret* in Cod. U. *continet et,* et mox pro *esset* in eodem *esse et.* De Carneadis sententia vid. de Div. II. 7. et 51. *Mr.*

Quid enim spectans deus ipse diceret,] Cod. Par. *dicere* pro *diceret:* Cod. Cr. *dicit et. Mr.*

Marcellum — periturum?] Eodem exemplo in primo [corr. secundo] de Divinat. [c. 5.] utitur. Alter est locus in Orat. in Pison. [c. 19.]: *Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloria et laude vivit.* Ad h. l. Ascon. Pedianus [Comm. in Oratt. Cic. T. III. p. 847. Ed. Colon. 1621.]: Fortasse quaeratis, quem dicat Marcellum. fuit autem nepos M. Marcelli eius, qui bello punico secundo Syracusas vicit

ter consul fuit, in mari esse periturum? Erat hoc quidem verum ex aeternitate, sed causas id efficientes non habebat. Ita ne praeterita quidem ea, quorum p. 147. a. nulla signa, tamquam vestigia, exstarent, Apollini nota esse censebat: quanto minus futura! causis enim efficientibus quamque rem cognitis posse denique sciri, quid futurum esset. Ergo nec de Oedipode potuisse

et quinque consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipsam Africam periit, paullo ante coeptum bellum Punicum tertium. idem cum statuas sibi ac patri itemque avo poneret in monumentis avi sui ad Honoris et Virtutis aedem [v. Figrelius de Statuis illustr. Rom. p. 305. Holmiae 1656. 8.] subscripsit: *III. Marcelli novies Coss.* Fuerat autem avus quinquies, pater semel, ipse ter. Itaque neque mentitus est, et apud imperitiores patris sui splendorem auxit. *Achill. Statius.*

Erat hoc quidem] Codd. Par. R. U. Vind. A. B. *erat quidem hoc*. Sed rell., Rob. Steph. Ram. Vict. Dav. Brem. ut nos. Tum W. *sed causas sicut id efficientis*. L. c. *sed causas si deficientes*. U. Edd. Asc. 1. Vall. *sed causas efficientes id*. Est etiam *efficientis* in Copp. Victt. b. In seqq. Cod. S. *Ita ne praecepta*. Tum W. *qui de mea* pro *quidem ea*: de quo errorum genere v. Sciopp. de Arte Crit. p. 88. Ed. Amst. 1662. 8. Vocem *ea* omittit Cod. R. Pro *nulla* est *ulla* in Cod. U., *illa* in Cod. L. c. et Copp. Victt. b. *Mr.*

Quo *minus futura*] Reg. et Cantab. habent *quanto minus*. Haec sane magis est usitata loquendi ratio; recta tamen, licet paullo rarior, est et altera. Vide modo *Livium* lib. VI. cap. 15. *Dav.*

quanto minus futura!] Dedi, quod placebat Davisio, volebatque exhibere Schützius, quamquam operae expresserunt *quando*. Facile autem e verbo *quanto* per compendium oriri potuit *quo*; hoc vero si legitur, ambigua fit oratio, id est non Ciceroniana. Locus autem, quo scriptionem *quo* tueri voluit Bremius (de Finn. I. 18. 58.), plane nihil facit ad rem, et alienus est. Quod illum virum non vidisse mireris. *Quo minus* pro *quanto minus* apud Ciceronem legitur, si vel opponitur *eo*, vel intelligitur, ut Or. pro Quinct. I. 4. *nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi*: i. e. eo magis id mihi faciendum esse existimavi, ut subsidio mihi diligentiam compararem. Cod. U. *cominus*. V. Sciopp. l. c. p. 48. *Mr.*

causis enim efficientibus quamque rem] Cod. R. *antecedentibus* pro *efficientibus*. Cod. Cr. *quamquam re*; Par. *quamquam rem*; S. *quamquam tunc* pro *quamque rem*. Mox R. *quod futurum*. Par. *sit* pro *esset*. Tum Copp. Victt. b. *Ergo ne* pro *ergo nec*. *Mr.*

Ergo nec de Oedipode] Coactus fui istud admittere, quod exstaret in Fabriciano, in Pall. omnibus, in edit. Victoriana. publicati alii, *Oedipo*. *Grut.*

de Oedipode] Ita Codd. Vind. A. B. L. a. c. Par. [sed *deo* pro *de*] S. Cr. [nisi quod scriptum est *aedippode*] Edd. Asc. 2. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Sturm. Verb. Gron. Dav. Ern. Oliv. Bip Brem. Sch Reliqui *Oedipo*; R. et U. *Edipo*. De declinatione v. *K. L. Schneider Lat. Gramm.* II. *Formenl.* I. p. 179. *Ruddimann.* Inst. Gramm. Lat. I. p. 165: de nomine ipso *Valckenaer*. ad Eurip. Phoen. 27. p. 12. ed. Franeq. *Oedipodis* est de Finn. V. 1. De Graeca terminatione monet Brem., eam a Cicerone in libris philosophicis saepius adhiberi, praesertim in iis lo-

Apollinem praedicere, nullis in rerum natura causis praepositis, cur ab eo patrem interfici necesse esset, nec quicquam eiusmodi.

15. Quocirca si Stoicis, qui omnia fato fieri dicunt, consentaneum est, huiusmodi oracula, ceteraque, quae ad divinationem pertinere dicuntur, comprobare; iis autem, qui, quae futura sunt, ea vera esse ex aeternitate dicunt, non idem dicendum est; vide, ne non eadem sit illorum causa, et Stoicorum. Hi enim urgentur
34. angustius; illorum ratio soluta ac libera est. Quod si concedatur, nihil posse evenire, nisi causa antecedente;

cis, ubi de maiori quadam re sermo est. Pro *potuisse* Codd. N. Par. habent *potuisset:* iidem *nullus* pro *nullis*. *Mr.*

nullis in rerum natura causis praepositis] Malim *propositis*. item infra cap. 18. init. Sed tamen et *causae antepositae* sunt c. 18. *Ern.* — Ergo ipse Ernestus correctionem suam inutilem iugulavit. Favent tamen Ernesto Codd. Ox. E. nostr. R. U. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Brut. Sylb. Pro *quicquam* est *quemquam* in Cod. S. *Mr.*

Quicquam eiusmodi] Vulgo *huiusmodi*, contra quam volunt nostri Codices. *Dav.*

eiusmodi] Ita Codd. nostri Cr. W. S. U. Vind. B. Copp. Victt. a. b. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Ald. Brem. Reliqui *huiusmodi;* nisi quod in Cod. M. est *huius*. *Mr.*

Quocirca si Stoicis,] Cod. R. *quo Stoicis*. U. *quo contra si Stoicis*. S. *Quo circa si a Stoicis*. De Fati cum Divinatione coniunctione vid. Ian. Bake de Posidonio p. 44. sqq. *Mr.*

huiusmodi oracula] Cod. Cr. *eiusmodi*. N. *miracula*. W. et Copp. Victt. b. *oracla*. R. *oraculo*. In Cod. U. deest *ceteraque*. Post haec scripsi ex coniectura Bremii *quae ad divinationem pertinere dicuntur*, quam firmat noster Cod. S., cum vulgo sit: *quae ad divinationem pertineat*. Est autem *dicuntur*, extrusa voce *pertinere*, in Codd. Cr. L. c. Par. R. W. Copp. Victt. a. b. Oxonn. ψ. E. U. Guelf. Scribitur autem *a divinatione* in Codd. L. c. W. Copp. Victt. a., errore orto ex scriptione ADIVINATIONE. Vocem *comprobare* non habet Cod. S., in Cod. Cr. est *comprobatae*. — *Dicuntur* autem additum credo cum Bremio a Cicerone cum contemptu quodam, quia omnem hunc de divinatione locum non probabat. *Mr.*

iis autem, qui, quae futura sunt,] Codd. S. R. W. *his autem*. Cod. U. *hic autem*. Idem pergit *quae cunque futura tunc ea vera*. Cr. *quique* pro *qui, quae*. Cod. R. *futura sunt aut natura esse*. Codd. M. N. *quinque* pro *qui, quae*. Pro seq. *ea* in Cod. M. est *an*. *Mr.*

vide, ne non eadem sit illorum causa] De hac constructione vid. *Vorstium* de Lat. Select. p. 207. sq. qui plura eius exempla ex Cicerone collegit, nec nostri oblitus. Pro *vide* perperam scribitur *unde* in Codd. M. R. N. S. Vind. A. Post *ne* abest *non* a Cod. Cr. Pro *et Stoicorum* Cod. R. habet *causa studiorum*. Vocem *et* omittit Cod. M. *Mr.*

Hi enim urgentur angustius] Quod est in Codd. Ox. E. nostris M. N. S. R. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Sturm. *angustiis*, id nemini placebit, qui reputaverit, perire eo posito oppositionis elegantiam. Cod.

quid proficiatur, si ea causa non ex aeternis causis apta dicatur? Causa autem ea est, quae id efficit, cuius est causa; ut vulnus, mortis; cruditas, morbi; ignis, ardoris. Itaque non sic causa intelligi debet, ut, quod cuique antecedat, id ei causa sit, sed quod cuique efficienter antecedat: nec, quod in campum descenderim, id fuisse causae, cur pila luderem: nec Hecubam, causam interitus fuisse Troianis, quod Alexandrum genuerit: nec Tyndareum Agamemnoni, quod Clytaemnestram. Hoc enim modo viator quoque bene vestitus

W. habet *angistus*. Pro *ac* in seqq. Codd. Par. M. et R. habent *et*. Mox Cod. S. *Quo si:* Par. *concedat* pro *concedatur*. Mox *quod* pro *quid* Codd. U. M., *qua* Vind. A. Tum R. *proficiscatur*. U. *ut si—non aeternis*. N. S. *non externis*. Cod. M. *non ex externis*. *Mr.*

Apta dicatur] Sic Eliens. et Ven. 1471. Vulgo *ducatur*. Male. *Dav.*

apta dicatur?] Aut *apta* delendum mihi semper visum est, aut *dicatur* legendum. Hoc cum Davisio praetuli, quia et in libris repertum est ab ipso. *Ern.* — Est *dicatur* in Codd. Oxonn. omnibus, nostro U. eique favent Codd. nostri Cr. R., ubi est *dicantur*. Editum est *dicatur* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Sturm. Verb. Oliv. Bip. Brem. Sequitur in Codd. Par. R. S. *causa autem est ea*. S. habet *cui* pro *cuius*. Verba *cuius est causa* desunt in Cod. R. Pro *cruditas* scribitur *crudelitas* in Codd. S. Vind. A. M. N. Pro *ignis* Cod. W. *ignes*. In seqq. Codd. S. M. *itaque non sit*. R. *causa intelligi deberet, ut, quod unicuique antecedat*. Verba *antecedat* usque ad *sed quod cuique* desunt in Cod. S. In Codd. Par. et U. est *antecedebat*. In marg. Ed. Asc. 2. est: *causam intelligi oportet*. *Mr.*

id ei causa sit] Codd. Cr. U. Par. Vind. B. *id et causa sit*. Edd. Vall. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *idem causa sit:* quod placet Bremio, neque nobis displicet. Idem enotavit *id et* ex Codd. Oxonn. E. ψ. et Guelf. Verba *sed quod — antecedat* desunt in Cod. U. In Cod. R. est *sed quia cuique*. Sequitur in Cod. S. *efficientur*. Tum Cod. Par. *antecedit, ne quod*. Cr. *antecedat neque*, omisso *quod*; R. *antecedat, ne qui*; S. *antecedat, ne quid*. R. *in campum descenderant*; Cr. *in campum descenderint*. Ante *nec* in Ed. Asc. 1. additur *id et causa sit*; in Ed. Vall. *ei causa sit*. *Mr.*

id fuisse causae] Ita dixit Horat. Sat. I. 1. 20. *quid causae est;* de qua constructione vid. Ruddimanni iudicium a Stallbaumio correctum Inst. Gramm. Lat. II. p. 65. sq. Similiter noster ad Famm. II. 8. *cum hoc ad te literarum dedi*. Scribitur *causa* in Codd. R. U. Pro *pila* est *pilla* in Cod. Cr., *palla* in Cod. R., *turpia* pro *cur pila* in Cod. M. Sequitur in Cod. U. *ludere* pro *luderem*. Idem habet *Eccubam*, S. *Heccubam*. Tum R. *fuisse causam interitus Troianis qui Alexandrum genuit*. U. M. *causam fuisse interitus*. U. *Tyndaris quod Allexandrum genuerit*. Cod. S. *que* pro *quod*. Post haec Cod. Cr. *nec Tyndareum causam fuisse Agamemnoni*, glossa in contextum recepta; quam item habet Cod. Par., in quo, ut in Codd. W. M, scriptum est *Tindareum*. Cod. S. habet: *tindaridem agamennoni clitemcstram*, omisso *quod*. Vind. A. *Tyndarum*. U. *Clitemastram*. W. *Clytimestram*. R. *Clitancstram*. Pergit Cod. Par. *Hoc modo enim viator quamquam bene vestitus*. Est etiam *quamquam* in Codd. S. M. In Cod. N. est *hoc modo enim*

causa grassatori fuisse dicetur, cur ab eo spoliaretur

35\. Ex hoc genere illud est Ennii:

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes!

mater quamquam bene vestitus. Mr.

Causa grassatori fuisse dicetur] Sic Pal. sec. editio Victorii, *dicitur:* vulgg. *diceretur. Grut.*

causa grassatori fuisse] Codd. Cr. W. *crassatori.* Vind. A. *causa fieri,* omisso *grassatori,* quod abest etiam a Codd. Par. M. R. N. S. In duobus posterioribus est *causa furi,* ubi vocabulum a scriptore positum glossâ extrusum est. In Cod. U. legitur *causa foret cur a crassatore spoliaretur:* et ita Edd. Asc. 2. Crat. Herw. [Herw. habet *grass.* eadem vero cum Crat. in varr. lectt. habet, ut edidit Dav.] In Edd Asc. 1. et Vall. scriptum est *causa foret cur a crassatore expoliaretur.* De voce *grassator,* Ciceroni alibi inusitata, vid. Casaub. ad Sueton. 32. p. 310. ed. Wolf. ibidemq. Torrenium p. 165. Ed. Graev., Schwarzium ad Plin. Panegyric. 34. p. 127. *Mr.*

Fuisse diceretur] MSStos Eliens. et Balliol. sequimur. Vulgo *dicetur.* A reliquis Codd. longe abit Ven. 1471. quae dat, *causa foret, cur a grassatore spoliaretur. Dav.*

dicetur] Non offendor in *dicetur:* sed tamen MSS. quidam habent *diceretur,* ut et Lamb. edidit, idque melius videtur. Sed libri quidam etiam habent *causa foret. Ern.* — „*Diceretur,* ait Bremius, est etiam in Codd. Guelf. et Vind. A. B. et requiritur sequenti *spoliaretur.* Vulgo *dicetur,* confusione sueta. Editionis Venetae lectionem, si e Codd. ducta est, non spernam.“ Haesitans Ernestus, successorem habuit non haesitantem, sed in manifestum errorem incidentem. Ergone requiritur *diceretur* sequenti *spoliaretur?* Hoc iuveni Bremio condonabimus: vir sine dubio in exemplo suo hoc dudum delevit. Optime habet *dicetur,* pro *dici poterit.* Quod autem scriptum est *spoliaretur* ideo factum, quia hoc pendet a *causa fuisse.* Est vero *dicetur* in Codd. nostris W. L. a. c. Edd. Ram. Grut. Gron. Verb. Oliv. Sch. Quod in Ed. Rob. Steph. est *dicitur,* id videtur operis deberi. Pro *spoliaretur* Cod. Cr. *spoliatur. Mr.*

Ex hoc genere illud est Ennii:] Cod. U. *Et* pro *Ex.* Nomen *Ennii* cum abesse vidisset Bremius a Codd. Oxonn. E. et ψ., id deletum volebat Bremius. Solere enim Ciceronem, hos versus Romanis notissimos laudantem, Ennii nomen non addere: coll. de Finn. I. 2. de N. D. III. 30. Topic. 16. Add. de Invent. I. 49. 91. coll. ad Herenn. II. 22. 34. An vero, quod alibi fecit, ubique facere debuit? Excidit nimirum Ennii nomen nostro loco in quibusdam libris ideo, quia, cum scriptum esset antiquitus ENI, erant, qui legerent *enim,* ut revera exhibent Codd. nostri Cr. et W. Quod nihili esse sentientes correctores, abiicere maluerunt, quam revocare manum Ciceronis. Habet eosdem, qui sequuntur, et plures versus Priscianus de Metr. Terent. II. p. 410. ed. Krehl. T. II. coll. de Arte Gramm. VII. 8. p. 318. T. I. P. Scriverii Collectt. vett. Tragicorum p. 21. Varro de L. L. VI. p. 71. Ed. Amst. 1623. 8. (Durdr. 1619.) *Mr.*

Caesa cecidisset] Nostri MSSti *caesae accidissent.* Debebant *caesa accidisset,* quod etiam *Grutero* revocandum videbatur: licet alioqui bene se habeat recepta lectio. Vide quae diximus ad lib. III. N. D. cap. 30. *Davies.*

Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes!] Quamquam ego ad Cic. de N. D. III. 30. p. 655. sq. ed. Crz. et nostr. mai. cum Heindorfio et Creuzero praetuli *accidisset,* nunc tamen, ut idem facerem, a me impetrare non potui. Solum enim verbum *cadere,* nec vero *accidere,* commode

Licuit vel altius, *Utinam ne in Pelio nata ulla unquam esset arbor!* etiam supra, *Utinam ne esset mons ullus Pelius!* similiterque superiora repetentem regredi infinite licet.

convenit verbis *ad terram* [quamquam est apud Plautum in Poenulo II. 38. de *avibus: accidebant ad terram;* et est in nonnullis libris Ovid. Fast. V. 360 v. Dan. Heins. Comm. p. 924. ed. Lips.]; idque dedit etiam nuper in his iisdem versibus Krehlius apud Priscian. de metris Terent. p. 410. et Lindemannus eodem loco in Prisciani Opp. minn. (Lugd Bat. 1818. 8.) p. 242. Quomodo vero in nonnullis libris vera scriptio *cecidisset* mutari potuerit in deteriorem *accidisset*, id, qui veterum libros MSS. manibus tractavit, nemo mirabitur. Est autem proba lectio in Codd. U. M. Cr. N. S. R. Par. W. Vind. A. nisi quod in his omnibus pluralis numerus ponitur *caesae cecidissent abiegnae* [unus U. habet *se* pro *caesae*], ut in Edd. Asc. 2. Crat. Sed plane nobiscum faciunt, singulari numero utentes Edd. reliquae; sola Vall. habet *caesae cecidisset abiegna*. In Cod S. est *in terram abiegne*, in Cod. Par. *ad terram abiegne*, in Cod. R *abiete in terram*, in Codd. U. N. *ab igne ad terram*. Soli L. c. et Vind. B. *accidissent*. Vind. A. habet *cecidissent altis abiegnae trabes. Mr.*

Licuit vel altius] Cod. S. *vel alteri*. R. *vel aliter*. Quae sequuntur *Utinamne — esset arbor* desunt in Cod. Vind. B., verba *in Pelio nata ulla unquam* omissa sunt in Cod. R. In Cod. S. scriptum est: *Utinam in Pelio nulla unquam nata esset arbor;* quod est interpretis. Constructionis *utinam ne* exempla vid. apud Tursellin. de Particul. p. 1123. ed. Schwarz. In Cod. P. deest *nata*, et scribitur *nunquam*. Post *esset arbor* Cod. R. pergit *nemus Pelio. etiam sic, Utinam ne in Pelio esset mons ullus Pelius. Mr.*

mons ullus Pelius!] Ita Codd. et Edd., praeter Davisianam, omnes. Quamquam placet Ernesto, quod vel Dav. fecit vel operae eo invito, restituenda tamen visa est librorum lectio, de qua ita disputat Bremius, taciturus fortasse, nisi casu excidisset vox *ullus* in Ed. Dav. Ita igitur ille: „si quis loci sensum perquirat, *ullus* non satis aptum esse inveniat. Si Cicero scripsisset *nullus*, alia res esset. Id enim monendum est, Ciceronem non solere *non ullum* pro *nullum*, *non unquam* pro *nunquam* dicere, quamquam saepissime dicat *nec ullum*, *nec unquam*. Sunt quidem exempla quaedam, quamquam ea quoque pauca, in quibus *non ullus* pro *nullus* dictum videatur, sed si diligentius inquiras, *non* ad verbum pertinere invenies, et *ullus* suam vim habet. Cf. v. c. de Finn. III. 15. Brut. 90. [Vid. quae ad hunc ipsum Bruti locum contra Bremium monet Ellendt. in sua Bruti editione p. 220. sq.] At vero si nostro loco *utinam ne esset* coniungas, et *ullus* propria vi accipias, sententia non satis accurata est: quod libenter concedo. Sed Cicero cum dixerat, *utinam ne in Pelio ulla unquam esset arbor*, flumine quodam orationis abreptus addidit: *utinam ne esset mons ullus Pelius*, non curans, an omnibus expensis satis recte dicatur." Quae posteriora mihi probabiliter disputata videntur. *Mr.*

similiterque superiora] Cod. M. *similiter torque*. Vocem *superiora* non habent Cod U. Edd. Asc. 1. Vall. Deest vox *repetentem* in Codd. Par. N. R. M. S. In Codd. Par. N. est *regnandi* pro *regredi*. Pro *infinite* est *in infinitum* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Boul. Sylb. Pro *neve* Codd. Vind. A. S. *nonne*. *Mr.*

b. *Neve inde navis inchoandae exordium*
Coepisset.

Quorsum haec praeterita? Quia sequitur illud,

Nam numquam hera errans mea domo efferret pedem,
Medea, animo aegro, amore saevo saucia,

non, ut eae res causam afferrent amoris.

16. 36. Interesse autem aiunt, utrum eiusmodi quid sit, sine

Inde navis incheandae *exordium*] Pall. tres, Fabr. *inchoandi*, quod probabat Gulielmius; atque si *navis* poneretur accusandi casu ἀρχαϊκῶς. supra etiam erat in Fabr. et Pith. *accidissent abiegnae* etc. adeo ut videatur revocandum, *accidisset*. *Grut.*

inde navis inchoandae exordium Coepisset.] Cod. U. *navis idem inchoandi exordium cepisset.* Cod. R. *inde navis maius inchoandi exord. concepisset.* Est etiam *inchoandi* in Codd. L. c. Par. In Cod. Cr. est *incohandi*, in Cod. S. *incohandae*, de qua scriptione prisca vid. quos laudavimus ad Cic. de Rep. I. 35. p. 145. Post *exordium* sequitur in Codd. Par. et S. *quorsum cepisset haec*, inverso ordine. Sed Cod. L. c. habet *quorsum coepisset quorsum haec*, Cod. autem R. plane omittit *quorsum*. Eius loco Cod. W. habet *Quursum*. Pergunt Codd. S. N. R. *quia si queritur illud*. Cod. N. habet *exorsum quorsum coepisset*. *Mr.*

Quia sequitur illud etc.] De sententia loci ita disputat Bremius, ut dicat, *sequi* et *causam afferre* opponi sibi invicem: *sequi* significare *post aliud esse*, ita ut, nisi illud fuerit, neque hoc sit: veluti, si nulla arbor fuisset, ex qua navis exstrueretur, ne reliqua quidem illa fieri potuissent. *Causam* autem *afferre* esse, quod Cicero alibi dicit *efficienter alicui antecedere*, ita ut necessario aliud efficiatur; sensum igitur esse: Quorsum haec praeterita? quia sine his reliqua fieri non potuissent, non quod ex iis necessario sint effecta: quia haec est quidem causa antecedens, sed non principalis et perfecta. Ciceronem vero in altero membro loquendi rationem mutavisse, cum diceret *ut*. Refert denique hanc sententiam etiam vulgatae lectioni tribuere Hottingerum, eundem tamen de corruptione suspicari, ita tollenda, ut legas: *Quorsum haec praeterita? Num, ut eae res causam afferrent amoris? quia sequitur illud: Nam nunquam* etc. Quae ita placent, ut tamen a mutatione scriptionis vulgatae manum abstinendam existimaverim. *Mr.*

Nam nunquam etc.] Cod. R. *nam nusquam*. Idem pergit cum Codd. W. M. *era* pro *hera*, quam vocem plane omittit Cod. Cr. Tum Par. S. M. N. *mea errans*. Vocem *mea* omittit Cod. R. pro *efferret* est *deferret* in Cod. Vind. A., *referret* in Cod. R., *hec ferret* in Codd. U. S. M. quod ortum est ex antiqua eaque proba scriptione *ecferret*. Vid. Niebuhrii Conspectum Orthographiae Cod. Vat. ad calcem Ed. nostrae Cic. de Rep. p. 621. — Nomen *Medeae* abest a Codd. R. M. S. Cod. R. habet: *animo aegro amore aegro saevo saucia.* Vind. A. S. *nati non ut*. S. Cr. U. Par. R. *hae res*, ut Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Sturm. Pro *afferrent* Codd. R. N. habent *afferent*. *Mr.*

Non ut eae res causam afferrent amoris] Videntur ante haec quaedam desiderari. Lambin. Nihil desiderari mihi videtur. Scilicet *ut causam adferrent amoris*, idem valet ac *quod causam adferrent amoris*. Vide *J. H. Boeclerum* ad *Tursellinum* de Part. pag. 447. et *Joan. Verstium* de Latin. falso suspect. cap. XXIV. pag. 198. seqq. *Dav.*

utrum eiusmodi quid sit,] Cod. M. *unum utrum*. In Cod. R. est *eius-*

quo aliquid effici non possit, an eiusmodi, quo aliquid effici necesse sit. Nulla igitur earum est causa, quoniam nulla eam rem sua vi efficit, cuius dicitur causa: nec id, sine quo quidpiam non fit, causa est; sed id, quod cum accessit, id, cuius causa est, efficit necessario. Nondum enim ulcerato serpentis morsu Philocteta,

c e *modi*. Tum scripsi ex Codd. L. a. c. U. Par. et Edd. (praeter Ram. et Rob. Steph.) omnibus *sine quo aliquid effici*, cum in reliquis libris et in duabus, quas dixi, editionibus sit *sine quo effici aliquid*. Mox R. iterum *ciuscemodi*. Tum Codd. Par. M. N. S. Vind. B. *cum quo*, et Codd. L. c. Cr. M. W. rursus *effici aliquid*, Par. *efficit aliquid*. Reliqui omnes et scripti et editi nobiscum faciunt. Verba *quid sit — an eiusmodi* desunt in Cod. M. Cod. N. habet *posset* pro *possit*. N. habet *aliquid necesse sit effici*. Vocem *igitur* omittit Cod. N. *Mr.*

An eiusmodi quo aliquid] Publicati passim, *eiusmodi*, cum *quo*, sed praepositio non erat in Pal. sec. aut Victorianis. *Grut.*

Quia nulla eam rem sua vi etc.] Haud aliter tres Pall. et Fabricianus. nam Vict. et Turneb. *earum rerum sua vi.* vulgg. *nullam rem* etc. *Grut.*

quoniam nulla eam rem sua vi efficit,] Ita Codd. L. a. c. Par. W. [nisi quod in hoc coniunctim scribitur *suaui*] Vind. A. B. Copp. Victt. b. Edd. Grut. Gron. Verb. Dav. Ern. Oliv. Bip. Brem. Sch. In Cod. Cr. est *quoniam causa nullam eam rem sua vi efficit.* R. *quum nulla causa rem sua vi efficit.* S. *quoniam nullam rem s. v. e.* Cod U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. *quia nulla earum eam rem sua* [*sua* non habet U.] *vi efficit.* Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Ram. *quia nulla earum rerum sua vi efficit id;* sed Crat. et Herw. in varr. lectt. habent *nullam rem.* Additum est *id* etiam in Codd. S. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall., cuius vocis loco Codd. Cr. W. L. c. Par. N. M. R. ante *cuius* additum est *in*. Pro *dicitur* *causa* scribitur *causa dicitur* in Codd. Vind. B. U. W. Edd. Asc. 1. Vall. In Edd. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. legitur: *quoniam nullam rem sua vi efficit cuius dicitur causa.* Quod ait Bremius in aliis esse: *quoniam nullam rem sua efficit*, idque esse absurdum: id certe verum est, hoc esse absurdum, sed verbum *vi* in nullo libro desideratur. Quamquam ne sic quidem ista lectio proba est. Eam, quam nos ex optimis libris dedimus, lectionem optimam esse, cuivis locum accurate inspicienti patet. *Mr.*

nec id — sed id — id cuius] Ne quis ter repetito *id* offendatur, Bremius laudat similia Ciceronis loca de N. D. II. 17. de Off. I. 1. cui add. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 22. 57. et ad Acadd. II. 9, 27. p. 54. sq. Scribitur in Codd. M. N. R. S. Par. *ne id*. Pro *non fit* est *non sit* in Codd. Cr. Par. N. M. S. Verba *sed id — cuius causa est* desunt in Cod. Cr. In Cod. S. est *se id*. Pergit R. *quod accessit*, omisso *cum;* tum habet *id quod cui causa est.* In Codd. L. c. W. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Rob. Steph. Vict. scribitur *cuius est causa*. Cr. *efficitur* pro *efficit:* quem vides favere correctioni a Davisio ex suis Codd. commendatae. Sed nihil opus mutatione. *Mr.*

Efficit *necessario*] Legendum *efficitur*, quemadmodum Eliens. Reg. et Cantab. diserte repraesentant. *Dav.*

Nondum enim ulcerato] Confert hunc nostrum locum *Schulthess.* loco Alexandri Aphrodis. de Fato xxv. p. 80. ubi est: οὐ μὴν χρὴ τοιαύτην ὑπολαμβάνειν (αἰτίαν), ὥστ' ἐκ τοῦ πρεσβυτέρου γίνεσθαι τὸ νεώτερον,

quae causa in rerum natura continebatur, fore, ut is in insula Lemno linqueretur? post autem causa fuit pro-
37. pior et cum exitu iunctior. Ratio igitur eventus aperit causam. Sed ex aeternitate vera fuit haec enuntiatio: Relinquetur in insula Philoctetes, nec hoc ex vero in falsum poterat convertere. Necesse est enim in rebus

ὡς ὁρῶμεν γινόμενον ἐπὶ τῆς τῶν ζώων γενέσεως· εὔλογον δὲ καὶ ἀρχήν τινα ἐν τοῖς αἰτίοις εἶναι λέγειν, οὐκέτι ἄλλην πρὸ αὐτῆς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν ἔχουσαν. Scribitur in Codd. R.S.U. *nundum*. Pergit R. *est alterato serpentis*. Tum Cr. W. *filocteta*. R.S. *Philoteta*. Sequitur in Cod. U. *quae causa rerum natura continebatur;* in Codd. Par. N.S. Vind. A. *quae causa continebatur in rerum natura;* in Cod. W. *quae causa interim natura continebatur:* in Cod. M. *quae causa contendebatur. Mr.*

fore, ut is in insula Lemno linqueretur?] Adhibuit hunc locum ad illustrandam iconem in patera antiqua exhibitam, *Bianchani*. Vide *Schiassi de pateris antiqq.* p. 25. et *Inghirami Monumenti Etruschi* ad tab. XXXVIII. *degli specchi mistici* p. 405. sq. et p. 413. Sed a Iunone serpentem missum Cicero non prodit, sed Hyginus (fab. 102. p. 191. ed. Staver.) et quidem: *quia solus praeter ceteros ausus sit Herculis pyram construere*. Hinc *Herculis* etiam *haeres* Lactant. Div. Inst. I. 9. cf. Philostrati Heroica p. 702. Olear. p. 124. Boissonadii, cuius annotationem adhibe p. 503. *Cr.*

in insula Lemno linqueretur] Cod. M. *in insulalem non linq.* Cod. R. *in insula leno loqueretur.* — *Linquendi* verbum, nisi in locis poeticis, paucis tantum Ciceronis locis legitur; nimirum in Or. pro Planc. 10. 26. *quod* (Marium) *linquentem terram eam, quam servaverat, votis, ominibus, lacrimis prosecuti sunt.* de Div. I. 50. 112. *moniti Lacedaemonii sunt, ut urbem et tecta linquerent. Mr.*

post autem causa fuit propior] Cod. Cr. *Postea fuit causa propior.* W. U. *proprior.* Pro *et cum exitu iunctior* Cod. Cr. habet *et veracior.* R. *et cum exitu vicinior:* ubi glossemata scriptoris verba extruserunt. Comparativo *iunctior* noster alibi non videtur usus esse. Aliquoties apud Ovidium legitur. Pro *Ratio igitur* est *non igitur,* errore ex compendiorum permutatione (*rō* et *nō*) orto. Tum Cod. R. habet *aperit causas.* Verba *iunctior* usque ad *Sed ex* desunt in Cod. U. In Cod. Cr. scriptum est *Sed ex necessitate fuit haec enuntiatio.* Ad haec confertur in Copp. Victt. a. Simplic. *εἰς κατηγ.* [p.] 314. [ed. Ald. l. 2. sqq. — Basil. fol. 103. B. med.] *Mr.*

Relinquetur in insula Philoct.] Aliae editiones, *insula Lemno.* sed id vocis abest et Pall. tribus et Pith. neque admisit Victorius. *Grut.*

Relinquetur] Cod. R. *relinquitur.* Nomen insulae h. l. in nullo additur nostrorum Codd., nisi in Cod. N., sed est in Edd. Asc. 1. Vall. Ram. Crat. Herw. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Car. Steph. Hic vero Car. Steph. adnotavit abesse *Lemno* a vet. Cod. Quod in superioribus ad marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb. adnotatum est, pro *linqueretur* legi in aliis *relinqueretur,* id nullus habet nostrorum. In Cod. Cr. scribitur *philoteetes,* in R. et S. *philotetes.* Pergit Cr. *nec haec.* Vocem *hoc* omittunt Codd. Par. et R. Tum Cr. *ex vera.* Pro *poterat* Codd. Vind. A. S. R. M. N. *poterit.* Par. *potuit hoc.* Addit *hoc* etiam Cod. N. *Mr.*

In falsum poterat convertere] Vulgo *converti.* Nos autem a MSto stamus Eliens. Vide quae notavimus ad cap. IX. *Dav.*

contrariis duabus (contraria autem hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat) ex his igitur necesse est, invito Epicuro, alterum verum esse, alterum falsum: ut, Sauciabitur Philocteta, omnibus ante saeculis verum fuit; Non sauciabitur, falsum. Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi, qui tales enuntiationes nec veras nec falsas esse dicunt: aut, cum id pudet, illud tamen dicunt, quod est impudentius, veras esse ex contrariis disiunctiones; sed, quae in his enuntiata essent, eorum neutrum esse verum. O admirabilem 38.

convertere.] Recepi cum Dav. hoc quoque loco activam formam, ut c. 7. et 9. Multo enim veri est similius, a librariis hanc in passivam, quam passivam formam in activam fuisse mutatam. Et stant pro lectione *convertere* Codd. Vind. A. et Cr. *Mr.*

Necesse est enim] Cod. Par. *necesse est etiam:* similia nimirum sunt vocum *enim* et *etiam* compendia. De iusta hac vocis *enim* sede vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 19. 64. p. 150. In seqq. Cod. R. habet *in rebus duabus contrariis.* Vocem *in* omittit Cod. M. In seqq. *ea* abest a Cod. N. *Mr.*

alterum ait quid] Vera scriptoris manus in verbo *ait* extrusa est glossemate *affirmat* in Codd. M. Cr. Par. R. S. Vind. A. cuius loco aliud etiam Cod. N. habet, *asserit.* Praeterea P. habet *quod* pro *quid.* De particula *igitur,* nostro post parenthesin usitatissima, vid., ut alios praeteream, Tursellin. de Particull. p. 352. sq. ed. Schwarz. Verba *invito Epicuro* spuria censet Bremius, quia mox subsequitur *Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi:* cui assentitur Schützius. Ego vero et propter librorum consensum, et, quia in seqq., quae h. l. significantur tantum, fusius exponuntur, nihil novandum censui: praesertim cum fieri possit, ut voluerit ipse Cicero initio his duobus verbis (invito Epicuro) defungi negotio reprobandae Epicureorum sententiae, cui postea aliquid addendum esse videret, neque tamen priora immutare vellet. De sententia loci vid. nostrum de N. D. I. 25. ubi v. interprr. p. 111. ed. Cr. et nostr. mai. Verba *alterum verum esse* exciderunt in Cod. M. *Mr.*

Sauciabitur Philocteta] Editi alii, *Philoctetes.* verum est in Pall. in Pith. et Victorianis alterum. *Grut.*

Sauciabitur Philocteta] Cod. U. *saciabitur.* Cr. *Philotecta*, ultimae literae superscripto *ae.* R. *Philoteta.* Scribitur *Philocteta* in Codd. rell. omnibus, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Rob. Steph. Vict. et post Gruterum Verb. Gron. Ern. Brem. Sch. Reliqui habent *Philoctetes.* Conf. *K. L. Schneider. Lat. Gramm.* II. *Formenl.* I. p. 30. *Mr.*

omnibus ante saeculis verum fuit;] Cod. Cr. *autem* pro *ante.* Codd. M. R. S. *verum saeculis fuit.* Par. *verum saeculis id fuit.* In Cod. W. desunt verba *Philocteta — non sauciabitur,* scriptoris oculo a priore verbo ad idem posterius aberrante. De formula *nisi forte* eiusque sententia et usu praecipit Beier. ad Cic. de Off. I. 33. 120. p. 254. sq. Pro *volumus* est *voluerimus* in Codd. M. Par. N. R. S., Edd. Vall. et Asc. 1. quod est correctoris. Pro *opinionem* est *opiniones* in Codd. U. N. Edd. Asc. 1. Vall. Mox Cod. Cr. *veras* pro *tales.* *Mr.*

cum id pudet,] Cod. U. *putet* pro *pudet.* In seqq. Cod. L c. exhibet *diiunctiones.* Cr. *enuntiata ita essent.* Codd. S. M. *esset.* Tum Par. N. *neutrum eorum,* inverso ordine. Cod. S. *scientiam* pro *licentiam.* L. c. *mirabilem* pro *miserabilem:* quod, ut

luisse: sed applicat se ad eos potius, qui necessitate

potius respexit Graecum μέσον τέμνειν. Docet Victorius: cui adstipulatur Marinus in *Atti e Monumenti degli Arvali* p. 599. *Cr.* — Μέσον τέμνειν non commode exprimitur Latine *medium ferire*. Nimirum Graeci, cum hoc loquendi modo utuntur, intelligunt vel κέλευθον, vel simile quodpiam vocabulum, ducta scilicet metaphora a cursu navium. Quod loquendi genus imitati Latini, *aequor* modo *secare* dicunt, modo *findere*, modo *sulcare*; sed *medium ferire* nemo. Quo enim modo *ferire* dicerent? Num *navi?* aut *carina?* At hoc quidem absurdum. Num *pedibus?* Ne id quidem tolerabile. *Hottinger.* — Videtur tamen illud μέσον τέμνειν proverbialis quaedam apud Graecos fuisse locutio, in quibus, ut solet, diuturnitate temporis propria vis et ellipsis perit, significatio permanet. Quam locutionem si quis Romanus Latine vertere voluit, fortasse ille item formulam quandam proverbii similem eligere potuit, etsi ab alia re petitam v. c. de scopo. Mihi sane improbabile non est, Ciceronem ipsum hoc, quod dicit, ex Graeco fonte hausisse, in quo erat μέσον τέμνειν. Accedit quod, in alia quidem locutione, Graecum ὅρκια τέμνειν (Hom. Il. III. 94.) a Latinis redditur *foedus ferire*: ad cuius normam, primariam verbi significationem non admodum urgens, *medium ferire* scriptor Latinus dicere ausus esse videtur. *Medium se ferre* nullus habet Cod. MS., eaque poetae potius vel scriptori poetas imitanti, quam Ciceroni, conveniret. Quod vero pro Planc. 40. dixit *obviam se ferre*, de gressu corporeo dixit; non dixit in metaphora. Quod vero ait Faber ad Acadd. II. 46. p. 861. *medium se ferre* esse διὰ μέσου βαδιεῖσθαι, id verum non est. Latini enim dicerent *medio ire*. *Brem.*

Medium ferire voluisse] Sic restituit hunc locum *Pet. Victorius*, cum antea legeretur, *medium se ferre voluisse*. Est autem *medium ferire*, mediam quandam sequi sententiam. Lege *Victorium* lib. I. Var. Lect. cap. 17. *Lambin.*

Medium ferire voluisse] Est a Victorio, qui consulatur lib. I. Var. Lect. cap. 17. Pal. sec. *medium ferre voluisse*: tert. quart. *medium ferre voluit se*. Vulgata, *medium se ferre voluisse*. *Gruter.*

medium ferire voluisse:] Non videtur necessarium pluribus verbis commendare hanc lectionem, post ea, quae ex Bremii disputatione excerpsi. Illud addo, firmari eam auctoritate Codd. Vind. A. B., nostrorum L. a. c. W. Par. N. et Copp. Victt. b. receptamque esse ab Edd. Rob. Steph. Vict. Ram. Lamb. pr. Grut. Verb. Ern. Gron. Oliv. Bip. Brem. Sch. In Cod. S. est, ut monuimus, *fertur medium voluisse*; in Cod. R. *medium fertur voluisse*; in Cod. Cr. *medium* (in marg.: al. *medicum*) *venire voluisse*: ubi vides pravam lectionem *venire*, errore audientis ortam, quam etiam ex Cod. Guelf. enotavit *Bremius*, peperisse medicinam a correctore non vocabulo corrupto, sed sane (ut solent facere correctores), adhibitam. In Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. *medium fieri voluisse*: sed duae posteriores iam habent in varr. lectt. *medium se ferre voluisse*, quam lectionem habent Edd. reliquae omnes, Codd. MS. nullus. In Copp. Vi. a. est *voluit*, laudaturque Plat. de Legg. 275. [ed. Ald. L. VII. c. 3. p. 248. ed. Ast.] et Epist. 424. [Ald. VIII. p. 355. D.] *Mr.*

sed applicat se ad eos potius,] Vocem *se* omittunt Codd. Par. U. N. Ed. Asc. 2. Eadem Ed. et Cod. U. habent *ad deos*. *Mr.*

Necessitate motus animos liberatos] Haec non tentarunt viri docti, quod vocem *motus* in gignendi casu positam esse censuerunt. Sed ea σύνταξις absurdum nulloque modo verum parit sensum. Omnino legendum, *motus animi*, prout vidit etiam *Mer. Casaubonus* ad *Antonini* lib. III. §. 4. vel *animorum*; quemadmodum paullo ante *motus animorum voluntarios* dixit. Vide sis et c. XX. *Dav.*

motus animorum liberatos volunt. Dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. Atque hoc, si placet, quale sit 40.
videamus in assensionibus, quas prima oratione tractavi. Eas enim veteres illi, quibus omnia fato fieri videban-

motus animorum liberatos] Vulgo *motus animos*, vitiose et sensu plane absurdo. Vide supra cap 11. *Lall.* — Facere non potui, quin reciperem hanc Davisii correctionem, qua sua restituitur Ciceroni sententia, suusque sermo; ita enim supra XI, 25. dixit: *Similiter ad animorum motus voluntarios non est requirenda externa causa:* et infra XX. 48. *Nec vero quisquam magis confirmare mihi videtur non modo fatum, verum etiam necessitatem, — sustulisseque motus animi voluntarios, quam hic* etc. Defendit quidem vulgatam Wopkensius l. c. p. 306. sq. dicens: „Si per *necessitatem motus*, quo animi liberati dicuntur, intelligamus non eam, qua non possit absque motu esse animus, quo sensu absurdissimo lectionem hanc ursisse videntur eruditi, sed eam necessitatem, qua non possit animus aliter moveri ac moveatur, non videtur tam incommodus loci sensus, ut admitti plane nequeat.“ Cui Bremius recte: „verum illi mihi viri haud immerito dubitasse videntur, num hunc sensum verba admittant. Certe, quod haud parum valet, Cicero, qui in hoc libello saepius eandem exprimit sententiam, nunquam hac loquendi formula utitur. *Necessitas motus* dicta foret pro *necessario motu*, quod fortasse per se satis Latinum foret.“ Latinum quidem: sed sententiae loci non accommodatum. Non enim vult, *qui volunt animos liberatos motu, sine quo esse non possunt;* sed: *qui volunt animorum motus esse a necessitate liberatos, vel, quod dicunt, spontaneos. Mr.*

delabitur in eas difficultates,] Codd. Cr. N. R. *dilabitur*. Noster de Rep. I. 28. p. 118. sq. *cuius in similitudinem dominatus unius proclivi cursu et facili delabitur.* Vocem, quae sequitur, *ut* omittit Cod. S.; eius loco Cod. U. habet *et* N. *ubi*. In seqq. Cod. R. *invictus. atque si hoc placet.* N. *atqui hic si placet.* Pergit Cod. U. *et quale sit.* W. *quales sit.* S. *videamus in ascensionibus.* Cr. *videamus in assentionibus,* supra lin. ad literam *t* scriptum est *ss*. Tum R. *quarum prima oratione tractavi.* Hunc Bremius locum sibi de mendo suspectum esse ait, quia non facile credi possit, Ciceronem de re, de qua iam locutum se esse dicit, dicturum fuisse *videamus*, eamque sic repetiturum: imo ita potius scripturum fuisse (siquidem prima oratione assensiones tractasset): *Atque hoc quale sit, vidimus in assensionibus, quas prima oratione tractavi.* Sed cum nunc quidem praecipua sequatur tractationis illius pars, veri non esse simile, eandem rem ab eo iam supra fuisse tractatam, eamque nunc consulto et data opera moleste repeti. Suspicatur igitur legendum esse: *quas prima oratione tractavit* sc. *Chrysippus.* Veri enim simile esse, Ciceronem, quum varias illas Graecorum sententias proferre inceperit, libri illius mentionem fecisse, in quo Chrysippus *de Fato* disputabat. Hoc igitur loco Cicero diceret, *prima* illius libri *parte*, orationis fortasse speciem habentis, Chrysippum assensiones tractasse. Ego, ut fateor, haec non absone esse disputata, ita tamen huic suspicioni non tantum tribuo, ut eam, praesertim in hoc libello mutilo, recipiendam censeam. *Mr.*

Eas enim veteres illi] Cod. S. *Ea enim.* Cod. R. *Fas enim.* In seqq. Cod. U. omittit *fato*. N. habet *quibus omnibus.* Mox Cod. S. *in* pro *vi*. N. *ne*. Tum R. *et ex necessitate.* Tum Cod. M. *quod autem.* Pro *ab his* Cod. Cr., ut solet, *ab hiis,* W.

tur, vi effici et necessitate dicebant. Qui autem ab his dissentiebant, fato assensiones liberabant, negabantque, fato assensionibus adhibito, necessitatem ab his posse removeri: iique ita disserebant: Si omnia fato fiunt, omnia fiunt causa antecedente: et, si appetitus, illa etiam, quae appetitum sequuntur: ergo etiam assensiones. At, si causa appetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. Quod si ita est, ne illa quidem, quae appetitu efficiuntur, sunt sita in nobis. Non sunt igitur neque assensiones
b. neque actiones in nostra potestate. Ex quo efficitur, ut nec laudationes iustae sint, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia. Quod cum vitiosum sit, proba-

et R. Ed. Asc. 1. *ab iis*. Mox Codd. M. S. *assentones liberabant*, ut voluisse videantur *assertores*, quo vocabulo Cicero non videtur esse usus. Pro *adhibito* in Cod. U. scriptum est *adhabito*. Tum Cr. rursus *ab hiis* et mox *hiique*, Par. W. S. R. *hique* pro *iique*, Cod. U. *Hii qui ita disserabant*. *Mr.*

Si omnia fato fiunt — nec supplicia.] Ad hunc locum vid. disputantem *Baguet.* de Chrysippo p. 98. In Codd. U. N. est *sunt;* in Cod. R. scriptum est: *Si omnia fato fuit, fuit causa antecedente*. Cod. M. omittit *fato*. Par. *antecedente causa*, cum Cod. N. inverso ordine. Tum R. *et sic appetitus illarum quae*. Cr. *quae appetunt sequuntur*. Par. *quae appetitum assequuntur*. Cod. R. omittit *etiam* post *ergo*. S. habet *ergo etiam assensionibus*. Idem in seqq. *At si causa appetitus est* omisso *non:* idemque sequentia *sita in nobis* usque ad *efficiuntur, sunt* nonnisi in marg. habet. Cod. R. habet *nec ipse quidem*, et mox *nec illa quidem*. Quid intersit inter *nec — quidem* et *ne — quidem* de eo vid. Gernhard. ad Cic. Cat. mai. IX. 27. p. 50. sq. coll. eod. ad X. 33. p. 60. In fine periodi Codd. Par. N. habent: *efficiunt, sita in nobis sunt*. Paullo superius Codd. M. N. *si ita* pro *sita*. Et ita M. etiam h. l. *Mr.*

Non sunt igitur — quaecunque fiant.] Ad sententiam convenit locus Alexandri Aphrodis. de Fato XVI. p. 59. ed. Orell.: *Οἷς πῶς ἐπιτιμήσουσιν εὐλόγως οἱ διὰ τῶν δογμάτων τούτων αὐτοῖς διδάσκαλοι γεγονότες; μᾶλλον δὲ οὔτε ἐπιτιμήσεις, οὔτε κολάσεις, οὔτε προτροπὴ, οὔτε τιμὴ, οὔτ᾽ ἄλλο τι τῶν τοιούτων τὴν οἰκείαν σώσει κατ᾽ αὐτοὺς φύσιν, ἀλλ᾽ ἔσται καὶ τούτων ἕκαστον γινόμενον κατηναγκασμένως, ὥςπερ κἀκεῖνα, ἐφ᾽ οἷς ταῦτα γίνεται.* — Post *non sunt igitur* Cod. S. omittit *neque*. M. habet *non igitur sunt*. In seqq. Cod. U. habet cum omnibus Edd. ante Grut. *ut neque laudationes*. In Codd. reliquis omnibus et Edd. recc. est *ut nec laudationes*. Cod. S. habet *vere* pro *iustae*. W. inserit *potest* ante *putant*, sed illa vox punctis notata est. Verba *quaecunque fiant* desunt in Cod. U. *Mr.*

Quod cum vitiosum sit etc.] Confert cum h. l. *Schulthess.* locum Alexandri Aphrod. de Fato p. 14. cap. V. ubi est: *Εἰ ἐφ᾽ ἡμῖν δὲ ταῦτα, ὧν καὶ τοῦ πραχθῆναι καὶ τοῦ μὴ πραχθῆναι ἡμεῖς εἶναι δοκοῦμεν κύριοι, τούτων δ᾽ οὐχ οἷόν τε λέγειν αἰτίαν τὴν εἱμαρμένην οὐδὲ ἀρχὰς εἶναί τινας, καὶ αἰτίας ἔξωθεν καταβεβλημένας τοῦ πάντως ἢ γενέσθαι τι αὐτῶν ἢ μὴ γενέσθαι. Οὐκέτι γὰρ ἂν εἴη τι τούτων ἐφ᾽ ἡμῖν, εἰ γένοιτο τοῦτον τὸν τρόπον.* Pro *probabiliter* Cod. N. *rationabiliter*. *Mr.*

biliter concludi putant, non omnia fato fieri, quaecumque fiant.

Chrysippus autem cum et necessitatem improbaret, 18.
et nihil vellet sine praepositis causis evenire, causarum 41.
genera distinguit, ut et necessitatem effugiat, et retineat fatum. Causarum enim, inquit, aliae sunt perfectae et principales, aliae adiuvantes et proximae. Quam ob rem cum dicimus, omnia fato fieri causis antecedentibus, non hoc intelligi volumus, causis perfectis et principalibus, sed causis adiuvantibus antecedentibus et proximis. Itaque illi rationi, quam paullo ante conclusi, sic occurrit: Si omnia fato fiant, sequi illud quidem, ut omnia

Omnia fato fieri, quaecunque fiant] Gulielmius auctoritate codicis Pithoeani delebat, *quaecunque fiant,* cui aberat. habent tamen Pall. *Grut.*

Chrysippus autem cum etc.] Laudat hunc locum *Schulthess.* ad Alex. Aphrod. de Fato XXII. p. 72. ed. Orell. ubi haec leguntur: *Οὔσης δὲ τινος διαφορᾶς ἐν τοῖς αἰτίοις, ἣν ἐκτιθέντες (σμῆνος γὰρ αἰτίων καταλέγουσι τὰ μὲν προκαταρκτικὰ, τὰ δὲ συναίτια, τὰ δὲ ἑκτικὰ, τὰ δὲ συνεκτικὰ, τὰ δὲ ἄλλο τι. οὐδὲν γὰρ δεῖ τὸν λόγον μηκύνειν εἰς πάντα τὰ λεγόμενα παρατιθεμένους τὸ βούλημα αὐτῶν δεῖξαι τοῦ περὶ τῆς εἱμαρμένης δόγματος). Ὄντων δὲ πλειόνων αἰτίων, ἐπίσης ἐπὶ πάντων αὐτῶν ἀληθές φασιν εἶναι τὸ ἀδύνατον εἶναι, τῶν αὐτῶν ἁπάντων περιεστηκότων περί τε τὸ αἴτιον, καὶ ᾧ ἔστιν αἴτιον, ὁτὲ μὲν δὴ μὴ οὕτω συμβαίνειν, ὁτὲ δὲ οὕτως. ἔσεσθαι γὰρ, εἰ οὕτω γίνοιτο, ἀναίτιόν τινα κίνησιν.* Quo loco, ut hoc obiter moneam, animadverte interruptam ante parenthesin, et post parenthesin alio modo continuatam constructionem. *Mr.*

cum et necessitatem] Cod. Cr. *et cum necessitatem.* Idem mox *si* pro *sine.* Ibi R. N. *nisi propositis causis.* De scriptione *propositis* vid. annott. c. XIV. extr. Idem Cod. R. vocem *causarum* ante *genera* omittit. Post *ut* abest *et* in Codd. Cr. et Par. Pro *necessitatem effugiat* Cod. W. habet *necessitate efficiat.* In Cod. M. est *distinguitur* pro *distinguit.* In Cod. N. omittitur *perfectae. Mr.*

Causarum enim] Cod. R. *earum enim:* quae lectio orta est ex compendio *cārū.* In eodem Cod. scriptum est: *Quam ob rem ut dicimus omnia fieri causa antecedente proxima:* tum omittit omnia inter *non hoc* et *Itaque. Mr.*

Causis adiuvantibus, antecedentibus, et proximis] Rescribendum puto, *causis adiuvantibus et proximis,* deleta voce *antecedentibus*, quae, si non prorsus est importuna, certe parum videtur necessaria. *Dav.*

sed causis adiuvantibus antecedentibus et proximis.] Sustuli cum Bremio et Schützio distinctionem post *adiuvantibus,* quo facto non opus fuit delere cum Davisio *antecedentibus.* Causarum enim *antecedentium* duo sunt genera: aliae sunt *perfectae* et *principales s. primariae,* quae, si accedunt, statim aliquid efficiunt: aliae sunt tantum *adiuvantes, proximae s. secundariae.* Intelligendus igitur noster locus ita, quasi scriptum sit: *dum causae antecedant adiuvantes et proximae.* Quae cum recte viderit Bremius, non debuit probare Davisii emendationem, quae plane est supervacanea. Cod. Par. habet *antecedentibus adivantibus* (sic). *Mr.*

sequi illud quidem — antepositis;] Cod. Cr. *Sequitur.* R. *Sequitur*

causis fiant antepositis; verum non principalibus causis et perfectis, sed adiuvantibus et proximis. Quae si ipsae non sint in nostra potestate, non sequitur, ut ne appetitus quidem sit in nostra potestate. At hoc sequeretur, si omnia perfectis et principalibus causis fieri diceremus, ut, cum hae causae non essent in nostra
42. potestate, ne ille quidem esset in nostra potestate. Quam ob rem qui ita fatum introducunt, ut necessitatem adiungant, in eos valebit illa conclusio. Qui autem causas antecedentes non dicent perfectas neque principales, in eos nihil valebit. Quod enim dicantur assensiones fieri causis antepositis, id quale sit, facile a se explicari putat. Nam quamquam assensio non possit fieri nisi commota viso; tamen, cum id visum proximam

illud ut causis f i a t antepositis, omissis verbis *quidem* et *omnia*. Ad v. *antepositis* Henr. Steph. in Cic. Lex. p. 205. observa, ait, *causas antepositas* a Cicerone vocari, quas prius *antecedentes* et *antegressas* dixerit, *προηγούμενα* vel *προκαταρκτικὰ αἴτια;* quamquam non tam huius, quam illius vocis vis hisce verbis Latinis exprimitur. *Principales* autem et *perfectas κύρια καὶ αὐτοτελῆ. Adiuvantes causas συναίτια. Proximas causas προσεχῆ αἴτια.* Antea enim vocaverat *naturalem causam αἴτιον φυσικόν. Mr.*

verum non principalibus c a u s i s et perfectis] Abest vox causis a Cod. U. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Ram. Car. Steph. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Grut. Verb. Gron. Ern. Sch. Bip. Oliv.; sed eam tuentur Codd. omnes reliqui et Edd. Asc. 1. Vall. Rob. Steph. Vict. Dav. Brem. et Copp. Victt. *Mr.*

Quae si ipsae non sint in nostra potestate,] Cod. Cr. *ipsa* pro *ipsae*. W. *sunt* pro *sint*, sed literae *u* punctum subscriptum *est*. Sequentia *non sequitur — sit in nostra potestate* desunt in Codd. Cr. M. W. R. In Cod. Par. est *a u t non sequitur;* in Codd. U. M. S. Ed. Asc. 1. *a t non sequitur.* Voculam *ut* omittit Ed. Asc. 1.; voculam *ne* Cod. S. In Cod. R. desunt etiam omnia, quae sunt inde ab *At hoc* usque ad *esset in nostra potestate. Mr.*

ut, cum hae causae] Cod. S. *ut cum e s s e n t causae.* W. *ut cum m e a e causae:* uterque error ortus est ex scriptione *eę* pro *hae*. Verba *ne ille quidem esset in nostra potestate* exciderunt in Codd. R. U. M. N. L. c. Par. Edd. Asc. 1. 2. Vall. In Cod. Cr. est *essent* pro *esset*. Mox in Cod. R. *e t necessitatem* pro *u t necessitatem*, et *i p s a conclusio* pro *i l l a conclusio. Mr.*

Qui autem causas etc.] Ad loci sententiam vid. quae disputat *Baguet.* de Chrysippo p. 98. sq. In seqq. pro *dicent* est *dicunt* in Codd. S. R. Par., in Cod. W. *dicet.* Mox Cod. Par. *Quae* pro *quod;* S. *nil* pro *nihil;* idem *dicatur* pro *dicantur;* sed R. U. *dicuntur.* Cod. U. *a t e positis* pro *antepositis.* Pro *in eos* Cod. M. habet *i n d e eos*, Cod. N. *in i l l o s. Mr.*

facile a se explicari p u t a t.] Cod. R. *a se facile*, ordine inverso, quod autem probabat Bremius *putat* pro vulgato *putant*, sed corrigere non audebat, cum in solo Cod. Guelf. reperisset, ego cum Sch. correxi, cum haec ad solum Chrysippum spectent, et firmetur lectio *putat* Codd. Cr. S. W. L. c. Vind. A. Copp. Victt. b. *Mr.*

nisi commota viso] Cod. Cr. *nisi c o m m o t o viso*, sed supra lin. *com-*

causam habeat, non principalem, hanc habet rationem
(ut Chrysippus vult) quam dudum diximus, non, ut illa
quidem fieri possit nulla vi extrinsecus excitata, (necesse
est enim assensionem viso commoveri) sed revertitur ad
cylindrum et ad turbinem suum, quae moveri incipere,
nisi pulsa, non possunt. Id autem cum accidit, suapte p. 149. a.
natura, quod superest, et cylindrum volvi, et versari
turbinem putat.

Ut igitur, inquit, qui protrusit cylindrum, dedit ei 19. 43.
principium motionis, volubilitatem autem non dedit: sic

mota. R. *nisi omni mota iussione*. M. S. U. N. *nisi commota visio*. Par. *nisi commota ursio*. Pergit Cod. R. *tamen id iussum*. Codd. N. Par. *tamen cum id divisum*. Mox Codd. U. N. *causam habet*. Tum Cod. R. *per non principalem, hanc habent rationem*. In seqq. Cod. S. *quam admodum diximus* pro *quam dudum diximus*. Cod. U. *ulla* pro *nulla*: idem omittit vocem *vi* cum Cod. M., cuius loco Cod. W. habet *in*. Pro *viso commoveri* scribitur *in se commoveri* in Cod. M.; *commoveri viso* in Codd. R. S. Vind. A. N. In Cod. U. est *sed revertamur* pro *sed revertitur*. Ad h. l. explicandum facit potissimum Gellius Noctt. Att. VI. 2., qui eo capite multa de hac re ex Chrysippo attulit: ubi conf. interprr. p. 347—351. Ed. Gronov. *Mr.*

sed revertitur ad cylindrum et ad turbinem suum] Hunc quidem ad locum accommodari possunt omnes illi Homerici versus e primo libro Odysseae, quos Gellius VI. [2.] ponit; imo vero ad eum usque versum [43.], qui est apud Homerum eius sententiae totius ultimus:

— — — *ἀλλ᾽ οὐ φρένας Αἰγίσθοιο*
πεῖθ᾽ ἀγαθὰ φρονέων, νῦν δ᾽ ἀθρόα
πάντ᾽ ἀπέτισε.

Quod interpres Didymus quiddam de duobus fatis commemorat, huic loco congruentissimum. Ait enim: *Κὰκ τούτου δηλονότι δύο περὶ ἕκαστόν εἰσιν εἱμαρμέναι, αἱρεῖται δὲ ἕκαστος, ἣν βούλεται*. *Achill. Statius.*

quae moveri incipere] Cod. U. *quae moverim incipere*. Verbum *incipere* non habent Codd. M. S. R. Par. N. De usu simplicis verbi *pulsa* pro *impulsa*, a quo Cicero non plane abstinet, loquens Bremius laudat Acadd. II. 10. Brut. 54. de Off. III. 10. ad quem (tertium) locum vid. Beier. T. II. p. 254. Add. de N. D. I. 11. 26. Quod sequitur *non* abest a Cod. R.; idem in seqq. non habet *autem*. Cod. U. habet *accidet* pro *accidit*. L. a. *naturae* pro *natura*. Cr. *Sed superest* pro *quod superest*. *Mr.*

Versari turbinem putat] Sic edidere *Victorius* et *Turnebus*; sic legi voluit *Lambinus*; sic habent Eliens. Balliol. Reg. et Cantab. Vulgo *putant*. Male: nam de solo loquitur Chrysippo. Vide sis *Agellium* N. A. lib. VI. cap. 2. *Dav.*

versari turbinem putat.] Sic legendum, non *putant*, ut vulgo est. sic ante est *revertitur*. Sic fuit in MS. m. ed. Lamb. *Ern.* — Verbum *versari* deest in Codd. S. R. Vind. A. M. N. Scribitur autem *putat* in Codd. nostris omnibus, itemque Vind. A. B. Guelf. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Vall. Rob. Steph. Vict. Ald. Lambb. Goth. [hae duae in marg.] Ern. Oliv. Dav. Bip. Brem. Sch. Pro *volvi* est *nolui* in Cod. N. *Mr.*

Ut igitur etc.] Confert hunc locum *Schulthess*. ad Alex. Aphrodis. de Fato c. 19. p. 64. Orell. ubi est: *ὡς τοῖς βάρεσιν ἀφεθεῖσιν ἄνωθεν τὸ φέρεσθαι κάτω, καὶ τοῖς περιφερέσι τὸ κατὰ τοῦ πρανοῦς, εἰ ἀφεθεῖεν,*

visum obiectum imprimet illud quidem et quasi signabit in animo suam speciem, sed assensio nostra erit in potestate: eaque, quemadmodum in cylindro dictum est, extrinsecus pulsa, quod reliquum est, suapte vi et natura movebitur. Quod si aliqua res efficeretur sine causa antecedente, falsum esset, omnia fato fieri: sin omnibus, quaecumque fiunt, veri simile est causam antecedere; quid afferri potest, cur non omnia fato fieri fatendum sit? modo intelligatur, quae sit causarum di-
44. stinctio ac dissimilitudo. Haec cum ita sint a Chrysippo explicata, si illi, qui negant assensiones fato fieri,

ἀφ' αὐτοῦ κινεῖσθαι. Loco verbi *protrusit* in Cod. Cr. est *pertrusit*, in Cod. W. *procrisit*, in Cod. M. *produxit*, in Cod. S. *proclusit*, in Cod. U. est litera p cum lacuna. Tum Cod. M. *cedit ei*, N. *det ei;* ille *principatum* pro *principium*. Cod. S. exhibet *dedit et* pro *dedit ei*, et lin. seq. *sicut visum*. Cod. M. *si nec usum;* R. *sic nec usum*. Pergit Cod. Cr. *obiectum non imprimet;* S. N. *obiectum imprimeret*. Cod. M. omittit *animo*. Mox Cod. U. Edd. Asc. 2. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. inverso ordine *speciem suam*. Tum R. *si assensio*, et in seqq. *ea quemadmodum*. S. *eaque quidem admodum*. Cr. *in cylindrum dictum est*. *Mr.*

quod reliquum est,] Desunt haec verba in Codd. Par. M. N. S. R. Vind. A. In seqq. Cod. Par. habet *suapte et vi natura*. M. *suapteui a natura*. N. *suapte ui et a natura*. Ad constructionem *efficeretur — falsum esset* vid. librum, quem supra laudavi, Krügeri, *Grammat. Untersuch.* II. p. 121. In Cod. R. scriptum est *Quod sive aliqua res;* idem exhibet in seqq. *si in omnibus* pro *sin omnibus*. Pro *quaecunque* Cod. U. habet *quae*. Cod. Cr. *sunt* pro *fiunt;* et mox *causam antecedente*, pro *causam antecedere*. Sequitur *quod* pro *quid* in Codd. L. a. U. N. Eam vocem plane omittunt Codd. W. et L. c. Edd. Rob. Steph. Vict. Sturm. *Mr.*

afferri potest,] Ita Codd. nostri W. L. c. Copp. Victt. b. Edd. Rob. Steph. Vict. Sturm. Dav. Brem. Sed Cod. U. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. *afferri potuit*. Cod. S et Ed. Asc. 1. *afferri potuerit:* reliqui *afferri poterit*. Pro *fatendum sit* in Cod. U. et in N. a pr. m. scriptum est *faciendum sit*. *Mr.*

causarum distinctio ac dissimilitudo] Codd. Par. N. *causarum disiunctio ac similitudo*. Cod. U. *hac* pro *ac*. Pergit Cod. Cr. *Haec cum ita sit*. Quod sequitur *a* abest a Cod. S. qui etiam cum Cod. Par. habet *similitudo*. *Mr.*

Fateantur tamen eas sine viso] Sic prorsus legendum censeo, *eas sine viso antecedente*, deleta, quae est in libris vulgatis, negationis particula. Paullo post autem operarii isti contra praescriptum meum olim excuderunt, *neque eam causam ad assentiendum*, cum iusserim deleri *neque*. *Lamb.*

Non *sine viso antecedente*] Lambinus contra omnes editos MSStosque nostros delet *non*. *Grut.*

Eas sine viso antecedente fieri] Vulgo, immissa particula negante, dant, *eas* non *sine viso antecedente fieri;* et ab ea quidem lectione stant nostri Codices. Hoc tamen non impedivit, quo minus istam negationem cum *Lambino* deleverimus, siquidem mens auctoris id omnino flagitat. Alioquin enim haec sententia ab eorum opinione non erit diversa, qui con-

fateantur tamen, eas [non] sine viso antecedente fieri; alia ratio est. Sed si concedunt, anteire visa, nec tamen fato fieri assensiones, quod proxima illa et continens causa non moveat assensionem; vide, ne idem dicant. Neque enim Chrysippus concedens, assensionis proximam et continentem causam esse in viso positam, eam causam

cedunt anteire visa, nec tamen fato fieri assensiones; adeoque deliravit *Tullius*, et ratiocinandi fuit imperitus: quod de viro omnium seculorum maximo nefas est vel suspicari. *Dav.*

fateantur tamen, eas [non] sine viso antecedente fieri;] Recepi ego quoque Lambini emendationem, si minus certissimam, lenissimam certe, quamquam vocem *non*, quam plane eiecerunt Lamb. et Lallem., habent Codd. nostri et Edd. vett. omnes, uno Cod. R. excepto. Longa est super hoc loco Bremii disputatio, cuius summa huc redit: absurdam esse vulgatam, cum sequentibus non conveniat, et statim sequatur *sed si concedunt anteire visa*, enuntiatione idem prorsus significante, quam tamen contrariam illi esse oporteat. Sed tamen etiam non sufficere Lambinianam rationem, cum pro verbo *fateantur* dicendum potius fuerit *affirment*. Excogitavit igitur novam ipse rationem, quam ita commendat: Si illi, qui concedunt, assensionibus visa anteire, idem dicunt re ipsa, quod Chrysippus dicit, eorum non nisi alia ratio esse potest, qui hoc non concedunt. Solus igitur iste sensus erit restituendus, quem habebis, si ita legas: *non fateantur, eas nonnisi viso antecedente fieri*. Tum sensus is erit, qui requiritur: Aliam esse eorum rationem, qui, negantes fato assensiones fieri, haudquaquam eas non sine viso antecedente fieri posse fateantur. Fateor me amplexurum fuisse Bremii sententiam, si vel unus liber accederet: sed in omnium librorum consensu, in re certe tam difficili, nihil violentius ausim. Vocem *viso* non habet Cod. R. Idem pergit: *Sed si concedant anteire iussa nec cum fato fieri assensiones*. Cod. Cr. *ante ita visa;* S. *ante in re visa;* Cod. U. *interire visa*. Post haec Cod. R. *qui proxima illa continens causa*, omisso *et*. Par. *non moveat assensiones*. Tum Cod. U. *in die* (pro *vide*) *ne idem*. Cr. *vide ne id. Mr.*

concedens, assensionis] Vocem *concedens* omittit Cod. U. In Codd. W. et R. est *concedens assensiones*. Pro *in viso positam* in Cod. U. est *viso positam*, in Codd. S. et Cr. *in visu positam*, in Cod. R. *in iusso positam*, in Cod. Par. *in ursum positam. Mr.*

Neque *eam causam ad assentiendum*] Idem [Lambinus] invitis fere libris cusis incusisque omittit priorem vocem *neque;* secutus editionem Turnebi. *Grut.*

Eam causam ad assentiendum] Vulgo *neque eam causam* et ita MSSti. At sensus, qui libris omnibus potior est, eam vocem non admittit; quapropter illam, praeeuntibus *Turnebo* et *Lambino*, delevimus. *Dav.*

eam causam] Quamquam Codd. nostri omnes habent incommodum illud *neque*, eam tamen ego vocem abiiciendam esse censui cum Turnebo, Lambino, Bruto, Davisio, Oliveto, Schützio, cum absit ab antiquissimis Edd., ad quas codices MSS. adhibitas esse scimus, ex nostris a Vall. Asc. 1. 2. Bremius in contextis reliquit eam vocem, sed uncinis inclusam, dicens fieri potuisse, ut Cicero oblivisceretur, se eandem iam ab initio periodi posuisse, nunc demum disiunctionis particulam addens, quae rectissime et proprie hic per se locum habet. Recte Bremius cautior, librorum veterum

ad assentiendum necessariam esse concedet, ut, si omnia fato fiant, omnia fiant causis antecedentibus et necessariis: itemque illi, qui ab hoc dissentiunt, confitentes non fieri assensiones sine praecursione visorum, dicent, si omnia fato fierent eiusmodi, ut nihil fieret, nisi praegressione causae, confitendum esse, fato fieri omnia: ex quo facile intellectu est, quoniam utrique, patefacta atque explicata sententia sua, ad eundem exitum veni-

adiumentis destitutus: nos idem nobis licere censuimus, quod factum vidimus in editionibus, quae codicum fere MSS. instar haberi possunt. — Post *causam* sequitur *esse* in Codd. W. U. Cr. M. R. Edd. Vall. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Vict., omissum post *necessariam*; neutro loco est in Cod. L. c., unde aliquis hoc verbum plane eiiciendum esse suspicetur. Quod sequitur *ad* non habent Codd. U. et S. In Codd. M. R. scriptum est *ad sentiendum*, neglecta scriptione ADSENTIENDVM, qua significabatur, *ad* bis esse legendum. Cod. U. habet *ad assenciendam*. Pergit Cod. S. *esse concedet necessariam*, quod auget istam *νοθείας* verbi *esse* suspicionem: quamquam ego id abesse nolim, sed eo ipso loco positum malim, quo est in Cod. S. In Cod. W. pro *concedet* est *concedit*. Maior h. l. in eodem Cod. et in R. est distinctio, post quam Cod. R. pergit: *Nam si omnia* etc. *Mr.*

omnia fiant causis] Codd. W. S. Par. L. c. Copp. Victt. b. habent *omnia causis fiant*. Cod. R. *omnia causis fiunt:* in Cod. Cr. ea plane desunt. *Mr.*

Itemque illi, qui ab hoc dissentiunt] Legendum arbitror, *neque illi, qui ab hoc dissentiunt*. *Lamb.*

itemque illi] Vere contra Lambinum monet Bremius, velle Ciceronem hic quoque ostendere, eos, qui fateantur, visa assensionibus praecedere, idem re vera sentire, quod Chrysippum. Idque, ait, ita probat Chrysippus, fato fieri omnia dicit, etiamsi non omnia causis necessariis fieri concedat: qui autem dicunt assensionem non fieri sine praecursione visorum, causas quidem antecedere concedunt, verum non necessarias: ergo hac in re cum Chrysippo conveniunt. Quod si igitur Chrysippus ita contendit omnia fato fieri, ut non omnia causis necessariis fiant, possunt illi et debent concedere, hoc sensu omnia fato fieri. Hunc unice verum esse sensum, ea etiam demonstrant, quae statim sequuntur: *ex quo facile — non re dissidere*. *Mr.*

sine praecursione visorum] Cod. R. *sine percussione iussorum*. Substantivum *praecursio* posuit noster etiam Topic. 15, 59. et Plinius Epp. VI. 18. extr. sed ita, ut uterque ei, ut insolentiori, vocem *quasi-dam* addendam censuerit. Vocem *visorum* omittit Cod. Cr.; eius loco habet Cod. S. *virosum*. Pro *dicent* est *dicunt* in Cod. W. et Copp. Victt. b. Ad eam in marg. Cod. Vind. A. annotatum est: alii *dico ut*. Pergit Cod. R. *si omnia fato fiunt*. U. *huiusmodi* pro *eiusmodi*. *Mr.*

Si omnia fato fierent eiusmodi] Legendum videtur, *si omnia ita fierent* etc., vel *si omnia pacto fierent eiusmodi*, vel *si omnia ita fato fierent, ut* etc. verum tamen nihil ausim mutare. *Lamb.*

si omnia fato fierent eiusmodi] *Eiusmodi*, ait Brem., videtur iungendum cum substantivo *fato*, quasi dixerit *si omnia tali fato fierent*, i. e. si id fatum diceretur, si ita omnia fato fieri affirmarentur. *Eiusmodi* rationem s. modum indicat fati. Bene. *Mr.*

nisi praegressione causae] Cod. U. Edd. Asc. 1., marg. Asc. 2., Vall.

ant, verbis eos, non re dissidere. Omninoque cum haec 45.
sit distinctio, ut quibusdam in rebus vere dici possit, cum hae causae antegressae sint, non esse in nostra potestate, quin illa eveniant, quorum causae fuerint: quibusdam autem in rebus, causis antegressis, in nostra tamen esse potestate, ut illud aliter eveniat; hanc distinctionem utrique approbant: sed alteri censent, quibus

absque praegressione causae, Vind. A. *sine praegress. causae.* R. N. *sine progressione causae.* S. *nisi progressione causae.* Mox R. *confitendum esset.* Idem cum Par. M. S. N. *facile intellectum est.* Tum Cod. Cr. *quoniam cum utrique.* U. Edd. Asc. 1. Vall. *quoniam utrimque.* S. *quoniam uterque pace facta.* R. *et explicata.* L. c. *atque explicita.* Pergit Cod. U. *sententia est.* In seqq. Cod. Cr. *venient* pro *veniant. Mr.*

verbis eos, non re dissidere.] Admodum amavit noster variavitque hanc oppositionem; v. c. de Off. dixit III. 21. 83. *verbo inter se discrepare, re unum sonare;* de Finn. IV. 22. 60. *quid attinuit cum iis, quibuscum re concinebat, verbis discrepare?* IV. 26. 72. *cum illis re consentire, verbis discrepare;* de N. D. I. 7. 16. *re concinere videntur, verbis discrepare:* quae loca laudavit Beier. ad Cic. de Off. l. c. p. 242. Adde Acadd. I. 10. 37. de Finn. IV. 2. 5. Or. pro Caecin. 21. 59. de Legg. I. 10. 30. I. 13. 38. Cod. S. habet *verbis eas dissidere, non re.* Par. Vind. A. *verbis eos dissidere, non re.* R. *verbis eos dissentire, non re.* Cod. W. habet *verbis eos, non re dissedere omnino. Quae cum haec sit distinctio.* Par. N. *omnino quaecunque haec sit distinctio,* non praecedente puncto: et plane ita etiam Cod. Cr. Quod sequitur *ut,* omissum est in Cod. S. *Mr.*

vere dici possit] Cod. Cr. *naturae dici possit.* S. *vere dici posse.* R. *vere dici posset.* M. N. *vendici possit.* Tum M. N. *hec causae.* Cr. *cum heae causae.* U. *antegressae sunt.* R. *non est in nostra potestate — quo causae.* S. *quorum causa.* R. *quibusdam autem rebus,* omisso *in.* Cod. M. omittit *esse.* N. *illa.* Idem habet *evenient.* Pergit M. *a quo rura causa.* N. *fuerunt.* M. *quibus autem. Mr.*

in nostra tamen esse potestate,] Cod. Par. *in nostra potestate tamen esse.* Cod. W. Cepp. Victt. b. *in nostra tamen potestate esse.* Cod. N. *in nostra potestate esse,* omisso *tamen. Mr.*

ut illud aliter eveniat:] „Ita, ait Bremius, edidi ex coniectura, quam confirmatam inveni cod. Guelf. auctoritate. Vulgo legitur *aliud* pro *illud,* sensu prorsus absurdo. Loquitur Cicero de duplici causarum, quae rem antecedere possunt, genere. Antegressis alteris non est in nostra potestate, ut aliter res eveniat, alteris vero antegressis, nostrum est, an rem illam sequi velimus. Patet ex his, *aliud* omni sensu carere. Quam saepe autem confundantur *illud* et *aliud,* notum est.“ Ne vero quis offendatur, quod post *quibusdam in rebus* ponatur neutrum *illud,* laudat de Off. I. 22. II. 4. et II. 7. coll. Drakenb. ad Liv. XXXII. 29. 5: statim etiam legi ait *illa,* antecedente *rebus.* Ego vero recipere *illud* non dubitavi, cum Bremii rationibus motus, tum librorum accedente auctoritate. Est enim *illud* in Codd. Vind. A. S. W. L. c. M. U. N. et in Edd. ante Grut. plane omnibus, ex qua deteriorem scriptionem, non inspectis, ut solebant, veteribus libris, receperunt, praeter Bremium, omnes posteriores. Cod. R. habet *ut id aliter. Mr.*

utrique approbant:] Codd. Cr.

in rebus cum causae antecesserint, [ita ut] non sit in nostra potestate, ut aliter illa eveniant, eas fato fieri: quae autem in nostra potestate sint, ab his fatum abesse * * *

20. 46. Hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus et de via declinantibus petere prae-

N. R. *utique approbant.* S. *utrique approbabant.* Pro *alteri* est *aliter* in Codd. M. S. U. N. Vind. A. Edd. Asc. 1. Vall. *Mr.*

quibus in rebus cum causae antecesserint] Delevit Bremius cum Lambino vocem *cum*, probante Hottingero et Goerenzio ad Cic. de Finn. II. 31. 102: quorum ille contra Davisianam rationem [quam vid. in annot. seq.], librorum tamen auctoritate nixam, cum Lambiniana mera sit coniectura, illud monet: verba *ita ut* plane esse necessaria, quia iis definiatur modus, quo causas antegressas esse oporteat, ut *res fato fieri* indicandum sit. Cod. Cr. habet *antecesserunt. Mr.*

Ita ut *non sit in nostra potestate*] Duas priores voculas omittunt Eliens. et Victor. Locum igitur sic lege: *quibus in rebus, cum causae antecesserint, non sit in nostra potestate, ut aliter* illae *eveniant, illas fato fieri.* Res est clara. *Lambinus* vero rescribendum coniecit, *quibus in rebus causae antecesserint, ita ut non sit in nostra potestate.* Sed melior est nostra ratio, quae MSStis Codicibus nititur. *Dav.*

[*ita ut*] *non sit in nostra potestate, ut aliter illa eveniant,*] Ita scripsi, Davisio partim obsequens. Absunt enim verba *ita ut* a Codd. W. Par. N. S. U. M. L. c. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Ram. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. Sturm. A Cod. Vind. A. abest *ita*, a Cod. R. *ut.* Pro *sit* scribitur *sint* in Codd. Par. M. S. Edd. Asc. 1. Vall. Vocem *illa* omittit Cod. U., qui verba *ut aliter — nostra potestate* nonnisi in margine habet. Pro *illa* est *ista* in Cod. Par. *Mr.*

eas fato fieri] Vulgo *illas*. Sed *eas* habent Codd. Cr. S. R. M. N. Par. L. c. W. Vind. A. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. In Edd. Rob. Steph. Vict. et Ram. est *ea. Mr.*

Ab his fatum abesse] Quis non videt hic deesse alterum membrum, nempe tale quiddam: *alteri, sive hae sive illae causae antecesserint, a rebus fatum abesse.* LAMB. Deesse aliquid notavit Regii Codicis Librarius: et manifesta sane est lacuna, cuius nos asteriscis indicium fecimus. *Dav.*

Ab his fatum abesse] Lambinus post haec asteriscum posuit, tanquam aliquid necessario abesset. Carrioque libro I. emendationum cap. 18. heic quoddam fragmentum reponere conatur, sed avi non fausta, ipse videatur. *Grut.*

ab his fatum abesse] Cod. Cr. *hiis.* Codd. Vind. A. S. *esse.* In Codd. Cr. U. L. c. Par. R. S. nullum est lacunae signum. In Cod. W. sine interruptione scribitur usque ad *disceptari oportet,* tum, media linea abrupta, lacuna relinquitur duarum linearum, in margine vero adscriptum est *defectus.* In Copp. autem Victt. b. adscriptum est ad v. *oportet:* Hoc loco spatium relictum est XIIII. versuum in codice eodem antiquo. Carrionis sententiam vid. ad calcem libri Fragm. primo. *Mr.*

disceptari] Cod. Par. *disputari,* quod est interpretis. R. *discrepari.* In fine periodi scripsi *petere praesidium* ex Codd. Cr. W. Par. [in quo scriptum est *patere*] R. Vind. A. B. Edd. Rob. Steph. Vict. Dav. Brem. In rell. est *praesidium petere.* Ad v. *disceptari — petere* haec monuit Wopkens. l. c. p. 307: Observanda est passivi et activi enallage, quae for-

sidium. Declinat, inquit, atomus. Primum cur? aliam enim quandam vim motus habebunt a Democrito impulsionis, quam plagam ille appellat; a te, Epicure, gravitatis et ponderis. Quae ergo nova causa in natura est, quae declinet atomum? aut num sortiuntur inter

tasse inducere posset quempiam inconsiderate elegantem, ut aut *disceptare* aut *peti* legendum indicaret. Illud autem quo minus fiat, plura huius formae exempla prohibent. Supra cap. XI. *id fuit defendi melius, quam introducere declinationem:* de Divin. I. 35. *Itaque signa convelli et se sequi iussit:* de Legg. I. 21. *Requiri placere terminos, quos pepigerit, iisque parere:* ubi v. annot. nostr. p. 18^. ed. nostr. et Cr. Held. ad Caes. de Bell. Civ. I. 32. p. 43. sq. — Mox Cod. S. *athomas* pro *atomus*. Codd. Par. M. N. Edd. Asc. 1. et Vall. habent *atomus primum. Cur* etc. *Mr.*

Aliam quandam vim etc.] Vulgati, *aliam* enim *quandam*. sed praeter Pal. sec. Fabr. et editos a Victorio. *Grut.*

Aliam enim] Sic MS. Eliensis et editio *Turnebiana:* nam vulgo vocem ultimam nesciunt. *Dav.*

aliam enim quandam] Ita etiam Codd. Cr. L. c. S. Vind. B. et praeter Davisium etiam Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Lamb. Goth. Brut. Sylb. Oliv. Bip. Brem. Sch. In Cod. U. Edd. Asc. 1. Vall. *cur enim aliam quandam*. Reliqui cum Grutero faciunt: nisi quod Cod. R. habet *alia enim quadam vi:* omissis lineolis, tribus vocabulis superscribendis. *Mr.*

habebunt] Codd. M. W. L. c. N. S. Vind. B. *habebant*. Cod. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Vall. *habeant*. Par. R. *habebat*. Plane omissum est verbum in Cod. U. cuius pagina paenultima desinit in *motus*, ultima incipit ab *impulsionis*, ut etiam voces *a Democrito* exciderint. Ad v. *plagam* v. Plutarch. de Placit. Philos. I. 26. *Δημόκριτος τὴν ἀντιτυπίαν, καὶ τὴν φορὰν καὶ πληγὴν τῆς ὕλης* [*οὐσίαν ἀνάγκης λέγει*] Conf. *Ploucquet*. de Placitis Democriti Abderitae (Tub. 1767. 4.) p. 12. Vocem *plagam* omittit Cod. M. deinde habet *ille appellant*. *Mr.*

a te, Epicure,] Cod. Cr. *ante Epicureae*. R. *aut Epicure*. Ad rem facit P. *Gassendi* Philosophiae Epicuri Syntagma p. 258—261. Ed. Hag. Comit. 1659. 4. In Cod. M. est *Quinc ergo*. Cod. N. omittit *ergo*. In Cod. M. deest *est*. *Mr.*

Quae declinet atomum] Aut legendum *qua declinet atomus*, aut *declinet* idem sonat ac declinare faciat. Ea certe potestas verbis non raro tribuitur. *Virgilius* Aen. VII, 11.

Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat *cantu*.

Ubi *Servius*, *resonat*, inquit, resonare facit. *Apollonius* Rhodius Argon. I, 477.

— *Ζωρὸν μέθυ θαρσαλέον κῆρ*
ΟΙΔΑΝΕΙ ἐν στήθεσσι.

Theophilus Antiochenus lib. I. p. 21. *Ὁ συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης, καὶ ἨΧΩΝ τὰ κύματα αὐτῆς.* *Tertullianus* Apol cap. XXI. *Elementa ipsa* FAMULARET, *compescens procellas et freta ingrediens*. Plura congessimus ad Tusc. lib. III. cap. 31. *Dav.*

quae declinet atomum?] Recte Bremius, quamvis non succurrat exemplum huius apud Ciceronem usus transitivi in verbo *declinare*, nihil tamen mutandum censet, cum et alia multa sint eiusmodi apud Ciceronem verba, et huius ipsius verbi exempla apud alios scriptores. Adde quod, cum hoc loco *declinet* sit i. q. *deflectat*, ipse noster utrumque verbum transitiva constructione, quamquam sensu translato, iunxit Orat. 40. 137. *ut declinet a proposito deflectatque sententiam*. *Mr.*

se, quae declinet, quae non? aut cur minimo declinent intervallo, maiore non? aut cur declinent uno minimo, non declinent duobus aut tribus? Optare hoc quidem est, non disputare. 47. Nam neque extrinsecus impulsam atomum loco moveri et declinare dicis; neque in illo inani, per quod feratur atomus, quicquam fuisse causae, cur ea non e regione ferretur; nec in ipsa atomo mutationis aliquid factum est, quamobrem naturalem sui ponderis motum non teneret. Ita cum attulisset nullam causam, quae istam declinationem efficeret, tamen aliquid sibi dicere videtur, cum id dicat, quod omnium

aut num sortiuntur] Codd. Cr. M. S. Par. N. U. *aut non sortiuntur*. Pergit Cod. R. *intra se*. Tum Par. Cr. S. *quae declinent*. Post *quae non* Cod. S. habet *vel* pro *aut*. Post *minimo* Cod. W. pergit *declinet*, Cod. U. Lamb. pr. *declinant*. Verba *aut cur declinent* usque ad *aut tribus* desunt in Cod. U. In Cod. R. deest *declinent* ante *duobus*. Cod. N. habet *maiore animo autem cum declinent*. *Mr.*

Optare hoc quidem est, non disputare.] Cod. U. *aptare*. Vocem *hoc* omittunt Codd. Par. M. N. R. Eius loco habet *haec* Cod. Cr. Ad h. l. laudantur in Copp. Victt. a. Cic. Tusc. II. 13: *Optare hoc quidem est, non docere*. Ad quem locum vid. quae attulit Davis. nostri et aliorum loca; apud quem haec sunt in cap. XII. p. 134. seq. ed. nov. Oxon. 1805. *Mr.*

Nam neque extrinsecus impulsam atomum] Cod. U. *Namque extrinsecus*. W. *in pulsam atomum*. Cr. *impulsa atomum*. Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Vall. Crat. Herw. *atomum impulsam*. In seqq. Cod. R. habet: *neque in ullo nominari propter quod ferratur atomus*. Tum S. *quamquam fuisse*. Cr. *cur ea ex regione*, omisso *non*. U. M. S. *feretur* pro *ferretur*. Pergit Cod. Cr. cum Cod. Vind. B. *nec in ipsam atomum*. Prior omittit *mutationis*, cuius loco Codd. Par. N. habent *motionis*. In Edd. Crat. Herw. Rob. Steph. Vict. scriptum est *in ipso atomo*. *Mr.*

Factum est] Scribo *factum esse;* pendet enim a verbo *dicis*, quod antecessit. *Dav.*

factum est] Non favent Davisianae coniecturae libri, qui ad manum sunt, omnes. Rectè monuit Bremius, transire nostrum, ut saepius, ex oratione obliqua subito in rectam, laudatis et aliis locis, et in primis de Finn. III. 15. 49, ad quem monet Goerenz. pendere h. l. hunc transitum coniunctivi in indicativum a narrantis cum narratis consensu. Nostro autem loco transitio ista inde potest videri explicanda, ut Ciceronem aliquid ex sua sententia addidisse existimes. Pro *factum est* *fatum* in Cod. R. In Cod. M. scribitur *est factum*. *Mr.*

sui ponderis motum] Codd. Cr. L. c. M. Par. N. R. S. W. Vind. A. B. *motum sui ponderis*. Sed reliqui Codd. et Edd. omnes eum, quem nos exhibemus, ordinem servant. Pergit Cod. P. *non tenent*. Tum R. *Ita tamen cum attulisset*. Ortum est *tamen* (tñ) ex perperam scripto *cum* (cū), quod postea a correctore, illo non deleto, denuo additum est. Verba *nullam causam* usque ad *efficeret* desunt in Cod. W. In Cod. Par. est *efficient*. Mox Cod. N. *dicere sibi*. Cod. S. *dicere videretur*. Vocem *omnium* omittit Cod. R., verba *omnium mentes* Cod. U. *Mr.*

mentes aspernentur ac respuant. Nec vero quisquam 46.
magis confirmare mihi videtur non modo fatum, verum etiam necessitatem et vim omnium rerum, sustulisseque motus animi voluntarios, quam hic, qui aliter obsistere fato fatetur se non potuisse, nisi ad has commenticias declinationes confugisset. Nam ut essent atomi, quas quidem esse mihi probari nullo modo potest: tamen declinationes istae numquam explicarentur. Nam si atomis, ut gravitate ferantur, tributum est necessitate naturae, quod omne pondus, nulla re impediente, moveatur et feratur necesse est; illud quoque necesse est,

Aspernentur, et respuant] Nimirum *ut sine causa fiat aliquid, quod nec Epicuro nec cuiquam Physico placet*, quemadmodum loquitur noster supra cap. 9. *Dav.*

aspernentur ac respuant.] Cod. N. *ac respirant.* Cod. R. *aspernantur et respuent.* Idem in seqq. omittit *mihi.* De verbo *aspernari* v. Wyttenbach. ad Cic. de Legg. I. 11. 32. p. 81. ed. nostr. et Cr. Mox Cod. U. habet *veram etiam.* S. M. *verum etiam omnium rerum necessitatem*, omissis verbis *et vim*, quorum posterius omittit etiam Cod. Par. In Cod. Vind. A. desunt verba *et vim omnium rerum. Mr.*

sustulisseque] Cod. R. *subtulisseque;* utramque scriptionem iungunt Codd. S. N. M. exhibentes *substulisseque.* In seqq. Cod. R. inverso ordine scriptum habet *fato obsistere*, cum hiatu satis ingrato. Pergit Cod. Cr. *fatetur: si non potuisse.* In Codd. S. Vind. A. desunt omnia, quae sequuntur inter *nisi* et *pondus;* in Cod. Vind. B. erasa sunt verba *commenticias* usque ad *tamen declinatio —*, pergitque codex in syllaba *nes.* In Cod. R. desunt verba *commenticias — nunquam explicarentur.* Post *confugisset* pergunt Codd. Cr. U. *Non ut essent.* Ed. Asc. *Ut essent.* In Cod. Par. et N. (a pr. m.) exciderunt verba *Nam ut essent* usque ad *explicarentur:* in Cod. M. verba *ad has commenticias* usque ad *quod omne. Mr.*

probari nullo modo potest:] Codd. L. c. W. Copp. Victt. b. *probare* pro *probari.* Pro *numquam* est *numquid* in Cod. L. c. *Mr.*

ut gravitate ferantur — moveatur et feratur] Cod. R. *aut* pro *ut.* Lamb. dedit *deorsum ferantur* et *deorsum feratur*, quod idem fecit cap. 9. Sed nihil mutavit c. 10. ubi est: *si semper atomus gravitate ferretur naturali ac necessaria:* et c. 11. *eamque ipsam esse causam, cur ita feratur.* Lucret. V. 426. *Ponderibusque suis consuerunt concita ferri.* Quae loca laudavit Wopkens. l. c. *Mr.*

necessitate naturae, quod] Cod. Cr. *necessitate, ne quod.* Ortum est illud *ne* ex compendio ĉę. In Cod. R. est *qui omne pondus;* in Cod. U. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. [sed duae posteriores in varr. lectt. ut rell.] Vall. *quodque pondus*, quae scriptio orta est ex compendio *q̄d ōe. Mr.*

et feratur necesse est] Cod. R. *et ferratur* [idem paullo superius *ferrantur*] omissis verbis *necesse est.* Tum Cod. M. *illud quamquam.* Cod. S. *illud quidquam.* Mox Cod. Cr. *atomis quibusdam.* Par. *quibus atomis.* Idem *vel si vult.* R. *vel si nolunt.* Dedit in fine libelli Lambinus in Ed. pr., ex ingenio, ut vi-

declinare quibusdam atomis, vel, si volunt, omnibus naturaliter * * *

detur, *omnibus tributum esse naturaliter*. In Cod. U. est *omnibus naturaliter iter. Finis. et sic est finis M. Tullii Ciceronis libri de fato in vigilia palmarum*. In Cod. Cr. *omnibus naturaliter. Deficit operi incohato. Marci Tullii Ciceronis de Fato explicit*. In Cod. W. *omnibus naturaliter. hic multa desunt. τέλοσ.* In Cod. Par. *omn. nat. Explicit liber marci tulii ciceronis de fato. deo gratias*. In Cod. S. *omn. nat. Finit de Fato.* In Copp. Victt. b. haec notata sunt: „*In ant. codice scriptum: hic multa desunt. Finis.*" In Cod. N. *omnibus naturaliter. M. T. Cic. Liber de Fato explicit. Anno etc. lxv. die xxiij decembr. Paduae. H. S.* — *Mr.*

Omnibus naturaliter * * *] In fine, non minus ac in reliquis partibus, mancus et mutilus est hicce liber. Ex eo tamen fragmenta quaedam tenuia servarunt *Agellius* N. A. lib. VI. cap. 2. et *Macrobius* Saturn. lib. II. c. 12. Nec aliunde, nisi fallor, hausta sunt ea quae *Servius* habet ad *Virgilii* Aen. III. 376. *Dav.*

FRAGMENTA.

Gell. N. A. VI. 2. extr. *Itaque M. Cicero in libro, quem de Fato conscripsit, quum quaestionem istam diceret obscurissimam esse et implicatissimam, Chrysippum quoque philosophum non expedisse se in ea refert his verbis:*

„Chrysippus aestuans laboransque, quonam pacto explicet, et fato omnia fieri, et esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo.“

Gell. N. A. VI. 2.] Laudatur hic locus in Ed. Grut., quasi sumtus ex L. v. c. 8: quem errorem, non inspecto Gellio, exscripserunt Verb. Oliv. Ern. Bip. Sch. *Mr.*

Chrysippus aestuans] Cicero cum ostendisset, et eos, qui concedebant, anteire visa, nec tamen fato fieri assensiones, quod proxima illa et continens causa non moveat assensionem, et Chrysippum patefacta et explicata sententia sua ad eundem exitum venire; et illos non re, sed verbis duntaxat dissidere: rationem subiunxit, qua huiusmodi philosophorum ratiocinatio posset examinari, quam esse obscurissimam et implicatissimam et a qua neque Chrysippus ipse sese potuerit expedire, testabatur: tandem concludebat his verbis: *Hoc modo hanc causam disceptari oportet: non ab atomis errantibus et de via declinantibus auxilium petere.* Sed locus ille verbis aliquot, et fortasse sententiis (quis enim his in rebus certi quid afferre se posse asseverabit?), locus, inquam vacuefactus est. Hoc tamen liquet verbis illis: *Hoc modo hanc causam disceptari oportet* [c. 20. prc.], alia fuisse adiuncta, adeoque cum his connexa, quae existant apud Gellium, et in fragmentorum numerum a viris doctis, malo dilectu, sint relata. Scripsit Cicero: *Chrysippus aestuans laboransque, quonam pacto explicet, et fato fieri omnia, et esse aliquid in nobis, intricatur. Hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus, et de via declinantibus auxilium petere.* Scilicet arbitror, aut postrema ista verba e Noctibus Atticis excidisse, quod saepenumero extremis illarum capitibus accidisse docuimus, aut voces duas *hoc modo*, quae mihi huius observationis indicium fecerunt, ab alio fuisse adiectas, ut sequentis orationis designarent initium. Certe et eo apud Ciceronem loco haec reponenda sunt, et Gellius vel hoc vel illo pacto corrigendus. Haec *Carrio* Emendd. l. I. c. 13. — Oportet igitur nosse, verbum tum *refert* tum *pacto* non legi in Cod. Reg. Certe τὸ *refert* etiam non erat in Lincoln. Hinc vide, an ea sit manus et sententia Gellii: *Chrysippum quoque philosophum non expedisse semet his verbis: „Chrysippus aestuans laboransque quonam explicet, et fato omnia fieri, et esse aliquid in nobis,“ intricatur hoc modo.* Gellius enim laudavit Chrysippea, et nunc succenset Ciceroni, toties aestuantem Chrysippum alibi per istud scriptum inducenti, tum in his verbis, et ideo ait eum hoc modo intricari. Sed et *explicit* legitur in MS. *Quonam* ut alibi *quomodo nam. Iac. Gronov.* — Lion. in sua Gellii editione ait omitti *pacto* in Guelf. Reg. Sciopp.; in Guelf. scribi *explicat*, in Reg. *explicit*; in marg. Gryph. esse *ferri*; in Guelf.

Macrobius Saturn. II. 12. *Accipite assertore Cicerone, in quo honore fuerit hic piscis* (acipenser), *apud P. Scipionem Africanum illum et Numantinum. Haec sunt in dialogo de Fato verba Ciceronis:*

„Nam cum esset apud se ad Lavernium Scipio, unaque Pontius; allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, in primis nobilis. Quum autem Scipio unum et alterum ex his, qui eum salutatum venerant, invitasset, pluresque etiam invitaturus videretur: in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide, quid agas, acipenser iste paucorum hominum est.“

intricatum. — Verbum *intricatur* Petrus Mosellanus in annott. ad Gell. ad h. l. explicat *involvitur* [Basil. 1521. 8.]. Schützius hoc verbum Deponens esse existimat, explicatque in Lex. Cic. *subtilius disputat.* Ad rem et nostrum locum vid. *Baguet* de Chrysippo p. 220. sq. *Mr.*

acipenser] De hoc vide Plin. lib. IX. cap. 17. et ipse Cicero ita Atticum vel potius Epicurum alloquitur lib. III. Tuscul. Quaest. [18, 43.] *Si quem tuorum afflictum moerore videris, huic acipenserem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis. Patricius.* — Add. Lucilium apud Cic. de Finn. II. 8. 24. ad quem Lucilii locum v. Douzam. ad calc. editionis Censorini p. 285. [ed. Lugd. Bat. 1743. 8. Havercamp.] Sed unum de acipensere laudasse sufficiat Salmasium ad Solinum, Exercitatt. Plinn. p. 940. sq. [ed. Traiect. 1689. f. m.] cui add. Heindorf. ad Horat. Satir. II. 2. 47. *Mr.*

HADRIANI TURNEBI
COMMENTARIUS
IN
CICERONIS
LIBRUM
DE
FATO.

Scriptus est hic *Turnebi* commentarius, antequam secunda vice prodirent *P. Rami Praelectiones in Ciceronis de Fato libellum* (Parisiis, apud Vascosanum 1554. 4.), quae primum prodierant ibidem 1550. Ibi cum *Ramus* nonnulla *Turnebi*, non nominato adversario, reprehendisset, alia, presso auctoris nomine, ut sua protulisset, plura contra mentem sententiamque *Turnebi*, saepiuscule etiam Ciceronis, explicuisset, ita exarsit *Turnebus*, aliunde iam Ramo iratus, ut edito libello quinquaginta duorum foliorum, pleno conviciorum et irrisionis, istas Rami Praelectiones penitus concidere aggrederetur. Inscriptus est libellus ita:

Ad. Turnebi Disputatio ad Lib. Ciceronis de Fato, adversus quendam, qui non solum Logicus esse, sed etiam Dialecticus haberi vult. Lutetiae, apud Michaelem Vascosanum, via Iacobaea, ad insigne Fontis. MDLVI. 4. Ex privilegio regis.

Cui respondit *Petrus Ramus*, adscito nomine *Audomari Talaei*, libello viginti quatuor paginarum, octonis, animo commotissimo, verbis non minus contumeliosis, ita tamen plerumque, ut adversarium non vinceret quidem, sed victum esse clamitaret, recte tamen eum reprehenderet aliquoties, in primis ob defensionem ineptae lectionis, quae est c. XIII. [*ex isto morbo non convalesces*]. Est autem haec libelli inscriptio:

Audomari Talaei Admonitio ad Adrianum Turnebum, Regium Graecae linguae professorem. Parisiis apud Andream Wechelum. 1556.

Quae Admonitio cum prodiisset, denuo in arenam descendit *Turnebus*, item ψευδωνύμως, *Leodegarii a Quercu* nomine usus (de quo vid. *V. Placcii Theatrum Anonymorum et Pseudonymorum* cum praef. *I. A. Fabricii.* Hamb. 1708. f. m. T. II. p. 527.), septemdecim foliis Ramum impugnans, non minus acerbe et εἰρωνικῶς, ne quid gravius dicam, quam ipse prius fecerat, quamque *Ramus* responderat. Cumque *Ramus* in Admonitione et defendisset suam Latinitatem, et Turnebianam aliquot locis

reprehendisset, in illum et hanc reprehensionem retorquet, et confirmat priora crimina, vel certe confirmare studet. Ita autem inscripsit libellum:

Leodegarii a Quercu Responsio ad Audomari Talaei Admonitionem. Lutetiae, ex officina Michaelis Vascosani etc. M.D.LVI. 4.

Erunt fortasse, qui ut tres hos libellos, rarissimos certe, adiunxissem huic volumini cupiant; et fateor equidem, conspectis illis me quoque de repetendis cogitasse; lectis autem istud consilium statim abieci. Cuius enim pretii sint opprobria et convicia, ab iratis hominibus in se invicem coniecta? quemnam delectet istius saeculi disputandi de Aristotele, Cicerone, aliis eorumque philosophia ratio, scholasticorum tricas et quisquilias redolens? quis concoquat loquacitatem de rebus ad rem propositam et ad literas non pertinentibus? Gratiam ergo apud lectores nostros me initurum existimabam, si, omissis omnibus istis, ea selegissem, quae inessent proposito convenientia et ad cognoscendum utilia. Haec igitur, pleraque illa ex Turnebi Disputatione, suis hic habes locis disposita, et ita quidem excerpta, ut, quae immixtae essent verborum contumeliae, eas rescinderem, satis gnarus, cordatioribus ea displicere, eos vero, qui rixando et maledicendo gaudeant, satis ex sua ipsorum penu tela depromere posse, neque veteribus obsoletisque exemplis egere. *Mr.*

HADRIANI TURNEBI
COMMENTARIUS IN CICERONIS
LIBRUM
DE FATO.

CAP. I. QUIA PERTINET] Perscriptis iam tribus a *Cicerone* de natura Deorum libris, absolutaque de Divinatione duobus libris disputatione, nunc quaestionem de Fato adiungit, ut totus ille philosophiae locus pertractatus sit. Pertinet autem, ut ait, ad partem illam philosophiae, quae hominum mores studiaque conformat. Erant autem duae apud Philosophos affines et propinquae scholae, de quibus magnis contentionibus altercabantur: una *περὶ εἱμαρμένης*, id est de Fato, quae ad mores pertinebat: altera *περὶ δυνατῶν*, id est de eo quod fieri potest, aut non potest, quae ad dialecticam spectabat. Utraque quaestio eum ad scribendum impulit. Est autem haec continuatio sine principio, ut totus liber lacerus et mutilus et laciniosus passim est. Neque enim mihi persuadere possim, *quia* primordium libri apud Ciceronem esse. Suspicionem auget, quod in libris scriptis sic reperi: *Quia pertinet ad mores, quos ἦθος illi vocant:* ut aliquid antecessisse verisimile sit. Nam ad absolutionem sententiae aliquid deest: verbi gratia: *De fato nobis scribendum est, quia pertinet ad mores.* Reperi apud *Macrobium* [Saturn. lib. II. cap. 12.] locum quendam festivum ex hoc de Fato libro, quem subscribere visum est. *Nam cum esset apud se ad lacum Avernum Scipio, unaque Pontius, allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, in primis nobilis. Cum autem Scipio unum et alterum ex iis, qui eum salutatum venerant, invitasset, pluresque etiam invitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas: acipenser iste paucorum hominum est.* Pertinet autem haec quaestio ad mores, quia, si fatum est, cum in nostra potestate nihil relinquatur, nullus vel laudi, vel vituperationi locus erit: neque nobis ulla libera susceptio, aut voluntarium officium supererit, nulla praeceptio proderit.

Moralem] Nomen istud, ut novum et insolens, reformidat: tum enim primum novabatur.

Explicanda] Libri scripti habent pendente sententia, *Explicandaque.* [Idque probari sibi in Disputatione contra Ramum ait Turnebus p. 4. *Mr.*]

Vis ratioque enunciationum] Qua de re parum inter Chrysippum et Diodorum conveniebat, quemadmodum *Cicero* scribit in Epistola quadam ad Varronem [lib. IX. Fam. Epist. IV.] *Περὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν: quapropter si venturus es, scito necesse esse te venire: sin autem non es, τῶν ἀδυνάτων est te venire. Nunc vide, utra te κρίσις magis delectet, Χρυσιππεία ne, an haec quam noster Diodorus*

non concoquebat. Sed de his etiam rebus, ociosi cum erimus, loquemur. Hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν est. Locus autem intelligendus est de iis enunciationibus, quae de futuro aliquid, cuius necessarius eventus esse non videtur, pronunciant, ut *Sedebis, non sedebis:* et in proximo exemplo, *De iis rebus loquemur:* ut, si quis locum propius perspiciat, is statim nihil a Cicerone commissum intelligat. De iis autem pronunciatis sic iudicabat Diodorus, ut id solum fieri posse diceret, quod aut esset verum, aut futurum esset verum, ut, quicquid futurum esset, id fieri necesse esset: quicquid futurum non esset, id fieri non posset: Chrysippus autem ab eo dissentiens, quae non essent futura, posse tamen fieri dicebat.

Ἀξιώματα] Vocabulum Stoicum. Stoicorum enim dialectica *Ciceronis* aetate florebat. *Aristoteles ἀπόφανσιν* appellat.

Quam vim habeant] Utrumne, quod futurum dicunt, sit necessarium, ut vult Diodorus: an fieri possit, ut non eveniat, ut censet Chrysippus.

Totaque est λογική] Id est, tota istius περὶ δυνατῶν quaestionis explicatio dialectica quaedam est. Locus etiam iste ab *Aristotele* in libro de Interpretatione tractatur. Idcirco autem istam περὶ δυνατῶν controversiam adhibet, quia ad fati confirmationem sumptum Stoicorum erat, Omnem enunciationem veram vel falsam esse: quod in futuro non ita enucleate dilucideque cernitur.

Quod autem] Disputatio ista Academica est contra propositum, instituto Arcesilae, ut in Tusculanis disputationibus. Academici autem certamen cum Stoicis potissimum susceperant, quorum illa tempestate philosophia percrebruerat. Hoc libro Cicero contra eos disserit, et firmamenta, quibus fatum esse probant, evertit. Nec vero eius in eam partem accipienda argumentatio est, quasi fatum non esse affirmet, (quod quidem longe ab Academicorum dubitatione abest) verum ex iis, quae Stoici adferunt, ad liquidum non probari. Quod si quis isti sermoni interfuisset Stoicae rationis peritus et aemulus, disputationem instituisset, ut fecit in libris de natura deorum, et de Divinatione: in quibus perpetua in utramque partem explicatur oratio. Hirtius autem, qui quaestionem, ad quam audiret, posuerat, institutionis alioqui Stoicae non admodum fortasse gnarus, aut certe non aemulus, ex fatali calamitate, ut opinor, reipub. Romanae in eum sermonem devenerat, ut diceret, fato geri et evenire propemodum omnia sibi videri, et de fato quid Cicero sentiret, audire se velle. Contra quam sententiam Cicero disputat.

De natura Deorum] Id merito excusat: quia, cum haec de Fato disputatio ad eundem locum philosophiae pertineat, aliter tractari non debuit.

Quod cuique maxime] Nam similitudinem veri et probabilitatem sequebantur Academici, qui certo quicquam sciri prorsus negabant.

In Puteolano] Id est fundo, quem in agro Puteolano habebam. Haec igitur disputatio in Puteolano Ciceronis habita est, ut in Varronis Cumano Academicae disputationes disceptatae. Alias etiam villas, Formianam, Pompeianam, Tusculanam possidebat.

Hirtius] Consul designatus cum Pansa. Eius literatura *t*, non *c* postulat, cum ab hirto deducatur. Proinde a *Dione* et *Xiphilino* Ἵρτιος vocatur.

Iis studiis] Ne ineptum esse videatur cum eo habitum esse de philosophia sermonem, qui ab ea abhorreret et alienus esset.

Idque et saepe alias] Scilicet fecimus: quod loquendi genus non raro solet in particula, *Idque*, usurpari.

Interventoribus] Qui interveniunt nobis aliquid agentibus interventores vocantur; qui domum nostram frequenter adveniunt, adventores.

Hinc meretricula apud Plautum: *Ne quis*, inquit, *adventor gravior abeat, quam adveniat.*

Quasi legitima] Usitata nobis velut legis cuiusdam praescripto. Nam propter translationem, *Quasi*, addidit.

CAP. II. *Quibus acceptis*] Auditis. [Proba est haec pravae lectionis explicatio. *Mr.*]

Exercitationes] Quotidianis enim paene commentationibus declamandi se exercebat, et ad praeturam Graece semper declamarat. Latine vero senior quoque, et quidem, Hirtio et Pansa Coss. Declamandi assiduitatem declarat Tusc. lib. I. [c. 4.] *Ut enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit, sic haec mihi nunc senilis est declamatio.*

Aliquid audire] Aliquam tuam scholam et disputationem de philosophia. Auditor Hirtius erit, non disputator.

Vel audire] Ut lubet, vel me dicentem audies, vel ipse declamabis: nam apud eum Hirtius et Pansa declamitabant, quos grandes praetextatos appellare solebat. Hirtium et Dolabellam discipulos suos in epistola quadam ad Papirium Paetum vocat. [IX. Fam. 16.] *Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, coenandi magistros. Puto enim te audivisse, si forte ad vos omnia perferuntur, illos apud me declamitare, me apud eos coenitare.*

Genere philosophiae] Cum Academia nova, quae contra id, quod se quisque sentire dicat, disputaret; lib. III. de Orat. [c. 19.] tradit oratori coniunctissimam esse philosophiam Academiam et Aristoteleam, reliquas ei non necessarias: sed, si eximiam speciem facultatis adamet, aut Carneadeam aut Aristoteleam vim esse comprehendendam.

Subtilitatem] Subtiliter et acute ab Academia nova disserere discit, cuius mira solertia et subtilitas erat in excogitandis rationibus et argumentis contra cuiusque sententiam.

Possessio] Quoniam Academici et oratores sumus.

Utro frui] Conditio tibi sit optare vel declamantem, vel de philosophia disputantem audire.

Gratissimum] Mihi facis, vel mihi est.

Rhetorica] In neutro genere, ut *dialectica, mathematica, physica* dicere saepenumero solet.

Contra propositum] Nam cum certi nihil esse dicerent Academici, quod aut sensibus, aut animo percipi posset, aspernarenturque omne animi et sensuum iudicium, reliquum erat ut contra aliorum sententias disputarent. Ita sublata perceptione, contra propositum iam inde ab Arcesila disputare coeperant.

Tusculanae] *Disputationes* potius, quam *quaestiones*, inscribi debent, ut ex hoc loco perspici potest, vel *Tusculanae* potius simpliciter, ut a *Nonio* semper citantur.

Ad quod audiam] Sic Tuscul. I, [28.] *Ex quo efficitur aeternitas, nisi quid habes ad haec.*

Romanum hominum] Nam Graecorum philosophorum istae disputationes erant, non hominum Romanorum, qui non tantopere in philosophia versati erant.

Proinde ordire] Plurima hic deesse nemo non videt. Abest enim propositio Hirtii, multaque Stoicorum firmamenta fatum probantia: quae tamen, quia hodieque apud *Plutarchum* exstant, plurimumque *Ciceroni* sic trunco ac mutilo lucis afferre possunt, a me subscribentur. *In adversario genere*, inquit, *prima ac praecipua captio videtur esse*, Nihil absque causa fieri, sed omnia fieri antecedentibus causis: *altera*, Mundum administrari natura, ipsum sibi consentientem et conspirantem: *tertia, testimonium quoddam potius videtur esse. Advocatur enim pri-*

mum divinatio, quae cum hominum opinione floret, tum in deo opt. max. re vera viget. Deinde in iis quae eveniunt, sapientum hominum approbatio, omnia recte ordineque fieri praedicantium. Postremo pervagatum illud, Pronunciatum omne verum vel falsum esse. Ista enim capita disputationis Stoicae erant, quae, ut captiosa *Plutarchus* censet, ita a *Cicerone* hic refutantur.

Cap. III. *Consideramus Hirti*] Veteres libri, *Constamusici*, ex quo illud, *Consideramus Hirti*, factum est, nec propter tantam loci labem emendatio ex facili fuerit. Hic autem Cicero refutat Stoicorum argumentum, quod ex continuatione coniunctioneque naturae, quam συμπάθειαν vocant, ad fatum probandum adferebant: sic enim ratiocinabantur, Partes omnes mundi naturali cognatione teneri inter se conspirantes et copulatas: proinde seriem esse causarum perpetuam, vi sese quoquoversum diffundente et propagante quadam contagione, et parte parti respondente. *Cicero* lib. II. de Divin. [c. 15.] *Qua ex coniunctione naturae, et quasi concentu atque consensu, quam συμπάθειαν Graeci appellant, convenire potest fissum iecoris cum lucello meo.*

Antipatro] *Plinius* [lib. VII. cap. 51.] *Antipater*, inquit, *Sidonius poeta omnibus annis uno die tantum natali corripiebatur febre, et eo consumptus est satis longa senecta.* Idem scribitur a *Valerio* [lib. I. cap. VIII, 16. extern.]

In brumali die] Id est bruma. *Plinius* lib. II. [cap. 41.] *Floret ipso brumali die suspensa in tectis arentis herba pulegii.* Cicero de Divin. lib. II. [cap. 14.] *Pulegium aridum florescere ipso brumali die,* quod ad contagionem refert. Exemplum autem quoddam a Posidonio fuerat inductum, in quo valuisse dicebat vim syderis brumalis, eventu in illis hominibus testatam, quod, verbi gratia, frigidis morbis obnoxii fuerint.

Aegrotantibus fratribus] *Quos idcirco*, ut *Augustinus* lib. V. de Civitate Dei [c. 2, 5.] scribit, *geminos esse coniecerat Hippocrates, cum id ex constitutione et affectione coeli fataliter evenire Posidonius postea interpretatus sit.* In libris, ut reor, de natura.

In urina, in unguibus] Medici ex quibusdam rebus et advenientes et ingravescentes morbos provident, et multas valetudinis secundae et adversae significationes et indicia habent, ex urinaque multa augurantur: interdum et ex unguibus. *Celsus* [lib. II. cap. 6.] *Illa quoque,* inquit, *mortis indicia sunt, ungues digitique pallidi, frigidus spiritus.* Quae signa Stoici ad consensionem naturae seriemque causarum consertarum referenda censebant.

Naturae contagio] Συμπάθεια, id est, consensio convenientiaque naturae, quae tanquam contactu afficit. Negat autem ex contagione naturae, quam concedit, fatum probari.

In aliis] In iis exemplis, quae nec ad contagionem naturae, nec ad artem et disciplinam referri possunt; sed quae casu et forte fortuna evenerunt.

Illo naufrago] Posidonius homini cuidam, cuius nomen ne ipse quidem posuerat, praedictum fuisse scripserat, in aqua esse pereundum: is autem naufragium fecit, et in rivo postea lapsus est: aut, cum ei naufragium letumque ex aqua praedictum esset, in rivo lapsus est.

Icadio] Icadium *saevissimum piratam* fuisse (piratam enim hic praedonem Cicero vocat) scribit *Sext. Pompeius.* Εἰκάδιον, nisi fallor, *Suidas* vocat. In eius crura ex spelunca saxum incidit, cum tamen vitam maritimam coleret.

Daphita] Qui, ut *Valerius* scribit [lib. I. c. VIII, 8. extern.] *cum professione sophista esset, Delphis ad ludibrium Apollinem consuluit, an*

equum invenire posset, quem omnino nullum habebat: edita sors est, eum inventurum equum, quo periret. Itaque cum in regem Attalum incidisset, saepe contumeliis a se lacessitum, eius iussu de saxo, cui nomen EQUO erat, praecipitatus est.

Strabo [lib. XIV. pag. 958.] grammaticum fuisse scribit, et in monte Thorace suffixum in cruce. quod reges Pergami contumeliosis versibus incesseret: unde natum proverbium, *Cave Thoracem.* Refert et hoc in reges maledicum eius epigramma.

Πορφυρέοι μώλωπες, ἀποῤῥινήματα γάζης
Λυσιμάχου, Λυδῶν ἄρχετε καὶ Φρυγίης.

Pace magistri] Nam Posidonium audierat. Lib. I. de natura Deorum, c. 3. *Et principes illi Diodotus, Philo, Antiochus, Posidonius, a quibus instituti sumus.*

Sunt quidem] Legendum videtur, *Sunt* quaedam *absurda.*

De equo] In monte Thorace, qui Magnesiae impendet, saxum, unde praecipitatus est Daphitas, equus vocabatur. Daphidas a *Valerio* et *Suida* vocatur.

Quadrigulas] *Apollinis oraculo,* ut *Valerius* ait [lib. I. cap. VIII, 9.] *Philippus rex Macedonum monitus fuit, ut a quadrigae violentia salutem suam custodiret. Itaque toto regno currus disiungi iusserat, eumque locum, qui in Boeotia quadriga dicitur, semper vitavit: nec tamen denunciatum periculum evitare potuit. Nam Pausanias in capulo gladii, quo eum occidit, quadrigam habuit caelatam.* Hic autem quadrigae non solum quatuor equos sine curru iunctos significant, sed etiam currum, ut Valerius interpretatur. Oraculi verba fuerunt, *ἅρμα φυλάττεσθαι.* Locus, quem Philippus in Boeotia semper vitabat, *Ἅρμα* dicebatur.

Quadrigulas] Ad h. v. cum P. Ramus in comm. ad Cic. de Fato dixisset, *quadrigas* esse *quatuor equos iunctos sine curru, quales in Circensibus ludis certabant:* ita contra eum disputat H. Turnebus in Disputatione p. 14. sq.: Vellem, id vel Grammatici vel auctoris alicuius testimonio confirmasses. Inventor enim quadrigarum, Erichthonius, ad currum equos iungebat. Virg. [Georg. III. 113. sq.]

Primus Erichthonius currus et quattuor ausus
Iungere equos rapidisque rotis insistere victor.

Sed dices, Virgilium more Graeco id scripsisse, non ex Circi Romani consuetudine. Satis tamen constat, a consuetudine heroicorum temporum, quibus homines e curru pugnabant, Olympiorum quadrigas et Circi ludos ortos esse. Romae autem Circensibus ludis currus fuisse, ex Virgilio cognosce: [Georg. I. 512. sqq.]

Ut, cum carceribus sese effudere quadrigae
Addunt in spatia, et frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Nam etsi currum pro equis poëta immutavit, tamen id fecit, quod in quadrigis currus esset. Alio loco apertius [Georg. III. 107.]

Nonne vides, cum praecipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus?
Cum spes arrectae iuvenum, exultantiaque haurit
Corda pavor pulsans? Illi instant verbere torto
Et proni dant lora: volat vi fervidus axis.

Lucilius apud Ciceronem ad Atticum: [XIII. 21.]

Sustineat currum, ut bonus saepe agitator, equosque.

Haec a poëtis illis de quadrigis Circensibus scribuntur. Plinius: [H. N. 8. 42. 65. p. 466. ed. Hard.] *Nam in Circo ad currum iuncti, non dubie intellectum adhortationis et gloriae fatentur.* Gellius [19. 8.]: *Contra autem quadrigas, etiamsi currus unus equorum quatuor iunctorum agmen*

unum sit, plurativo semper numero dicendas putat. Itaque in quadrigis equi duo *iugales* dicebantur, qui ad iugum currus iuncti erant. eos Graeci ζυγίους vocant: duo *funales* extra iugum, unus sinisterior, alter dexterior. Suetonius in Tiberio [6.]: *Dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo, cum Marcellus, Octaviae filius, dexteriore veheretur.* Hi a Graecis σειραῖοι dicuntur et σειροφόροι. etiam δεξιόσειρος dexterior equus dicitur. Nos a Circi consuetudine equos bellatores in historiis Gallicis *dextrarios* [vid. du Fresne Glossar. Lat. med. et inf. h. v. — *destriers.*] appellari legimus, cum praesertim *dextrationem* pro *aurigatione* usurparit Solinus [45.] quod ideo fecit, quia dextroversum flexus metae lustrabatur. Sic a Circi factione, quae *russata* dicebatur, equos bellatores *russatos* et *russinos* Galli appellare videntur. [v. du Fresne v. *runcinus*]. Sed et quod olim nobiles et generosi equi, stragulis pulcherrimis et tanquam *pallis* ornabantur, ut illud indicat: [Virg. Aen. 7, 277.]

Instratos ostro alipedes pictisque tapetis:

idcirco Gallicae historiae, ut id etiam obiter dicam, *Palliferos* vocare solent pulcherrimos et ornatissimos equos. — — Quid autem te fefellerit, dicam. Legeras apud Grammaticos in vocabulariis, *quadrigas* esse quatuor equos iunctos. De tuo *sine curru* addidisti; quod, quid iungere esset, non intelligeres. Id enim est, equos ad currum aut ad plaustrum adiungere. Ovidius: [Metam. II. 118.]

Iungere equos Titan velocibus imperat oris; [*Horis*]

id est, ad currum iungere. Virgilius: [Bucol. III. 91.]

Atque idem iungat vulpes:

id est, ad curriculum iungat, aut plostellum. Martialis: [2, 6.]

Et cum currere debeas Bovillas
Interiungere quaeris ad Camoenas.

Nam *interiungere* dicit, unum iter iustum dividere et in eo interquiescere, quod interea equos, qui quieverint, unumque illud iter uno labore conficere potuerint, in medio itinere iungamus. Iurisconsulti etiam *transiungere* ad edictum aedilium usurpant pro *in diversam partem ad currum aut plaustrum aut rhedam aut carrucam iungere:* ut a sinistra in dextram, aut contra Ulpianus: *quaesitum est, si mula talis sit, ut transiungi non possit, an sana sit?* Valerii autem Maximi historia plane contra te facit, cum Valerius scribat, Philippum iussisse, toto suo regno currus disiungi: ut Valerius et Philippus utique quatuor equos cum curru intellexerint. — — Cum autem Valerius ait, disiunctos esse currus iussu Philippi, significat Philippum vetuisse, ne quis quadrigas ad ludos Olympicos aut alios, qui in Graecia erant, haberet. Id τεθριπποτροφεῖν et ζευγοτροφεῖν Graeci dicebant et ἱπποτροφεῖν — Quod autem tibi credi postulas ἅρμα quatuor equos iunctos sine curru significare posse, contra te facit tota Homeri Ilias, Pindarus, Aeschylus, Sophocles, Grammaticorum cohors. Nam si τέθριππον aut τέτρωρον diceres, veri similitudinem id aliquam haberet: ἅρμα autem, quid aliud, quam currum, significet, non video. — Ad quae Ramus [*Audomari Talaei admonitio ad Adr. Turnebum* p. 10.] nil nisi haec: „quod negas, *quadrigas* unquam pro quatuor equis accipi sine curru iunctis: non te Romam dimittam, ut in veteribus monumentis quadrigas sine curru videas: apud typographum aliquem simulacrum urbis Romae spectato: videbis in extremo circum et metas et quadrigas sine curru.“ Cui Turnebus [*Leodegarii a Quercu ad Aud. Talaei admonitionem responsio.* p. 10.] Quid tu simulacris confidis et picturis testibus? Quid tot auctoribus fiet, quos produxi? Quid si pictos *equos desulterios* vidisti, eosque a *quadrigis* internoscere non potuisti? *Quadrigae* in Circensibus et *bigae* equi sunt ad currum iuncti:

qui non iuncti, *desultorii equi* dicuntur. — Quibus non est, quod nos aliquid addamus, nisi hoc: Ciceronis certe loco et in Philippi historia de equis sine curru cogitandum non fuisse. *Mr.*

Sine nomine] Cuius nomen Posidonius non posuit, ut fortasse commentitium sit ad libidinem exemplum. Quamquam ex eo fatum nihil affirmatur. Nam cum esset praedictum eum in aqua periturum, sortem fides non est secuta, cum in rivo tantum sit lapsus: imo vero, quod naufragus enataverit, in aqua perire non debuit.

Praedonis] Piratae.

Praedictum] Nam ex praedictis et divinatione fatum probari solet, ut contra ex fato divinatio. Igitur in exemplo nulla videtur fati comprobatio, cum divinatio nulla antecesserit: et alioqui enumerarit inter ea, quae praesagio fidem facerent aliquam fati.

Saxum] Non lapidis casu, sed saxi ruina et vastae molis ei crura fracta comminutaque fuisse dicit.

Late patebit] Non ad hoc tantum exemplum pertinebit.

Quid ergo] Complexio est, qua, quod in partitione superiore Cicero posuerat, conficit, exempla a Posidonio adducta ad naturam aut fortunam omnino referri posse. Estque locus integerrimus, quod tamen nonnullis non videtur.

CAP. IV. *Cum bona gratia*] Levi ista refutatione in eum contenti simus, ne, si infestius acriusque instemus, in eum iniquiores esse videamur, quem non offendere, cui parcere, magistro praesertim, debeamus.

Laqueos] Captiosas et fallaces conclusiones: nam haec argumenta libello de Fato *Plutarchus* etiam *σοφίσματα* vocat.

De ipsa rerum contagione] De qua iam Posidonio respondimus: sed quia a Chrysippo idem argumentum adfertur, diluendum est; reliqua deinceps firmamenta evertemus. Contagionem vocat rerum convenientiam ex coniunctione naturae et quodam tanquam contactu, cum ipsa rerum natura continuata sit et cohaerens. *Συμπάθειαν* appellare solent. Id enim est, quod *Plutarchus* ex Stoicorum sententia in libello de Fato scripsit, mundum sibi consentire et conspirare. Eodem autem ad divinationis confirmationem argumento Stoici uti solebant. In quibusdam libris *Cognatione* legitur.

Contagione] Ad h. l. Turnebus in Disp. contra P. Ramum p. 17. versâ haec addit: „Est *contagio* hic ad verbum *συνάφεια* aut *συναφή*, id est, contactus et continuatio rerum in mundo, ut arbitrantur Stoici, nihil disiunctum, nihil distractum habente. Ea ex Synesio intelligi potest, sic scribente: *ἔδει γάρ, οἶμαι, τοῦ παντὸς τούτου, συμπαθοῦς τε ὄντος καὶ συμπνοῦ, τὰ μέρη προςήκειν ἀλλήλοις, ἅτε ἑνὸς ὅλου μέλη τυγχάνοντα· καὶ μή ποτε αἱ μάγων ἴυγγες αὗται·* [ac vide ne istae sint magorum illecebrae. T.] *καὶ γὰρ θέλγεται παρ᾽ ἀλλήλων, ὥςπερ σημαίνεται· καὶ σοφὸς ὁ εἰδὼς τὴν τῶν μερῶν τοῦ κόσμου συγγένειαν· ἕλκει γὰρ ἄλλο δι᾽ ἄλλου, ἔχων ἐνέχυρα παρόντα τῶν πλεῖστον ἀπόντων, καὶ φωνὰς, καὶ ὕλας, καὶ σχήματα. ὥςπερ ἐν ἡμῖν σπλάγχνου παθόντος, ἄλλο συμπέπονθεν· καὶ τὸ τοῦ δακτύλου κακὸν εἰς τὸν βουβῶνα ἀπερείδεται, πολλῶν τῶν μεταξὺ μὴ παθόντων.* Ex his satis intelligitur, quid hic sit *naturae contagio.* — Sed et eam rem luculente nobis hunc in modum Alexander [Aphrodis. de Fato c. XXII. p. 70. ed. Orell.] explicat: *Φασὶ δὴ τὸν κόσμον τόνδε ἕνα ὄντα, καὶ πάντα τὰ ὄντα ἐν αὑτῷ* [Or. *αὐτῷ*] *περιέχοντα, καὶ ὑπὸ φύσεως διοικούμενον ζωτικῆς καὶ λογικῆς καὶ νοερᾶς, ἔχειν τὴν τῶν ὄντων διοίκησιν ἀΐδιον καθ᾽ εἱρμόν* [O. *κατὰ εἱρμόν*] *τινα καὶ τάξιν προϊοῦσαν, τῶν πρώτων τοῖς μετὰ ταῦτα γινομένοις αἰτίων γινομένων, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ συνδεομένων* [O. ex Codd. *συνδεδεμένων*] *ἁπάντων ἀλλήλοις, καὶ μήτε οὕτω τινὸς ἐν αὐτῷ γινομένου, ὡς*

μὴ πάντως ἐπακολουθεῖν αὐτῷ καὶ συνῆφθαι ὡς αἰτίῳ ἕτερόν τι, μήτε [O. *μήτ'*] *αὖ τῶν ἐπιγινομένων τινὸς ἀπολελύσθαι δυναμένου τῶν προγεγονότων, ὡς μή τινι ἐξ αὐτῶν ἀκολουθεῖν* [O. *ἐπακολουθεῖν*, cum Ed. Lond. 1658. illud Ald.] *ὥςπερ συνδεόμενον· ἀλλὰ παντί τε τῷ γενομένῳ ἕτερόν τι ἐπακολουθεῖν, ἠρτημένον αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης ὡς αἰτίου· καὶ πᾶν τὸ γινόμενον ἔχειν τι πρὸ αὐτοῦ, ᾧ ὡς αἰτίῳ συνήρτηται· μηδὲν γὰρ ἀναιτίως μήτε εἶναι μήτε γίνεσθαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, διὰ τὸ μηδὲν εἶναι ἐν αὐτῷ ἀπολελυμένον τε καὶ κεχωρισμένον τῶν προγεγονότων ἁπάντων.*" *Mr.*

Alios esse salubres] Ut Crotonem urbem.

Pestilentes] Ut Sardiniam.

Redundantes] Superfluentes nimiaque pituita suffusos: quales qui lacustria et palustria incolunt. Varios autem habitus locorum *Hippocrates* diligenter in libello de Aëre, locis, et aquis, notavit.

Tenue caelum] Aër tenuis et liquidus, quia tenue etiam solum est, ut scribit *Thucydides*, ex quo subtilis aspiratio. De salubritate et temperie caeli Attici *Plato* in Timaeo ita scribit: *Ταύτην οὖν δή τοτε ξύμπασαν τὴν διακόσμησιν καὶ σύνταξιν ἡ προτέρους ἡμᾶς διακοσμήσασα κατῴκισεν, ἐκλεξαμένη τόπον ἐν ᾧ ἐγενέσθη, τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν ἐν αὐτῷ κατιδοῦσα, ὅτι φρονιμωτάτους ἄνδρας οἴσει.* Caelum autem aër plerumque dicitur. *Plinius* [H. N. lib. II. c. 38.] *Namque et hoc caelum appellavere maiores, quod alio nomine aëra.*

Crassum Thebis] Hinc Horatianum illud [lib. II. Ep. I, 244.]

Boeotûm in crasso iurares aëre natum.

In aëre autem crasso stupidi et obtusi plerumque sunt, qui nascuntur: quod tamen perpetuum non est: et *Iuvenalis* scribit [Sat. X, 50.]

Summos posse viros, et magna exempla daturos
Vervecum in patria crassoque sub aëre nasci.

Pingues Thebani] Tardi et hebetes. *Cicero* [Acad. II, 34.] *Quod ipso Antiocho pingue videbatur.* *Horatius* [Serm. II. Ecl. VI, 14.]

Pingue pecus domino facias, et caetera, praeter
Ingenium.

Proinde veteres in Boeotorum stuporem cavillantes, *Suem Boeoticam* dicebant.

Et valentes] Robusti, fortes. Infra: *In qua tibi cum Diodoro* valente *dialectico magna luctatio est.* In caelo autem crasso et concreto corpora et proceriora, et firmiora adolescunt.

Tenue caelum] Quamvis sit egregia habilitas ingeniorum in tenui caelo ad percipiendam philosophiam, et ex eo proclivitas et propensio, loci tamen contagio a voluntate disiuncta est hunc vel illum audiendi.

Arcesilam] Ἀρκεσίλαος Graece vocatur, qui Dorico more a Latinis Arcesilas appellatur: ut Ἀκουσίλαος a Cicerone in libris de Oratore Acusilas vocatur. Zeno princeps Stoicae disciplinae fuit: Arcesilas auctor Academiae novae: Theophrastus Peripateticus auditor Aristotelis fuit. Hos tres nominat, quod eodem tempore philosophiam Athenis docuerunt, quanquam Theophrastus Zenonem, Zeno Arcesilam anteibat aetate.

Neque crassum] In quo valentiores nasci solent, et ad certationes corporum aptiores.

Nemea] Ex Nemeaeo potius quam Isthmio certamine.

Adferre potest] Impellere.

In porticu Pompeii] Ambulationem iuxta theatrum suum Pompeius centum columnis suspensam exstruxerat, amoenam proceritate assitarum platanorum. *Propertius* [lib. II. El. XXIII, 45.]

Scilicet umbrosis sordet Pompeia columnis
Porticus, aulaeis nobilis Attalicis.

Ovidius [de Arte Amandi I, 67.]

Tu modo Pompeio lentus spatiare sub umbra,
Cum sol Herculei terga leonis adit.

In campo] Martio. *Cicero* [de Orat. II, 71.] „*Ut M. Lepidus, cum ceteris in Campo se exercentibus in herba ipse recubuisset.* Vellem hoc esset, *inquit*, laborare.“ Illis in locis se plerumque ociosi ambulando delectabant.

Idibus] Medio mense potius, quam primo.

Ut igitur] Totus iste locus in Chrysippum, non in Posidonium confertur, quem iam cum bona, ut dixit, gratia dimisit. Contagionem affectionis astrorum, ut loci et caeli, ad quasdam res pertinere fatetur: ad voluntarias impulsiones negat. Nam Chrysippus in tractanda contagione, qua fatum comprobabat, astrorum affectionem et caeli constitutionem, unde mathematici praedicta sua ducunt, multum posse argumentatus fuerat.

Affectio astrorum] *Ποία σχέσις καὶ διάθεσις*, id est, eorum inter se comparatio ex aspectu triquetro, quadrato, sextili, aliisque id genus, quae solent mathematici in genituris observare.

Ad omnes non valebit] Ad motus voluntarios, qui liberi et arbitrarii, non obnoxii neque coacti.

Quid mirum est, has dissimilitudines] Haec argumentatio non efficit, quod vult Chrysippus, quia ista naturales causas habent, quibus obnoxiam docere deberet esse voluntatem.

Cap. V. *Qua de re agatur*] Quid in controversiam veniat, et de quo ambigatur. Verbum iurisconsultorum. *Cicero* [Topic. cap. 25.] *Sed quae ex statu contentio efficitur, eam Graeci κρινόμενον vocant, mihi placet id, quoniam quidem ad te scribo,* qua de re agitur, *vocari.* Non videt igitur, quid agatur et de quo dubitetur, Chrysippus. Quaeritur enim, an, ut multarum rerum naturales causae sunt, sic nostrarum appetitionum causae sint antecedentes et naturales.

Causa consistat] Quaestio et controversia versetur.

Antecedentes] *Προκαταρκτικὰ αἴτια* significat, quae etiam *προηγούμενα* dicuntur, differuntque ab iis quae *συνεκτικὰ* dicuntur, id est, continentes causae, cohibentes in se efficientiam naturalem: suntque vocabula Stoica, quae a Stoicis medici mutuati sunt. Ab iis autem causis voluntas et appetitio immunis est, cuius libera est et soluta susceptio.

In nostra potestate] Quod *ἐφ' ἡμῖν* Stoici appellant. Libertatem enim voluntatis Fati assertores nonnulli, ut Chrysippus et plerique Stoici, retinent, qui fatum non ex necessariis et principalibus causis nectunt, sed ex iis, quae praecursionem afferunt, et antecessionem, sine quibus res effici non possit. *Cicero* [Topic. cap. XV.] *Alia autem praecursionem quandam adhibent ad efficiendum, et quaedam afferunt per se adiumenta, etsi non necessaria: ut amori congressio causam attulerit, amor flagitio.* Ex hoc genere causarum ex aeternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur.

In nobis] In nostra potestate.

Cogi] Confici. *Cicero* de Legibus [II, 18.] *Sunt autem ea quae posui, ex quibus id, quod volumus, efficitur et cogitur.*

Ut ne sedeamus quidem] Quod voluntariam causam habet. non naturalem, cum ab appetitione et susceptione animi libera proficiscatur, non a necessaria impulsione.

Principalibus] *Κυρίοις καὶ συνεκτικοῖς αἰτίοις*, ut Stoici loquuntur, quae quidem efficientur rem aliquam antecedunt. Aliud est principale, quo *Lucretius* utitur [V, 247.] nam a principio deducitur.

Principiale aliquod tempus, clademque futuram.

Stilponem] Veteres libri *Stilphonem* habent, ut apud *Terentium*: *Stilphonem, inquam, noveras?* atque ita hic scribendum puto. Nam quamquam Στίλπων Graece dicitur, tamen more Latinis usitato aspiratur anhelaturque Stilpho. Sic γρύπες a Latinis dicuntur gryphes, τρόπαιον trophaeum, Ἀργυππαῖοι apud *Herodotum*, a *Mela* Arymphaei. Hic autem Stilbo a Cicerone in Academicis dicitur, qui non solum Megarensis fuit, verum etiam secta Megaricus. Nam Megarici quidam philosophi ab Euclide sunt appellati, qui postea ἐριστικοὶ et διαλεκτικοὶ vocati sunt. Hic nescio quis *Megareon* legit: quod etsi non improbo, tamen, ut in veteribus libris reperi, *Megaricum* lego.

Acutum] Acutus enim disputator fuit subtilisque dialecticus.

Ebriosum] Proclivem et propensum ad ebrietatem; quae etiam in mulieroso proclivitas est: hinc mulierositas et ebriositas. *Cicero* IV. Tusculana [cap. XI.]

Socratem] Idem a *Cicerone* IV. Tusculana [c. 37.] scribitur, et ab *Alexandro* Aphrodisiensi [p. 164.] his verbis, *Εἰπόντος γοῦν Ζωπύρου τοῦ φυσιογνώμονος περὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἄτοπά τινα καὶ πλεῖστον ἀφεστῶτα τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τῆς κατὰ τὸν βίον, καὶ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σωκράτην καταγελωμένου, οὐδὲν εἶπεν ὁ Σωκράτης ἐψεῦσθαι τὸν Ζώπυρον· ἦν γὰρ ἂν τοιοῦτος ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκ φιλοσοφίας ἄσκησιν ἀμείνων ἐγένετο*, id est, *Cum igitur Zopyrus physiognomon de Socrate philosopho improba quaedam et ab eius instituta vita plurimum abhorrentia dixisset, ab eisque, qui una cum Socrate erant, eo nomine derisus esset, nihil illum falli Socrates dixit, quod talis per naturam futurus fuerit, nisi disciplina philosophiae et commentatione naturam edomuisset.* Docet autem in quibusdam quae antegressas habent causas, nullam tamen inesse necessitatem fatalem, cum ratione et consilio et disciplina et studio regi temperarique possint, atque adeo in totum tolli.

Notarit] Probro coram affecerit, vitiis eius in conventu notatis.

Physiognomon] Qui hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere solet. Iis enim ex partibus potissimum augurantur mores atque naturam physiognomones, qui et metoposcopi vocantur. *Tranquillus* in Tito [c. 2.] *Quo quidem tempore aiunt metoposcopum a Narcisso Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inspiceret.*

Bardum] Stultum et ingenio tardum. *Sext. Pompeius* et *Nonius* explicant a vocabulo Graeco *βάρδιστος*.

Iugula] Duo enim homini utrinque solent ad claves esse iugula fere cava: iugula in alio genere animantium non sunt. Plinius [XI, 43.] *Terrestrium solus homo bipes, uni iuguli, humeri: ceteris armi.* Est autem dexter iugulus et sinister. Hinc illud de Adriano imperatore refertur [apud *Dionem* lib. LXIX. pag. 788.] *Ἐδόκει δὲ ὄναρ πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔν τε αἰθρίᾳ καὶ εὐδίᾳ πολλῇ εἰς τὴν ἀριστερὰν αὐτῷ σφαγὴν ἐμπεσεῖν, ἔπειτα καὶ ἐπὶ τὴν δεξιὰν παρελθεῖν.*

Obstructas] Ut interseptus esset spiritus, nec ei liber commeatus pateret: eaque esset in eo causa tarditatis.

Alcibiades] Aut quod puerorum amator esset Socrates, aut quod nullum in eo vestigium libidinis Alcibiades sensisset, a quo sic aliquando surrexisset, ut si cum parente cubuisset.

Tolli, ut is ipse] Propensio, quae a naturalibus causis proficiscitur, proclivitas naturae est: avocatio ab ea, studio et disciplina fit, cum etiam voluntatis inductione emendetur: tantum abest, ut voluntas naturalibus causis obnoxia sit.

Quae tolluntur omnia] Posito fato et ex divinatione constituto, nullus relinquetur locus voluntati, studio, disciplinae. Divinatio enim non erit, nisi quaecunque futura praedicentur, necessario eveniant.

Ex divinationis ratione] Alterum caput, quo Stoici confirmant fatum: Divinatio est, igitur fatum: istudque reciprocatur, si fatum est, esse divinatio videtur. Huius firmamenti *Plutarchus* in libello de Fato meminit: locus autem tam de oraculis deorum, quam de mathematicorum praedictionibus intelligi debet. Divinatio autem constat ex earum causarum notatione et observatione, quarum serie fatum connectitur.

CAP. VI. *Percepta*] Sic veteres libri, magisque vim et significationem vocabuli Graeci *perceptum*, quam *praeceptum*, attingere videtur. Sunt igitur *percepta*, observata, notata, spectata praecepta: alioqui apud *Ciceronem* ad comprehensionem hoc verbum pertinet, quam Graeci *κατάληψιν* appellant. *Θεώρημα* porro vocabulum est mathematicum, ut ex *Euclide* intelligi potest, ut et *πρόβλημα*. Addit vocabulum Graecum ad ambiguitatem tollendam, ne de comprehensione et perceptione quavis loqui videretur.

Percepta] Contra P. *Ramum*, *praecepta* legentem, H. *Turnebus* in Disputatione p. 20. etc. ita disputat: „Esse *θεώρημα perceptum* potius, quam *praeceptum*, sic intelliges: Est in verbis *θεωρεῖν*, *θεωρητικὸν* et *θεωρία* vis *spectandi*, *contemplandi*, *cognoscendi*, *percipiendi*, non, ut mihi videtur, *praecipiendi*. Etiam apud Aristotelem *quaestio θεώρημα* esse dicitur, ut in Topicis [I. 9.]: *πρόβλημα δέ ἐστι διαλεκτικὸν, θεώρημα τὸ συντεῖνον ἢ πρὸς αἵρεσιν καὶ φυγὴν, ἢ πρὸς ἀλήθειαν καὶ γνῶσιν*. Eiusdem sunt generis apud Graecos *σκέψις*, *σκέμμα*, *διάσκεψις*: in quibus omnibus nullum *praecipiendi* vestigium apparet. Quin etiam *θεωρὸς* a Cicerone *auscultator* vertitur, traductione a sensu ad sensum, qui proprie *spectator* dici debuit. Quod enim dixit Aristoteles *ἀνάγκη δὲ τὸν ἀκροατὴν ἢ θεωρὸν εἶναι, ἢ κριτὴν*, sic reddidit: *Nam ut auscultator est modo qui audit, aut disceptator*. [Orator. Partit. 3, 10.] Idem *θεωρητικὰ ζητήματα quaestiones cognitionis* appellavit. [Respicit, ut opinor, Acadd. II. 8. 26. ibi vero est: *quaestio autem est appetitus cognitionis. Mr.*]. — Itaque patres nostri *θεώρημα* fere speculationem interpretabantur: et cum Aristoteles scribit: *ὁ μὲν μουσικὸς τῇ ἀκοῇ περὶ τὰ μέλη, ὁ δὲ φιλομαθὴς τῇ διανοίᾳ περὶ τὰ θεωρήματα*, animum studiosorum in *contemplatione* intellexit: ut et eodem modo alio loco, cum scribit: *καὶ θεωρημάτων δὲ εὐπορεῖ τῇ διανοίᾳ*, mentem *rerum cognitione* abundare significat: quod etiam Artemidorus ostendit, qui somnia quaedam *θεωρηματικὰ* dicit, quae ipsa specie ipsoque *viso* significationem sui prae se ferunt sine ulla ambage. Itaque si quando *θεώρημα praeceptum* dicatur, id fit inflexione et immutatione significationis, quam hic secutum Ciceronem non putem: quem, adstipulante veterum librorum auctoritate, censeam vim vocabuli Graeci exprimere voluisse: praesertim cum *praeceptum παράγγελμα* potius declaret aut *παραίνεσιν*. Proinde Seneca eam philosophiae partem, quam Graeci *παραινετικὴν* appellant, *praeceptivam* interpretatur. [Sen. Epist. 95. prc.] Nec vero *percepta experimenta* tantum sunt, ut R. censet; verum etiam *percepta* sunt, quae doctrina et institutione didicimus. Si enim vera ista sententia esset, male Cicero scripsisset: *philosophiam oratori necessario percipiendam esse*: et alio loco: *oratores quamvis artis praecepta perceperint, nihil quicquam sine usu et exercitatione consequi posse*. Nam hae *perceptiones* ab experimentis longissime disiunctae et remotae sunt. —— Quid? quod Cicero ipse paullo post vocabulo quidem alio, sed idem declarante, *Medicus*, inquit, *imprimis quod ei erit perspectum in arte* [8, 15.] quod est, nisi fallor, *ὅπερ αὐτῷ τεθεωρημένον ἔσται κατὰ τὴν τέχνην*.“ *Mr.*

Oriente canicula] Quod sidus ferventissimum est, aestuque omnia vaporat, et aquas siccat.

Cum Diodoro] Diodorus is fuit, qui cognomento Cronus appellatus est, philosophus ex Megarica schola eorum, qui ἐριστικοὶ et διαλεκτικοὶ dicebantur: quem sic admiratus est *Callimachus*, ut in epigrammate scripserit,

——— Αὐτὸς ὁ Μῶμος
Ἔγραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός.

Huius Diodori dialectica imbutus Arcesilas fuerat: quod declarat Sillographi παρῳδία· Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύῤῥων, μέσσος Διόδωρος· vixitque ante Arcesilam et Chrysippum. Hoc autem loco explicat rationem enunciationum, quae de re futura, deque eo quod fieri possit, aut non possit, aliquid dicunt, quod in prooemio pollicitus est.

Luctatio] Obtinere enim contendis contra eius sententiam, quae non sunt futura, tamen fieri posse, cum ex divinatione nunc eius sententiam imprudens confirmes.

Connectitur] Ἐκ συνημμένων Stoici appellant, quorum dialectica *Cicero* utitur.

Si Fabius] Nomen Fabii in exemplis hominum liberorum usurpare veteres solebant. *Cicero* lib. II. de Divin. [cap. 34.] *Q. Fabi, te mihi in auspicio esse volo.* In Topicis [cap. 3.] *Si ita Fabiae pecunia legata est a viro.* In servis Manium dicere solebant. *Cato* de re Rustica [cap. 141.] *Cum divis volentibus, quodque bene eveniat, Mando tibi, Mani.*

Coniunctio] Συμπεπλεγμένον vocatur a Stoicis. Copulationem dicere solemus.

Omne ergo quod falsum] Quod Diodoro videtur, Chrysippo refragante, sed posita divinatione, confirmatoque fato, ista se necessitate constringente, et in has angustias se redigente.

Cap. VII. *Ille enim*] Hac in re [quam secum pugnet Chrysippus, nec se explicare queat, sic *Plutarchus* exponit in libro de Repugnantiis Stoicis [p. 1055.] c. 46. *Ὁ δὲ τῶν δυνατῶν λόγος πρὸς τὸν τῆς εἱμαρμένης λόγον αὐτῷ πως οὐ μαχόμενός ἐστιν; εἰ γὰρ οὐκ ἔστι δυνατόν, ὅπερ ἢ ἐστὶν ἀληθές, ἢ ἔσται, κατὰ Διόδωρον, ἀλλὰ πᾶν τὸ ἐπίδεκτον* [Wytt. *ἐπιδεκτικὸν*] *τοῦ γενέσθαι, κἂν μὴ μέλλῃ γενήσεσθαι, δυνατόν ἐστιν. ἔσται δυνατὰ πολλὰ τῶν μὴ καθ' εἱμαρμένην ἀνίκητον καὶ ἀνεκβίαστον καὶ περιγεννητικὴν ἁπάντων ἡ εἱμαρμένης δύναμιν ἀπόλλυσιν· ἢ ταύτης, οἵαν ἀξιοῖ Χρύσιππος, οὔσης, τὸ ἐπιδεκτικὸν τοῦ γενέσθαι, πολλάκις εἰς τὸ ἀδύνατον ἐμπεσεῖται· καὶ πᾶν μὲν ἀληθὲς ἀναγκαῖον ἔσται τῇ κυριωτάτῃ πασῶν ἀνάγκῃ κατειλημμένον· πᾶν δὲ ψεῦδος ἀδύνατον, τὴν μεγίστην ἔχον αἰτίαν ἀντιπίπτουσαν αὐτῷ πρὸς τὸ ἀληθὲς γενέσθαι· ᾧ γὰρ ἐν θαλάσσῃ πεπρωμένον ἐστὶν ἀποθανεῖν, πῶς οἷόν τε τοῦτον ἐπιδεκτικὸν εἶναι τοῦ ἐν γῇ ἀποθανεῖν; Illa autem de eo quod fieri potest disputatio, nonne, obsecro te, plane cum fati disputatione pugnat? Etenim si non est pote, quod verum aut est, aut erit, ut Diodorus* [Est hic, quem significat, Diodorus Cronus Stoicus. v. Diog. Laërt. II. 11. *Mr.*] *sentit, sed omne, cui contingere potest, ut eveniat, etiam si eventurum non sit, fieri tamen potest, multa profecto numerabuntur in iis quae fieri possunt, quae non insuperabili, non omnium victori, domitorique fato obnoxia erunt, vel fati ius omne subvertet: aut si tale sit, quale Chrysippus censet, saepenumero id, in quod cadit, ut evenire possit, in id, quod factu nefas, incidet, ac, quicquid verum est, illud idem necessarium erit, necessitateque omnium valentissima et verissima irretitum tenebitur: quicquid falsum, factu nefas, gravissima intercedente causa, ne verum evadat: nam cui in mari fatum est mori, quo tandem pacto ei evenit, ut in terra moriatur?*

Frangi hanc gemmam] Quam in annulo Cicero habebat.

Cypselum] Nomen habuit a Cypsela, id est camera, in qua latuit, exploratoresque effugit. *Herodotus*, a quo historia narratur, annorum non meminit, sed sortem primam Bacchiadis, deinde Eetioni, Cypseli patri, editam refert: ut vel alium scriptorem *Cicero* sit secutus, vel *millesimo ante anno* pro multo ante dicat, quam sententiam magis omnino probo.

At si ista comprobabis] Si veram statues divinationem vatumque effata et oracula.

Et quae falsa] Quod paullo ante ex divinatione complectebatur, cum ita scripsit: *Omne igitur, quod falsum dicitur in futuro, id fieri non potest.*

In his habemus] Iam enim id confecimus.

Ut si dicatur] Si quae falsa in futuris dicuntur, fieri non possunt, et si praedicta comprobanda sunt, ut Chrysippus comprobat, in Diodori sententiam invitus incidit. Sensus est, si comprobas divina praedicta, Chrysippe, necessarium dicas eodem modo regnaturum Cypselum Corinthi, (eveniet enim) ut si dicatur, Africanum potiturum Carthagine, quod evenit postea; ea enim potitus est: et si dicatur vere de futuro, idque futurum sit: quae tota Diodori sententia est, qui verum in futuro censet tantum, quod futurum sit, idque necessarium. Ita invitus delaberis in Diodori sententiam.

Carthagine] More antiquo libri quidam veteres *Carthaginem* accusandi casu habent.

Connectitur] *Συνημμένον* Stoici vocant connexum, nos conditionalem propositionem. Est autem apud Stoicos, quorum dialecticis Cicero imbutus erat, primus conclusionis modus, cum assumitur primum, ut sequatur annexum.

Dissentienti a magistro] Nam propter immutabilitatem praeterita censere videbatur necessaria Chrysippus, cum in ea ne deus quidem ullum ius habeat, praeterquam oblivionis. At Cleanthes eius magister necessitatem ex natura rerum potius, quam ex immutabili temporis conditione metiebatur. Itaque natus est Fabius oriente canicula, ei necessarium non videbatur: nec id de liberis tantum causis intelligebat: quod Ciceronis exemplum satis declarat.

Quamquam id Chrysippo] Si necessarium est, quod in connexo primum est, quod annectitur, etiam necessarium esse tradunt. Quod et hic Cicero argumentatur, cum exceptione tamen, quod probet acumen Chrysippi, id in omnibus non valere existimantis, sed in multis videri censentis, ex conditione potius, quam ex natura: aut aliquas certe argutias adducebat Chrysippus, quales in logicam multas coniecerat, etiam nonnunquam incredibiles et falsas: cuiusmodi est istud apud *Plutarchum* [Advers. Stoicos pag. 1059. D.] *Τὸ γὰρ ὦ ἄριστε συμπεπλεγμένον δι' ἀντικειμένων μὴ φάναι ψεῦδος εὐπόρως εἶναι, λόγους δὲ πάλιν αὖ φάναι τινὰς ἀληθῆ τὰ λήμματα καὶ τὰς ἀγωγὰς ἀληθεῖς ἔχοντας, ἔστιν ὅτε καὶ τὰ ἀντικείμενα τῶν συμπερασμάτων ἔχειν ἀληθῆ, ποίαν ἀποδείξεως, ἢ τίνα πίστεως οὐκ ἀνατρέπει πρόληψιν;*

Sed tamen] Si ex connexo forte necessario non semper sequitur annexum necessarium, argumentabimur, si causa naturalis est cur non moriatur in mari, in mari non moriturum.

Si naturalis] *Αἴτιον φυσικὸν*, quod *προκαταβεβλημένον* vocat *Aphrodisieus*. Causae autem hae sunt inclusae in rerum natura atque mundo, ut Stoici censent. Nec hic Cicero assentitur Diodoro, sed ex divinationis comprobatione docet Chrysippum in Diodori sententiam incidere.

Cap. VIII. *Aestuans*] Satagens valdeque laborans, nec tamen se extricans, ab aestu ductum. Sic alio huius libri loco Cicero loquebatur, qui a *Gellio* affertur: *Chrysippus aestuans laboransque quonam pacto*

explicet et fato omnia fieri, et esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo. [Lib. VI. c. 2.]

Falli sperat] Ilocaliter dicit, Chrysippum sperare, se fucum esse facturum astrologis. Falli autem pro falsum iri, vel falli posse dixit, ut ad Atticum [IV, 16.] *Cato tamen affirmat, se vivo illum non triumphare,* id est, non triumphaturum.

Chaldaeos] Id est, mathematicos: genethliaci enim omnes, qui ex natalitio sidere futura praesagiunt, Chaldaei vocantur. quod enim illa natio siderum observandorum peritissima fuit, factum est, ut mathematici ita vocarentur. Chaldaeorum enim artem per totam Asiam Berosus sparserat, et ex eo vocabulum increbruerat. *Vitruvius* [Archit. IX, 4.] *Berosus, qui a Chaldaeorum civitate sive natione progressus in Asiam, disciplinam Chaldaicam patefecit, ita est professus.*

Chaldaeos] Non gentem, sed homines artem astrologicam profitentes significari contra *Ramum* contendens *H. Turnebus*, in Disputatione p. 24. versâ, alia Ciceronis, praeter nostrum, in eandem sententiam loca affert: „Tusculana prima [I. 40. 95.] *ut si ante mors adventet, quam Chaldaeorum promissa consecuti sumus,* id est, Genethliacorum: libro secundo [II. 42. 87.] de Divinatione: *ad Chaldaeorum monstra veniamus,* id est, Astrologorum; iterum [ibid.]: *Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime esse credendum,* id est Mathematicis, qui ex astris futura praedicunt. Etiam Valerius, M. Popilio Laenate, Lucio Calpurnio Coss., edicto *Chaldaeos* intra decimum diem abire ex urbe atque Italia iussit. [Vid. Henr. Stephani Comment. in Fast. et Triumph. Rom. p. 380. Paris. ap. H. Steph. 1568. 8.] — — Nisi forte quis ita desipit, ut putet solum Chaldaeum populum in praedictionibus natalitiis damnari, aliorum Genethliacorum divinationem probari, ut a Ptolemaeo *Chaldaica* ratio in finibus planetarum improbatur. Cicero rursus [de Div. II. 72. 149.], *Si Chaldaeum, si aruspicem videris.* aut ubi tandem *Chaldaei* ex arte appellabuntur, si non his locis appellantur? Itaque χαλδαΐζειν ab Eusebio dicuntur, qui studiosi sunt illius divinationis. Dicendum igitur, illius ex sideribus praedictionis inventores Chaldaeos fuisse, quorum artem ita celebratam et pervulgatam postea fuisse, ut, quicunque eam tenerent, *Chaldaei* dicerentur: atque sic a Cicerone hic Chaldaeum accipi.“ *Mr.*

Coniunctionibus] Coniunctiones *copulationes* significant, ut in Topicis [cap. XIV.] *Deinde addunt coniunctionum negantiam, sic:* Non et hoc est et illud non est. Supra, *Ergo haec quoque coniunctio est ex repugnantibus.* Est Fabius et in mari Fabius morietur. Hic pro connexionibus usus est: quod, ut opinor, eadem utriusque sit necessitas, coniunctionis et connexionis.

Si quis natus] Proinde quasi plus in iis enuntiatis necessitatis lateat, quam in aliis, quae sunt tamen ἰσοδυναμοῦντα.

Ne ipsa incidat] Ne in Diodori sententiam labatur.

Infinitarum] Communium et universarum, ut quaestiones infinitae dicuntur, quae theses sunt: nisi si quis pro indefinitis forte censeat intelligi.

Coniunctionem] Nam repugnantia pronunciata fiunt ex coniunctis, non ex connexis, idcirco dixit *coniunctionum negationem,* in Topicis *coniunctionum negantiam:* hoc modo, Et Fabius sub canicula natus est, et in mari morietur.

Cur idem medici] Nam hoc genus orationis insolens est et ignotum medicis, geometris et reliquis: neque percepta artis quisquam hac formula concepit, quam Chrysippus dictat.

Perspectum in arte] Quae antea vocavit percepta: ut locus fidem faciat *percepta* potius, quam *praecepta* legi debere.

Venae] Ut apud Satyricum, *Tange miser venas.* Veteres et vulgus arterias a venis nihil distinguebat. Venas igitur arterias dicit, quae micant continenter in corpore.

Geometras] Ut apud *Fabium* libro primo, sic hoc loco, astrologia geometriae pars est: et in prima Tusculana geometria et arithmetica artes omnes mathematicas complectuntur.

Maximi orbes] Ut aequator, zodiacus, meridianus: alii minores, tropici, arctici.

Medii] In duas aequales partes.

Quid est quod] Cum in iis pronuntiatis locutionis, non sententiae, mutatio tantum sit: sunt enim, ut iam dixi, ἰσοδυναμοῦντα. Quo autem pacto ex connexis repugnantia fiant, explicat *Boëthius* in Topicis.

Distortius] Quod rectum esse videatur in connexis et coniunctis genus orationis, in repugnantibus tanquam depravatum et distortum: quumque in disputationibus genus istud Stoici frequentarent, idcirco in Tusculanis eos contortius concludere dicit: et lib. II. de Divin. [c. 51.] sic scribit, *Deinde contorquent et ita concludunt,* non igitur sunt dii, nec significant futura. Nec alia de causa *Stoicorum dumeta*, ut arbitror, dicit, quam quod in hoc dicendi genere inest asperitas quaedam.

Stoicorum causam] Ne Stoicorum praecepta labefactare videantur, si aliter enuncient.

Maius] Difficilius. In Paradoxis: *Quod eo* maius *est illi.*

Contortiones] Quae ex repugnantibus contexuntur. Id genus orationis dilucide declarat *Ciceronis* locus lib. II. de Divin. [c. 51.] *Deinde contorquent, et ita concludunt:* Non igitur sunt dii, nec significant futura.

Signorum] Eorum ars.

Cap. IX. *Sed ad illam*] Explicat sententiam Diodori, qua Chrysippo respondere potest. Diodorus autem fatum non inducit, sed in enunciatis vim verborum interpretatur, non causarum seriem ponit, cum tamen ex vi verborum et ex enuntiationibus fatum confirmaret Chrysippus. Haec autem Diodori contentio tota ad logicen, ut initio dixit, pertinet.

Contentionem] Contendit enim, si quid in futuro verum sit, non posse non evenire. Libros περὶ δυνατῶν Chrysippus scripserat, in quibus magna illi cum Diodoro luctatio erat.

Quod fieri possit] Sitne eiusmodi ut necessario, ut Diodoro videtur, eveniat, an ut non sit necesse evenire, quae Chrysippi sententia est.

Quid valeat] Quae vis sit eorum enunciatorum, in quibus quid fieri posse dicitur.

Diodoro] Quod fieri possit, censet Diodorus immutabilitatem et necessitatem habere, nec fieri posse, quin eveniat.

Attingit] Ad hanc sententiam, de qua quaeri solet, pertinet, quae fiunt necesse esse fieri.

Sed in factis] Non item, ut in praeteritis apparere in futuris immutabilitatem et necessitatem, sed latere, cum tamen nihilo minor sit, quae non esse videbatur in plerisque.

Commutatio] Ut si verum sit futurum aliquid, id omnino evenire sit necesse; et si enunciatum de futuro verum sit, non possit in falsum commutari. Ut enim quaerebatur, possetne eloquentia in infantiam commutari, et virtus in vitium converti, in hominum doctorum disputationibus: item quoque, possetne verum in falsum converti: quod plane Diodorus negat.

Morietur Scipio] Aemilianus, qui cum Flacco, Graccho, et Carboni adversatus esset, fortis valensque, in cubiculo mortuus inventus est postridie. Ei vim Carbo attulisse existimatus, ut scribit *Cicero* ad Paetum:

quod et hic sequi videtur. Alii venenum ei ab uxore Sempronia, Gracchi sorore, datum suspicati sunt.

Morietur Scipio] Scipionem Aemilianum intelligit, Paulli Macedonici, filium adoptivum Scipionis Africani, eum, qui Carthaginem evertit. *Vi* oppressum ait, i. e. factione agrariorum et Gracchorum, quibus obsistebat. Vid. Plutarchum in Graccho, Valer. Max., Livium, Velleium, Plinium. *Gothofr.* — Plut. Gr. c. 7. et 21. et quos alios laudat Hoffmannus in Lex. Univers. s. v. *Scipio Aemilianus. Mr.*

Morietur noctu] Quod tamen in speciem minus necessarium esse videtur, quam Morietur: propterea quod omnes mortales hac conditione nati sunt, ut moriendum sit eis. Contendit tamen Diodorus, non minus esse necesse.

Ex eo quia] Nam ex factis, quae futura fuerint, intelligimus.

Nec minus necesse] Sic libri veteres habent, ut non sit temere mutanda lectio. Dilucidam sententiam magis reddunt, et aliam faciunt, qui *Magis* legunt. Ceterum sententia esse potest, Nec magis, nec minus esse necessarium, Morietur, quam, illo modo morietur: legi potest, *Nec minus, quam necesse mori Scipioni, illo modo mori.*

Nec cum haec ita sunt] Quamquam enunciationes necessitatem veri vel falsi habent, ut Diodorus censet, non tamen ea de causa fatum fuerit: quod cum timeret Epicurus, et omnem enunciationem veram vel falsam esse negavit, et motum quendam commentitium declinationis atomorum induxit.

Extimescat] Quod confirmari putabat, si omnis enunciatio vera vel falsa esset.

Ab atomis] Ab atomorum declinatione, cuius ope fatum tollit, cum declinatio a naturalibus impulsionibus, et necessariis causis voluntatem liberet. *Lucretius* [lib. II, 251.]

Denique si semper motus connectitur omnis,
Et vetere exoritur semper novus ordine certo,
Nec declinando faciunt primordia motus
Principium quoddam, quod fati foedera rumpat,
Ex infinito ne causam causa sequatur:
Libera per terras unde haec animantibus exstat,
Unde haec est, inquam, fatis avulsa voluntas,
Per quam progredimur, quo ducit quemque voluptas?

De via deducat] Nam via ponderum, ut atomorum, e regione est, et ad perpendiculum: nunc Epicurus declinationem inducit incerta regione, et incerto tempore, ut voluntatis libertatem retineat. *Lucretius* [lib. II, 217.]

Corpora cum deorsum recta per inane feruntur
Ponderibus propriis, incerto tempore ferme,
Incertisque locis spatio decedere paulum:
Tantum quod nomen mutatum dicere possis.

Inenodabiles] Quas enodare nemo possit, quibus se nemo possit expedire.

Inenodabiles] *Inenodabiles* res vocat in Lucullo *inexplicabiles:* in Universitate *indissolubiles*, Quinctilianus libro quinto *insolubiles*. — *Petr. Ramus.* — Loca sunt Acadd. II. 30. 97. De Univ. s. Timaeo XI. 35. [ibi vero *indissolubiles* est i. q. *immortales*. Sed *indissolubilem nodum* legimus apud Plinium XI. 24. Sed volebat fortasse, quae eodem loco paullo superius in Timaeo leguntur in Ed. Victor. *haec sunt indissoluta me invito*, ubi exhibebat Lamb. *haec non sunt dissolubilia*, recc. et multi vett. *non sunt dissoluta*.] Quinctil. V. 9. [Neque hic locus huc facit, cum eo loco sit *signum insolubile*.] *Mr.*

Ut sine causa fiat] Quia declinationis nullam causam Epicurus affert, ut aliorum motuum. Moveri per inane profundum verbi gratia, individua corpuscula dicit propter pondus, et resilire in concursionibus ex plaga: ut illorum duorum motuum causae sint, pondus et plaga; declinationis autem quam afferre tandem causam potest? Itaque in ea et a *Cicerone*, et ab omnibus Stoicis valde exagitatur et vexatur: *Plutarchus* περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας. Ἐπικούρῳ μὲν γὰρ οὐδὲ ἀκαρὲς ἐκκλῖναι τὴν ἄτομον συγχωροῦσιν, ὡς ἀναίτιον ἐπεισάγοντι κίνησιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. Et Epicurei sibi conscii culpae, timide eam ponebant, et minimam sibi concedi postulabant. *Lucretius* [lib. II, 243.]

Quare etiam atque etiam paulum inclinare necesse est
Corpora, nec plus quam minimum, ne fingere motus
Obliquos videamur, et id res vera refutet.
Namque hoc in promptu manifestumque esse videmus,
Pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare,
E supero cum praecipitant, quod cernere possis.
Sed nihil omnino recta regione viaï
Declinare, quis est, qui possit cernere, sese?

De nihilo] Nam si declinatio ista sine causa est, de nihilo erit: ex quo fiet, ut aliquid de nihilo sit, quod nec physici, nec ipse Epicurus voluit. *Lucretius* [lib. I, 151.]

Nullam rem è nihilo gigni divinitus unquam.

Per inanitatem] Per inane. Duo enim Epicurus principia ponit, atomos et inane.

E regione] Ad rectas lineas, ad perpendiculum, exadversum, quod Epicurus κατὰ στάθμην dixit.

Alterum declinat] Non enim causari poterit, quid sit, quod atomus una recta moveatur, altera oblique, quod tamen ei suscipiendum erit.

Licet enim Epicuro] Quod non concedit tamen, fatum veritus. Putat enim, si omnis enunciatio sit vera aut falsa, fatum fore; cum esse vera aut falsa sine antegressis causis, et ex naturae necessitate manantibus non possit: quod falsum est. Nam causae voluntariae esse possunt, ut in Academiam descendendi.

Non enim aeternis] Ex quibus consertum et contextum fatum esse oportet.

Descendit] Erat enim in declivi Academia, Athenae in edito.

Carneades] Novae Academiae philosophus, disputator acerrimus.

Sine causis] Voluntariis, quae ab animi inductione, impulsione et ratiocinatione proficiscuntur, quae fortuito antegrediuntur. Nec hic Diodorum Cicero relinquit, cum ex ratione Diodori Epicureos Stoicis respondere nullo negotio posse ostendit: nec Diodorus necessarias causas ponebat, sed quae vis earum enunciationum esset, in quibus aliquid fieri posse aut non posse dicebatur, quaerebat.

Fortuito antegressas] In quibus nulla est necessitas fatalis.

Et inter causas] Quae necessariae sunt, et necessario efficiunt.

Cohibentes] Continentes. Συνεκτικὰ αἴτια Graeci vocant, ab illis quae προκαταρκτικὰ et τὰ ἐκτὸς αἴτια dicuntur diversa.

Efficientiam] Vim efficiendi. Cicero in Topicis [cap. XV.] *Causarum igitur genera duo sunt: unum quod vi sua id, quod sub ea subiectum est, certe efficit, ut ignis accendit.*

Efficientiam] Efficientia significat non efficientem causam, nec effectum, sed efficiendi vim, id est *efficacitatem*, ut in Tuscul. Cicero, vel *efficaciam*, ut Plinius loquitur. Sic secundo de Natura deorum *efficientiam* solis Cicero vocat, qua diem sol efficit. *P. Ramus.* — Tusc. IV. 13, 31. de Nat. Deorr. II. 37. 95. Plin. H. N. XI. 5. *Mr.*

Ita et semper] Sine causis necessariis, ex aeterno verum fuit, ut inquit ex sententia Diodori, Morietur Epicurus.

Archonte Pitharato] Annui archontes apud Athenienses erant, ex quorum nominibus annos numerabant, ut Romani consulum. Nomen Graecum retinuit: non tamen *Plinius*, qui magistratum vertit. Sic lib. XXXIII. [c. 7.] *Theophrastus nonaginta annis ante Praxibulum Atheniensium magistratum.* Pitharati autem magistratu mortuum esse Epicurum, etiam *Laertius* scribit.

Archonte Pitharato,] Minime mirum, sic loqui Ciceronem. Quae enim apud Graecos verba sunt usitata et quasi solemnia, libenter iis uti solet Graecis, et Latinis ea literis scribere: ut lib. 1. de Divin. *Nam et Athenienses, inquit, omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos mantes vocant, adhibuerunt.* In II. de Legg. *Ut vestri,* inquit, *Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris,* et in *astu, quod appellabatur, omnes se conferre iussit* [de Div. I. 43. 95. de Legg. II. 2. 5. p. 166. ed. nostr. et Cr.] Sed nec solus Cicero sic loquitur; nam et Velleius Paterculus in eo, quod superest prioris voluminis fragmento [I. 2.], ubi, posteaquam ultimum Atheniensium regem Codrum fuisse dixit, sic deinde scribit: *Huius filius Medon primus Archon Athenis fuit; ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidae, sed hi insequentesque Archontes usque ad Charopem, dum viverent, eum honorem usurpabant.— Achill. Statius.*

Nec qui dicunt] Ut Diodorus, qui tantum quaerit, quid valeant enunciationes de eo, quod fieri potest aut non potest, non causas fatales scrutatur.

Verborum vim interpretantur] Veraene sint enunciationes an falsae.

At qui introducunt] Ut Stoici.

CAP. X. *Alia videamus*] Argumenta Stoicorum, quibus fatum probant.

Si est motus] Ut appetitio et voluntas: nec contra Epicurum ista disseruntur, sed ad confirmationem fati. Disputat *Alexander* lib. II. de animo, κίνησίν τινα ἀναίτιον εἶναι.

Dialectici] Stoici. Eos enim Dialecticos vocabant. *Cicero* in Topicis [cap. XII.] *Sequitur locus dialecticorum proprius.*

Causis fiunt antegressis] Antecedentibus, quas tollunt, qui suopte impulsu aliquando voluntatem moveri dicunt, sine antecessione causae. Has causas προηγουμένας vocant et προκαταρκτικάς.

Epicuro] Qui negat omnem enunciationem veram aut falsam esse, ne fatum comprobare cogatur. Epicuro tamen hac in re non assentietur, sed, si conditio feratur, Epicurum sequi mallet, quam fatum recipere.

Eam plagam] Nam hac plaga minus se laesum iri censet, quam si fatum comprobet: quod vulnus intolerabile et propemodum letale esset.

Disputationis] In ea aliquid dubium videtur controversum esse: alioqui id non tantopere disputaret Chrysippus.

Tolerabilis] Cum ex ea sequatur eversio vitae et morum, et voluntatis servitus.

Itaque contendit] Quod argumentum est, eam rem aliquid disputationis habere, cum in eo probando usque adeo vires suas experiatur.

Veretur] Quod tamen ei verendum non est, cum ex eo non sequatur fatum esse.

Sic Chrysippus] Rem esse sibi factam putat, si doceat omnem enunciationem veram aut falsam esse; sequi enim ex eo censet fatum esse: cum id ex contradictionis vi, non rei natura certum sit.

Sed Epicurus] Motum declinationis excogitavit Epicurus, ut voluntatis libertatem retineret, ne, si in pronum semper laberentur atomi necessario et naturali motu, fato fierent omnia: nunc enim cum incerto

spatio et regione declinent, ex eo efficitur, ut, quandocunque volumus, nobis omnis susceptio et animi inductio libera sit et voluntaria.

Tertius quidam motus] Tres atomis motus Epicurus, ut Plutarchus scribit, tribuit: unum *κατὰ στάθμην*, id est ad lineam: alterum *κατὰ παρέγκλισιν*, id est per declinationem: tertium *κατὰ πληγήν*, id est ex plaga. Ad lineam moventur deorsum per inane profundum: per declinationem, cum minimum declinant, ut complexiones, copulationes et adhaesiones atomorum fiant; nam si omnes e regione moverentur, nulla alteram attingeret: ex plaga, cum propter soliditatem ex conflictu resultant. *Lucretius* [lib. II, 88.]

Aut gravitate sua ferri primordia rerum,
Aut ictu forte alterius, nam cita superne
Obvia cum flixere, fit ut diversa repente
Dissiliant: neque enim mirum, durissima quae sint
Ponderibus solidis, neque quicquam a tergibus obstet.

Pondus] Omne corpus Epicuro grave est, deorsumque fertur, etiam ignis. *Lucretius* [lib. II, 185.]

——— *nullam rem posse sua vi*
Corpoream sursum fieri sursumque meare.
Ne tibi dent, timeo, flammarum corpora fraudem, etc.

Extra pondus et plagam] *H. Turnebus* in Disputatione contra *P. Ramum* ad h. l. haec addidit p. 34: „*Plaga* de Democrito accipe, *pondus* de Epicuro. Nam ille apud Epicurum *ex plaga* motus naturalis non est, nec primus, sed violentus et ex eventu. Apud Democritum autem *plaga* principium est motus: qua de re hic agitur. Plutarchus de motu: *Δημόκριτος ἓν γένος κινήσεως τὸ κατὰ πληγήν:* nam male in Plutarcho legitur *τὸ κατὰ πλάγιον.* [p. 884. ed. Hutt. T. XII. ubi Hutt. edidit *τὸ κατὰ παλμὸν,* addens: „Secutus sum Wyttenbachium e Stobaeo *παλμὸν* dantem, non quidem, ut verum, melius tamen vulgato vitioso *κατὰ πλάγιον.* Eodem indice veram lectionem coniecisse videtur Creechius ad Lucret. II. 216. *κατὰ πληγήν.*" Hanc vides coniecturam iam a Turnebo occupatam. *Mr.*] Iterum de necessitate: *Δημόκριτος τὴν ἀντιτυπίαν καὶ φορὰν καὶ πληγὴν τῆς ὕλης* [p. 886. ed. Hutt. qui ita ad h. l.: „Vulgo *φθορὰν.* Xyl. commendavit *φορὰν*, quod cum Wytt. recepi auctoritate Gal., qui *καὶ πληγὴν* omittit. Beck. *καὶ φθορὰν* delevit, susp. *φορὰν* esse ex interpretamento *τοῦ πληγὴν* natum."] Atque hic sensus mirifice cum Ciceronis litera consentit. Sic enim scribit: *Non enim atomus ab atomo pulsa declinat.* Illa enim ex impulsione declinatio Democriti est, non Epicuri. De Epicuro enim intelligere inscitum esset, cum apud eum *plaga* declinationem sequatur, non antecedat. *Nam qui*, inquit, *potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua rectis lineis, ut Epicuro placet?* Quo sane loco significat dilucide, motum gravitatis esse proprium Epicuri, nullamque apud Epicurum declinationis causam esse, ut apud Democritum. Democrito enim atomus pulsa movetur et declinat. *Sequitur enim*, inquit, *ut, si alia ab alia nunquam depellatur, nec contingat quidem alia aliam.* id est, si non movetur ex plaga apud Epicurum atomus, ut apud Democritum, ne contingit quidem atomus atomum: nam contactus depulsionem faceret. Ita fit, ut declinatio Epicuri commentitia sit, et de nihilo orta. Proinde Cicero hoc loco statim Democriti mentionem facit, quod eius sententiam attigerat: et eius Epicurique sententiam de atomorum motu infra multo clarius explicat his verbis: *Primum cur aliam quandam vim motus habebunt a Democrito impulsionis, quam ille plagam appellat, a te Epicure, gravitatis et ponderis?* Plutarchus quoque in libro de Placitis Philosophorum *de motu* [p. 884. ed. Hutt. T. XII.] sic scribit: *Ἐπίκουρος,*

δύο εἴδη τῆς κινήσεως, τὸ κατὰ στάθμην, καὶ τὸ κατὰ παρέγκλισιν: in quo plagam Epicuro non tribuit. Et in capite de corporibus, cum ita scribit: *κινεῖσθαι δὲ τὰ ἄτομα, τὸ μὲν κατὰ στάθμην, τὸ δὲ κατὰ παρέγκλισιν, τὰ δὲ ἀνακινούμενα κατὰ πληγὴν, κατὰ παλμόν* [p. 378. ed. Hutt. ubi est: *τὰ δ' ἄνω κινούμενα, κατὰ πληγήν.* Reisk. distingui volebat et legi: *τὰ δ' ἄνω, κινούμενα κατὰ βάρος, κατὰ πληγὴν, κατὰ παλμόν: quaedam deorsum, quaedam ad latus, quaedam sursum ferri, idque vi gravitatis, aut impulsus vel percussionis, aut denique resultus.* Apud Stobaeum est *κατὰ πληγὴν καὶ ὑπὸ παλμόν.* Hinc Mez. *καὶ ὑποπαλμοῦ:* Heeren. ex Diog. Laërt. reposuit *καὶ ἀποπαλμόν.* Utrumque ait Wytt. consuetudini congruum. Ipse autem lenissimum remedium censet *καὶ παλμόν.*]: repulsionem ex plaga verum individuorum motum non existimat. Hic igitur germanus huius loci sensus est, ut *plaga* Democrito, *pondus* Epicuro." *Mr.*

Minimo] Libro I. de Fin. [c. 6.] *Perpaulum, quo nihil posset fieri minus. Tantum quod nomen mutatum dicere possis. Lucretius* dixit. Ita, ut opinor, speravit se vitaturum reprehensionem Epicurus, si pusillam declinationem comminisceretur, et tanquam pro suo iure sumeret. Eaque causa fuit, cur eius verbum poneret *Cicero*, et ut intelligeretur, quid minimum intervallum diceret.

Sine caussa] Nam istam declinationem non efficit pondus; e regione enim ferrentur: nec plaga; nondum enim conflixerant atomi, ut ex pulsu declinent.

Nam qui potest pelli] Quo tandem pacto ex plaga motus ille esse possit, cum atomi rectis lineis in praeceps ferantur?

Ad perpendiculum] Perpendiculum et linea vocabula sunt architectorum, quae ab iis mathematici mutuantur.

Nunquam depellatur] Non depellantur, nec ab aliis declinare coguntur, si recta moventur, qui corporum motus est.

Ne contingat] Contactus enim atomis propter earum soliditatem depulsionem affert: nisi autem se contingant, nihil gignetur, nullaeque fient complexiones nullaque concilia rerum. *Lucretius* [lib. II, 221.]

> *Quod nisi declinare solerent, omnia deorsum,*
> *Imbris uti guttae, caderent per inane profundum:*
> *Nec foret offensus natus, nec plaga creata*
> *Principiis: ita nil unquam natura creasset.*

Hanc Epicurus rationem] Hanc declinationem atomorum.

Gravitate] Pondere.

Nihil liberum] *Lucretius* [lib. II, 251.]

> *Denique si semper motus connectitur omnis,*
> *Et vetere exoritur semper novus ordine certo,*
> *Nec declinando faciunt primordia motus*
> *Principium quoddam, quod fati foedera rumpat,*
> *Ex infinito ne causam causa sequatur,*
> *Libera per terras unde haec animantibus extat,*
> *Unde est haec, inquam, fatis avulsa voluntas?*

Hinc Democritus] *Laërtius* atomorum auctorem Leucippum fuisse praedicat: *Cicero* hoc loco Democritum dicit, cuius imitator fuerit Epicurus.

Accipere] Admittere et subire. *Cicero* [Acad. I, 7.] *E quibus aër et ignis movendi vim habent et efficiendi: reliquae partes, accipiendi et quasi patiendi.*

Cap. XI. *Acutius*] Multo subtilius Carneades pro Epicuro respondebat Stoicis. Docebat enim motum esse posse quendam voluntarium, a se ortum, cuius antegressae et externae causae nullae essent.

Suam caussam] Quae fatum tollit, et libertatem voluntatis constituit.

Motum voluntarium] Qui a voluntatis impulsione et propositione esset.

Antecedentibus] Antegressis, quae externae sunt, sed voluntariis et internis.

Communi igitur] Quando libero voluntatis impulsu aliquid susceptum est sine antegressa causa, sine causa aliquid quempiam velle dicimus: quod tamen falsum est, ut similitudine declaratur.

Ut physici] Illi qui vacuum in rerum natura esse nihil censent, sed omnia conferta et plena: nam Epicurus contra inane ponit.

De ipsa atomo] Quod item de atomis ab Epicureis dici posset, eas antecedentibus causis non moveri, sed suis et internis, ut pondere et gravitate.

Rursus autem] Ut causa est cur individuum, id est atomus, feratur deorsum, gravitas: ita motus animorum causa fuerit voluntas, non externa causa. Motus autem voluntatis causa est ὁρμή, id est appetitus, et ratio.

Sine caussa] *Plutarchus* Stoicorum argumentum esse dicit ad confirmationem fati, τὸ μηδὲν ἀναιτίως γίνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ προηγουμένας αἰτίας. Illud *Sine causa*, quod posuerat, mutat, ne in physicorum irrisionem incidat, qui nullo modo ferre poterant, quicquam sine causa fieri dici: atque ut in atomi motu negat extrinsecus quaerendam causam, ita quoque in appetitionibus negat esse quaerendas antegressiones causarum.

Quod cum ita sit] Verum et falsum in enunciatis nihil adfert causae cur fatum sit. Fatum enim non fuerit sine necessariis causis: at ut verum et falsum sit, efficere possunt causae fortuitae et voluntariae. Hic igitur argumentatio Chrysippi repetitur, et diluitur.

Futura, inquit] Chrysippus.

Quae caussas] At causas habere possunt fortuitas et voluntarias, non ex aeternitate satas: sic enim respondetur Chrysippo.

Cap. XII. *Confectum negotium*] Cicero de Divin. [II, 49.] *Quam paucis verbis negotium confectum putant.* Sic *Martialis* [lib. I. Epigr. 28.] *Tu factam tibi rem statim putasti.* Ductus est sermo ab hominum pactionibus et negotiis.

Sine caussa] Quod tibi non concedetur. Nam ut fiat sine causis ex aeternitate naturae manantibus, non fiet tamen sine causis fortuito antegressis.

Caussam caussa serens] Ex eo causarum series dicitur fatum, id est, εἱρμὸς αἰτιῶν.

Sexcentis] Pro infinitis et innumeris sexcenta Latini dicere solent. *Cicero* ad Atticum, *Belli periculum, militum improbitas, sexcenta praeterea alia.*

Si tum non esset] Cum esset nondum capta.

Ne illa quidem eversa] Sic locum restitui ex libris scriptis. Sententia est, ne capta quidem urbe, vera fuerit enunciatio, Capiet Scipio Numantiam: non enim id iam futurum, sed praeteritum erit.

Potest igitur] Si ex vero in falsum futura mutari possunt, posset aliquid factum esse, quod falsum fuerit futurum esse. Hic enim Cicero ex Diodori sententia Chrysippo respondet, et sine fato docet futura immutabilia esse posse. Locum per interrogationem lego.

Instantia] Praesentia. *Cicero* de Orat. [II, 25.] *Genus caussae ex controversia facti, vel ex futuri, vel ex instantis.*

Consequenti] Futuro, sequenti.

Caussas immutabiles] Ut vult Chrysippus. Immutabiles autem causae fatales sunt et necessariae.

Et tamen tam est immutabile] Quae sententia est Diodori.

Si haec enuntiatio] Locus mendosus est: videtur legendum *hoc enuntiatum* pro *haec enuntiatio*, et *sequi* pro *sequitur*. P. *Ramus*. — Vid. annot. nostr. ad h. l. Prior emendatio, a Davisio non laudata, non magis est necessaria. *Mr.*

Hortensius] Qui Cicerone haec condente iam mortuus erat. Habebat autem in agro Tusculano villam Hortensius.

Verum non est] Id est, vera non est. Inconsequens prope oratio ex consuetudine dialecticorum disputantium.

Quorum isti neutrum] Epicurei, qui huiusmodi enunciationes nec veras, nec falsas esse dicunt, ut dicet infra Cicero.

Quorum isti neutrum volunt] In Disputatione adversus P. Ramum H. Turnebus p. 37. versâ, *Isti*, ait, sunt Stoici. additque locum Alexandri [Aphrodisiensis de Fato c. X. p. 32. ed. Orell.] hunc: Ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ τὸ λέγειν τὸ ἀξίωμα, τὸ ἔσται αὔριον ναυμαχία, ἀληθὲς μὲν εἶναι δύνασθαι, οὐ μέντοι καὶ ἀναγκαῖον· ἀναγκαῖον μὲν γὰρ τὸ ἀεὶ ἀληθές· τοῦτο δὲ οὐκέτι ἀληθὲς μὲν, ἐπεὶ δ᾽ ἂν ἡ ναυμαχία γένηται. [Orell. ἐπειδὰν δ᾽ ἡ ναυμαχία γένηται ἀληθές. recte.] *Mr.*

Nec nos impediet] Si in futuris immutabilitatem Diodoream statuamus, non impediet nos ignava ratio, ut eos impedit, qui fatum ponunt: nam in dissolvenda valde laborant. Nec haec ratio fatum confirmabat, sed ex fato ducebatur hoc incommodum, et hinc fatum subvertebatur: proinde sequitur, *Carneades premebat alio modo*.

Ἀργὸς λόγος] Λόγος Stoicis ratiocinatio est et syllogismus, ut ex *Diogene Laërtio* perspici potest. Haec ratio ignava dicitur: quia, si ei pareamus, nihil in vita agemus. His autem ratiocinationibus sic nomina imponebant ex re et argumento, λόγος ἐγκαλυμμένος, λόγος θερίζων, λόγος ψευδόμενος. Ignavae rationis sic meminit *Plutarchus* [de Fato p. 574.] Πέμπτον δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσιν εὐχαὶ θεῶν καὶ θεραπεῖαι λεγέσθω· ἀργοὶ δὲ καὶ θερίζοντες λόγοι, καὶ ὁ παρὰ τὴν εἱμαρμένην ὀνομαζόμενος, σοφίσματα ὡς ἀληθῶς κατὰ τοῦτον τὸν λόγον τυγχάνει ὄντα. Attigit et *Plato* in Menone [p. 17.] Οὐκοῦν δεῖ πείθεσθαι τούτῳ ἐριστικῷ λόγῳ· οὗτος μὲν γὰρ ἡμᾶς ἀργοὺς ποιήσειε.

Ἀργὸς λόγος] Cum P. Ramus ἀργὸν λόγον syllogismum fati confirmatorem esse dixisset, contra eum H. Turnebus l. c. p. 40. ita disputat: Potestne, obsecro, syllogismus esse fati confirmator, qui ad fati infirmationem adhibetur? Hoc enim incommodum subire coguntur, qui fatum esse affirmant, ut actionem omnem tollant, quae res subversionem vitae affert, ut proinde fatum tollendum sit, ne hoc incommodum sit suscipiendum. Hac autem, ut puto, syllogismus connectebatur: *Si est fatum, nihil est agendum. quis enim locus actioni relinquitur? agendum autem est: non est igitur fatum.* Quod si fatum confirmaret, cur a Chrysippo fati assertore dissolveretur. Nisi forte tam stultum fuisse Chrysippum censemus, ut sua proderet praesidia, suasque arces everteret. Sequitur enim mox: *Haec ratio a Chrysippo reprehenditur.* Sane Plutarchus fato hanc rationem opponi censet, cum ita scribit: ἀργοὶ δὲ καὶ θερίζοντες λόγοι κ. τ. λ. [v. annot. Turnebi] Percenset enim argumenta, quibus fatum oppugnabatur, ut mox, quibus fatum probabatur, enumerat. Eadem etiam Senecae sententia est, idem iudicium. Ita enim [Nat. Quaest. II. 37 38.] scribit: *Aut futurum*, inquit, *est, aut non futurum. Si futurum est, etiamsi non susceperis vota, fiet; si non est futurum, etiam si susceperis vota, non fiet.* Subiicit enim paullo post: *Ista nobis opponi solent, ut probetur, nihil voluntati nostrae relictum et omne ius fato traditum.* Id etiam multo apertius docet Origenes, cuius ego eo libentius verba subscribam, quod ea ex illis Stoicorum commentariis exscripserit, unde Cicero sumpsisse convertisseque videtur. Ita ergo scribit: [Iam sequitur Orige-

nis, quem Davisius excitavit, locus, qui est in Ed. Hoeschel. p. 76., cui addit praeterea haec:] *ἀλλὰ χαριέντως τούτῳ τῷ λόγῳ ἀντιπαραβάλλεται τοιοῦτόν τι· εἰ εἵμαρταί σοι τεκνοποιῆσαι, ἐάν τε συνέλθῃς γυναικὶ, ἐάν τε μὴ συνέλθῃς, τεκνοποιήσεις· ἀλλὰ καὶ εἰ εἵμαρταί σοι μὴ τεκνοποιῆσαι, ἐάν τε συνέλθῃς γυναικὶ, ἐάν τε μὴ συνέλθῃς, οὐ τεκνοποιήσεις· ἤτοι δε* [in marg. Ed. Hoesch. *εἴτε δὲ*] *εἵμαρταί σοι τεκνοποιῆσαι, ἢ μὴ τεκνοποιῆσαι. μάτην ἄρα συνέρχῃ γυναικί. ὡς γὰρ ἐπὶ τούτου, εἴπερ ἀμήχανον τεκνοποιῆσαι, μὴ συνελθόντα γυναικὶ, οὐ μάτην παραλαμβάνεται τὸ συνελθεῖν γυναικί· οὕτως εἰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου ὁδῷ τῇ ἀπὸ ἰατρικῆς γίνεται, ἀναγκαίως παραλαμβάνεται ὁ ἰατρὸς, καὶ ψεῦδος τὸ μάτην εἰςάγεις τὸν ἰατρόν.* Ad quem locum contulit Hoeschelius quoque nostrum Ciceronis locum p. 478. [Aug. Vind. ad insigne pinus. 1605. 4.] *Mr.*

Interrogant] Nam interrogat is, cui respondendum est, ut respondendum est ista ratiocinanti.

Si fatum tibi est] Captionem esse censet Plutarchus et *σόφισμα* appellat.

Et alterutrum est fatum] Id est fato decretum, fixum et ratum. Nam fatum hoc loco ita dictum esse videtur, ut sit tanquam fatale.

Cap. XIII. *Quod eadem ratione*] Quia, quod in morbo dictum est, licet in omni re gerenda eodem modo enuncies: ex quo tolletur omnis actio.

Itemque, si ex aeternitate falsum hoc fuit: Ex isto morbo non convalesces] Negatione hic nihil opus est: nam si negatio falsa est, affirmatio certe erit vera: et si haec enuntiatio (*non convalesces*) falsa est, vera est contraria (*convalesces*). Itaque si Cicero, ut Codices indicant, ita scripserit, scripsit sane contrarium, quam sensit. *P. Ramus.*— Contra hanc quoque Rami sententiam verissimam eodem plane modo, ut in eiusdem viri vel dubias vel falsas, invehitur *Turnebus:* cuius verba, cum rem plane non tangant, omittere visum est: neque magis *Rami* defensionem rei, quae accuratius inspicienti locum patet unicuique, addere placuit: cuius tamen rationibus tam parum vinctas dedit manus Turnebus, ut in Responsione eundem lapidem, frustra iterum, volveret. *Mr.*

Haec ratio a Chrysippo] Chrysippus etsi fatum affirmabat, tamen et id, quod fieri potest, et consilium, et deliberationem et actiones, et officia retinebat, ut docet *Alexander.* Is igitur rationi ignavae, quae ad eversionem fati obiiciebatur, respondebat.

Simplicia] In quibusdam simplex esse fatum ponit Chrysippus: in aliis tanquam duplex et copulatum, ut utrumque confatale sit. Ita ignavam captionem solvit.

Sive fuerit Laius] Esse cum muliere honeste et verecunde dicebant Romani, pro cum muliere rem habuisse. Auctor Varro.

Sic enim appellat] *Συνειμαρμένον* Chrysippus dixit, quod *confatale* Cicero vertit. Hoc vocabulum apud *Plutarchum* exstat in libello de Fato.

Cum uxore] Iocasta, quam tamen *Homerus Epicasten* vocat. Responderat autem Apollo Laio, ipsum interfectum iri ab eo, quem procreasset. Oraculum est apud *Euripidem* [Phoeniss. vs. 19.]

Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς.

Milo] Crotoniates.

Referret] Redderet, responderet.

Refelluntur] Quod in eis quiddam copulatum sit et confatale, ut censet Chrysippus.

Cap. XIV. *Carneades genus*] Carneades instituto novorum Academicorum in Stoicos disputabat: sed in oppugnatione fati non probabat ignavam rationem, et Stoicos alio argumento premebat.

Adhibebat calumniam] Nam captio et calumnia inest in ratione ignava.
Conclusio] Argumentatio.
Antecedentibus] Προηγουμέναις αἰτίαις.
Conserte, contexteque] Naturalis quaedam est causarum series et colligatio.
In nostra potestate] Quod ἐφ' ἡμῖν dicunt.
Hoc arctius] Haec ratio et conclusio firmissima est. Ductum a fascibus, qui vinculis astringuntur.
Referre] In nos reiicere et retorquere, qui fatum negamus: et tamen immutabilitatem in futuris dicimus ex Diodori sententia.
Nihil dicat] Non enim partium necessaria fuerit colligatio et series causarum, si omne futurum ex aeternitate verum sit, cum sine causis necessariis et antegressis verum esse possit.
Naturalis] Ut vult Chrysippus, Diodoreis repugnantibus.
Itaque dicebat] Diodori sententia περὶ δυνατῶν adversus Stoicos utebantur Academici, ut vera ex aeternitate futura essent, sine naturalium causarum antecessione: ac proinde Carneades divinationem esse negabat posse, etsi immutabilitas in futurorum veritate esset, nisi in iis, quae naturalibus et necessariis causis continerentur.
Marcellum eum] *Cicero* de Divinatione [lib. II. c. 5.] *Ut si quis M. Marcellum illum, qui ter consul fuit, multis annis ante dixisset naufragio esse periturum, divinasset profecto.* Et in Pisonem, [cap. XIX.] *M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari.* Fuit autem, ut *Asconius* ait, nepos illius Marcelli, qui Syracusas cepit. Is naufragio ad Africam periit paullo ante tertium Punicum bellum.
Ex aeternitate] Ex infinito et aeterno tempore.
Vestigia] In quibus admonitio esset praeteriti.
Quo minus futura] Apollini nota esse, cui ne praeterita quidem nota sint.
Posse denique] Posse tum demum.
Cap. XV. *Quocirca*] Colligit omnia esse expeditiora et liberiora Diodoreis, quam Stoicis, et eorum sententias valde discrepantes esse: quas tamen quispiam fortasse easdem falso esse putaret, et nonnulli Stoici clamabant. Non enim necesse est Diodoro, divinationem et oracula approbare: necesse est Stoicis, si sibi constare velint.
Iis autem] Diodoreis.
Hi enim] Stoici.
Illorum] Diodoreorum, qui sine causarum antecessione futura ex aeterno tempore vera esse dicunt.
Quod si concedatur] Antea negavit omnis motus causas esse antecedentes, unde fatum Stoici argumentabantur: nunc hoc concesso, negat tamen sequi fatum esse.
Ex aeternis caussis apta] Ex causis in rerum natura, quae aeterna est, positis profecta. Nam huiusmodi causae vi sua certe efficiunt quod sub eis subiectum est, ut ignis accendit.
Caussa autem est] Quae efficienter rei cuique antecedit. Itaque adiumenta, praecursiones, materiam, ferramenta, sine quibus aliquid effici nequit, in causis hic non numerat.
In campum] Martium, ubi se inventus Romana exercebat. Cicero de Orat. [II, 62.] *Ut in illum Titium, qui cum studiose pila luderet, et idem signa sacra noctu frangere putaretur, gregalesque, cur in campum non venisset, requirerent, excusavit Vespa Terentius, quod eum brachium fregisse diceret.*
Quod Alexandrum] Qui, rapta Helena, Troiae excidii causa fuit.

Clytaemnestram] Quae Agamemnonem maritum interfecit.

Ex hoc genere] Ex eo genere rerum, sine quibus effici non potest. Locus est ex Ennii Medea.

Regredi infinite] In infinitum retroire.

Cap. XVI. *Interesse*] Etiam Stoici, ut proinde ex eorum sententia aliquid antecedere possit, quod causa non sit.

Serpentis] Alii a serpente ulceratum Philoctetem scribunt: alii cecidisse in eius pedem sagittam hydrae cruore imbutam.

Post autem] Posteaquam Lemnum venit in expeditione belli Troiani.

Ratio igitur] Scimus enim, cur in Lemno relictus sit, ex eventu.

Necesse est enim] In contradictione disiunctionum necessitas est: proinde pars altera vera, altera falsa est. Ea ratio erat Diodori.

Ait quid] Affirmat.

Tales enunciationes] Quae de futuro aliquid dicunt, quod fieri possit, aut non possit, ut: Sauciabitur Philoctetes. Nam cum Epicurus omnem enunciationem veram aut falsam esse negabat, id potissimum de his intelligebat.

Ex contrariis] Sauciabitur, aut, Non sauciabitur Philoctetes, verum dicebant; nec tamen Sauciabitur, verum; nec Non sauciabitur, falsum.

In eloquendo] In enunciando.

Nec verum, nec falsum] In Epicureos argumentatur, qui ista enunciata nec vera, nec falsa dicebant. Nam quod nec verum nec falsum est, verum non est: quod verum non est, id falsum est.

Tenebitur] Non negabimus, ut Epicurei, sed defendemus ex Diodori sententia, omnem enunciationem veram aut falsam esse: nec ex eo tamen sequi fatum esse, quamvis vera sint ex aeternitate. Non enim erunt ea ex aeternis apta et nexa causis, quae fati necessitatem habeant.

Cap. XVII. *Ac mihi quidem videtur*] Duae veterum sententiae fuerunt: una eorum, qui fato fieri omnia censebant: altera eorum, qui neque fatum ponebant, et voluntarios animi motus esse dicebant. Chrysippus et fatum probavit, et voluntatis libertatem retinuit.

Id fatum] Nam Chrysippus in fato vim necessitatis non ponit, cum aliquid in nostra potestate relinquit.

Aristoteles] In Acroamaticis semper fatum oppugnat *Aristoteles*, et eius interpres *Alexander:* sed in Exotericis, ut opinor, etiam fatum posuerat, velut in libro de mundo [c. VII. p. 378.] *Οἶμαι δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην οὐκ ἄλλο τι λέγεσθαι, πλὴν τοῦτον, οἱονεὶ ἀκίνητον οὐσίαν ὄντα· εἱμαρμένην δὲ διὰ τὸ εἴρειν τε καὶ χωρεῖν ἀκωλύτως· πεπρωμένην δὲ καὶ διὰ τὸ πεπερατῶσθαι πάντα, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς οὖσιν ἄπειρον εἶναι*, et caetera. Eam enim Peripateticorum et Academicorum, qui iidem erant, sententiam fuisse, sic in Academicis scribit, *Quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, evenire, quasi fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni: nonnunquam quidem eam fortunam, quod efficiat multa improvisa haec nec opinata nobis propter obscuritatem ignorationemque causarum.* [Lib. I. cap. 7.]

Chrysippus tanquam] Eam sententiam ferre Chrysippus videtur, et ita rem disceptare, ut et fato omnia fiant, et aliquid sit in nostra potestate.

Honorarius arbiter] Is est, quem litigantes honoris causa delegerunt disceptatorem controversiae suae, aeque ac ab honore praetoris ius praetorium honorarium dicitur. Sic Cicero in Tusc. V. [41.] *Quorum controversiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades.* Sic pro Caecina [cap. 2.] *honorariam et domesticam amici operam* arbitrium appellat.

Medium ferire] Ab ictu ductum et petitione. Mediam quandam secutus est sententiam.

Honorarius arbiter, medium ferire] H. Turnebus in Disp. contra Ramum p. 44. versâ haec adiecit: „Est autem *medium ferire*, quod *μέσον βάλλειν* Graece dicitur, aut *μέσον τέμνειν*. Simile est illud Plutarchi in Symposiacis: *ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα ἐῤῥήθη, καὶ τὴν κρίσιν ἀπῄτουν οἱ παρόντες, ἔφην ἐγὼ διαιτητὴς ᾑρημένος, οὐ κριτὴς, βαδιεῖσθαι διὰ μέσου.* *Arbitri* autem fuere vel *compromissarii*, qui compromisso facto, interposita fere stipulatione poenae deligebantur a litigatoribus, si sententiae non pareretur; vel *honorarii*, quibus sine compromisso rei cognitio deferebatur: Sed et in iudiciis bonae fidei; atque in quibus rebus boni viri arbitratu et interventu opus erat, *arbitri* sumebantur. Itaque in iis rebus, quae bonae fidei erant, adversarium, a quo aliquid contra bonam fidem factum querebantur, arbitrum dare cogebant, quod *arbitrum adigere* dicebant. Cicero in Officiis [III. 16. 66.]: *Arbitrum illum adegit, quicquid sibi dare facere oporteret ex fide bona.* In Topicis, [X. 43.] *Aquae pluviae arcendae adigere non possis arbitrum:* quod est, interprete Pompeio, *dare cogere.* Proinde ea iudicia saepe *arbitria* dicuntur, ut apud Ciceronem *arbitrium rei uxoriae* [de Off. III. 15. 61.] *arbitrium pro socio* [Or. pro Qu. Rosc. com. 9. 25: ubi nunc legitur: *cur non arbitrum pro socio adegeris.*] cum aditus praetor arbitrum etiam in iis dare soleret. *Honorarii* autem ab honore, qui a partibus eis habetur, nominantur. *Honorarium* autem interdum praemium est, quod non debetur, nec mercedis loco tribuitur, sed honoris causa defertur: nam multis in rebus ea esse videtur dignitas ut mercede non sint dedecorandae et inquinandae. Hinc honoraria magistratuum, advocatorum, medicorum. Itaque cum Cicero [de opt. gen. Orat. I. 3.] scribit, *docere debitum esse, delectare honorarium, permovere necessarium,* significat, non esse necesse oratori auditorem delectare, nec ab eo auditori id deberi: velut tamen quoddam honorarium addi, velut quoddam praemium et accessionem adiungi. Proinde *honorem habere* est interdum praemium tribuere. Cicero [ad Famm. XVI. 9.]: *Curio nisi ut medico honos haberetur,* id est, *honorarium daretur.* Ne illud quidem omittam, quod ad arbitros pertinet, *arbitrium* nonnunquam praemium significare: quod rarius et insolentius fortasse cuipiam videatur. Curtius [VIII. 1.] *At victoriae arbitrium magis praecipuum ferunt.* Cicero [post reditum in sen. 7, 18.] *Nondum palam erat factum concidisse rem publicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur.*" Qui plura cupit, quamquam haec satisfacere posse videantur, adeat Lexicon, quod non semel laudavimus, Iuridicum p. 126—130. et Barnab. Brisson. De Verb. Signif. s. vv. *arbiter* et *honorarius*. *Mr.*

Sed applicat se] In eorum tamen est sententiam propensior, qui fatum negant, et voluntatis motus liberos, non coactos putant, cum in fato necessitatem non ponat, sed propensionem et inclinationem. Ductum ab alienigenis, qui Romae ad aliquem patronum se applicabant.

Verbis utitur suis] Quibus uti solet de vi et potestate fati disserens. Nam vicissim tantam ei tribuit necessitatem, ut aestuans et laborans retinere vix possit animi libertatem. Ita se induit et implicat. Id ex *Plutarcho* intelligi potest, qui ita scribit [de Repugn. Stoic. pag. 1056.] *Ὁ δὲ λέγων, ὅτι Χρύσιππος οὐκ αὐτοτελῆ τούτων αἰτίαν, ἀλλὰ προκαταρκτικὴν μόνον ἐποιεῖτο τὴν εἱμαρμένην, ἐκεῖ πάλιν αὐτὸν ἀποδείξει μαχόμενον πρὸς αὐτὸν, ὅπου τὸν μὲν Ὅμηρον ὑπερφυῶς ἐπαινεῖ περὶ τοῦ Διὸς λέγοντα.*

Τῷ ἔχετ', ὅ,ττί κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ
Ἢ ἀγαθόν- *καὶ τὸν Εὐριπίδην,*
Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς

Φρονεῖν λέγοιμ' ἄν; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
Δρῶμέν τε τοιάδ', ἃ σὺ τυγχάνεις φρονῶν.

Αὐτὸς δὲ πολλὰ τούτοις ὁμολογούμενα γράφει· τέλος δέ φησι μηδὲ ἔχεσθαι, μηδὲ κινεῖσθαι μηδὲ τοὐλάχιστον ἄλλως ἢ κατὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον, ὃν τῇ εἱμαρμένῃ τὸν αὐτὸν εἶναι.

In assensionibus] Quas *συγκαταθέσεις* vocant, id est approbationes. Visis autem, quae propriam habent declarationem earum rerum, quae videantur, fides et assensio adiungitur. Ac primum quidem, cum quid obiicitur sensibus, phantasia est, id est visum: quam sequitur assensio: assensionem comprehensio. Nam cum visum acceptum et approbatum erat, comprehensionem vocabant.

Vi effici] Vi quadam fatali et necessaria.

Iique ita disserebant] Ita argumentabantur liberas esse approbationes.

Etsi appetitus] Appetitio, quae *ὁρμὴ* dicitur, qua, quod ad naturam suam accommodatum est, expetunt animantes: ut res perspicuas approbant.

Appetitum sequuntur] Actiones.

Etiam assensiones] Quae appetitum sequuntur, et quibus ante quam agamus approbamus. *Plutarchus* [de Repugn. Stoic. p. 1057. A.] *Καὶ μὴν ἔν γε τοῖς πρὸς τοὺς Ἀκαδημιακοὺς ἀγῶσιν ὁ πλεῖστος αὐτῷ τε Χρυσίππῳ καὶ Ἀντιπάτρῳ τινὸς γέγονε περὶ τοῦ μήτε πράττειν μήτε ὁρμᾶν ἀσυγκαταθέτως.*

Caussa appetitus] Non est in nostra potestate, sed externa est et fatalis.

Appetitu] Ut assensiones et actiones, quibus appetitus praecurrit, quarumque auctor est.

Nec laudationes] Si, necessitate fatali constricti, agimus coacti et inviti, neque virtus laudem, neque vitium vituperationem meretur: nec optimi cives honore, scelerati supplicio affici debent.

CAP. XVIII. *Necessitatem improbaret*] Fatum enim nectit Chrysippus ex causis praecurrentibus, non necessariis tamen. *Cicero* in Topicis [c. 15.] *Alia autem praecursionem quandam adhibent ad efficiendum, et quaedam adferunt per se adiumenta, etsi non necessaria, ut amori congressio caussam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere causarum, ex aeternitate pendentium, fatum a Stoicis nectitur.* Quod idem de Stoicorum sententia etiam a *Plutarcho* scribitur in cap. de Fato [de Plac. Philos. cap. 27.] Ita cum a fato Chrysippus necessitatem removeret, aliquid in nostra potestate relinquebat.

Sine praepositis caussis] Sine antecedentibus causis.

Caussarum enim] Multa causarum genera ponunt Stoici, *αὐτοτελῆ, προκαταρκτικά, συναίτια, ἑκτικά, συνεκτικά.* Perfectas et principales *αὐτοτελεῖς αἰτίας καὶ κυρίας* vocant, adiuvantes *συναίτια;* quae adiumenta quaedam afferunt, etsi non necessaria.

Itaque illi rationi] More Stoicorum, qui *συλλογισμὸν λόγον,* ratiocinationem rationem, saepenumero vocant.

Paulo ante conclusi] Ea est, Si omnia fato fiunt, omnia fiunt causa antecedente.

Ut ne appetitus] Quia in illis causis nulla necessitas est, ut vis afferatur appetitui.

Perfectis] Quae efficienter rei cuique antecedunt, et necessitatem afferunt.

Illa conclusio] Non in Chrysippum.

Commota viso] Visum antecedit approbationem: visis enim perspicuis credimus et assentimur. Sic autem interpretari solet *φαντασίαν* Cicero.

Proximam caussam] Evento et rei propinquiorem: etsi illa antecedens est et externa. Proxima igitur est, quae *προσεχὴς* dicitur: eadem

etiam interdum continens dicitur, id est cohaerens et coniuncta cum re, ut paullo post. Continentem aliam posuerunt causam Stoici omnia pervadentem et penetrantem quem spiritum adpellavere, rei cuiusque vim naturamque foventem et arcentem. Causae antecedentes et antegressae sunt *προκαταρκτικὰ* et *προηγούμενα αἴτια*, sive necessariae sint, sive non sint.

Non ut illa quidem] Ut sine viso fieri non possit, nec tamen in visi impulsione necessaria sit approbationis causa, sed tanquam principium et adiumentum, reliquo animi motu libero et soluto.

Sed revertitur] *Gellius* libro VI. cap. 2. istam Chrysippi sententiam explicat et laudat. *Alexander* in libro de fato damnare videtur. *Ἀλλὰ ἀφωρισμένως ἕκαστον πράττειν ὧν πράττομεν, παραπλησίως τῷ θερμαίνοντι πυρὶ, καὶ τῷ λίθῳ τῷ καταφερομένῳ, καὶ κατὰ τοῦ πράνους κυλιομένῳ κυλίνδρῳ.* Sententia est, Ut cylindrus ab impulsione externa principium motus habet, reliquum a sua mobilitate: sic in approbationibus principium est ab obiecta extrinsecus specie, reliquum ab animi libero motu.

Cap. XIX. *Et quasi signabit in animo*] Ductum ab annulis signatoriis speciem in cera signantibus. *Diogenes* Laertius [VII, 45.] *Τὴν δὲ φαντασίαν εἶναι τύπωσιν ἐν ψυχῇ, τοῦ ὀνόματος οἰκείως μετενηνεγμένου ἀπὸ τῶν τύπων ἐν τῷ κηρῷ ὑπὸ τοῦ δακτυλίου γινομένων.*

Extrinsecus pulsa] Viso commota.

Sine causa antecedente] Quamquam non necessaria, sed praecurrente.

Distinctio] Ut quaedam perfectae sint et principales, *αὐτοτελῆ καὶ κύρια αἴτια:* quaedam adiuvantes, *συναίτια*, ex quibus fatum texitur.

Haec cum ita sint] Sic disceptat controversiam Chrysippi, fatum ex praecurrentibus causis et non necessariis nectentis, voluntatisque libertatem retinentis, et eorum, qui fatum negant, ut eos verbis, non re, dissidere doceat: quod consequitur, explicata utriusque sententia.

Fato fieri] Sed liberas esse.

Alia ratio] Non enim tantum verbis, sed re etiam dissentirent, si praecurrere visum negarent, et a se animum libere sine specie oblata moveri dicerent.

Eam caussam] Proximam et continentem.

Ut si omnia fato] Quod fieret, si causa necessaria et principalis esset.

Ab hoc dissentiunt] Qui fato fieri omnia negant.

Eiusmodi] Cuiusmodi fatum Chrysippus ponit: contra tamen omnium sententiam, et anteceptam animo informationem fati.

Omninoque] Repetit distinctionem causarum principalium et adiuvantium.

Eas fato fieri] Disputatio de vocabulo est, quid fatum sit. Nam hi, qui fato omnia fieri negant, fatum tantum ponunt in principalibus et necessariis causis: quae quidem fati vera est notio, cui vim affert Chrysippus, ut aliquid in nostra potestate relinquat: nam contra omnium sententiam fatum necessitate liberat, et in praegressione causarum adiuvantium ponit. In quo ab Alexandro reprehenditur.

Ab iis fatum] In quibus tamen a Chrysippo etiam fatum ponitur. Docuit ergo paullo ante Cicero Chrysippum, dum aliquid in nostra potestate relinquit, in eorum sententiam esse delapsum, qui omnia fato fieri negant. Mox Epicurum dicet fatum sine necessitate sequi potius debuisse, quam commentitios motus afferre. Nam ita defendere posset, quendam esse animi motum voluntarium, si in fato necessitas nulla esset.

Cap. XX. *Errantibus*] Non recte cadentibus in praeceps.

Inquit] Epicurus.

Primum] Si declinatio motus est atomorum, cur alius eis et a Democrito, et a te motus tribuitur? a Democrito plagae, a te ponderis? *Plu-*

tarchus [de Placit. Philos. I, 23.] Δημόκριτος ἓν γένος τῆς κινήσεως τὸ κατὰ πληγήν. Idem etiam fatum ponebat. Auctor *Plutarchus* in Cap. de necessitate. [De Plac. Philos. I, 25.] Hinc etiam optime explicari potest locus superior, quo motum quendam oriri dicebat extra pondus et plagam: ut pondus ex Epicuri sententia dictum sit, plaga, Democriti: quem tamen locum paullo aliter ex *Plutarcho* sum interpretatus.

Minimo] Quod appellavit Epicurus, ut ait antea Cicero, ἐλάχιστον.

Duobus] Minimis intervallis.

Optare hoc] Voluntatis alicuius et optati potius hoc esse videtur, quam disputationis et doctrinae. *Cicero* in Lucullo [c. 38.] *Somnia censet haec esse Democriti non docentis, sed optantis.* Et II. Tuscul. [12.] *Optare hoc quidem est, non docere.*

Inani] In vacuo spatio, in quo nihil est, quod atomum appellat.

E regione] Ad lineam.

Sui ponderis] Cur, cum declinet, non deorsum feratur suopte pondere: sunt enim Epicuro omnia corpora gravia, ut docui.

Sibi dicere] Nam se putat reperisse fati liberationem.

Non modo fatum] Quando fatum a nonnullis sine necessitate ponitur, ut paullo ante a Chrysippo.

Ut essent atomi] Individua corpuscula, quae Epicurus rerum primordia putat, nulla censet Cicero.

Nam si atomis] Ut gravitatis et ponderis motus in atomis necessarius est, ita declinationis motus. Ex quo evenit, ut, quo commento fatum se depulsurum putavit Epicurus, eo imprudens fatum constituat. Necessarium esse motum ponderis non potest inficias ire, nisi suorum convellat principiorum motum perpetuum, qui si non esset necessarius, non debuit excogitare declinationem ad fati depulsionem.

EXCURSUS I.

ad Librum de Fato VII. 13.

in his habebis, ut ea fieri non possint: ut, si dicatur, Africanum Karthagine potiturum, et, si vere dicatur de futuro, idque ita futurum sit, dicas esse necessarium.

Davisius in Ed. pr. haec ad h. l. „Non intelligo, qui hoc inter *falsa in futuris* numerarit Cicero, siquidem Scipio revera Carthagine potitus est. Forsan verba suum non tenent ordinem, locusque sic constituendus est: *At si ista comprobabis divina praedicta, et, quae falsa in futuris dicantur, in his habebis, ut ea fieri non possint; et si quid vere dicatur de futuro, (ut, si dicatur, Africanum Carthagine potiturum:) id, quia futurum sit, dicas esse necessarium, ea est tota Diodori vobis inimica sententia.* Has ego coniecturas dubitans et haesitans propono; nam φράσις est perplexa, fierique potest, ut e libris nostris aliquid exciderit.“ Ad haec *Wopkensius:* „Falli Davisium omnino arbitror, qui lectionem vulgatam sic interpretetur, ac si potiturum Carthagine Africanum inter falsa in futuris numeretur, quum fuerit illud veris accensendum, uti re vera quoque illis tribuisse liquebit Ciceronem, si verba illius bene exponantur. Solam interpungendi rationem ita mutemus, ut verba *et si vere dicatur* etc. non duobus punctis, sed simplici virgula ab antecedentibus distinguamus; nisi etiam, quod mihi tamen haud vero simile videtur, pro *dicas esse necessarium* legendum sit in futuro *dices esse necessarium.* Iam facile patebit, illud voluisse auctorem, ut si Chrysippus ista comprobaret divina praedicta, eaque vera et necessaria putaret, necesse quoque haberet statuere, quae falsa dicerentur in futuris, ea non posse fieri, quemadmodum contra, si diceretur Africanum Carthagine potiturum, et si vere diceretur, idque futurum esset, dicere deberet illud necessarium esse.“ „Uno ore, ait *Bremius,* interpretes hunc locum corruptum pronuntiant, alius etiam [an voluit *aliam?*] corrigendi viam iniens. Mihi una litera mutata locus sanus videtur, si pro *ut* legas *et.* Cicero enim partitionem facit. Si dicis, divina praedicta vera esse *et* hoc dicis, quae falsa in futuris pronuntient, ea fieri non posse: (alioquin illa praedicta non essent vera,) *et,* si pronuntient aliquid futurum esse, dicere cogeris, id fieri necesse esse. — Hanc emendationem ea postulant, [in Ed. Br. scriptum est *postularet*] quae modo antecesserunt, in quibus Chrysippi ratio forma partitionis

profertur, cui aliam Cicero partitionem opponit. Posterius autem partitionis lemma ita exprimit, ut exemplo utatur, ex quo illa, quam vult, enuntiatio sponte emanat. Neque hoc quemquam offendere oportet. Modo enim idem in Cypseli exemplo fecerat, et facit etiam aliis locis v. c. de Legibus II. 4. ubi pro enuntiatione *neque, etiamsi lex scripta non est, iccirco nulla est*, exempla affert, e quibus illa enuntiatio fluat. Adde de Orat. III. 7. Brut. 1. et alia. — Forsitan aliquis, vulgatam cum Wopkensio defendens, *ut* acceperit pro *quemadmodum*. Sed haec ratio admodum multas habet difficultates. Primo enim demonstrandum est, *ut* omnino in tali constructione dici; deinde, tum dici, si primo membro *et* antecesserit; denique, verbum tam longe ab eo removeri, quam remotum est *dicas esse necessarium*. Tandem ea adde, quae antecesserunt, et facile hanc rationem deseres." — „Haec cum scripseram, *Hottingeri* sententiam accepi, qui, Lambini vestigiis insistens, ita legendum censet: *At, si comprobabis divina praedicta, et, quae falsa in futuris dicuntur, in his habebis, ut ea fieri non possint; ut si dicatur, Fabium in mari periturum; et, si vere dicatur, de futuro, idque ita futurum sit; ut si dicatur, Africanum Karthagine potiturum, dicas esse necessarium.* Quam coniecturam quis non probaverit, si modo constet, ea, quae Lambinus addidit, e MSS. ducta esse? Nam is vir doctus interdum MSS. fingit, ne liberior videatur in addendo et resecando. Reliqui certe MSS. nihil addunt." *Schützius* ex Lambiniana et Hottingeriana emendatione hanc concinnavit lectionem eamque in contexta recepit: *At si ista comprobabis divina praedicta: et quae falsa in futuris dicentur, in his habebis ut ea fieri non possint: ut, si dicatur, Fabium in mari periturum, et si vere dicatur de futuro, idque ita futurum sit, ut si dicatur Africanum Karthagine potiturum dicas esse necessarium.*" Hanc ego scriptionem, in qua nonnisi aliquot distinctiones neglectas esse deprehendes, libens amplecterer, nisi admodum diffiderem Lambino, se in uno atque altero libro istam lectionem reperisse affirmanti. Nunc a librorum lectione ita standum visum est, ut probarem emendationem Bremii, neque tamen reciperem, cum Wopkensiana ratio non sit plane reiicienda, modo post *praedicta* eiicias *et*, quod re vera non agnoscit Cod. noster R. Quae ad alias huius loci partes pertinent, ea in annotatione contextis subiecta locum repererunt. *Mr.*

EXCURSUS II.

ad Librum de Fato XII. 28.

Nec nos impediet illa ignava ratio, quae dicitur: appellatur enim quidam a philosophis ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita.

Ignava ratio, Graece ἀργὸς λόγος, ad Stoicos referri solet, fati patronos et assertores, quod ea maxime fatalis necessitas roboretur. Per hanc homines ignavi et inertes fiunt, quod ita ferme disputent, ut scribit Cicero de Fato c. 12. *Si fatum tibi est — — medicum ergo adhibere nihil attinet.* Alii aliter efferunt: Si fieri non potest, quin ex hoc morbo convalescas; Si verum est, te ex hoc morbo evasurum; Si in divinis decretis est, ut ex hoc morbo evadas; Si deus praenoscit, te ex hoc morbo non esse moriturum; et aliis praeterea modis, ex quibus ipsi quoque istius quaestionis tituli variati sunt: de *Fato*, de *Possibilibus*, de *Libero arbitrio*, de *Providentia*, de *Divinis decretis*, de *Futuris contingentibus*, de *Physica praedeterminatione*. Disputatione hac nulla est magis antiqua, nulla magis communis et diffusa, nulla acrioribus animis agitata; quae non modo scholas, sed gentes humanas divisit; moresque earum ita variavit, ut Turcae fato addicti ne in summa quidem suorum pestilentia sibi caveant: nos, qui liberas causas admittimus, vel levissimam teterrimae luis suspicionem timidi paventesque refugiamus. Quia porro nulli magis naturalibus causis humanum arbitrium obstrinxerunt, quam Stoici, hinc nostrorum dialecticorum vulgus, criticae eruditionis incuriosum, *ignavam rationem* ab illis inventam existimat. Id quam longe absit a vero, vel ex eo apparet, quod Zeno Stoicorum auctor et parens, ut refert Laërtius lib. VII. in eius vita, ducentas minas cuidam dialectico dedit, a quo septem *Metentis* species didicerat: qui quidem interrogandi modus ab *ignava ratione* vel parum admodum, vel nihil differt. Quomodo autem *Metens*, quem Graeci λόγον θερίζοντα vocant, exstrueretur, quidve efficeret, docet Ammonius ad librum Aristotelis περὶ ἑρμηνείας, sect. 2. cap. 10. *Si messurus es, non fortasse metes, fortasse non metes, sed metes omnino; contra, si non es messurus, omnino non metes, alterutrum enim necessario futurum est.* Ex quo colligebant, nihil unquam laborandum esse de messibus, quarum essent fata ab ipso naturae exordio immutabilia. *Iac. Facciolatus.* Acroasi V.

ADDITAMENTA.*)

I. 1. 2. p. 8.

Qua in natione Chaldaei —

Vid. Letronne Observations critiques et archéologiques sur l'objet des représentations zodiacales, qui nous restent de l'antiquité (à Paris 1824. 8.) p. 58. qui item conferendus p. 73. et 81. ad II. 42., p. 83. ad II. 47. — Plura ad hos de Divinatione libros contulit *Boettigerus* in libro, quem inscripsit: *Ideen zur Kunstmythologie* I. (8. Dresd. 1826.) qui conferendus inprimis ad I. 24. II. 13. I. 6. I. 41. 42. II. 56. 57. II. 41. I. 17. II. 34. II. 72: quibus illustrandis inserviunt pp. 29. 30. 83 — 100. (ubi de tota divinandi arte disseritur).

I. 11. 19. p. 55.

Atque ea, quae lapsu tandem cecidere vetusto, —

Operae pretium est legere, quae de verbis *cadere* et *labi* nuperrime disputavit *L. Doederleinius*, v. cl., in libro, quem inscripsit: *Lateinische Synonyme und Etymologieen* I. p. 128 — 133. ubi, nec nostri loci oblitus, ad Hottingeri sententiam se applicat.

I. 13. 23. p. 65.

Quatuor tali iacti casu Venerium efficiunt.

De iactu Venerio vid. etiam Hadrian. Iunii Nomenclator. p. 267. (ed. Francof. Wechel. 1591.)

---

*) Operis traditus est hic liber ineunte anno superiore. Hinc factum est, ut per plurium mensium decursum aliqua animadversionum seges succresceret, quam loco paullo incommodiore addi, quam plane retinere malui; quia insunt, quae sive confirmandae sive corrigendae nostrae de quibusdam locis sententiae inserviant, sive comparatione institutâ nonnulla in clariore luce ponere possint.

I. 13. 23. p. 66.

Sus rostro si humi A literam impressserit —.

De significatione vocis *rostrum* monet etiam Menckenius in Obss. L. L. p. 886; qui ibidem de loco nostri de Legg. II. 3. p. 169. (*hoc quasi rostro finditur Fibrenus*) agit.

I. 14. 24. p. 68.

Ut profectione laeti piscium lasciviam
Intuerentur, nec tuendi satias capere possiet.

Iam vide de his versibus H. Stieglitzium De M. Pacuvii Duloreste p. 54. sq. 87. sq. 126: qui contra Gruteri sententiam, At, ait, verissime Bothius monuit, *intuerentur* et *possiet* sic deinceps posita soloeca esse. Proponit igitur aut *intuantur*, aut hunc verborum ordinem: *capere posset satietas;* posterius igitur supra dedi. Quamquam haeret scrupulus, an Cicero primum et secundum versus leniter immutaverit, conjunctione *ut* addita, ac Pacuvius ita fere scripserit:

[*Tum*, vel simile] *profectióne laeti piscium lascíviam*
'Intuuntur, nec tuendi cápere potis est sátietas.

Praesentia certe fuisse fidem faciunt versus sequentes. — Cap. 16. 29. deficit syllaba. Fuerit sic:

'Illi inter se strépere, aperteque ártem obterere extíspicum.

I. 14. 25. p. 71.

— *ad veritatem saepissime dirigit.*

De significatione verbi *dirigere* vid. disputantem F. Osannum V. Cl. in Glossarii Latini Specimine (4. Gissae 1826.) p. 11 — 17.

I. 15. 28. p. 75.

Multa auguria — negligentia collegii amissa plane et deserta.

Suspicor legendum esse *omissa:* non quod displiceat *amissa*, sed quia, si hoc voluisset, dicendum fuisse videtur *deserta plane et amissa.*

I. 16. 29. p. 78.

Dirarum obnuntiatione neglecta —

Vide, quae de *Diris* docte et copiose monuit Mencken. Obserrv. L. L. p. 269 — 271. — Eundem vide ad v. *discissam* (cap. seq. p. 87.) p. 277.

I. 18. 35. p. 93.

— *fallaciter portenta interpretari* —

De significatione vocis *fallaciter* exemplis allatis egit Doederlein. l. c. p. 66. Idem conferendus p. 160. sq. ad capitis nostri §. 34. p. 91. *instinctu divino afflatuque.* Conf. eundem ad cap. 31. 66. *divino instinctu concitatur* eod. loco.

I. 18. 26. p. 95.

— *filium adolescentem.*

Debebam laudare Beierum ad Cic. de Off. III. 31. 112. p. 396.

I. 20. 40. p. 104.

— *Eurydicâ prognata* —

Vid. Oudendorp. ad Appuleium Metam. II. p. 96. de forma nominis Eurydicae similiumque latina.

I. 23. 46. p. 118.

— *appetivisse manibus.*

De significatione verbi *appetere* monet Mencken. l. c. p. 60. sq.

I. 23. 47. p. 120.

Discedo parumper a somniis.

Quid intersit inter *parumper* et *paulisper*, de eo v. monentem Gernhardum, v. cl., ad Cic. Lael. I. 5. p. 11.

I. 24. 48. p. 121.

In fano Iunonis Laciniae —

Ad h. l. Paruta in Sicilia Numismatica T. II. p. 769. sq. (ed. Havercamp. Lugd. Bat. 1723. f. m.) haec: „Factum quoddam Hannibalis Cicero narrat, neque tamen addit, ubi id contigerit. Haec eius sunt verba: *Hannibalem Coelius scribit — in fano Iunonis Laciniae* [utinam in aliquo Cod. MS. exstaret *Selinusiae*] *auferre vellet — collocavisse.* — Qui hanc malunt interpretationem a nobis subministratam, et *columnam* et *buculam* illi insistentem in nummis Selinusiis invenient. Vid. Tab. CXXII." Add. etiam *Boettiger.* in libro, qui inscribitur *Ideen zur Kunstmythologie* I. p. 29.

I. 25. 54. p. 132.

— *comprehendi iubent eum,* —

Hottingerus, nescio unde, dedit *deprehendi:* quod, utpote perperam factum, notandum fuit. Ita etiam neglexi ad L. II. 7. 19. annotare ab eodem in verbis *nihil accidere, nihil evenire, nisi* etc. omissa esse verba *nihil evenire.*

I. 26. 55. p. 133.

— *cuidam rustico Romano* —

De *rusticorum Romanorum* honesto plebeii ordinis nomine vid. I. F. Gronov. de Sestertiis s. de pecunia veteri (Lugd. Bat. 1691.) p. 319. —

I. 27. 56. p. 137.

— *ignotum quendam proiectum* —

De hoc usu vid. Ruhnken. ad Rutil. Lupum p. 45. qui et nostrum locum laudat et II. 69. Or. pro Milon. 13. et Varron. de L. L. IV. p. 12.

44*

I. 28. 58. p. 141.

— *nosque inter nos esse complexos.*

De locutione *inter nos* adde, quae praecipit Gernhardus ad Cic. Lael. 22. 82. p. 169.

I. 29. 60. p. 145.

— *immoderato tumefacta potu.*

Mencken. l. c. p. 679. sq. de hoc loco ita disputat: „Malim cum editoribus plerisque omnibus *obstupefactus*, quam cum uno Davisio *tumefactus*, legere, quod vera vocis *tumefactus* notio non quadrare satis ad hunc locum videatur. Nec mihi cum Davisio persuaserim, repugnare, ut, quae *obstupefacta* sit, *exultet et immoderate iactetur. Exultare* enim et *immoderate iactari* non est in hoc loco *insolentius efferri, fastu intumescere*, sed *perturbata et confusa cernere*, qua dicendi ratione paullo ante usus fuerat Tullius; aut *visis a mente ac ratione vacuis, perturbari*, quod, ut vidimus, in ipso est hoc loco Tullii. Sane, de *visis perturbatis et confusis, quae somniantibus obiiciuntur*, sermonem esse Tullio, ipse verborum contextus docet. Plus autem hic valere *mentis stuporem*, quam *immoderatam animi iactationem*, aut *insolentiam*, ipsa quemque natura rei docet." — Iam de hac re iudicium unicuique liberum esto.

I. 30. 63. p. 152.

[Animus] *appropinquante morte multo est divinior.*

Locis a Davisio laudatis adde hos primarios: Platon. Apol. Socr. c. 30. Socrates moriturus ait: *καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι.* Xen. Apol. Socr. §. 30. *ἀλλὰ μέντοι ἀνέθηκε μὲν καὶ Ὅμηρος ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου προγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα. βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ χρησμῳδῆσαί τι.* Sunt autem loci Homerici Iliad. *Π.* 851. ubi Patroclus moribundus Hectori:

οὔ θην οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη
ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή,
χερσὶ δαμέντ' Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο.

Et Hector morti vicinus Achilli Iliad. *χ.* 358.

φράζεο νῦν, μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι,
ἤματι τῷ ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
ἐσθλὸν ἐόντ', ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν.

I. 33. 72. p. 166.

— *Etruscorum* — *libri* —

De his vid. Pignorius Mensae Isiacae Exposit. p. 73. (4. Amst. 1669.) —

I. 35. 78. p. 177.

— *terraeque desederint* — et cap. 43. 97. p. 214. *terra desedisset* —

Ad haec loca vid. Arntzen. ad Plin. Paneg. p. 87. I. C. O.

I. 36. 79. p. 179.

— *lumine apposito* —

Ad significationem vocis *lumen* add. Frotscher. ad Quinctil. X. 3. 26. p. 154. De ὀφιομαντείᾳ ad hunc locum vid. S. Bochart. Hieroz. T. I. L. I. p. 21. T. II. L. III. p. 370. De apibus in *Platonis* labellis sedentibus v. eund. T. II. L. IV. p. 524.

I. 36. 80. p. 182.

— *vocum gravitate et cantibus* —

Hottingeri sententiae accedunt Ramshorn. Lat. Gramm. §. 206. p. 714. qui explicat: *gravitate in cantibus;* et Rothius in Taciti Synonymis et per fig. ἓν διὰ δυοῖν dictis p. 48. sq.

I. 38. 81. p. 186. (coll. II. 72. 150.)

Ego autem haud scio an nec — nec —

Conf. de hac constructione, praeter multos alibi laudatos, Gernhardum ad Cic. Lael. p. 246 — 262. eundemque in Seebodii libro, qui inscribitur *Archiv f. Philol.* 1826. I. 1. 2. p. 21.

I. 38. 82. p. 187.

— *hac Stoicorum ratione* —

Ad haec et sequentia cf. d'Argens in annot. ad librum Reflexions de l'empereur Julien sur les dogmes de la religion chretienne p. 180. sqq. (nimirum ad locum Iuliani apud Cyrillum adv. Iulian. lib. X. pag. 358. E. ed. Spanhem. *Cr.*

I. 38. 82. p. 187.

— *aut non censent esse suae maiestatis* —

De significatione vocis *maiestas* accurate disputat Mencken. l. c. p. 599. sq.

I. 38. 83. p. 188.

Non igitur sunt dii nec significant futura.

De hoc loco I. N. Madvig. in Emendd. in Cic. libros Philosoph. I. p. 156. nuperrime ita disputavit: „Minus recte interpungitur post *dii;* est enim una complexio: *sunt dii nec significant futura;* hoc ita esse negatur; sequitur, ut, si sint, futura etiam significent. Ad hunc dicendi usum diligenter attendendum est. Saepe enim hac concludendi ratione et Cicero utitur et alii; et is quidem in illis imprimis libris, qui omnem Latinorum dialectice loquendi usum optime illustrant, de Divinatione et de Fato. De Divinat. II. 59. 102. *Non sunt igitur dii nec significant futura; sunt autem dii; significant ergo.* de Fato 8, 15. *Non et sunt in sphaera maximi orbes et hi non medii inter*

se dividuntur. ibd. *Non ei venae sic moventur et febrem is non habet.* Poterat ut in libro de Divinat.: *Non venae sic moventur nec is febrem habet*. Sed perlegendus totus ille locus conferendusque alter e Topicis 13, 53. et 14, 67, ut, quae in philosophorum scholis traduntur, ea quomodo Latine dicantur." — „Perspicitur autem, vera dixisse Wyttenbachium in Bibl. Crit. III. p. IV. p. 4: Omnino constructionum negantium tanta est varietas, ut multae illarum formae nondum satis teneantur, nec in grammaticorum libris ad rationem revocatae tradantur."

I. 39, 85. p. 190.

cur pulmo incisus — *dirimat tempus* —

Accurate egit de verbo *dirimo* Mencken. l. c. p. 268.

I. 39. 85. p. 191.

Quid deinde causae est, —

Madvig. l. c. p. 31: „rectius hoc cum Victorio et Ernestio, quam, quod Hottinger. revocavit, *sit*.

I. 41. 90. p. 199.

De *Divitiaco* vid. Moebium ad Caesarem de Bello Gallico I. 31. p. 55.

I. 41. 90. p. 200.

Pro *physiologiam* malim nunc scriptum *φυσιολογίαν*.

I. 41. 90. p. 200.

— *quod* — *vos* — *facere Nonis solebatis*. —

Vid. Facciolatum ad Cic. Lael. II. 7. p. 18. ed. Gernhard.

I. 41. 91. p. 202.

Chaldaei — *antecellunt* —

De significatione v. *antecellere*, ut sit i. q. *excellere* vid. Mencken. l. c. p. 55. sq.

I. 42. 93. (coll. II. 9. 23.) p. 207.

— *partim e caelo, alia ex terra*.

De hac constructione monet etiam Gernhard. ad Cic. Lael. 13, 45. p. 99.

I. 42. 94. p. 208.

Arabes — *cantus avium et volatus notaverunt*.

Ad rem v. quae congessit Bochart. Hieroz. T. I. L. II. p. 19. Ad eundem locum v. eundem L. II. p. 90. p. 429.

I. 45. 101. p. 220.

— *non multo ante urbem captam* —

De hac locutione vid. Censorem Halensem (Schmidtium Prenzloviensem) in censura Grammaticae Ruddimanni (ed. a G. Stallbaum) 1826. n. 250. p. 418.

I. 47. 106. p. 232.

Sic aquilae clarum f i r m a v i t *Iuppiter* o m e n.

Ad hunc versum faciunt quae attulit Burmannus in libro, qui inscribitur: *Vectigalia Populi Romani et Ζεὺς Καταιβάτης* sive Iuppiter Fulgerator (Leidae, 1734, 4.) p. 293.

I. 48. 107. p. 233.

Curantes magna cum cura, —

Similiter noster scripsit De Invent. I. 39. 70: *quam quod ipse* m a g n a c u m c u r a *atque diligentia scripsit.*

I. 50. 114. p. 251.

Eodem e t i a m *modo* —

Ita Wakefield. ad Lucretium IV. 592. Idem cap. 51. 116. p. 256. defendit c o n f e c t i o n i s *eius fabricam* ad Lucret. IV. 516. I. C. O.

I. 53. 120. p. 264.

Eademque efficit in avibus divina mens, ut tum huc, tum illuc volent a l i t e s: *tum in hac, tum in illa parte se occultent: tum a dextra, tum a sinistra parte canant* o s c i n e s.

Ego quotiescunque ad hunc locum redeo, facere non possum, quin contra Ernesti sententiam voces *alites* et *oscines* glossatoris, sed docti, esse censeam. Ad rem conf. Bocharti Hierozoicon (Lond. 1663. f. m.), I. 1. p. 19.

I. 54. 124. p. 271.

— *in quo causam* d i x e r a t, —

Quod est in Cod. R. *dixerit* probavi in annotatione, ut satis commodum in oratione obliqua; in qua tamen *dixisset* requireretur.

I. 55. 125. p. 273. sq.

— *cum causa causae nexa rem ex se gignat.* —

Conf. Cic. de N. D. I. 4. 9. *series — rerum, ut alia ex alia nexa, et omnes inter se aptae colligataeque videantur.* Tusc. V. 25. *cum rerum causas alias ex aliis aptas et necessitate nexas videt.*

I. 56. 128. p. 277.

Non e s t *igitur,* u t *mirandum sit,* —

Monendum fuit hanc constructionem, Ciceroni raro usurpatam, frequentissimam esse Terentio; quod monuit etiam Zumptius Gr. Lat. §. 752.

I. 57. 130. p. 282.

Et enim Ceos etc.

Vid. Creuzer. in Annall. Heidelbb. 1826. mens. Iul. p. 679.

I. 58. 132. p. 288.

De his divitiis sibi d e d u c a n t *drachmam,* —

Ad sententiam verbi *deducere* vid. Gronov. Obss. II. 10. p 286. sqq.

II. 2. 4. p. 298.

Quod enim munus rei publicae afferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem?

Verbo monendum est, perperam saepissime hunc Ciceronis locum a nostri temporis praeceptoribus et ludi magistris ad suam, quam factitant, artem referri: quasi Cicero dicere voluerit, eos, qui iuventutem doceant, munus rei publicae afferre, quo maius afferri non possit. De hoc Cicero, ut homo Romanus, et priore tempore in summis rei publicae honoribus et negotiis versatus, ne cogitare quidem potuit. Illud vult, sibi iam, quod e republica faceret, quove prodesse posset quam plurimis, id unum, et satis quidem honorificum, restare; cum, quo prius rem publicam adiuverit, id, per tristissimam ipsi rerum conversionem, amplius facere non liceat.

II. 2. 7. p. 302.

In libris enim — concionabamur.

De verbo *concionari* disputavit Olaus Borrichius in Cogitatt. de varr. L. L. aetatibus p. 69—71.

II. 4. 11. p. 308.

Quo modo autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissolvas?

De ψευδομένῳ vid. quos laudat G. A. Gabler, v. cl., in progr. De disserendi ratione I. (Baruth. 1824.) p. 6.

II. 9. 23. p. 329.

putamus — acturum fuisse?

Plura huius constructionis exempla ex Cicerone attulit Goerenzius in Iahnii Iahrbb. f. Philol. 1826. I. 2. p. 302.

II. 10. 25. p. 334.

Totum omnino fatum etiam Atellanio versu iure mihi esse irrisum videtur.

Vid. Ed. Munk. de Pomponio Bononiensi Atellanarum poeta (acced. fragmm.) 8. Glogav. 1826. p. 20. Quod vero idem p. 82. de Atellanis laudat Asconium ad hunc Ciceronis locum, id vereor ut recte fecerit. Nihil exstat commentationis Asconianae in Ciceronis de Divinatione libros, sed in Ciceronis Divinationem, quae est oratio in Q. Caecilium. Ibi vero de Atellanis nihil mihi reperire contigit.

II. 10. 25. p. 334.

— in rebus tam severis non est iocandi locus.

De hoc usu vocis *severus* vid. Mencken. Obss. L. L. p. 908.

II. 13. 31. p. 345. (coll. I. 50. 112.)

aquae iugis colore —

Vid. Doederlein. *Latein. Synonyme und Etymologieen* I. p. 1—11. Huc pertinet etiam II. 36. 77. *iuge auspicium,* de quo idem p. 10.

II. 14. 38. p. 346.

cum rerum — natura — cognationem habent.

De translata vocis *cognatio* significatione vid. Mencken. l. c. p. 111.

II. 18. 43. p. 363.

Iove tonante, fulgurante.

Ad h. l. vide, quem supra laudavimus, P. Burmannum De Vectig. Pop. Rom. p. 262. sq. ed. Mencken. l. c. p. 418. qui ibidem conferendus ad cap. proximi verba: *Tum et fulgores et tonitrua exsistere:* et ad II. 39. 82. *dextris fulgoribus edit.*

II. 21. 47. p. 373.

— observatum ac vetustum?

Markland. ad Statium p. 2. *observatum? At vetus, tum Pinarii Nattae, nobilis* etc. Contra in Ep. Crit. p. 47: *Observandum?* (Quintus.) *At vetus,* tum Pinarii Nattae *nobilis, a nobilitate igitur periculum.* (Marcus.) *Hoc quam callide Iupiter excogitavit!* (Quintus.) *At Romulus* etc. Vid. Hand. ad Statium p. 19. I. C. O.

II. 21. 47. p. 373.

— quid habent observatum ac vetustum —

De hac locutione per ἓν διὰ δυοῖν dicta vid. Roth. Taciti Synonym. et per fig. ἓν δ. δ. dicta p. 58., et quem laudat, Ramshorn. Gr. Lat. §. 206. p. 714.

II. 24. 52. p. 385.

possum equidem innumerabilia.

De hac constructione vid. Gernhard. ad Cic. Lael. p. 240. in Excursu I. Idem ibidem ad II. 43. 91: ad v. *quae ratione atque animo videre debebant.*

II. 26. 57. p. 392.

cur ante lucem galli canant —

De hac constructione vid. Censorem Halensem (1826. 259. p. 412—415.) Schmidtium, Prenzloviensem, in censura Grammaticae Lat. Ruddimanni editae a G. Stallbaum.

II. 27. 59. p. 396.

— mures, quorum est opus hoc unum —

Vid. quae de significatione vocum *opus, opera, labor* all. fusius exposuit Doederlein l. c. p. 111—127. Nostri loci meminit p. 114.

II. 30. 63. p. 404—407.

Ferte viri, et duros animo tolerate labores etc.

Gratiam nos nonnullorum lectorum inituros speramus, si duorum poetarum recentiorum versiones eiusdem loci Homerici (Iliad. B. 299. sqq.) hoc loco adiecerimus, cum utraque sit satis rara, et re-

centior rarior meliorque etiam vetustiore. Prior est *Helii Eobani Hessi*, quae comparuit Basileae 1540. ubi noster locus est p. 40. sq. *) Posterior *Raymundi Cunichii Ragusini*, quae lucem vidit Romae anno saeculi superioris sexto et septuagesimo. **) Habes igitur primum versionem

Helii Eobani Hessi.

Quare agite, o socii, reliquum tolerate, brevesque
Temporis expectate moras, dum scire queamus,
Verane vaticinans praedixerit omnia Calchas,
Aulidis in portum piscosae quando subistis
Navibus Argivi, Priamo Troiaeque ferentes
Exitium. quia vos illic ad sacra fuistis
Exta deum testes, praeterquam, quos mala fato
Parca tulit: meminisse potestis tempore ab illo,
Quo nos ad positam dis immortalibus aram
Sacra parabamus, densis qua plurima ramis
Umbrabat platanus, subter quam frigida puro
Unda resultabat rivo; quo tempore visum
Est ingens nobis monstrum. draco terga cruentis
Distinctus maculis, arae sublapsus ab imo
Prosiluit pede; sic Saturnius ipse volebat.
Ipse vago lapsu ramos amplexus in altam
Evasit platanum, tetigitque cacumina, quorum
Nidus in arce fuit, numero bis quattuor intus
Passeris includens pullos; qui frondibus altis
Haerentes exultabant implumibus alis.
Quos omnes, vano matrem stridore vocantes,
Cum draco pestifero depastus dente fuisset,
Ipsam etiam matrem, circum sua pignora frustra
Sollicitas querulis quatientem vocibus alas,
Corripuit, nonamque avidam demisit in alvum.
Protinus in saxum mutatum Iuppiter ipsum
Conspicuum posuit: sed nos horrenda deorum
Constitimus stupido mirantes omina visu.
Praecipue quanam ratione ad sacra deorum

---

*) *Poetarum omnium seculorum longe principis, Homeri, Ilias, hoc est, de rebus ad Troiam gestis descriptio, iam recens latino carmine reddita Helio Eobano Hesso interprete.* Basileae. (MDXL.) 8. in officina Roberti Winter. pp. 617.

**) *Homeri Ilias, Latinis versibus expressa, a Raymundo Cunichio Ragusino, Professore Eloquentiae et linguae Graecae in Collegio Romano, ad virum amplissimum Balthassarem Odeschalkium.* Romae 1776. f. m. (Vindob. 1784. 8. pp. 652.)

Tam dirum venisset opus, monstrumque nefandum.
Tum Calchas, divina tenens miracula, fatur:
Cur vos tanta novi subit admiratio monstri,
Crine graves Danai? Prudens nam Iuppiter istud
Prodigium immisit, veniet quo gloria nobis
Sera et tarda quidem, sed fama et laude perenni.
Sicut enim serpens avido crudelis hiatu
Octonos pullos nona cum matre voravit,
Sic nos fata novem mittunt in bella per annos
Saeva, gerenda manu spatiosae ante inclyta Troiae
Moenia, quae decimo tandem capiemus in anno,
Atque eversa solo dabimus. Fore talia Calchas
Praedixit; quae nos nunc omnia perficiemus.
Quare agite, obdurate, supremum et ferte laborem,
O fortes Danai, donec victricibus armis
Evertamus opes Troiae, Priameia regna.

Posteriore loco: *Raymundi Cunichii Ragusini.*

O socii, durate, atque heic subsistite paullum,
Ipsa dum pateat re tandem, verane Calchas
Vaticinans, an falsa canat. Res cognita cunctis,
Quam memoro; testes cuncti, fatalia vitae
Queis nondum tristes ruperunt stamina Parcae.
Quippe olim, atque adeo nuper, cum se Aulide Graiae
Densarent puppes, Priamo Phrygibusque ferentes
Exitium, ad fontem fierent cum sacra virenti
Sub platano, purae qua sese illimis agebat
Rivus aquae; monstrum confestim apparuit ingens,
Convertitque oculos ad se, tremefactaque corda.
Namque draco horrendus, magni quem rector Olympi
Miserat in lucem squama fulgente, cruentis
Et dorsum insignis maculis, prorepsit ab ara;
Tum celeri platanum lapsu petit efferus. illic
Passeris, in summo ramorum vertice, pulli
Implumes octo sub densa fronde latebant,
Nona parens nidum servabat. Protinus atro
Stridentes querula nequidquam voce voravit
Ore draco: mater circumvolitabat acutum
Lugens. Lugentem trepida ferus arripit ala,
Postremamque vorat. Post haec, mirabile visu,
Immanem durum in lapidem Saturnius anguem
Induit. Obriguit mutatis artubus ille.

Nos animi attonitos circum stupor altus nocebat.
Haec sacris visa in mediis portenta deorum.
Tum Calchas prompsit veraci has pectore voces
Vaticinans: Nam cur muti sic statis, Achivi?
Hoc Iovis augurium, serum, seroque futurum
Eventu; at cunctis clarum et memorabile in oris.
Passeris ut pullos octo, nonamque voravit
Ipsam etiam serpens matrem, sic Pergama circum
Et nobis totidem bellandum haec monstra per annos
Portendunt: Urbem decimo vastabimus anno.
Haec vates: matura suo quae tempore iamiam
Omnia complentur; tantum perstate volenti!
Heic alacres animo, bello quassata bilustri
Pergama dum noster subvertat denique Mavors.

II. 30. 64. p. 406.

Abdidit et duro f o r m a v i t tegmina saxo.

Buttmannus in Lexilogo I. p. 254. coll. 256. sq. merito praefert lectionem complurium Codd. MSS. et omnium fere Edd. vett. *firmavit:* collatis locis Tibull. II. 5. 23.

Romulus aeternae nondum f i r m a v e r a t urbis
Moenia, consorti non habitanda Remo:

ubi perperam plerique *formaverat;* et Claudian. Rapt. Proserp. I. 236.

Devenere locum, Cereris quo tecta nitebant
Cyclopum f i r m a t a manu.

II. 34. 72. p. 421.

— nec suspicit, nec c i r c u m s p i c i t. —

Usus huius absoluti, quo verbo *circumspicere* non additur casus, exempla collegit Mencken. l. c. p. 103. sq.

II. 41. 86. p. 450.

Praenestinarum — sortium nomen.

De sortibus Praenestinis vid. Boettiger. *Ideen zur Kunstmythologie.* I. p. 88.

II. 42. 89. p. 458.

— ea triangula illi et quadrata nominant.

Docet Mencken. l. c. contra Fabrum in Thes. Er. Schol., non dixisse veteres *triangulus*, sed *triangulum*, si hoc vocabulum substantivum esse vellent.

II. 45. 94. p. 463.

— in flectendis promontoriis.

De singulari hac constructione monet, quem modo laudavimus, Menckenius l. c. p. 408.

II. 45. 94. p. 461.

Sed quae tanta dementia est etc.

Accuratius egit de hoc loco, et, ut nobis videtur, optime Madvig. in Emendd. in Cic. libros philosoph. I. p. 38—40. cuius, quia liber et rarior est in nostris regionibus, et nimis magno pretio venditur, de toto loco iudicium hic excerpendum visum est. Cicero, ait, contra Stoicos aliosque disputans divinationis vindices ad astrologos pervenit; quos reprehendit, quod cum caeli vim in hominum natura fortunaque constituenda esse contenderent, caeli dissimilitudinem negligerent, quae non minus efficax esset, si vera illa essent; deinde ita interrogat: *Sed quae tanta dementia est, ut in maximis motibus mutationibusque caeli nihil intersit, qui ventus, qui imber, quae tempestas ubique sit?* additur de harum rerum dissimilitudine; tum plena interpunctio. Horum nulla alia potest esse sententia, quam in nascentium ortu (nam de eo omnis est disputatio) ex Ciceronis opinione interesse, quo vento flante, qua tempestate quis natus sit; itaque cum de his rebus statim dicatur: *quod non certe pertinet*, negationem, quae in praecedentibus (*non dicere*) in tribus Codd. deest, hic autem in omnibus est, Davisius tolli iubet, sic demum argumentationem procedere ratus; assentitur huic Beier. ad Cic. de Off. I. 4. p. 25; nam Hottinger. totam illam parenthesin abiectam vult. Primum unde haec superstitio in Cicerone, omnis astrologiae et similium ineptiarum in hoc libro oppugnatore? deinde ubi ea alibi memoratur? deinde quomodo hoc consentaneum est ceteris, quae contra huiusmodi divinationem disputat? Denique qui fit, ut in media Chaldaeorum refutatione subito suum dogma aliquod iniiciat, idque tam superbe, ut dementes vocet, qui non videant, tum autem hoc nec confirmet, nec persequatur? Haec omnia concidunt, si recte verba distinguuntur; dicuntur haec omnia, non ut, quid Ciceroni videatur, exponatur, sed, ut ostendatur, Chaldaeos sibi non constare; divinare enim eos ex astro nascentium, non ex temperie caeli ortus tempore, quod aeque facere et possent et deberent. Anacoluthon autem inesse, sola particula *igitur* post *hanc* demonstrat. Quid igitur? Cicero orsus erat dicere: *quae tanta dementia est, ut — nihil intersit, qui ventus — ubique sit;* additurus erat: *illud intersit, quo quis astro natus sit?* vel simile quid (o: *ut, cum nihil intersit, — illud intersit;*) sed pluribus ad prius illud adiectis, denuo idem repetiit: *estne sanorum hominum, hoc non dicere ——, illud — dicere?* Illa autem, quae parenthesi conclusa sunt, ostendunt Ciceronem non velle, illud *vere* pertinere, sed *Chaldaeis* consentaneum esse, ut, si sibi constare vellent, illud etiam dicerent. Recte, (hoc dicit) ista excluduntur, et ad nascentes pertinere negantur, sed Chaldaeorum erat, cum haec, tum illa tenere.

Recte autem Schützius pro *non certe* edidit *certe non*. His disputatis, apparet, nisi fallor, locum ita distinguendum esse: *Sed quae tanta dementia est, ut, in maximis motibus mutationibusque caeli, nihil intersit, qui ventus, qui imber, quae tempestas ubique sit?* (*quarum rerum — — — mutationes maximas saepe sentiant*) *haec igitur cum sit tum serenitas, tum perturbatio caeli, estne sanorum hominum, hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere* (*quod certe non pertinet,*) *illud, nescio quid, tenue* etc. —

Ad II. 49. 102. p. 475. *non sunt igitur dii nec significant futura; sunt autem dii; significant ergo:* vid. eundem Madv. p. 156.

II. 54. 111. p. 489.

— tum vero ea, quae ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis etc.

Boettigerus in *Ideen zur Kunstmythologie* p. 108—111. et ad rem et ad verba consulendus. Probat ille Hottingeri lectionem. De divinatione in universum idem disputat p. 83. sqq.

II. 58. 119. p. 507.

Sed — nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum.

Ita Varro in Eumenid. p. 103. ed. Scalig. (Amst. 1623. Durdr. 1619.) ap. Non. Marc. v. *Infans.* p. 27. b. ed. Paris. 1583. p. 56. ed. Lips.

Postremo nemo aegrotus quicquam somniat
Tam infandum, quod non aliquis dicat philosophus.

II. 59. 121. p. 508.

— non aliquando collineet? —

De verbo *collineare* vid. Matthiae Miscellann. Philoll. Vol. II. P. I. p. 136. Oudendorp. ad Appul. Metamorph. p. 675. Fluctuat Ruhnk. ad Muret. II. p. 425.

II. 59. 122. p. 511.

— insanorum visis fides non est habenda, —

Olaus Borrichius de L. L. aetatibus p. 306. contra Vorstium et Scioppium praefert: *fides — adhibenda.* Conf. idem in Analectis ad Cog. de L. L. aetatt. p. 7. ubi eam lectionem commendat ex 5. Edd. vett. et Parei Lex. Crit. L. L. [p. 486.]

II. 59. 123. p. 512. sq.

et sine medico medicinam dabit Minerva —

„Recte hunc locum Ernestus edidit, ut constitutus erat a Walkero ad Cic. de Nat. Deor. I. 9; frustra Hottingerus opinatur, eum nimis accuratum fuisse." Madvig. l. c. p. 42.

II. 62. 127. p. 519.

Quod quoniam istud negatis etc.

De hac constructione accurate et pluribus exemplis allatis egit Zumpt. Gr. Lat. §. 799. conf. Allg. Schulztg. 1826. Lit. Bl. II. 28.

II. 69. 143. p. 541.

Visum est enim tale obiectum dormienti —

Ad locum de Amic. IV. 14. *quae se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat,* vid. nunc Gernhard. p. 35.

II. 72. 148. p. 549.

Nec vero — superstitione tollenda religio tollitur.

De hac constructione v. A. G. *Gernhard.* Comm. Gramm. VI. (de Usu Participii) in Seebodii N. Archiv. f. Philol. u. Paed. I. 4. p. 56. ibiq. laudd.

De Fato I. 1. p. 559.

Quia pertinet ad mores, quod ἦθος illi vocant.

Gernhardus ad Cic. Lael. 14. 50. p. 109. de hac constructione loquens, „Graecum, ait, nomen si sequitur, ad praecedens latinum accommodari genus videbis pronominis, ut Nat. D. II. 20. *stella, quae φαέθων dicitur.*" Sed hoc non universe pronunciari posse, docet et noster locus et Cic. Top. 10. *Oratoribus et philosophis concessum est, ut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendae rei gratia dicatur, aut minuendae, quae ὑπερβολή dicitur.* Contra in Or. 11. *In omni re difficillimum est, formam, quae χαρακτήρ graece dicitur, exponere optimi:* ubi Schützius edidit *qui.* Qua in re quid observandum sit de eo et alii monuerunt et nuperrime *Ramshorn.* Gr. Lat. §. 159. p. 354. sq. Conf. *Allg. Schulzeitg.* 1826. II. 55. p. 435.

De Fato IV. 7. p. 576.

— alios esse salubres, alios pestilentes.

De significatione vocis *saluber* disputat Doederlein. l. c. p. 32. sq.

De Fato VIII. 15. p. 594.

Non ei venae sic moventur, et febrem is non habet.

De hac constructione vid. praecipientem Garatonium ad Cic. Or. pro Milone 31. p. 291. sq. ed. Orell.

Ibid. 16. p. 595.

Quid est, quod non possit isto modo ex connexo transferri ad coniunctionum negationem?

De *coniunctionis negatione* disputat Madvig. l. c. p. 156. adhibetque locum huius ipsius capitis §. 15. *Non et sunt in sphaera maximi orbes, et hi non medii inter se dividuntur.*

De Fato VIII. 15. p. 595.

Et quidem aliis modis easdem res efferre possumus.

Huius verbi *efferendi* usus exempla exhibet Mencken. l. c. p. 304. Idem conferendus ad c. 18. 41. *ut omnia causis fiant antepositis* de propria verbi *anteponere* significatione p. 57.

XV. 33. p. 628.

Utinam ne in nemore —

Quid intersit inter *utinam ne* et *utinam non*, de eo vide monentem Ramshornium in Iahnii Jahrbb. f. Philol. 1826. I. 2. p. 371; qui docet, formula *utinam non* impensius, simplicius et absolutius optari, quam formula *utinam ne.*

XIX. 43. p. 642.

Quod si aliqua res efficeretur —

Cur scriptum sit *aliqua*, de eo monuit nuperrime Doeleckius in libro utilissimo: Deutsch-Lat. Gramm. p. 178.

COLLATIO

CODD. DUOR. CIC. DE DIVINAT.

[ex bibliotheca Augusta, quae Wolfenbutteli est]
ad edit. Ernest. (1776.) Vol. IV. p. 1. pag. 611—716.

Cod. August. 226. 4to (quo Ernest. et Goerenz. usi sunt)	Cod. Gudianus 2 fol. (cf. Heusing. in praef. ad Cic. de Off.)
p. 611. lin. 3.	p. 611. lin. 3. affirmata
6. quaedam res — — quaeque prox.	6. quippe prox.
7. natura mortali.	
612. l. 1. dixerunt	612. l. 1. dixerunt
	8. immanam — — signari
8. observitaverunt	9. signaretur
	12. putant
17. deest „ut"	17. deest „ut'
	19. romam deest „Asiam"
	29. et (deest „in") impetrand.
	30. sive harusp. 31. ex errnua
	34. solito
613. l. 11. eventus moniti	613. l. 11. arbitrari 11. probaverint
13. collecta est	13. sunt (deest „e") quib.
18. et ii 22. quin etiam	
614. l. 1. principibus	614. l. 1.
4. deest „Stoico" 5. deest „ut"	30. computet
15. ut facimus	31. istud inquid a cocta et nere
615. l. 8. q. habet vim	615. l. 6. diss. idem de 9. si existimo
16. ut ita sint dii — — ab his	16. tum ita sint dii
17. deest „vero" 18. deest „eos"	18. deest „eos"
	19. praeclara
	21. nocas (sic l. 23 „nato" pro „vaco")
23. Quinte philosoph.	22. praetermittendum
25. habeo	25. habeo. 26. deest „praeter"
	27. 28. tum etiam omn.
	32. interpretantium
	35. moneatur
616. l. 4. quod non 6. deest „non"	616. l. 20. videbo eo tum stoyc.
18. referta	24. Cavo fluxit idem
20. eotum Stoicum	25. Clamans nuntiat
24. Cano fluā idem	26. e gurgite 27. deest „canit"
25. Clamans nuntiat.	28. Et maritimis ac redulis
	29. assiduis

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 617. l. 2. deest „fiat" [nescio quid viderit Ernestius (velis qui in eius usum contulerit h. Codic.) legens h. l. „curva", lucidissime enim scriptum est „cur ita."]	p. 617. 2. cur infra fiat [saepissime scriptum „infra" pro „ita" quam voc. ignorasse paene videtur librarius]
	3. aquarum
6. hoc videre	4. Dum clamores patis
7. inest mire et ranunculis quad	7. Sed mẽ mire et ranunculis
8. deest „ipsa"	11. dixere
	12. qm̃ id ev. deest „intelligo"
	17. foris
18. deest „modo"	18. deest „modo" — poni ig. div.
20. pro rebus his	20. p̱ reb. hiis
25. habent	22. sompnio possit video
	26. stibria
618. l. 2. summa manus	618. l. 1. unum poss. l. 2. summa manus
	3. fict. coel. deest „e"
5. inv. est in eo loco	4. cuius usq. si inter cap.
12. petisset	12. petisset
13. retentant	13. retentant 18. credo lapsu
21. gravis st. ard. micanti	22. tum tumul — nivalis
26. cecinere	26. tempore cecinere
28. abdit et stellanti sub de n. p̱.	28. abdit et stellanti sub de n. p̱.
31. partis	30. quo m. a. 31. praecipit c. paras.
619. l. 6. oracla ferebant	619. l. 7. deest „tristes" — imitancia
9. frequentas	9. frequentas („sic l. 25 voluntas")
	13. tuis glomeratis det. annis
	20. silvestriae
27. generosam	27. generosam st. profectam
28. Vel legum	28. Vel legum
29. Vel diram ing. cl.	29. Vel diram ing. cl.
32. tenere	30. adimi fl. 32. tenere
620. l. 1. Nec post excessum a col. form. docorem	620. l. 1. Ne post excessum ad c. f. decorem
2. spectabat	2. spectarit
3. Tum foret occultus	3. Tum foret occultus
	7. Consulet e tand. cessa eum in
10. ferroque putata	9. clamabat 10. ferroque putata
13. urbisque	14. nostri
16. coluere XX numine	16. viginti
	19. deest „umbrifera, nitidoque Lyceo."
	20. deest arces
24. votis st. n. sacrastis	24. deest sacrastis
621. l. 1. perspici	621. l. 1. perspici
2. itane vero quicquam	2. Itane vero quisquam
	4. tali vitu 5. Nam ejeceris
	7. effigere — — venerit eoeque
	9. luteram — — Nam
11. lapicidinis	11. lapidianis s. diffuso
	18. ac medio 19. deest „multa
	22. perfectione (?)
	23. societas

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 621. l. 27. substulit	p. 621. l. 25. inhaerescit
	28. deest „tot" 29. atnum imp.
	31. aut unde
	32. deest „multa Cn" — in pomp.
622. l. 3. 4. a veritate s. dirigitur	622. l. 3. 4. a veritate saepissime dirigitur
5. innumerabiles res	5. innumerabiliter
10. Jam quid	7. nostra q. c.
12. ausp. regit	14. concl. id — — — — sive perr.
17. Quo eius quid	17. que eius quidem
18. tetrarchiae	18. thecarciae
21. poenitentem	20. venerint
27. est enim	27. est enim officia obj. 28. frustra
29. solidum	29. hab. ser. hinc — — solidum
623. l. 3. auspiciis	623. l. 3. auspiciis — — tamen ten.
8. prodiderunt	4. ad ips. 5. sic tamen 6. noti exq.
11. obterrere	17. censor G. a et enim vocavit
18. e. a. scriberetur	18. e. a. subscriberet
23. 24. fuissent	24. quod si f. fuisse
25. potuissent — — dira	25. dira
26. ut in omina	26. ut in omina — deest „non"
26. ei (pro Ateji)	28. obnunt. ei câm f.
624. l. 4. haerent	624. l. —
5. obtemperavit	5. licinus iste nostre
9. in quo can	6. nobis
	16. unam se
20. obduxissent	20. obduxissent — — erat in rel. in r.
23. ad eum de reb.	23. ad eum de reb.
20. iuss. expediri	27. augur. facto 29. expedirî
625. l.	625. l. 1. discisam
3. referretur	5. deest „annales"
	8 9. augurium et har. comp. disciplina
11. coss. rogatis	11. coss. rogatis
25. contigit	
32. fieri posse credo	
626. l. —	626. l. 6. ne abducar
	11. quia irr. p. hi simile n. q. f. hic exst.
15. quique praestans	15. quisque praest.
24. deest „primum „contemnamus"	24. comprobavit [deest „contemn"] contemn. etiam
627. l. 12. idem iam diu non fac.	627. l. 12. idem iam diu
22. Sed mutamus or.	17. evanuisse exaruisse amn.
32. qui á galleate	32. quia galleate
34. diuturnum	
628. l. 3. E tum tr. lumen anus artubus attu	628. l. 3. — anus artubus arcu lumen
6. vita meum corp.	6. vitaque meum corpus
11. capescere	11. capescere 12. Ex in opellare patrem
13. verba cognata	13. cognata tibi creante
19. Vix aegro cum corde meo me somne relinquis	19. Vix ergo cum corde meo me somne relinquis

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 628. l. 28. coniecturum postul.	p. 628. l. 28. coniecturam
32. puerum prius	32. puerum prius
33. tempora et tollerat eum	33. tempora extollere
629. l. 2. numerum fabi	629. l. 6—8. desunt „de quo — — — „corpus noct. q.
10. pastor	10. pastor ad me
	16. grav. sancivit
19. Flammeum (ex v. anteced.) rad.	17. coelo continet
20. somn. quae sit a coniect. int. f.	20. Cuius igitur s.
22. Res 24. ea sicuti	22. res 24. ea sicuti 25. accedant
26. minus mirandum est	26. unus mirand. est.
630. l. 3. Perpropinqua	630. l. 3. propinqua (hoc) b̓vū
	6. deest „ab laeva"
11. ipsa phalaridis	11. ipsa phalaridis
	15. Quid ergo quae magis
16. dionysi per sicis libris	16. dionisi persic.
26. cum incideret	26. inscenderet in r. a.
	27. ut hec herculi
631. l. 8. quae esse in f.	631. l. 8. iunonis lucis
	10. parte rebravisse
16. summa columnae	16. s. columpne conlocav. — — in silera
28. quidnam illud	21. bellum conferret
37. ab his 38. referta	37. ab his humum esse subl.
632. l. —	632. l. 5. ut cantorem esset
	10. armati sunt et delecti
13. Socrates cum esse	14. dicens ciceroni s. f.
19. quod (deest „ut") est dictum	19. deest „ut" (post quod) — — contegisse
	22. xenofontum (deest „an") delirare
25. rem in Maced.	25. iter (deest „in") Maced.
33. quidem. Prima statim	29. endemum non fuisse
633. l. 1. Adiungam	633. l.
5. ubi vero idem saepius admonet	4. quod seme ille
	8. 9. fanum id iudicis H.
	15. servus percutit c. v.
	16. furtum fer.
24. lectulo	25. ped. suis salvum revertisse (deest „domum")
634. l. —	634. l. 1. deest „petenti"
	2. qu. vellet tū caretur — deest „eodem"
3. Hoc et anteq.	3. plebis
11. naufr. essem	24. ut supra
	28. deest „ex eo" 29. pena dedisse
32. deest „Proconsul	30. s. tibi divinius
36. tu te	40. Venio autem ad tuum
635. l. —	635. l. 3. 4. cepisses itaque 4. misisse (pro iussisse)
9. cumque te tu patr.	
10. dexteram	10. littori (deest „que") proximo
	12. tum ex se clam
18. frequentisso (sign: „~" omiss.)	16. de uno red.
22. contr. v. quae dicin	31. a mente a rat.

Cod. August.

p. 636. l. 8. quor. uterque 9. habundat
20. redderunt — — vicerunt
30. omn. e. corp.

637. l. 3. qui deinde qui deinceps

17. sagearii quia
21. praesagatio
25. rapere
27. deest „mulierum"
638. l. —

12. referte

19. manus

23. cum primo hom.

639. l. 3. noctu — — flagrantis
4. homerar.
5. archodia classe
15. deest „tum" (post „eam")

18. modo (deest „Si") sine
23. manus oculorum divinationis [Voc. „ocul." quam minus accurate has paginas describens liberarius ex antecedentib. inseruerat, litura tollere noluit, punctulis tamen infra notavit tanquam ab h. l. alienam]
35. et tritales.
640. l. —
9. samnitum
12. q^e equum [q^e videtur mendum scriptoris non enim eiusmodi scribendi compendiis utitur noster]

26. thebaidam 27. callos gall.
28. boetio
641. l. —

30. et sequi deest „se"
33. tribus iis horis
642. l. 7. atque amnes deest „in"

9. phrygi

Cod. Gudian.

p. 636. l. 8. perstringere 9. habundat
20. vicerunt
34. tumque idem maxime
35. vixerit — — tamen 36. dormientes
637. l. 3. qui deinde qui deinceps
9. deest „ut" 14. illa res
17. sagaenus
21. praesagacio
25. rapere
26. ut illa
638. l. 2. factum meum
7. mea obesse
9. illud quidem volumus
12. referte 14. humano iam n. cass. loquar
19. manus
22. g. copon. adit ven.
23. cum primo
29. ac si domum
34. brevi est conf.
639. l. 4. honerarias — — voluerant (pro „noluer.")
8. carere dix arte 12. unde dum
15. deest „tum" 16. deest „cum plurimum"
18. deest „Si"
21. sol' inest usus
26. aliquid adesse divin.
32. coniectores (deest „que") num.

35. haruspicum — — ctuales.
640. l. 5. agr. lonano
6. anguise merg.
12. dimisisset
17. apium
19. regna receperat
20. signatio
25. pariebus fuerunt ea autem s.
26. thebaidam tidnosio 28. boecio
29. 30. victa similiter soleret
641. l. 2. statua
8. stellae deor. anixe
18. deest „iterum"
22. junonis statoris
27. censerent

642. l. 6. descenderint 7. atque amnes deest „in"
9. phrygi 10. divinissimum

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 642. l. —	p. 642. l. 14. quem amores
16. selonio	16. selonio
26. tum terrae	18. animadvertis 26. tum terrae
	27. hominem
31. 2. videmus	31. 2. videmus
33. retunsa 34 dispari haspirat	33. retunsa
643. l. 1. species quad.	643. l. 1. species quadam
4. flexa anima — — — bacha s.	4. flexa anima — — — bacha sa os
8. quam si pl. 12. commotiorum	8. quam s. pl. appellant
	10. nostra or.
16. res ab se	16. res ab se
19. ex orac. haec fatam e	19. ex orat. hoc factam
22. ut viderentur deest „et"	22. deest „et"
	26. anme chartatio tr. h. sat ne frenet
644. l. 1. quid sit futurum	644. l. 1. quidem scire sit fut.
	3. deest „quidem
7. erim. etiam caut.	9. poss. etiam fut.
11. et si non	11. Et si non sign.
16. ratio inesse facit	18. deest „ita" 21. 22. auct. ĩ sumus
	26. en. sit arusp. — — in bovis extis
	32. dein causae sit
	35. fiat nec veniat id
36. at rationem	36. ac rationem
37. neges „?"	
645. l. 9. censet grat. esse virt. Quis aut. deest „est"	645. l. 9. censet grat. ẽ virtutem
	12. classicum
15. hique urbis	15. hecque urbis
	22. Vmbratum negari
30. polibum corinth.	30. polibum corinchium
646. l. 6. augurant — — deest „in fano	646. l. 1. gallia divi desunt 2. rum. edimus hosp. civis 4. deest „sibi.
14. iamindar. — — glutidarum	8. Nec quicquam 10. percepit
22. propter nevitatem	19. quo contra
29. Vt enim eg. ut babyl.	29. ut enim 31. contemplõe
647. l. 5. conceptu portentor. exerc deest „et satu"	647. l. 5. conc. (deest „et satu") portent.
19. genere	7. a maj. postea 10. quod partu
	12. tutaverunt
22. deest „et discrimen"	22. deest „et discrimen"
24. nanque et athen.	
648. l. 4. 5. jussit ? Nam desunt „quantis in reb — — paruit ?	648. l. 2. excusabant 4. 5. desunt „quantis — paruit"
	18. effluxit ymber. 19. deest „est"
23. inter „sunt?" et „Caecil" ex superioribus repetita leguntur „Quotiens senatus Xvir. ad l. i. juss"	23. sunt? Quocies sen. X vir etc. — paruit [ex anteced. l. 3—5. repetita.]
649. l. 26. tum caveri pot.	649. l. 10. perflux. 20. vindice voces.
	31. quo contra Jun.
650. l. 9. jurgibus (sic)	650. l. 3. pythagorici observitaverunt
15. maiores omnes	12. in dilecto conf.
	21. quid est igitur tercia

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 650. l. —	p. 650. l. 22. persa persa
23. accepi omen inquit me filia omen (sic)	23. accepi omen inq. m. f. omen erat
27. hominis cap.	26. 27. quendam satell.
	32. horum omen
651. l. 11. praesens. ver. fut. deest „aut scientia"	651. l. 2. inquem hospicior ꝓmtinium
	6. veh. attencior
14. deest „esse"	14. deest „esse" 15. fingeret
19. auctore [in margine ab ead. manu scr. al. auctoritate	19. auctorte
20. pennata	20. pennata
24. se torquentem — — cruentas	23. moribus anguem
25. et duros ulcta dol.	27. Seque in obitu
26. Abiciit	28. pennis
34. ceteris	
652. l. 3. tum cupientes	652. l. 3. tum capientes
5. In monte remus ausp. se devoverat atq. sec.	5. In monte remus a se devovatq. s.
7. servat	7. servat g. a. 8. Errabant — remoramve
12. Qua mox e. p. et f. c.	12. Qua mox
14. utri magnis 15. albus	14. ut data regni lux 15. inf. mortis
16. ita f. l.	16. Ex vi cand. sera diis dedit deest in ave
19. Cedunt ter quatuor de coelo c. s.	19. Cedunt de ter coelo,
21. romul. inde proprima	21. datam rom. ēē ꝓpam
22. stabilitas canna 26. narneadive	22. stabilitas canna 28. haec digr.
653. l. 10. refercta	653. l. 10. complexa et ref. sunt
11. cognitione	11. cognitione
654. l. 5. solustus	654. l. 8. 9. deest „quod ea" — — si ut summa
	13. deest „his" 14. prebent
	15. excurrent
24. inter de astris a.	24. intercleantis 29. Super. Marc.
26. a vaticinantib. et cinantibus s. pr.	
655. l. 2. innum. annis	655. l. 10. gen. non ead.
14. materia deinde quid j.	14. mea domum quid 15. sicut cum
19. exempla nationes	16. aliquo conj. — ꝑ quam aliqua util.
25. delucide	25. deest „est"
26. st. illud quod (deest: „quidem") hunc loc.	26. deest „quidem" quod hunc loc.
	31 signati 32. sing. in iecor. fassis
656. l. 12. diligendam	656. l. 12. diligendum
13. ipsum	13. tota — cum ipsum cum
22. perculsus	22. perculsus 23. efficeret
	25. captum in jec
26. deest „ut videret interitum"	26. deest „ut videret interitum
	30. deest „ut" 32. cavant hoscives
33. omne animal. 34. quo vult	33. omne aial
657. l. —	657. l. 15. deest „quae"
	16. ita quieti
17. deest „tum rebus"	17. deest „tum rebus"
18. somniis	18. sompniis sic cast. purusque an.

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 657. l. 22. appellant	p. 657. l. —
26. seq. ne epicurum	26. postquam
27. quae ipsi vid.	27. quae ipsius videb.
658. l. 1. ocul. suum recid.	658. l. 1. oculum suum
2. praesagatione	2. praesagatione
8. duellium (pro Delium)	8. duellium 5. voluit 8. conjecta
	10. deest „tibi enim nota sunt"
13. animo duxit mori (deest „se")	13. alo duxit
19. potest autem accid.	20. deest „dubie" — sic accept.
	23. sed etiam potest
	26. deest „ita cadat" — — ut neque
32. coget 33. himarmenen	32. 33. facit autem — — himarmenidem
34. causa causam ex se gign. (deest „nex. rem")	34. causa causam ex se gignat
659. l. 1. deest „et" — — quancunque caus.	659. l. 1. deest „et" — — quamcunque caus.
2. non sequantur	
3. verisimiles rer. f.	3. easque verisimiles r. f.
	4. viderat 7. deest „perspiciat
8. fallet	8. fallet 9. tenet
	11. convenientia decl.
	13. videntis explic.
15. naturaliter	14. prim. quidem
22. nunquam	22. qu. nunquam 23. vis est
	33. intelligant
660. l. 6. parte perfectum [in margine „arte prof.]	660. l. 3. ea aût deest „quae"
	6. sed tum
8. 9. Ut eniceos	8. 9. Ut enim deos
12. obsc. quasi deest „et"	11. pestit. alus 12. deest „et"
14. apparuit	14. si — apparuit
18. atque col. deest „ex"	24. videar
25. isti 26. quam suo deest „ex"	25. isti qui
35. occiduntur	30. quicquam
661. l. 4. possunt	661. l. 1. ûnaque 4. quamquam — — possunt
9. non ab eodem sancimarsum a.	9. non ab eodem sanci marsum
11. somniorum	10. non lucanos 11. sompniorum
24. exclusam div.	24. exclusam divin.
	25. deest „quidem."

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 665. l. 7. ex libro	p. 665. l. 1. multum deest „que"
	5. quod est pluribus
	7. phil. librum stud. e libro
	9. maximique const. deest „et"
666. l. 9. multum profut. deest „illam"	666. l. 9. cetis iter mult.
	10. deest „is"
12. fortassis cato	12. fortassis cato 14. tum
17. in eund. l. numero (sic)	17. in eund. librorum num. r. v. infra tr.
	18. deest „quartus" — Orator
20. 21. num — — — putaremus	20. deest „esse" — putaremus

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 666. l. 25. atque coërc	p. 666. l. —
28. in remp.	28. poter. pati 30. profecti
	40. gravi potius
667. l. 2. neque porro ita	667. l. 2. neque porroita
4. deest „ipsum	6. deest „tenerentur"
14. coepimus	14. cepimus
668. l. 9. lunaque	668. l. 9. lunaque
10. habeat	10. habeat 14. Nihil qui div.
26. autem non ment. dissolvas quem ꝑ. v.	26. autem non ment.
27. sorices istas 30. sorices	27. sortes istas 29. deest „ut"
	32. deest „quaeritur"
669. l. 6. an nulla s. d. deest „graecus"	669. l. 6. an ulla — deest „Graecus
	7. hac sisia vers
9. impendat	9. deest „quae" — impediat
	13. te quinte caute
19 rer. futurarum	16. deest „eamque — Divinat."
33. esse ulla pr.	28. et ubi 33. deest „illum."
670. l. 20. praedic. enim.	670. l. 9. Qui si fall. hii qui nunquam aliq. — 10. dicit
	26. 27. anteq; occas. future
28. inventurum	28. sequuntur — inventurum
671. l. 1. evenit	671. l. 3. quae sunt
6. deest „esse"	7. nihil quod 10. futurar. rer.
	11. esse ut fato c.
22. aut quidem quod deest „est"	15. qui dimisit 16. deest „ne"
24. alteram penis deest „a"	24. alteram penis 25. solsticium
33. prohibeb. potuisset	31. latum tuſſu meſt interire v̄n id.
672. l. 20. si sciret	672. l. 5. deest „id"
	18. aut Cn. Pomp. 20. si sciret
27. deest „rebus"	26. deest „suis" 27. deest „rebus"
29. acced. cruc. deest „quo"	29. deest „quidem" — deest „quo"
31. 32. quidem stoycis diei presert	32. deest „a" 33. eufraten Crassus
35. Vtilis autem	35. roꝛtis autem (p. vultis aut.)
	41. fortuna
673. l. 3. dixerunt	673. l. 1. quo tempore. 3. dixerunt
5. fit extremum fat.	
6. Haec sensit	
11. irrisum esse 12. severiis	11. fatum est et
13. deest „igitur"	13. excludatur (deest „igitur") racio
17. hoc f. n. 19. quominus	
24. exciperet aut arriperet	22. partim const.
26. Artificiosa	26. artificiosa
	31. somnium
32. Dixisti	32. dixisti aut. omn. divin.
674. l. 3. non esse arb.	674. l. 3. non esse arb.
24. nomine deor. ut qui	24. nomine deor ut queq; d.
26. dicant	26. dicant
27. haec esse ita exta dic.	27. h. esse in exta dic.
29. declarare	29. quō declarare
675. l. 3. deest „nemo" 5. his tamen	675. l. 1. vulgatur
8. deest „extis"	

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 675. l. 9. scio iudicium nunq. defuturum fuisse	p. 675. l. 9. mortalem v̄m cui scio judicium nunquam defuisse
14. plenum al. deest „est"	11. verisimile sompnium tum pecud.
22. necesse sit verum sane sint	19. dicere aūt que vis
23. nos ca	23. nos extis ea
28. potuisse. Tristius haec	
676. l. 1. cognitionem	676. l. —
2. deest „ut"	2. continens quae
3. easque	3. easque
5. ex extis	5. ex extis 6. idque sit
9. rer. contagio	9. rer. contagio
15. 16. ut columna pariterq; deest „parit. crescant"	11. 12. brumali ipso d.
	17. bruma simul
21. eiusdem modi —— cognitio naturali	21. eiusdem modi —— cognitio
	24. ex cognatione
30. concessu 31. impartire	35. deest „dictum" 36. diligendum
37. tota 38. et aetate us.	37. tota
40. commutationem. 41. hoc iam	41. enim luñ parete
	677. l. 1. nec anic. —— cesses
677. l. 3. discessio	3. discessio
5 aliam quand.	5. aliam quand. —— diligendis
7. durius 17. contractum	7. duris 13. quid sit ut
18. et vegetum cor	18. et negetum cor (saepius — n — pro v.)
	21. ex corde Caes.
	26. et ut unum inspexeris
27. excedet t	27. deest „aut exedet"
34. promictant (sic saepius commictant p. p.)	30. harusp. ducet
38. qualia cuique —— deest „id"	37. abducantur 38. deest „id"
678. l. 1. ducantur	678. l. 1. mors de fort. 7. si casus
12. et perfabulis et habitantis	12. et per fabulis et habitantis
13. deest „inter duos lucos sic"	13. deest „inter duos lucos sic"
	15. ull. us.
17. obstat	16. ergo hic c̓tum mutatione
21. nos induit	20. deest „vester" —— impertire"
679. l. 8. coniecta : quae adhib.	679. l. 9. deest „sit" 11. displicare
	12. evenisset
28. fac. aut esset	23. igitur unus 27. fociens
29. maneret — et enim	29. maneret
30. sunt	30. fr. sunt 31. in nube
34. fulgures	34. fulgures
680. l. 2. iecit	680. l. 2. iecit
5. tiberim	
9. deest „autem	11. deest „Nam ——— Ólympo"
15. altrice belua ut fulm.	15. alite bellua ut f. ictu
	17. mirab. ante —— iudicium
21. fr. eris	21. fat'eris
22. nocet res. neque	22. res neque
29. non cum fieret	29. cur non fieret
31. ex pronost	31. ex pronost
32. deest „et" scammonia haristol.	32. deest „et — scāuna har.

Cod. August.

p. 681. l. 1. sunt. boetidius deest „et" — antea nom.
18. deceptam — — conduxit
21. abundans
26. afferatur 28. aliud
682. l. 12. evenit
23. dedisset
27. eam quae 32. deinde dicam
33. si deum
683. l. 2. ridet 6 exlulanti
10. ante bruma
23. in lenctrica
27. calamitatis
31. aut medici
684. l. 4. deest „ut"
17. solent [supra lineam: re] [sic scriptum, ex quo patet, librar. legisse „solerent"]
7. aut in multas aut div.
19. vicerunt At cum
20. Id enim est
25. quo
27. modificato
685. l. 5. videmus austro sud. videtur imit.
10. inconsiderantes
15. rodant. quorum est opus an cribra c. deest „scuta"
22. enim moritur
23. ut iam 28. novitatis
31. quaerem 33. deest „que"
686. l. 3. 4. non sciente
4. qui quoddam ad [nescio cur silentio praeteriverit hanc lect. Ernestius]
6. Tum etiam inq. deest „esset"
15. cornelia cur alteram utram
21. esse illi dixerunt
35. emanabat aquarum
36. deest „que"
687. l 8. firmavit
14. sera animis
16. Tot annos — — — — annos
33. ea ut pr. 34. accidisse

Cod. Gudian.

p. 681. l. 1. beiecus — ante nom.
4. deest „que possunt
8. deest urbi 10. deest — ind"
19. et quadring.
21. habundans
26. adferatur 28. cum intell. aliud
30. s. hoc fatum 31. animadvertistis
682. l. 6. si enim potuer. 12. evenit
16. quem habet auctoritatis
27. disciplinae continerentur
33. si deum
683. l. 2. ridet 4. praedicti
7. 8. magis
10. aut brumam 19. avenisse
21. 22. deest „multa ante Mars." —
23. lenitris
26. pfecta signatis 28. possumus
31. ut a medici
684. l. 2. lacedaemoniis — — nup. olim deest „nostros
6. coni. quidem omnis
17. solerent
19. vicerunt
20. Id enim est 28. qui si vict.
25. quo ad c. m.
27. modificato 28. quietem deest „qui"
30. aīal causa sit c.
685. l. 5. vid. aust. sud. videtur imit.
6. Atque hoc
9. uti leves 14. quidq. inter se
15. rodant quorum est opus au cribra c.
20. deest „si quando — — pecude"
22. quicquam enī moritur
23. ut iam 26. poteris
31. Quarum omn. — — quaereret
33. deest „que" 34. deest „nec"
39. concludit
686. l. 4. qui quiddam ad
9. pompeium
15. cur alteram utram
16. ac si neuter
35. emanabat aquarum
687. l 6. hunc uetū teneros
8. addidit_10. versarier
14. sera aīs
17. et pecuīa 26. eo qd 'diem r. praeclaram
30. revocarentur 32. coniectura

Cod. Aug.

p. 688. l. 10. emerserit de fi.
17. deest „esse"
24. unquam
26. 27. improbitate — — mandata
29. nullum est
689. l. 1. dicuntur
5. augurii
20. nec minus
23. 24. sive de coelo simulacra sunt et contra si vero de coelo simulacra sunt auspiciorum hauspicia nullo modo. quae fabrice fabius
25. hec aput
26. nunc quidem iubet
29. deest „est"
30. deest „in" — adhibentur — iis
31. auspicantur deest „si"
35. iis 36. nominantur : puliarius
37. quae pascuntur.
690. l. 2. pavere — — — tripud.
7. usus esse argumentum
9. Tum ergo esse
12. offa. 13. ut hoc m. [sic et „ut" p. „aut l. 31. „aut" pro „ut p. 692. l. 22.]
14. servari
15. Non imperat
16. renuntiat — — optimum qúe
17. 18. qui quidem instituerunt r. p. cura est
21. deest „ut" — quos cum
23. disc. esse divinationem. Nego autem h. d.
691. l. 7. 8. ego et illos ó [′ significat syllab. delendam]
14. annis 15. cumunibus
16. militare. Iam deest „est"
17. consulatum t. emisit et id. imp.
18. et augur deest „idem" — Vbi est
22. impedirent — — — item
23. quis nos 24. iuges
28. proficisceretur f. sint [non p̃cedit „cum"]
32. sed tu quidem nihil
692. l. 4. qui vetat exspect.
5. 6. prospersos — — — fugore et
8. vidimus
9. cum ecrochamorum
10. 11. quis a seculo suo perg. n. quid ded. armen. eidemque. detrax. a senatu datam
16. ipsi — — — Obmitte

Cod. Gudian.

p. 688. l. 5. etiam a re
17. quin divin
23. deest „urnam"
36. Quid igitur — — — q̃m eum
37. et aiebat
689. l. —
5. augurii
11. reb. et antiq. q̃.
17. paternus mos
19. ipse contulit
20. paruit muni
24. que fabice mihi
26. nunc quid iubet
27. eum qui
30. adhibentur
31. auspicãt 32. responderet
36. puliarius
37. quae pascuntur
690. l. 2. terram pavium
3. deest „dicitur
7. usus ee arguto
10. esset ei — deest „se"
12. pulus 13. ore cadit
14. servari
15. Non impat (omiss. p)
16. si iustum ausp. qd' habem.
18. r. p. cura est. 20. princeps
21. scipiorum figul. quos cum
24. aut arusp. 27. 28. dixerunt
691. l. 7. 8. ego et illos ubi inmort. (, ex illo sui di)
11. utuntur 12. voluerunt
15. ex communibus
17. emisit et idem
18. et (deest „idem") augur 29. retenta mou a bell
22. me impedirent — — item se
23. sim. ee quod nos 24. iuges
25. deest „a Jove 28. pomp. ej. proficerẽt
32. sed tu quidem nihil
692. l. 1. deest „eum" 3. aut diversos
4. qui vetat exp. 6. fugit ei
9. cum eitrocha morum
10. 11. assedio suo — — nescio quid
14. Si ruenta quer.
15. deiotare prospera
16. igitur licium

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 692. l. 17. deest „quem"	p. 692. l. 17. deest „quem"— — posse comb.
18. contempnere	18. contempnere
26. hoc 27. Etr. autem	19. Id ergo philos. 22. deest „huc
30. aut pisid. aut scilicum	23. deest „aliqd"
693. l. 3. deest „omnibus"— — et in omni	693. l. 3. deest „omnibus"— — et in omni
4. superstitiosi	4. supersticio sit ista — despicere
12. Ita sinixtra vid. nobis	5. possunt 9. homeric. ajax
15. plerisque	11. — — odit 15. sinistram
17. quia aliis	17. quia aliis
19. errorem	19. errorem
21. qua pater	20. superstit. his 27. Itaque ne s q. al. externa re 29. agas
30. affert	
694. l. 2. homini par. sic omnis offensis nobis et ab	694. l 2. sic omīs off. deest „paruisse — — pedis" 5. ut Chald.
9. ac consil.	13. Num in sufficium — — delectant
17. eripuisse	17. perfecto s. sortis eripuisse
21. 22. eoque loco ubi fort. sunt aedes nunc	20. deest „fortunae"— — mam̄. vocis appet 22. sit aed.
25. eoque cond. sortis q. h. fort. monitu pueri manu miscentur atque dicuntur. Quomodo	25. eoque cond. sortis quae fortunae monitu pueri manu miscentur atque dicuntur. Quomodo
695. l. 1. nec omnia cum sup.	695. l. 1. etiam superstit
3. exploscit 6. refrinxerunt	3. et venustas
7. diromacus scribere dicere	7. diromacus 10. monst. videamus veniamus
18. post dictionis gen. numerosos	18. praedicationis gen. invisos
25. deest „alia"	25. p. aliquo mō 26. moneat
28. vocentur	28. moneri (sic! 28. vocentur
	29. ante eam ips. 30. nascatur
30. nascatur 32. nominet	31. triang. illa. 32. nominent.
696. l. —	696. l. 6. deest „anim. corp."
15. deest „hi"	9. deest „aliquid 15. deest „hi"
19. cur ipsi ut diceret	17. ut ego 19. cur ut ipsi
26. deest „autem" 29. a iovis	26. deest „abeit"— — deest „autem"
32. ad illam lunam	31. 32. deest igitur — — — paene"
35. eademq. in omnib.	
697. l. 1. sunt 2. necesse est	697. l. 1. nati sunt 2. n. est
6. finiendi	5. desinunt 6. summendi
7. habent	7. deest „sint" 9. Qui si
16. nascuntur 26. sentiunt	16. deest „illio" vel eos q. nascuntur
27. Hoc	26. sentiunt 27. severitas
	28. est vesanor. 29. nesc. quem
698. l. 5. deest „sed" 7. declarant	698. l. 7. declarant 8. temporis
10. Nam quis 13. ipse	10. talis sint 13. ipse revoc. ut a. aut m.
	14. inherent
23. deest „ut" 26. qui aiunt	23. corp. nostris (deest „anim. ut")
	30 deest „id" — sanciat
33. ceciderunt 34. fuerunt	33. ceciderunt 34. fuerunt
699. l. 1. nascuntur	699. l. 1. nascuntur — — nem hoīum
	4. reb. manifestis

Cod. August.	Cod. Gudian.
p. 699. l. 8. in iugo) in margine „in virgine"	p. 699. l. 8. comamque in jugo
9. deest „dicebat" — — fata tenere	9. fata tenere dubitat
11. referri 15. deest „ipsi	
16. deest „in"	16. deest „in"
24. iniq. si plac. 25. ut vere ut	25. ut natura ut loq. 27. at me
32. relaxate	32. moneatur 36. sum orsus
700. l. 1. Ita duo	700. l. —
3. deest „ipsis duobus"	3. si primus 6. 7. neq. aut decl.
8. quod 9. hominem	9. hominem 11. nec ipsi
18. deest „nobis" 19. deest „si"	19. Et non (deest „si") signif.
28. quidem in nat.	21. deest „non est div."
	22. deest „igitur" 30. quod autem
32. omne quod — — — — non hoc q. n. p.	31. 32. desunt „hoc quoq. est — — — al. extrinsec."
38. deest „enim"	36. 37. deest: „ad conclud. — — — sedea sumit."
701. l. 2. Epicurus?	701. l. 1. beneficii et hom. — — nobis [sic 700. l. 3. „nos]
12. deest „haec"	
13. ea quae ventura	13. ea quae eventura sint
14. deest „esse"	14. deest „esse"
15. causas	15. causas 16. videat
19. sumere ipsos	19. sumere ipsos p.
21. et sunt dii	21. igitur et sunt d.
25. nec signif. (deest „si") non dare	25. non dare 26. ipsi hom.
	27. deest „habeant"
702. l. 2. possimus	702. l. 2. extrem. cum igit.
7. stare non potest inquit	
9. Quid vel	9. Quid vel
10. oculorum ut v. cernerent	13. aliquando etiam
15. deest „esse"	19. illud tamen
16. Sin autem	20. tum quia
22. aliquid in divinatione dixerit is etc.	22. aliquid in divinatione dixerit, is et
	23. existim. est 25. deest „enim
26. animi autem q. deest „si"	26. deest „si"
27. visi sunt	27. visi sunt
29. quando vet vaticinando aliquid somn.	29. si quando vel vaticinando aliquid somn.
	30. si demus 31. malimus
32. Praesensio tamen	32. praesencio
703. l. 7. 8. prima fort. — — — — nat. esse doc	703. l. 3. assum possessione non conc.
	4. an impud.
11. et fulg. interpr. deest „et" — „et"	14. ergo aliud ea
12. desunt „et" — et"	15. deest „cur" 16. deest „ergo"
13. aliq. hic praed	
20. admiserit 26. deest „est"	20. absecutus
32. deest „et diligentiae"	29. deest „latebrum"
34. versus l.	34. exprimi (35) versus — — quib. d. cum ariis
704. l. 2. ex sybillinis in pr.	704. l. —
5. deest „quidem	5. Quamobrem in sybillam
6. praedictum est	9. antistibus
11. ne dii ne h. e. patientur	11. patientur

Cod. August.

p. 704. l. 14. eademq; populo eheu v'.
17. habent
20. publico — — — martii
25. deest „ne (non ea pr.)
28. deest „quippe
30. qui non tim.
705. l. 6. eramus M. Catonem (deest „me")
7. respicere
27. latine appello
29. desierat facere

706. l. 4. Hoc vero

7. contemtius hoc loco? Cum

10. Divino — — — evanescerent
13. efficere 14. divinam

25. quam si

707. l. 1. abstinere
12. somnis
20. conlini et? t. n. somniamus n. u. f. e. q.
21. non dormiamus
24. iaceat
25. veneris quidem [non legitur „id quid": ut Ernest. in not. affirmat]

33. qui m. e. perturbatiores.
708. l. 6. Quid
10. Et si sine
16. fuerunt
27. nullam vim somnior.

28. Nostrae en. c. 29. (ut) — possumus
33. non modo non curat —
(34. ducant)
37. hominibus 38. nescit ea d.
709. l. 1. et hor. neutr.

14. consulerent — — — vigilanti
18. quam de recto. 19. deest „ne"

22. no ħ effet [sic scr. pro „non est necesse"]
37. si alia falsa alia vera

Cod. Gudian.

p. 704. 14. ead. q;. pplo post (15) et heu videre
18. deest „quidem"
25. vero (deest „et") ea
28. deest „quippe qui
30. deest „Casum — — — — timeret
705. l. 1. deest a se")
6 M. caton̄. Varr. opimum ipm̄.
7. cum filia deor. — — respicere
17. illa sors 19. deest „host. vim"
22. Num unus
32. deest „magi" — sapientes pot.
706. l. 1. amphibologiam pot. intellig.
2. vincente
7. tantum modo iam ut n. p. e. cont. hoc loco? Q
10. Divino
14. divinam aut — — e terra mente
16. deest cernat m. a.
25. quam si
26. etiamsi extritum esse — fecisset
707. l. 1. abstinere
14 deest „si" moneri — signare
20. colliuiet? Tot. n. sompriam n. n. est fere
21. non dormiamus 23. Tum nemo
24. iaceat
25. veneris quidem — deest „malumus"
26. deest „visis
33. perturbatiores
708. l. 5. ne se nav.
10. et si sine med. medicina dab.
18. at enim — — deest „nobis"
25 — 27. deest „esse div. eff. — — nulla visa"
28. nostre en causa 29. possumus

33. non modo curant
35. non frustra
38. nescit ea
709. l. 1. et hor. neutr.
7. est quod cur
10. praesert. ut Chr.
14. consulerent — vigilanti
18. de recto 19. deest „ne"
21. vera somnia ēē sompnia? — al. vera somn.
22. non nēc ħec esset. Quid est t. illa d.
33. enim lang.
34. vana et inc. et reliquis
38. internoscantur

Cod. August.

p. 710. l. 1. quaepia est. habao
6. stert. aliquid v.
15. quemquam posse [deest „nisi sap. div. esse"
18. pernoscese
19. ut quidq; dig (nisi) cent [al: „ſiḡcat" p. significat
23. in somnis

711. l. 12. Ait ille
16. deest „coniector"
20. deest „ei"
28. deest „sunt"
32. quod cum
712. l. 3. misisse
28. ipse fingere a poss.

713. l. 4. langore
12. illi gr.
20. délirem — — — — ni ista
22. hoc omnino e. f. propter verum
23. non esse mirabile
28. alios — — — propter hoc
714. l. 6. deest „simus" ex quo genere [desunt omnia quae a. c. LXIX. §. 143. usque (c. LXXII. 148.)

715. ad verba „atque hominum imbecill" in editis leguntur]
38. et his libris | deest „in"
716. l. —

29. exprimere null.

Cod. Gudian.

p. 710. l. 1. que pia ē habeo.
6. stert. aliquid vid — obicere
14. deest „nisi — esse
17. portendebantur
18. ut quidque 22. adhoc
27. 28. signat in somniis
35. poeta nemone ph.
36. minus etiam
38. Num me (pro „minime") Dem.
711. l. 11. tn̄ acciti
16. deest „coniector"
19. nihil me 21. aliis ov. sompriante
28. deest „sunt"
36. visus est ei deest „dicitur
712. l. 13. habeamus dic
19. tam pfectam im.
23. prosequebatur 27. inusitata
28. fingere a. p.
713. l. 6. multa dii
8. deest „versantur"
11. multoties in an.
15. sub sicut visus em.
23. alios — — propter hoc
32. emerid. — deest „quibus"
714. l. 4. querentes morbos
6. ips. pleure vective
7. deest „genere — — (p. 715. lin. 37,) fere animos"
715. (deest §. 143 — 148. | c. 69 — 72. init.)
38. deest „in" — qui de nat. d. s.
716. l. 1. deest „diligenter"
6. Quamobr. vel etiam .ppag.
9. quo te Quinte vert.
12. ostentum sim
26. deest „proprium"
27. vid. et ferre
29. auct. sua

CICERONIS DE FATO LIBER SINGULARIS.

Cod. August. 22. 7. 4to.	Cod. Gudian. 2. fol.	Cod. Aug. (secundus) 54. 9. 4to.
p. 719. l. —	p. 719. l. —	p. 719. l. 11. perspicua expl.
	12. illud [ita saepissime pro „id"]	12. id quoque approb.
	13. quia cuique max. probaretur probabile vid.	15. deest „essem" in putheolanum
		17. deest „in"
720. l. —	720. l. 5. labore quam — — deest „ab"	720. l. 2. 3. occ. esse p. o. nostra fere his delib.
		6. cum ad me ille 7. quasi in memoria reduxit de p.
8. quibus acceptis	8. quibus acceptis	8. Quibus acceptis. Quid igitur
12. id quod recte		9. or. disputationes
	14. minui tunc sed aug.	14. nunc que tr.
19. deest „quoniam"	17. nunciatur 18. reddidit	16. philosophico
	21. et tuor. et omnium.	20. utrum frui
	22. nihil en. nunquam	22. in eo st.
23. nostra sunt nota	23. nostra sunt nota	23. nostra sunt nota — teque inde aud.
26. disputationis	26. disputationis pon. al.	26. deest „ad"
27. } desunt „vola An — — — — — —	27. } molestum deest „volo — — — — —	27. At mihi
29. } — — — — — tibi gratum"	29. } — — — — — gratum	30. ne timid
	33. prom̃. audire	32. lege q̄. dixisti p. ordiri
721. l. 1. considamus ii quor. in alcis	721. l. 1. hi quor. in alcis	721. l. 1. confidamus deest „hic
2. brumalide	4. ej. ne cont. — — an vis est n. f. In,	4. } desunt „quam ego — — — —
4. 5. 6. naufragio	5. in alcis. 6. 7. Quid etiam	6. } — — — — in Daphita
8. Sint deest „inquam	8. Sint deest „inquam	8. Sunt enim abs. deest inq. quid"
	12. vero in cap.	9. f. ex quo ead. 12. quadrigas
13. naufragium	13. an naufragium	13. ant. naufrag.
14. l. quicquam huic? Quid enim	14. l. quicqm huic! Quid enim deest „hic"	14. rino ēē laps. Quid enim hoc ser
15. deest „Icadii	15. Nec herc. deest Icadii	15. deest „esse" — yrchadij
16. praeconis	16. praeconis	16. p̃dict. ei. 18. cecidisse 19. deest „fuisse
		21. fatum̃ 22. deest „omnino 23. non aliter

Cod. August. 22. 7. 4to.	Cod. Gudian. 2. fol.	Cod. Aug. (secund.) 54. 9. 4to. min.
p. 721. l. 29. quidem prim. — cont. rer.	p. 721. l. 29. quidem prim. d. ips. cont. rer.	p. 721. l. 29. deest „quidem — cont. rer.
30. persequamur	30. ita locor.	
31. videamus — salubris	31. videamus — — salubris	31. videamus
32. deest „esse" — redundantis	32. tis — deest „esse" — — redundantis	32. deest „esse" — piratnosus
722. l. 2. differant	722. l. 2. differant	722. l. 2. deest „plurimum
3. quo etiam ac	3. quo etiam ac	5. efficit ut ante
7. pateat	7. vict. petat	6. 7. in crassum ut nemea possessio q̊ yschimo - distingue
8. locos. quiden. loci etc.	8. dij. locos quid enim	8. natura loci
9. } desunt „quam in c. amb. tec. quam"	9. deest „quam in c. amb. tecum"	9. Pomp. primo
10. } — — — —	10. quam cum Kalend.	10. ydib; primo
	11. deest „res	14. in natura hae hom. diss. 16. abhorrescant
19. Hoc diss. — — deest „et"	19. diss. contra de re	19. nec diss. — et in qua sistit causa n. v
21. sunt 22. 23. in natura pot.	21. sunt	21. 22. voluptatum aut
24. si ita res	24. se hut 27. 28. quamquam	24. si ita res 26. ut ne
30. sedere eos	30. sedere eos	30. sedere eos
32. deest et constitutum" — megaricum	31. diffinit 32 megaricum	31. diffiuit sit et const. Plemonem megaric.
723. l. 5. in eum	723. l. 5 — 8. fronte vultu	723. l. 9. 10. balbum quod auriculas concavas deest „eas part"
14. aetatis vitiis	14. aetatis vit. advocetur	13. haec vitia
15 — 17. et divin. rat.	15 — 17 — 18. apollo quae	15. propositum
21. divinationem utantur		21. 22. Sint igit. — — huiuscemodi
		25. causam iq̊ que tibi 27. is in mari
28 — 30. igitur haec	28 — 30. igitur haec	28. ver. esse
	32. pon. natum ēē hoc quoque	32. natum esse etiam 34. hec connectio
724. l. 1. a si verum, aut f. 2. deest „fieri	724. l. 1. si verum 2. quicquam — deest „fieri"	724. l. 2. dici
3 — 4 — 5. deest „sit		3. fut. non sit id negare posse fieri
	6. quamquam a millesimo	4. sunt 6. 7. multo ante tempore
8. comprobabit	8. comprobabilis	8. comprobas

Cod. August. 22. 7. 4to.	Cod. Gudian. 2. fol.	Cod. Aug. (secund.) 54. 9. 4to. min.
p. 724. l. 10. Carthaginem potit 11. esse non necessar. 14. moriere — quod est in conn. natus est	p. 724. l. 11. fut. sive dicas esse non nec. 12. nobis 14. morere 15. 16. dissentiente	p. 724. l. 11. 12. nobis 14. quod est in connexio 15. deest „enim 16. deest in
17. 18. nec in verum — — convertere	17. 18. nec in falsum nec in ver. — convertere	18. convertere — deest „quod 19. vel nec. est
19. quod consequitur	19. quod consequitur	19. qu inq hoc Cris.
	22 — 25. ut ita sua perc.	22. existimans falli 25. ut ita sua — deest „natus est"
26. 27. ita dicent 29. indicat in 31. loquuntur 32. cum connexa 33. possent 34. quod exit ei 725. l. —	26. deest „is" 27. ita dicent 29. indicat in 31. loquuntur 32. cum connexa 33. possunt 34. quod erit ita p. 725. l. —	26. 28. deest „sed potius ita dic — — morietur" — ipsa
		725. l. 1. sed cui 3. Itaque Giometre dicent, si in
5. num et sunt	4. deest „medii" 8. deest „modis"	4. med sunt — deest „sed potius — — (l. 6.) dividuntr." 7. negationum coniunctionum
10. 11. deest „Quia" 18. contemplos 19. acquiritur	10. 11. deest „Si in sphaer — — Quia" 19. acquiritur	10. deest „possum dicere 19 inquiritur 24. posse ea
	25. fetis imutatur appare	26. apparent ne necce est quidem
33. convertere 36. fuisset	33. convertere	27. urgebatur 28. at hoc quidem 29. deest „fit
726. l. 3. scipioni	726. l. 3. scipioni	726. l. 2 — 4. deest „Morietr. Sc. — — — Necab. Sc." 5. deest „nec"
7 — 8 — 9 — 11. feruntur 12 — 14. a natur. necess. 15. manentibus 16. in achademia	7 — — — 11. feruntur 12 — 14. 15. a natura necess. manentibus	7. suspiciat 8 immoderabiles. 9. existat 12. declivi 13 neque oia
20. archon thepitha rato 21. deest „ita 21. 22. accidisset certe a serie causar. sicut	20. archō tepitha rato 21. 22. accidisset a serie causar. sicut	17. deest „interest" — ante ingr. 19. deest „verum

Cod. August. 22. 7. 4to.	Cod. Gudian. 2 fol.	Cod. Aug. (secund.) 54. 9. 4to. min.
p. 726. l. 24. convertere 20. deest „enim	p. 726. l. 24. convertere — — nec firmant 20. deest „enim" 35. fato omn. 36. hec p̃m	p. 726. l. 24. convertere 27. liberam — devincunt 28. deest „aut vera" 30. quam ax 32. ita si sic est 33. fiunt hoc
727. l. 8. altorum utrum 10. deest „etiam" 13. deest „non teneat" 14. vitare nec fati 15. Atque 16 — 18 — 19 — 21 — 22. depellantur	727. l. 8. alterum utrum 10. deest „etiam" 13. deest „non teneat" deest „et" 21. sequit 23. efficit	727. l. 3. qui fato 8. alterutrum 10. etiam verum 13. deest „non teneat" — deest „et 16. cumque declinet et ab atomo interv. 18. minus libere cogitr 19. neque (ꝑ „namqui")
24. Hanc Epic. rationem 28. motus cog. id democr. 29. maluit igitur omn. necess. 728. l. 5 — 9. non esse caus. 10 — 12. antecedente 21. deest „a" — — sine dicamus	24. Hanc Epic. rationem 28. id Democr. 29. acc. magis maluit igitur nec o. f. 728. l. 9. non est habere caus. 18. enim cons. 14 — 17. sine auctoritate et ext. 21. deest „a" — phisici 26. extrinseca eã 28. rei enim ipsa eã nat. est 35. habeat deest „causas" deest „ut"	24. hanc Epic. rat. 25. quia verit 26. feratur. 28. id Democr. 29. omn. fieri ex necess. 728. l. 5. invenire non possunt 14. inesse inane 21. omn. phisicos irrideamus 24. deest „ipsam" 25. Similiter di 27. in se ipso c. 35. nec est (deest „ut") ea 36. ita ut eum ev.
729. l. 2. an quicq. f. p. 4. deest „nisi" ex aet. causarum series h. erat 7 — 10 — 11. fuerunt inst. 12. erunt instantia 15. 16. peribeant — Atq. causarum si fort. 17. veniet in sen. cato 18. incl. sunt in rer. 19 — 21. nec enim erit conf. nec	729. l. 1. conced. tibi 4. ex aet. causarum series h. erat 10. praet. esse v. 11. tempora v. fuerunt 12. erunt inst. 16. atque. causarum si fortuit 17. ven. in sen. cato 18. incl. sunt in r. n. 19. est mirabile ventur. 21. nec enim erunt c. n. sed	729. l. 1. — 2. — 4. causam serit, haec 6. deest „ante dict." 11. fuerint deest „instant" 12 subseq. — erunt 13. Nam si omn. 16. efficiunt 17. dicerentur Veniet in sen. cato 19 — 21. deest „tam est immut — — conf. necesse"

Cod. August. 22. 7. 4to.	Cod. Gudian. 2 fol.	Cod. Aug. (secundus) 54. 9. 4to. min.
p. 729. l. 22. veniat — verum n. e. 23. falsum sit 27. agemus 29. sive tu med. adhibueris sive n. adhib. 31. sive non adhib. non conv. (sic et p. 730. 4.)	p. 729. l. 22. veniat 23. ut sit falsum 27. agemus 29. sive tu med. adhib. sive non adhibueris 32. alt' utrum fēm est	p. 729. l. 22. verum 23. falsum — deest „isti" 24. deest „non 27. nihil est quod omn. 29. s. tu med. adh. s. n. adh. 30 — 31. deest „Item si fat. — — non conval." 32. factum 33. Recte ergo — — ignav. est 34. deest „est"
730. l. 1. 2. deest „et" 3. convalescens 4. sive non adhibueris	730. l. — 4 — 6. sive non deest „adhibueris	730. l. 1. non adiung. 3. aetern. rerum verum 4 — 7. deest „Itemque — — l. 7. non conval." deest certa haecr.
19 — 20 — 21. deest „adhibuer." — — capt. est. Tam en. 24. C. gen. hoc tot. non probat. 26. premebatur 30. in natura potestate — — in natura pot. p. 722. l. 23.	10 — 13. res deest „est" 19 — 21. deest „adhibueris" — — capt. est. tam 24. Carn. gen. hoc tot. 26. premebatur aliquo mō 28. et contexte 30. 31. ac si	10. futurus est mor. d. 19. huj. gen. 20. ista modo 21. deest adhibueris 24. probat 28. conserta contextaque sunt 31. fiant 33. hec. art. astr. ratione n. possunt
731. l. 4 — 6. ne si ea 9. erat hoc quidem	731. l. 4. deest „ea" 5. intelligerint 6. ne si ea 9. erat hoc quidem	731. l. 4. deest „futura" 9. deest „esse" erat hoc quidem 14. fut. sit
15 — 17. eiusmodi 19. ad div. dicuntur compr. His 22 — 25. ducatur 28. id et causa sit 29. ne qd. 30. descenderint	15 — 17. eiusmodi 19. ad div. dicuntur comprob. 22 — 25. ducatur 28. id et causa 29. ne quod in c. descenderint	15. propositis 19. ad d. dicuntur prob. 22. angustiis 25. ducatur — — est ea 28. id et causa 29. efficiens
732. l. 1. crassatori diceretur 4. cese accidissent abiaegne	732. l. 1. diceretur 4. cese accedissent abiaeque	732. l. 1. furi (deest „fuisse") diceretur — — Ex quo 3. deest „ne" 4. cese non ecc. ad terr. ab igne trab.

Cod. August. 22. 7. 4to.

p. 732. l. 5. 6. deest „Utinam ne in P. — — et supra
8. licet. Quorsum? 9. inchoandi
11. deest „quorsum" 12. deest „hera"
16. eius modi cum quo
20. efficitur nec
25. ex vera
26. convertere
733. l. 6. deest „et"
10. consenserint (in marg. „censereut")
15. onerarius med. venire vol.
734. l. 9. principalibus causis 10. si ipsa
14. ne appetitus quidem
[reliqua h. libri desunt.]

Cod. Gudian. 2 fol.

p. 732. l. 5. acius deest „Utinam ne — — 6. — — supra"
8. Quorsum 9. Neve mõ nav. inchoandi
11. deest „Quorsum 12. deest „hera" err. in ea dom. ei ferret
13. Medeam an. ergo egro
16. cum quo aliq. eff.
17. nullam eam rem
18. efficit in cuj. cã. dic. 19. sit
20. efficitur necessario
23. et tum (deest „exitu") iunctior
24. deest „vera"
25. deest „Lemno" — ex vera
26. convertere
32. opinioni sequi

Cod. Aug. (secund.) 54. 9. 4to. min.

p. 732. l. 6 — 7. sim. q. quod superiora regendi inf. (deest „repetent")
8. — 9. —
10. quorsum cepissent hec praet
13. animo ergo
16. cum quo aliqd.
17. rem suavem eff.
18. in cuius — — ne id 19. sit
21. contin. in rer. nat. foret
22. deest „causa"
25. ins. Lemno phylotes nec ex — — hoc conv.
26. nec est etiam in r.
30. omnibus ante ver. saec. id fuerit
31. voluerimus. 35. neutr. cor. est verum

Cod. Gudian. 2 fol.

p. 733. l. 2. —
4. deest „esse"
6. deest „et"
7. esse vera — — deest „a" fati necess.
9. 10. eorum est qui consenseriut

15. onerarius med. venire
18. confirmet unicus
21. Quod aut. ab hiis diss.

34. et cum necessit
734. l. 5. si hoc intell. volum.
9. — 11. —

14. —
17. — 18. —
19. putat 20. —
24. si revertatur ad
29. si visum

37. fatendum é sit
735. l. 1 — 3. fieri nulla al. rat. est
4. conc. ante ita visa
6. moneat ads. vite ne

8. deest „in" — 8. 9. esse ad essent necess.
9. 10. deest „omn. fiant caus."
11. ad hoc diss.
12. deest „visorum"
14. fac. intelligendum est
16. venient 17. 18. nature dici posset
21. ut illud alitur
24. — 28. —
29. enim qndm̄ — — habeant
39. in ipsam atomum
736. l. 1. 2. non efficeret

8. 9. 10. ad has (deest „comment — declinat") Istae
13. deest „et feratur"

Cod. Aug. 54. 9. 4to. min.

p. 733. l. 2. fals. sit
4. 5. e a Crisippo. Defendit
6. ut ex aet. quaed. ēē vera
7. ēē vera ex caus.

9. deest „mihi" 10. censent
11. deest „ita — ut a fato
13. 14. omnia sine ullo fato mot. anim. voluntarios ēē
15. onerarius — voluit — deest „se"
16. eos postea 22. liberari
26. assequuntur
29. appetitum efficiunt sita ī nobis sunt
34. deest „et" 35. ꝑpositis (pro „p̄")
734. l. 6. caus. antecedentibq. adjuv.
7. rationem
9. principalibq. causis et
11. aut non seq.
14. deest „ne ille — — n potestate"
17. non dicunt 18. Quae enim dic
20. visio 21. cum divisum 22. habeat
26. deest „incipere" 28. chilindror. deest „versari
32. Sed et assens. 34. deest „quod ret. est."
37. causa antecedente
735. l. 1. diffinitio ac similitudo
3. visu
6. assensiones 7. deest „assensionis"
8. in visum positam

9. concedat
11. ob hoc dissent
13. progressione

19. deest „illa

21. illud aliter 23. deest „ita ut"
24. ista even. eas ff. 28. cum al.
29. habeant 32. declinent
35. deest „hoc"
736. l. 1. motum sui pond. non tenent
2. efficit
9. confugisse (deest „nam ut — 11 „explic.")
11. Nam si atom. tribut. est ut gravitate ferantur necessitate naturae

Praeclarum M. T. Ciceronis monimentum de Divinatione: recognitum et enarratum a Petro Marso Anno sal: M.D.VII. Venet. f.m.

Collatio Ed. Marsi cum Ed. Ern.

I. 1. 1. manticen
quaedam res
proxim*a* ad
2. *atque* barbaram
Pam*fila*
et certissimis
3.
2. *aethruria*
4. *ex* civitate
Corn*eli*
Ceciliae
3. 5. *quin* etiam
6. Clean*tes*
duos Antipater
Possidonius (constanter)
Stoicis (om. *Stoico*)
7.
4. fal*se* rei
auspic*is* rebusque
neglectis *his*
5. 8. Co*t*ae (constanter)
vide*at*
9. seperatim
6. 10. Ar*tem*
ut si divinatio
divinatio sit: querum
ille, mihi, inquit, satis
et consulere rebus
11. possi*mus* multo
magis *habeo*
philosophorum et, gentium
12. (*hac* enim fere *artes*
quae *tum* observ.
7. Juppiterne
a *leva*
quod *non* longinq.
assequi *possit*
13. celso vertice

8. caelo *ut* fierent
14. Clamans nunciat
9. 15. fere *mentientia*
qui *videre ran. hoc*
inest *in ranunculis*
quaedam natura
per se ips*a* *certa*
16. quaer*or*,
si *quo* quidque
pro *rebus his*
10. scammoniae
quae nomen — exsomnio
haec omnia, desunt.
et *hymbrium*
dubitare *possumus*?
caelo ictus (om. *e*)
in *thyberim*
qui *est* ab harusp.
11. 17. *ut* libenter
secundo consulat*u*
aethereo
homin*is* vitasque
reten*tant*
18. et *lecto* mactasti
cecin*ere*
percussus fulmine
mov*e*bant
19.
12. 20. *et* mon*i*menta
stirpe profec*tos*
Vel legum etc. }
Vitare ing. etc. }
fundata ten*ere*,
post exc*isum* col*umen*
21. Consule *et* tandem
Ac clades
mon*i*menta

13. *ingenti* numine
22. *fundere* claras
patriae vocis
et de divinatione
23. arte *perspici possunt*
aspersa
veneris *gnidiqe* coa*eque*
aspersione
lapi*di*uis
14. 24. ars *putanda non est?*
ab *illo,* ut
et *nimborum*
*sub*stulit
25. *saepisse* dirigi*tur*
innumerabi*les* res
*his*dem
atque notando
15. Pamph*i*liis
26. *Iam* quid ego
27. *Ita,* ut ex ipso
tetrarch*iae* regno
mulc*t*atus
Ille *igitur mihi videtur*
28. in *solidum* ceciderit
16. quod etiam (om. *nunc*)
auspic*iis* declarant
imper*ti*ri
et vitiosa (om. *in*)
29. ob*terrere*
*aversa*que
C. *eth*eium
Ergo fuerit
30. *Eth*eii
peccatum *haereat*
qui *mouerit*
obtemper*a*verit
17. regiones *dixit*
in quo canitur
31. *Atio*
unam se deo
*tris*que partes
unam ut scriptum
omnes (om. *ad unum*)
32. *accerseret*
*A*tium (et mox *A*tio)
expe*di*ri
33. mon*i*mentis
18. 34. divinatio*nis* esse
esse *ferunt*
saepe con*ti*git
et Epimenides
ut *hae* sunt
quas *ex* terra
posse credo
35. nec *abducar*
ut rear (abest)
36. *foetus*
partus *mularum*
19. Babylo*nem*
ex Caucaso
mi*li*a
mon*i*mentis
37. 38. *evanuisse* amnes, aut
ut vis *occiderit*
20. 39. 40. *Et cita* cum
artubus anus attulit lumen
Talia *dum memorat*
Eurydice
corpus meum
reptare
41. *cognata* tibi sunt — *gerenda*
Haec pater effatus etc.
Aerumnae post e fluvio etc.
21. 42. Exsacrif*icat*
Ut se *doceret*
Apollo puerum primum Priamo qui
Foret post illa natus: cum esse exitium
Troiae pestem Pergamo.
43.
22. *de quo ipse in Br. Accii loq.*
44. *Quem quieti* c. n. *tempore*
Visus est — *pastor* ad
radiatum (abest)
solis *fluere* cursu novo.
45. *quae sit a coniectoribus*
vident (abest)
agitant (om. *que*)
mirum est minus
osten*sum*
perpropin*qua*
23. 46. quae *ipsa* domi
ex patera
terram *attingeret*
ex *Dionysii persici* libris
ad pedes sol visus
portendi (abest)
annos natus regnare
47. *atque* mox
24. 48. mini*tari*que
curaturam (om. *se*)
49. *in somnis* (abest)
imperavisse
ex concilio
tum beluam vastam et
immane visam
50. Carthagin*ensem*
ab *his* vivum

51. *ex* Deciis
et A. Cornelio
25. 52. 53.
dominatu *premebatur*
ut *brevi*
ex corpore
54. *quis* fecisset
saepius *admonet*, ascendit
rettulit
26. 55. omnes *haec*
servus *qui circum* virgis
idem *iussum* et
lectulo in curiam
suis *salvum* revertisse
56. Hoc *et* antequam
27. 57. *di*vertisse
deinde quum
vero *eum somnio*
28. 58. Asiae *provinciae* praeessem
59. Sa*l*ustius
partem *nocti*
arte et grav.
te *ibi* somnium
Quumque *te tu* patria
mon*i*mentum
Sa*l*ustius
mon*i*mento
29. 60. rationis *est* particeps
exu*l*are — misc*eri*
61. atque *diffluit*
30. 62. autem *nunquam aliquid*
ad *somnium*
quae*renti* vera
63. *et* contagione
futura *providet*
ut mort*uum*
ex corpore excesserit
Nam *id* ipsum
64. qui *deinceps* (om. deinde)
au*g*erentur
65.
31. 66. igitur animis (om. *in*)
oculis *rapere*
virginali *mol*estia
mulierum (abest)
missa superst. (om. *sum*)
hariola*ti*bus
dementem *ciet invitam*
mei *mecum* meum factum
*dis*pudet
Priamo *pe*peristi
alios prodesse
alios obsequi
67. nav*ibus complebit*
manus littora

32. 68. *de* Dyrrhachio
cumprimis (abest)
ex quinqueremi
fugientibus (om. *que*)
ac *domuitionem*
tum *ibi* erant
69. 70. huma*nis* unde
eam maxime (om. *tum*)
71. Sine oculis (om. *si*)
possunt *tamen* aliqu.
33. 72. moni*mentis*
et *rituales* libri
Et ut in *Sisennae*
quum *Sylla* in agro
73. *dimisisset*
34. 74. arma*que fixa*
Leb*adeam*
75. cau*ere* — statu*a* quae
decider*e* neque
76. *his*dem
35. 77. clade *R. P.*
profic*eret*,
78. ipso tempore
proelium fieret
fac*ta sit*
atque amnes
36. *diti*ssimum
79. in *se*lonio
quam *tum* terrae
A*m*sancti
80. Fit etiam sae*pe quadam vocum*
37. 81. quae *re ab ec* nullae
oraculo *haec fatam*
38. an *ne* cardiacis
*f*reneticis
82. quid *sit futurum*
83. et *si non* significant
39. 84. si ratio *inesse* facit
85. qui*c*quam
Quid deinde causae *sit*
86. fiat *nec ne*, id quaeritur.
trahat. *at* rationem
87. nullam *censet* gratuitam
40. Quis *autem est*
mon*i*mentis
classium fuisse
88. 89. *et permotione* (desunt)
Mart*io*s
41. 90. *heduum* hospitem
iidem vos
91. Telme*ssus*
*Gl*utidarum
92.
42. 93. *ex* locis *ipsis quoque*
Ut enim Aegyptii

94.
43. 95. *mantes* vocant
96. *pasitheae* fano
97. Quotiens
quantis in rebus usque
ad *paruit* (desunt omnia)
ex caelo
98. *de* caelo est
Post *praedictiones sunt*
sequitur: *quotiens senatus decemviros ad libros ire iussit: quantis in rebus quamque saepe responsis haruspicum paruit?* quorum pars posterior supra omissa fuerat.
44. 99. Caeciliae*que* somnio
100. *e* fatis
45. 101. *tum* caveri poterat
adversus (om. *ex*)
maioribus *indicata*
102. *iccirco*
103. maiores *omnes*
46. *omnium* nota
L. Paul*us*
omen inquit mea filia
mor*tua* catel*la*
104. pet*isse*
vere mea puella
ab *his*
loqu*or*
47. 105. sapientes aiebant
106. pennata
se *torquentem*
animos *et* duros
48. 107. Verba *Atque ille* usque ad *augure* desunt in contextis, quamquam in commentario explicantur.
tum cupientes
In monte Remus
cernens genus
remoram*que*
quom mittere
e faucib*us*
108. al*bus*
ter quatuor de caelo
49. 109. ex*tat*
praesensioni*bus* facilis
ful*g*oribus
110. *dis*iunguntque
111. *ut* deflagrationem
50. 112.
113. 114. Ergo et *hi*
ut *hi* qui
quae *sunt futura*
deas *tris*
versi*bus*, quos
115. *ex* genere
51. et *pene mortuo*
116. Antiphon*is*
materia (om. *ve*)
quid *deinde* iuvaret
117. illud quod (om. *quidem*)
hunc locum cont.
52. 118. ful*g*oribus
hi non
et tum, cum (om. *ipsam*)
119. percul*sus*
ut*ra*que a corde
hae partes
53. 120. ut *cum* huc *tunc*
si *omne animal*
quo vult
121. *illa* resp.
tradet *ita* quieti
tum rebus (desunt)
54. 122. sequereturne *Epicurum*
ret*t*ulerunt
123. deterreri a deo (om. *se*)
124. animo dixit (om. *se*)
55. Potest *autem* accidere
sed *etiam* pauciora
125. et fortuit*u*
idque *esset*
repetenda *est*
hemarmenē
causa *causam* ex se gignat
126. ut observatione
quamc*un*que causam difficile est affirmare verisimil*es* rerum
56. 127. profecto *fallet*
facere nemo nisi
et *hi* vident
et *hi* quibus
mon*i*mentis
128. quae *nun*quam
ut *hi* qui
consequen*tiae*
eiusmodi argumenta
57. 129. optent *ali*quid
permi*xti*
130. *Ut* enim Ceos
quasi (om. *et*)
stella *apparuit*
131. quam suo (om. *ex*)
In *eundemqu* eadem

58. 132. bario*lantur*
ab *his drachmas* (om. *ipsi petunt*)
qui*dam* Ennius
exclu*sam* divinationem

Marci Tulii Cic. de Divinatione liber secundus.

1. 1. 2. 3. *annu*merandi
aliquan*tulum*
multum (om. *illam*)
nuper (om. *liber*)
4. eundem *librorum* numerum
2. locum (om. *esse*)
atque coercenda
5. etiam ex his
6. Iris (sic)
casus gravis
agere reperiebam
veniam mihi mei
me *mei* poeniteret
conversiones quasdam
7. molestiis potissimum
(om. *hac* et *re*)
3. 8. superior*i*
9. N*un*quid
in *his* rebus
*pro*motione mentis
at nescio
At nullam
ne in *his* quidem
tibiis aut fidibus uti
10. luna*que* suo
luna*que* motum
4. nunquid
11. sapientes *hoc*
a *physicis aut dialecticis*
Physicorum (om. *est*)
autem mentientem
pseudomenon
dissolvas (abest)
hoc quoque
12. *diff*eruntur
an nulla sit
5. 13. *aut* prudentiam
ex morbo
ex periculo
14. *hy*mbres
provideri *possint*
esse ulla praesensio?
6. 15.
16. quid *aestimandum*
quare haec signa
furen*tum*
17. *quic*quam
*deie*ctiones
ab *his* qui
syderum *cursus et* motus
obscurar*e*
*quod*que die
7. 18. thesaurum *inventurum*
quod *si ea quae* sunt
et fortuit*u*
fortuitarum (abest)
nulla *praesensio est*
19. rerum *esse fort.* dicta
8. 20. illud quidem *dicam*
familiarem nostrum
P. Claudio
igitur divinatio (om. *est*)
21. *his* signis
quoniam rerum (om. *ea*)
9. 22. 23. 24. praesertim (om. *a*)
profuisset illis
vel hoc vel illo modo
10. 25. *levare divinatio* potest
Quod *sorte* paratum
ergo ratio — iccirco
26. Experiamur *itaque*
si *possumus*
11. 27. *primo* hoc libet
his praesertim
12. 28. *Et* quam diuturna
collata (om. *est*)
quod *fusum* periculum
Elei
29. *numini* deorum.
quo*d* declarar*e* possit
13. 30. *hoc* duntaxat
ludum *suum* nunquam
31. 32. quando *nos ea*
14. 33. *ex* extis
pudet *philosophos*
rerum *contagio*
autem stoici
pu*legium*
brumali ipso die
his mediis
crescant pariter pariterq;
34.
15. nihil enim (om. *huic*)
cognatione naturae
sympathiam Graeci
35. sed *tū* eo
impertire velit
quae *tota*
36. Haec *mihi iam credere nec aliam* quandam *inesse vim* hostiis

Ubi illae (om. *igitur*)
tam *subita*
16. 37. *contradictum* aliquo
abscedit simulac
17. 38. quum *fortuitu*
enim ipsum (om. *id*)
39. quoque *esse dicis*
40. *lucos sic inter duos* (desunt)
Ergo *hic*
41.
18. 42. *potest* idem iterum
parte *evenisset*
43. sinistrum *fuerit*
19. 44. Iuppiter (om. *id*)
esse anhelitus (om. *eos*)
frigidi *sunt*
et *fulgores* et tonitrua
45. Iuppiter sign.
plerunque
20. *ut* fulminis *ictu*
conciderint
46. frater es *cōvereor* (sic)
premerem te quum
causam
47. scammoniam
21. Iuppiter (sic constanter)
redemptor
horam *servatus*
48. venereum
et cccc
venereos
*Ha*bundas
Praxitelea
quicquam
49. lapidicinis
num*quid* animadvertisti
22. et *de* fulguribus
50.
23. *ex*titisse
*as*pectu
Ea postea
51. si deum,
in terram (desunt)
*as*piceret
ex loco
24. 52. apud eum Hannibali
pugnare placeret
unum in *locum*
possum *quidem*
habuerunt
53. ac dicta *sunt*
25. 54. *multa ante Mars. bell. a Sis. coll. attulisti* (haec omnia in contextis desunt, sed cum ad ea annotatio scripta sit in commentario, operarum incuria ea excidisse censendum est.)
a *deis*
non *possumus*
Aut medici
55.
26. in *genus* hominum
his rebus
56. Iuppiter
At *quum* canebant
57. et *modificato*
rursus cantu
27. 58. *iis* nuntiis
quenquam
ex corpore
sudorem *videtur* imitari
59. inconsider*antes*
qui*c*quam — *At* si
corrosus esset
in *macella*|
28. 60. ut *iam* si
investigare in
atque *mirabili*
poteris (om. *si*)
61. *Quarum* omnium
quae*rerem*
fieri potuit
debuit videri
unquam
62. dicitur respondisse
29. quot*ti*diana
63. loquitur *Ulysses*
30. *liquere* lumina
unde *manabat*
64. tegmine *saxi*
obs*ti*puistis ac*hivis*
sera *animis*
65. Syllae — Syllam
*ex*titisse
31. 66. in *labiis*
coniecta*bilia:* quae
quae *tum* vel
falsa *esse*, vel *illa* quae
accidisse potuerunt
in *S*elonio
67. quod *emerserit*
quum *nihil fieri*
32. 68. coronam *herbarum*
69. *in* historiis
mon*stro*sissimam
monetis
et aiebat et
33. 70. *hae* quae
71. *nec* minus

34. te *volo* mihi in auspicio
esse. *volo respondet*
Audivi *haec*
72. dicito *silentium*
statim respon*debit*
dicito si pa*scuntur* aves
aut ubi (om. *quae*)
At tulit inquit cavea
tripudium (om. *dicitur*)
solistimum *nunciatur*.
35. 73. non *usos esse*
74. Iam *vero* de
quod *cum* augures
rogatorem *comitiorum* f.
75. *con*servatum ac
36. 76. artificio quam
percontari
disciplinam *et ego illius*
O dii
ille *his*
Nos *igitur* a
his utimur
a *propraet*. et *procons*.
77. amnis transeunt
Ubi *est* ergo
ab *his* qui
iter facere solere
*dis*iungere
37. 78. sunt, *non* poenitere
rei p. functus
sed hoc (desunt)
canere *poterat*
79. vero prosperos (om. *si*)
ex proelio
et hostem et
nescio *quid*
38. 80. *Atii* navii
qua volucres
efficiant
*Ati*umne
81.
39. quicquam
aut *non*
non po*ssunt?*
82. Iuppiter — *ad*dit
grais
externi *quod* dextrum
83. *Quod* quod
aliter respondent
40. 84. *poneret*
ad vates *et somnia veniamus*
41. 85. Suffuscium
mon*imenta*
etiam (abest)
fortes erupisse
pueri *imaginem*, qui
in gremio fortunae
mammam appetens (abest)
86. Eodem tempore
eoque conditas — *fortes*
omnia *cum* superst.
87.
42. 88. hali*carnasius*
89. zodiacos
in *his*
qui nas*catur*
tantae caeli conv.
43. 90. *qualis* quisque
Pr*oclus*
91. *cur* ut ipsi
atque anima
92.
44. orizontes
93. qui nas*cuntur*
45. 94. senti*unt*
mediocris erroris est (desunt)
Quid enim non
95. declara*nt*
46. 96. (*cum* ante *ita* abest)
aut medicina
hac scalpello
Quid si
ratione percurrere
et Aethiopas
incredibilis (om. *ut*)
97. lunae *tractus* — milia
qui aut (om. *id*)
47. omni*sne*
nemo similis
98. potest dici
literis eruditus
tenere dubitabat
99. quottidie
nisi senectute (om. *in*)
etiam *nutri* credat *his*,
re et *ventis*
48. 100. 101.
49. hominem scire
quae *sunt* futura: aut
102. quae futura *sint*: erimus
si *scierimus*
et *si non* sign.
dant *vias nobis*
nec si
103. confectum negotium
his nihil
50. cernitur *ab* alio
Hoc quoque usque ad verba
ex alio extrinsecus desunt.

104. efficitur
cum sic opinetur
controversumve
51. 105. quae *eventura*
Negant *enim* id
esse *maiestatis* deorum
causas omnium
106. *sumere ipsas* pro
nec id quidem
non *dare* vias
sed ipsi habeant
Extremum est igitur
dicimus
52. 107. ut fortuit*u*
108. in *his* vis
aliquid *in divinatione dixerit*
53. sint similia (om. *ista*)
animi quando (om. *si*)
Lemmata
Praesensio quam *prolepsin*
109. qui *quod* tam
54. 110. putatur
111. artis et *scientiae*
acrostichis
versus litteris
[*quae Enius fecit*] (absunt)
112. post*hac*
esse *paterentur*
55. 113.
114. *habere plus* quippe
qui *bellum patriae*
M. Catonem
respicere
56. 115. terrarum certum
referenda sit ad sortes
*de*ferenda sint
cum *illa sors*
116. ma*gis* quam
amphi*bolo*giam
amphi*bolo*gia
57. 117. *divino* aut salsamento
divinum quam (om. *autem*)
118. philippizin
58. 119. in *somniis*
abstin*ere*
120. stant moveri (om. *si*)
59. 121. Totas noctes *somniamus*
qua non *dormiamus*
quod *somniamus*
vene*reum*
id *impulsu fieri*
122. non est *adhibenda*
qui — perturbatio*res*
earum nec (om. *rerum*)

123. *Quid* igitur
Et *si* sine
60. 124. coniectores (om. *aut*)
sympathiam
aut quid sequi
125. non modo *non curant*
ea deus
61. 126. *nostri* causa *dei*
Praesertim *ut* Chrysippus
cum *consulerent*
vigilanti, quam
127. *an*fractu
consulebat (om. *nobis*)
dicere, idque
62. *illud* negatis
128. *habeo* audire
63. 129. contentionem (om. *in*)
130. quemadmodum (om. *que*)
64. 131. *neque* scientiam
neque *explanatorem*
132. nos *ammonebant*
Quid poeta? *nemone* Ph.
etiam nimis obsc.
133. *tardi*gradam
65. 134. enim ex (om. *ei*)
135.
66. quo illa *loco*
136. mo*ni*mentum
67. 137. Democrito *videretur*
138. tam *inusitata*
sibi animus (om. *ipse*)
tamen *formata*
139.
140. imbecillo (om. *in*)
68. mo*ni*mento
141. fuisse: somniis (om. *ut*)
non *esset* mirabile
142.
69. *sympathiam*
et valitudinis — euectiue
generis *huiusmodi*
naturali *coniunctione*
143. in *somniis*
Quid igitur? natura
quod *dicitur* somnium
in rebus *humanis vel* futuris
70. 144. ad *Antiphonem*
ante cucurrisse (om. *te*)
oro inquit
145. *parere* potuisse
delphine*s*
71. 146. restat *quae* notandis
tam *monstrose*
Quomodo haec (om. igitur)
est ordo (om. *enim*)

concursio
et *his*dem
mirum videatur mihi *ut*
vera (om. *ne — quidem*)
credere *non* soleamus.
147. *hi* qui interpr.
duci *possit*
72. 148. *fere omnium* animos
et in *his* libris
Multis enim
Nam maiorum (om. *et*)
aliquam praestantem
ordo rerum (om. *que*)
*pro*fiteri
149. ejiciendae *sunt*
et *uiget:* et
sive omen (om. *tu*)
inspexeris
ostenti *simili*
150. esse *somnis*
at*que* ex eo
nec *hi* quidem
an soli (om. *iam*)

M. T. Ciceronis de Fato liber *Venetiis* 1485. per Anton. de Strata Cremonensem: collatus cum Ed. *Bremii.*

1. 1. quos *ἤϑη graeci* vocant,
explicanda vis (om. *que*)
quod *fieri possit*
est *logicae*
in *his* quos
in hac (om. *id*)
2. et *his* studiis
in *his* deliberationibus
interven*tioni*bus
quottidiana
2. 3. quibus *acceptis*
non tu (om. *quidem*)
enim *illud* quod
nunc *con*tracto
hodie (abest)
voluntas tua meo stud.
4. *nostra mihi* sunt
in *his* et
*pro*ponere aliquid
At mihi inquam
*quic*quam
3. 5. Consideramus *Hirci* qu.
contagio *valeret*
in illo *naufragio*
daphyta (et sic mox)
inquam absurda (om. *quidem*)
de equo
autem *hoc* magnum
esse in rivo lapsum
huic: *quid enim* scribit
hoc praedictum
et Icadii
praedonis quidem
6. enim si (om. *etiam*)
omnino nihil est
4. 7. esse *salubres*
pestilen*tes*
redundan*tes*
plurimum *differant*
quo *etiam acutiores*
tum neque illud
Theophrastum *non* audiat
8. *Disiunge* longius
in *porticu* pompei
astrorum valeat affectio
5. 9. propensiores *sunt*
natura*les*
antecedent*is*
nam *tum* nihil
ita haberet (om. *se*)
hebetesue
imbecilliue
quod autem
ut *et* sedere
10. sic *domitam*
nemo in *illo*
dicitur cachinnum sustulisse
11. *extir*pari
qua tolluntur
6. divinatio *quaelibet natura* a *praeceptis*
*prae*cepta
*prae*cepto *ante* caeteros
12. in mari (om. *is*)
Vig*ilia*
enim *est verum*
natum et (om. *esse*)
fabium in mari
moriturum *esse:* et
et *in mari esse* mor.
omne *ergo* quod
7. 13. id fieri (om. *dicit*)
tu *etiam* quae
non *sunt* futura
frangi *gemmam hanc*
mil*e*simo
comproba*bis*
habe*mus*
Carthagi*nem*

14. natus *est* — morietur:
quod *est* in connexo
natus *est* oriente
in *eo* connexo est
Verba in Ed. Bremii perperam repetita: *igitur quod primum in connexo est, necessarium* merito absunt.
haec — videntur
8. 15. sua *prae*cepta
et is in mari *non* mor.
exponere *praecepta*
geome*tres*
non *possunt*
sed potius usque ad *moventur*
desunt omnia
is febrem non
dicet: *si* in sphaera
16. multa *sunt genera*
9. 17. anquir*it*
Placet *ergo*
falsa posse (om. *ea*)
sunt *quidem* quam
tanta vis morbi non
18. vi oppressus Scipio
mori *Scipioni*
magis *mutabile*
*per*timescat fatum
19. cum *duos*
quod ita *accidisset*
sicut *accidit*
20. Nec *hi* qui
ac qui introducunt
hi mentem
devin*cunt*
10. Post verba *falsa est* sequitur: *motus ergo sine causa nullus est: quod* si ita est
21. *fato omnia* fiunt
mihi *si* libeat
sit *omnia* fato fieri, qu.
si alterutrum (om. *enim*)
si neutrum ex aetern.
necessarium (om. *etiam*)
non teneat (desunt)
fato fieri *possint* et ex
22. *quidem* motus
a rectis lineis
ut iam si sit.
sine causa (om. *eam*)
23. gravitate *feratur*
Id Democritus
ex necessitate
11. qui *dicebat*
24. antecedent*e*
animum *dicimus moveri*
25. omnes *physici*
26. nisi *cum* concesserimus
non *esse possunt*
quae vera *sint*
12. 27. an haec enunt. *aliter vera*
et si tum
scipio numantiam capiet
quidem *vera esse* vera est
capiet Numantiam Scipio
non *fuerit verum* futurum
esse
vera *fuerunt* instantia
erunt instantia
vera dicimus
28. ita *dicantur*:
cato in senatum veniet
Hortensius *verum* non
ut *falsum* sit
quidam (abest)
nihil *est* omnino *quod* ag.
sive *tu* medicum
sive non: convalesces.
29. fatum *est tibi*
ex hoc morbo (desunt)
sive medicum (om. *tu*)
sive *non: non* convalesces
tollatur actio
non adiungas
tamen (abest)
Post *hoc modo* ex superioribus repetuntur: *sive medicum adhibueris sive non* adhibueris convalesces (desunt)
falsum *hoc fuit*
morbo *non* convalesces
30. *illo* die
quia ita *confatale* sit
esse concubiturum
Milon et
refer*et* ali*quid*
sive *non,* luctabitur
nulla *est luctatio*
huius generis
sive *tum*
sive *non,* convalesces
14. 31. consex*ta* contex*ta*que
32. *hoc antius*
ration*e* non
futura *quaeque* sint
33. *quidem hoc* verum
efficientes id non
quod futurum esset
de *oedipo*

15. *haec* autem *quaecunque* futura
34. non aeternis (om. *ex*)
apta *ducatur*
causam intelligi *oportet*
idem causa sit (om. *ei*)
Repetuntur post antecedat verba *id et causa sit*
Tyndareum *causam* Agamemn.
causa *foret cur a crassatore* *ex*poliaretur
35. caes*ae* cecidi*ssent* abieg*nae*
in *nemore* pelio nata
superiora (abest)
scaevo saucia
ut *hae* res
16. 36. *cum* quo aliquid effici necesse sit
quia nulla *earum* eam
id cuius *causa dicitur*
37. in insula *lemno* Philoct.
in falsum poterat
nec est enim
hic ea dico
ait *quod* alterum negat
forte *voluerimus*
opinion*es*
38. *inscientiam* disserendi
tenebitur id (om. *ergo*)
veram *aut falsum esse*
quaedam *esse vera*
nexa causis (om. *ex*)
17. 39. omnia *ita fato*
medium *fieri*
40. *hique* ita disserebant
ut *neque* laudationes

18. 41. *si* omnia fato *fiant, sequi*
at non sequitur
ne ille usque ad *potestate*
desunt
42. non *dicunt* perfectas
commota *visio*
et *ad* turbinem
19. 43. ut igitur, *inquit*, qui
si aliqua *re*
quid afferri *poterit*
44. tamen eas *sine* (om. *non*)
positam eam (om. *neque*)
causam *esse* ad
necessariam concedet
fieret *absque* praegressione
*utrin*que patefacta
eas non re
45. autem *in rebus* causis
tum hanc distinctionem
appro*bat*
sed *aliter* censent
quibus rebus (om. *in*)
cum causae
non *sint* (om. *ita*)
eas fato fieri
20. 46. praesidium petere
motus *habeant*
est in natura
quae *declinent*
47. atomum impulsam
e regione *feratur*
48. *non* ut essent
quod*que* pondus

Nusquam sunt lacunarum signa.

DE DIVIN. LIB. I. ED. HOTTING.

I. Iuntina. L. Lamb. 1566.

pag. vers.
3. 6. quaedam I. L.
4. 1. L. ut Hott., In. habet lect. corruptam.
6. atque barbaram I.
5. 3. I. ut Hott. — observaverunt L.
6. 3. et certiss. I.
5. Aetholiam I.
13. etiam ipse L.
7. 3. esse, in imp. I.
. ab iis neglect. L.
12. ex civit. I.
13. ariolorum I. L.
8. 2. *si quae* habet etiam L.
9. 1. ex quibus I. L.
7. ii, qui I. L.
10. 1. quin etiam I.
9. semina eorum quaedam L.
11. 4. duos L. Possidonius I.
5. vel principibus I. L.
9. *omittit* Stoico I.
10. id nos in rel. I.
id nobis ut in rel. L.
12. 1. reliquis eisdem I.
, videatur luce L.
11. in iis tribus L.
13. 4. his, impia I.
10. inquit ille L.
14. 3. istud L.
7. quid respond. I. L.
15. 8. *omitt.* sic I.
9. *omitt.* et *ante v.* si divinatio sit.
12. ut ita sint dii I.
ut sint dii L.
16. 2. et consulere I. L.
9. ag. possimus L.
habeo I.
11. inquit quidem L.
17. 12. tum observatis I. L.
18. 6. et significat. L.

pag. vers.
19. 8. Saxaque cava I.
11. repulsu L.
20. 3. Eothum I.
8. Cana fulix L.
ex gurgite I.
9. Nuntiat horr. clam. I. L.
ex gutture I.
21. 2. Instat et assiduas vocibus I.
5. fluctum I. L.
6. nunquam fere ementientia L.
non nunquam fere eminentia I.
11. videre ran. hoc I.
22. 1. inest mire et ran. I. L.
2. *omittit* ipsa I.
23. 2. Ne hoc quidem L.
7. pro rebus iis I.
pro omnibus iis rebus L.
24. 1. aristochia I.
2. ex inventa re L.
3. posse video I.
9. fere utuntur I. L.
10. non possumus I.
25. 3. fictilis, caelo I.
fictilis, de caelo L.
4. id in Tib. L.
8. versus, libenter I.
9. in sec. consulatu I.
in sec. de consulatu L.
26. 1. aethereo I.
3. petisset I.
27. 7. cecinere Lat. I. L.
10. Quum vero L.
28. 2. petisset Lamb.
3. perculsus I. L.
4. vitaï lumina L.
29. 2. oracla ferebant I.
3. minantia I.
30. 8. generataque natae I.
31. 9. generosam stirpe I. L. 1566.

pag. vers.
32. 1. 2. Vel legum *cet.* } I.
Vitare ingent. }
3. adimi flammis urbesque iubebant L. Eruere I.
5. et fundata I.
6. excessum I.
33. 1. Tum foret occultus I.
8. At clades I.
Ac clades L.
34. 6. viginti coluere I.
ingenti coluere L.
35. 1. Fudere I.
4. Tu tum anxif. I.
5. voces L.
sacrastis I.
7. et de divin. L.
36. 1. Carneade L.
4. esse casu I. L.
5. Venereum L.
(7. ieceris habent I. L.)
9. Veneris Cnidiae Coaeque L.
39. 2. An num I.
11. dirigitur I.
40. 1. innumerabiles res I. L.
3. atque notando I. L.
7. Iam quid ego I. L.
11. et iam constituto L.
41. 4. tetrarchiae regno I. L.
mulctatus I.
. evenerunt I.
12. igitur mihi videtur I. L.
42. 1. ex ore pulli L.
2. habetis, aut tripud. I.
habetis, avi tripud. L.
3. in solidum I.
9. etiam nuptiarum auspiciis I.
43. 3. impartiri I.
impertiri L.
9. extis piscium I.
10. aversaque L.
(ut Hott. I.)
44. 5. C. Etheium I.
P. Atium L.
6. subscripserit L.
(ut Hott. I.)
8. causam R. P. cal. I.
9. maximam accepisse L.
13. fuissent — — potuissent I.
(L. ut Hott.)
45. 3. sed nuntiant ventura I.
sed enuntiant eventura L.
4. obnuntiatio ei I.
obnuntiatio Atii L.
9. obtemperaverit I.

pag. vers.
45. 10. isto vester L.
11. nobis est trad. L.
46. 6. deflagrasset I. L.
9. Accio Navio I.
Atio Navio L.
47. 4. regiones L.
6. ad unum I.
(L. ut Hott.)
8. accerseret I.
12. Atium L.
13. illatam L.
48. 1. discissam I. L.
6. neg. omina I.
8. apud te scriptum I. L.
12. rogatis I.
49. 7. divinationis L.
50. 1. et Epim. I.
6. hae sunt I.
7. ex terra I.
51. 1. posse credo L.
52. 2. abducar I.
7. quia irrid. I.
53. 5. maturam I. L.
10. quorum discipl. I.
12. Babylonem et eos I.
ex Caucaso I. L.
54. 1. numeris et motibus stell. cursus perseq. I. L.
3. impudentiae L.
4. annorum millia L.
10. quae Atheniensibus, quae Lacedaemoniis, quae Tegeatis L.
(Taygetis I.)
55. 7. Idem iamdiu I.
12. quosdam evanuisse et exaruisse amnes I.
(non L.)
56. 4. multis saeclis I.
multa saecula L.
6. sed mittamus I.
57. 1. Galeatae I.
Galleotae L.
7. lumen anus artubus actu I.
10. vita meum corpus I.
15. stabilitat I.
58. 1. o nata L.
3. pater effatus I. L.
7. cum corde meo me somne relinquis I.
12. sese ardentem I.
59. 1. somniis I.
2. mentem L.
3. sumptis L.

pag. vers.
59. 5. coniecturam I.
6. se doceret I.
7. somniorum I.
8. oraculo I.
9. primum I.
10. tempora et tolleret I.
tempora, hunc si tolleret L.
60. 1. innumerum Fabii I.
8. Accius loquitur I.
9. Quoniam quieti I.
61. 1. (*Iu. legit, ut refert Hott. in adnot. nisi quod:*
Visus est
elegi)
4. involare L.
9. maximum Ac mirif. I. L.
62. 1. quae sit a coniect. I. L.
3. Res I.
5. sicuti in somno I.
6. accidunt I. L.
7. mirandum est I.
63. 2. (Iu. ut vulgo.)
7. Age iam ad I.
10. somniis I. L.
— ipse Phalaridis I.
— ipsa Phalaridis L.
64. 1. ex patera I.
3. attingeret I.
7. Dionysii Persicis libris I.
Dionysii Persici libris L.
8. ad pedes sol. I.
65. 2. conscenderet I.
ascenderet L.
9. atque mox I.
13. Asiae maximam proxima I.
16. Lucinae I.
66. 4. esse ei Iunonem L.
5. minitarique, si id fecisset I. L.
10. Graeci I.
14. imperavisse I.
15. ex concilio L.
(67. 6. „Mira haec compositio *arbusta, virgulta tecta.* An leg. *tesca tesqua?*" Orellius.)
7. quidnam L.
9. protenus L.
68. 1. ab his I.
2. est exempl. I.
4. ex Deciis I.
5. M. Valerio et A. L.

pag. vers.
68. 9. somniis I. L.
10. cum magna I.
12. *omittit* se I.
69. 13. quorum exitus L.
70. 5. dominatu premebatur I.
7. visum esse in I. L.
8. ut brevi I. L.
71. 2. ex corp. L.
3. Adiungam I.
7. quid fecisset I.
9. comprehendi I. L.
14. magis me L.
Omnes haec I.
72. 7. praesultorem L.
9. non ausum L.
Iterum id esse iussum I.
12. etiam illum I.
73. 2. lectulo I.
3. *omittunt* domum I. L.
10. *omittit* C. *ante* Gracch. L.
75. 1. deinde I. L.
8. eum somnio I.
13. divinius potest I. L.
15. saepe ex te somnium audivi tuum. L.
16. Asiae provinciae praeessem I. L. (Memorabilis lectio, et fortasse vera: nam saepe v. provincia sic postpositum vel deletum, vel corruptum est.)
77. 1. Sallustius *) noster L.
78. 2. *omittit* tu I.
3. dextram I. L.
79. 9. est particeps I.
particeps sit L.
80. 3. misceri I.
4. alio homine I.
6. atque impud. I. L.
9. excitata et erecta L.
81. 1. praestinguere L.
2. effluit I. L.
4. tum ei eveniet L.
10. Epicurum ergo L.
11. Nam Carneades I. L.
82. 4. vicerunt I.
11. et contagione I.
83. 3. omnino ex corp. L.
11. quod affert L.
84. 1. qui deinde, qui deinceps mor. I.
qui deinceps mor. L.

*) In Inscriptt. quamplurimis reperi *Sallustius*, nunquam, quantum memini, *Salustius*.

pag. vers.
85. 2. (evenit *habent* I. L.)
6. Neque enim illud I. L.
86. 3. ex quo sagiarii, quia I.
7. igitur animis I.
10. concitetur I.
87. 1. rapere I. L.
2. Ubi paullo ante sapiens illa et virginal' modestia (sic) L.
3. O mater mea optuma L.
quum multo I.
omittunt mulierum I. L.
5. Neque me I. L.
8. peperisti I. L.
10. *Me* obesse I. L.
88. 5. referte I.
16. cum primo I.
89. 1. ex quinquer. I. L.
5. fugientibus miserab. I. L.
15. et vos naves L.
90. 1. incenderent I.
91. 1. eam maxime I.
2. Itaque ex ipsis exemplis L.
4. modo: sine I.
6. possunt tamen aliq. I.
9. potest et officium L.
12. confirmandum I.
92. 1 ita esse aliquid L.
11. et fulgurales, et rituales libri L
93. 1. nostri etiam I. L.
4. Sisennae L.
5. quum Sulla in L.
10. florentissima.
94. 2. dimisisset I. L.
6. aliquantulum I. L.
95. 5. humi sunt L.
6. Thebaidam I.
9. Boeotio I.
11. solet I.
96. 7. quia in ea pugna Castor L.
10. decidere I.
97. 2. Flamininus L.
ter
4. Aretium I.
15. et sequi I.
18. proficeret, pl. quum accessissent L.
19. tribus iis horis I.
tribus horis L.
98. 1. eo ipso tempore L.
2. *omittit* proelium I.
5. labes facta sit L.
7. atque in amnes L.
8. Fiunt certae I. L.

pag. vers.
98. 9. Phrygi I.
10. ditissimum I. L.
99. 2. praevisa I. L.
4. Lanuvium totum I. L.
6. Selonio I. L.
(*Ad Attic.* 2. *Ep.* 7. optima Victorii editio anni 1571. item habet *Selonium* non *Solonium*)
100. 5. tum terrae I.
11. videmus I. L.
101. 2. fiunt ex I.
6. Flexa anima I. L.
ut Baccha I.
102. 8. re ab se I.
12. ex oraculo haec effatam I.
ex or. haec fatam L.
103. 7. phreniticis L.
13. futurum sit L.
104. 10. igitur et sunt L.
105. 2. Et si non I.
9. ratio inesse facit I.
108. 1. et trahat, at rat. I.
et trahat, ac rat. L.
4. audivimus L.
109. 2. nullam censet I. L.
4. autem est L.
110. 5. futura praedicebant L.
111. 6 Polybum I. *sic*
112. 7. Druides L. Druidaes I.
Haeduum L.
12. augurant I.
113. 7. Glutidarum I.
114. 8. ex locis I. L.
9. *omittit* qui Iu.
3. Ut enim I. (non L.)
115. 5. ex caelo L.
6. pecudumque L.
(portentorum habent iam I. L.)
116. 3. Telmessenses L.
11. magis; in quo L.
14. habent: auspicia externa I. L.
117. 1. Nam et I. L.
13. Pasitheae L. *Contra Iuntina habet* Pasiphaae.
14 excubabant I. L.
118. 2. *omittunt* quantis — — paruit I. L. (*sed habent* ad libros ire *ut Hott. in contextu, non* ad l. adire, *ut est in Adnot.*
5. ex caelo L.
119. 7. ex caelo L.

pag. vers.
119. 11. *Hic habent* l. L. *verba:* quoties senatus— —haruspicum paruit?
120. 1. Iunoni l. L.
2. disputasset L.
121. 6. admirabilis l. L.
(13. videmus *habent iam* l L.
122. 7. tum caveri l.
8. explicatum l. L.
10. videmus, adversus l. L.
123. 4. indicata
5. observaverunt
124. 5. dilectu L.
8. maiores nostri omen L.
maiores omnes l.
12. eo ipso die L.
13. vesperam l.
sic
125. 3. Accaepi omen, inquit, mea filia l.
Accipio omen, inquit, mea filia L.
4. mortua catella l. L.
13. Vere l.
126. 3. sed ipsum l.
4. ab his l.
7. tibi P. Claud. l. non L.
10. pauc. est a te l. L.
127. 5. *omittit v.* aut scientia l.
9. neque in L.
128. 7. subbigit L.
129. 1. se torquentem l.
2. et duros l.
3. affligit in unda l.
affligit in undas L.
5. pennis l. L.
131. 2. Auspicio Remus se I.
4. avem servans L.
Romulu' L.
5. servat genus L.
6 Romam Remamne l.
Romamne Remuramne (*sic*) L.
132. 1. (Omnis cura *habent* l. L.)
4. Qua mox l. L.
e fauc. l.
6. ora tenebat l.
133. 5. ter quatuor de caelo l. L.
134. 2. regnum l. L.
3. degressa L.
9. fulguribus l. L.
12. incredibilem l. L.
135. 6. et delibatos l. L.
7. sint et referta L.

pag. vers.
135. 8. cognitione l.
10. disiungnntque l. L.
136. 3. praesentit l.
fluxiones l.
4. ut deflagr. l. L.
137. 10. qui cum vid. l. L.
11. motus l. L.
13. nihil rei sit L.
138. 8. et hi l.
139. 1. pronuntiant l.
2. ut hi l.
6. quae futura sunt L.
9. In terra de astris l.
140. 5. Quo ex genere I. L.
141. 1. liberque sensibus ab omni l.
liber a sensibus atque ab omni L.
2. paene mortuo l.
9. Antiphontis L.
142. 1. enim harum rerum explan. L.
2. aurum, argentum L.
5. bacasve L.
8. confectionis L.
(non lunt.)
143. 9. deorum, quae a te sec. libro est expl. l. L.
144. 1. illud quidem, quod L.
hunc locum l.
145. 1. *omittit* Nam L.
2. nec enim L.
4. ita a principio l. L.
6. fulguribus l. L.
146. 1. hi l.
8. tum ipsum, quum l.
tum quum ipsam L.
147. 6. Qua ille rei l. L.
perculsus l. L.
Spurina l. L.
7. ne consilium L.
8. rerum utraque l.
11. igitur hae L.
148. 1. ulla viv. l.
2. interiisse L.
4. tunc illuc l.
6. omne animal l. L.
8. quo vult l. L.
149. 1. Mac. proelio vinc l. L.
5. illa res p. l.
6. Eiusdem autem gen. L.
11. tum bonis L.
12. *omittit* tum rebus l.
13. cernet L.
150. 3. daemonium L.

pag. vers.
150. (13. alligatum habet etiam L. in contextu)
15. *om.* suum L.
151. 9. coniecta I.
14. animo *sic* duxit I.
152. 7. Potest autem acc. I.
12. sed pauciora L.
153. 4. fortuitu I.
8. vis in somnis I.
9. repetenda est I.
12. causa causam ex se I.
154. 8. ut observat. I. L.
9. quamcunque causam I.
10. difficile est affirmare I. L.
155. 1. verisimiles rerum I.
5. quis modo talis L. (non I.)
7. fallet I. L.
9. facere nemo L.
156. 5. et hi I.
6. et hi I.
12. nunquam I.
157. 1. his pr. I.
4. ut hi I.
12. eiusmodi I.
15. *omittit* sit I.
158. 5. optent aliquid L.
haud dubitent L.
9. permisti L.
13. potest. Posidonius esse censet I.
potest Posidonius, quum esse censet L.
14. Ut enim I.
159. 3. obscurior, quasi I. L.
160. 1. Clisi physicus I.
2. cognoscere L.
3. istis I. L.
4. quam suo I.
161. 2. eadem, quae oriuntur I. L.
3. igitur, cur, quum I. L.
6. prospicere non possunt I.
12. Non ab eodem Sancimarsum I.
162. 2. somniorum I.
3. sunt hi I.
aut arte divini, aut scientia L.
7. ab his dragmas I.
13. exclusam I.

DE DIVIN. LIB. II.

pag. vers.
165. 9. et const. I. L.
167. 1. *rebus* pro *libris* I.
168. 1. *om.* illam l. L.
etiam est L.
2. *om.* liber L.
8. coniunxerunt I.
9. eundem librorum num I.
10. acri I.
12. locum putaremus I.
169. 4. atque coërc. I.
7. in rem publicam I.
8. etiam ex his I.
etiam ex iis L.
170. 2. casus gravis I.
5. veniam mihi I.
12. convers. quasdam I. L.
17. molestiis potissimum relevaretur I.
171. 3. coepimus I.
10. superiori I.
12. Licio I.
172. 6. in his I.
8. sentiamus: nescio qui I.
sentiamus, aut nescio qui L.
10. dicere? si L.
13. in his I.
16. tibiis aut fidibus L.
173. 1. *om.* rerum L.
174. 2. consuluit L.
6. a physicis aut dial. I. L.
7. num quid e. divinari I.
175. 2. *om.* est I.
176. 3. statuentur I.
5. sunt sensibus I.
13. igitur an I.
15. quidem L.
177. 1. perhibeto L.
2. impendat I.
9. diffinire I.
15. ex L.
16. ex L.
179. 6. alia, nec sapientia id L.
180. 8. *om.* et L.
10. bacam L.
14. aestimandum I.
181. 3. furentum I.
5. praevideri L.
8. ab his I.
14. soli atque opposita L.
182. 2. notionem L.
4. inventurum I.
inventurum iri L

pag. vers.
182. 6. Quod si ea, quae sunt I. L.
183. 1. enim est I. L.
4. fortuitu I.
5. si certe L.
7. est praesensio L.
184. 4. nihil accidere, nihil evenire, nisi I. L.
7. rerum est fortuit. I.
15. *om.* et necess. I. L.
185. 4. neque si non L.
6. moveant I. L.
14. igitur divin. I.
15. Quid si I.
186. 2. mutari I. L.
Flamininus L.
his s. hisque ausp. I.
8. divinatio ista L.
188. 10. Cons. suis I.
12. *scisset* L.
189. 4. Pompeiana I. L.
190. 3. profuisset illis I. L.
191. 5. procuratis. Sed hoc eadem ratione refellitur Si enim L.
6. levare divinatio Iuntina (non vero Lamb. 1566.)
192. 5. Conclud. ergo r. I. L.
6. praevideri L.
13. experiamur itaque L.
193. 4. unde omnes animos I. L.
6. Artifiosa I.
12. praevideri L.
194. 1. primo L.
3. casu non veri I.
5. his I.
6. quibus nihil I.
10. *om.* rebus I. L.
195. 2. esse ab harusp. L.
3. At quam L.
4. collatum L.
8. Aelii I.
196. 2. confirmari quodam modo numine deorum vique divina, cum rerum natura I.
3. Atqui divinatio cum rerum natura tanta tamque L.
197. 4. quod declarare L.
(I. habet ut Hott.)
198. 9. puto I.
certe I.
iudicium nunquam I.
199. 3. si omnium pecudum I. L.
200. 7. nos ea I.
8. exquisivimus L.
10. movent I.

pag. vers.
201. 8. physicis placuisse L.
11. ex extis I.
202. 3. contagio I.
5. pulegium L.
6. ipso brumali L.
7. in his med. I. L.
10. crescant pariter I. L.
203. 1. gubernantur I. L.
4. *om.* huic I.
6. cogitatione L.
204. 1. impartire I.
impetrare L.
3. festine I.
12. ut absit I.
205. 1. Haec iam m. cr. I.
Haec mihi iam cr. L.
5. immolantis L.
6. inesse hostiis I. L.
10. subita L.
206. 13. aspexerit I.
207. 7. obitus I L.
208. 3. fortuitu I.
10. Aequimaelium L.
209. 3. Nam casus I.
esse dicis I.
4. *om.* cum I.
coniuncta I.
210. 1. *om.* locos sic inter duos I.
3. ullum usum I. L.
hic circuit. I.
8. impartire I.
9. mundus I.
10. inducitis I.
211. 4. coniectura quae adh. I.
coniectura adh. L.
9. evenisset I.
12. homines I.
14. Itaque ut in I.
16. nefas esse. Hoc L.
212. 5. fuerit I. L.
213. 3. quomodo Iupiter L.
4. fulm. homines quid I. L.
6. sint L.
214. 2. fulgura L.
9. iacit L. (non I.)
215. 9. statuam I.
216. 4. ut contra I.
5. defendere fatereris eo vereor I.
217. 2. premerem quum I.
premerem te, quum L.
ib. ib. causam L.
8. loco ex prognostica (*sic*) nostra pronuntiabas genera I.

(Immania h. l. videntur latere glossemata. Scripsitne sic: *„Et eo quidem loco et prognostica nostra appellabas, et scammoneam aristolochiamque radicem?"* *appellabas* (du beriefest dich auf) male explicarunt *pronuntiabas*. Ad *scammoneam* adscripserunt *„genera herbarum."*)

pag. vers.
218. 1. scammoneae aristolochiaeque L.
5. et Boeotus l.
et Boethus L.
219. 2. tamen L.
220. 1. istam rem L
servatus L.
6. et quadr. L
9. aspersionem L.
221. 1. aliud, quod l.
4. nubibus? numquid l.
7. et fulgurib. L.
11. foeta non esset l.
222. 4. quod autem non vidit L.
evenerit l. L.
5. conceperit l.
7. naturam est fort. L.
9. habet l.
223. 1. tempore in eum locum Etruriam l. L.
12. *omittit* in terram l.
(abdiderit *servavit* in *contextu* L.)
13. non poterat L.
14. ex loco l. L.
224. 10. pugnare l. L.
15. unum in locum l. L.
16. Quid ergo L.
225. 1. quidem l.
7. libet l.
9. dicta sunt l.
12. collectum l.
14. commemoratam l.
17. quoad utile vid. L. (non l.)
226. 3. Qui autem volunt Dii immort. significare primum, quae L.
5. possumus l. L.
9. aut med. l.
saepe intellig. L.
227. 4. aut aperte L.
7. aut diversas l.
(8. deducitur *servavit* L.)
9. est coniect. L.
11. his rebus l.
12. investigari solent, anceps. L.

pag. vers.
228. 1. affert, in quibus nonnunquam L.
5. Thebaide l.
229. 2. *omittunt* est l. L.
230. 1. cantant l.
3. modificato L.
(mitificato *habet iam* l.)
5. rursus cantu l.
231. 4. *om*. etiam L.
3. iis n. l.
Thalem l. L.
7. nisi a corp. L.
232. 1. sanguinis L. (*non* l.)
3. sud. videtur imitari l.
13. diem et noctem L.
15. Politia l.
233. 1. corroserint L. (*non* l.)
2. Aut, si L. (*non* l.)
11. Si potes L. (*non* l.)
13. errorem l.
234. 1. fasces L.
2. Quarum l. L.
3. quaererem l.
quaeras L.
7. fieri potuit L.
debuit l.
235. 2. dicitur ei resp. L.
qui quum ad l.
3. circumnexus L. (*non* l.)
5. circumplicasset l.
13. poterat l.
236. 1. *omittit* anguis L.
2. alterutram L.
237. 12. emanabat l.
238. 7. Hic ubi l.
9. formavit tegmine saxi l.
firmavit tegmine saxi L.
239. 4. exantlabimus L.
240. 3. atque die l.
241. 1. pueri consed. L.
3. vel ut praed. sunt l.
vel illa, quae praed. s. L.
4. accidisse l. L.
7. Selonio L. (*non* l.)
apud focum L.
242. 3. Flaminininia L.
5. hoc quidem mir. L.
9. emerserit l.
11. casu acciderat L.
13. nihil fieri l.
243. 3. coronam exstitisse, quam herbarum conc. L.
16. influxisset L.

pag. vers.
244. 6. quando l. L.
norat, aiebat L.
245. 1. hae quae dicuntur l.
246. 5. Clodius l.
9. Flamininus L.
11. nec minus l.
247. 1. Quae fabice mihi l.
2. Haec apud l.
8. nunc quidem iubet l.
9. om. SI. l.
VIDETVR L.
10. respondebit l.
12. SI PASCVNTVR AVES. PASCVNTVR. Quae? aut ubi? L.
248. 4. *om.* dicitur l.
offa iam cecidit l. L.
9. non usos l.
249. 6. Iam vero de c. l. L.
7. imperat l.
250. 2. Figulus quod quum aug. l.
Figulus quod aug. L.
5. quum etiam Ti. l.
8. rogatorem comitiorum fuisse l. L.
11. poterat l. L.
252. 1. percontari l.
et ego l.
et ego illius. Dii L.
2. O Dii l.
8. ille iis L.
4. nos igitur a populo l.
5. his utim. l.
8. a propraetoribus et procoss. L.
18. emisit l.
14. ubi est ergo l. L.
253. 8. iter facere *omisso* se l.
facere se iter s. L.
6. disiungere l. L.
8. si fiat, ne videri L.
11. sunt, non poenit. l.
15. sed nihil L. (ei *habent* l. L.)
254. 1. poterat L.
5. exspectare l.
7. ex pr. L.
9. temp. et host. l. L.
10. Trachaniorum l.
Troginorum L.
12. nescio quod l.
255. 5. nulla postea prosp. l.
256. 1. qua vol. l.
2. efficiant, aut significent l.
4. aliis dextra, aliis laeva l.

pag. vers.
256. 4. aliis a dextra, al. a laeva L.
8. Accinmne l.
257. 8. si in omnibus ausp. et omni l. L.
9. superstitiose l.
10. possunt l.
258. 4. quae mala sint L.
8. alii l.
9. alii l.
alii resp. l.
aliter resp. L.
259. 1. superstitionem L.
4. Aemylio l.
6. omnium com. l.
7. illa obs. l.
260. 9. corigiae l.
sternutamenta l. L.
12. et somnia l.
ut ad vates et somnia veniamus L.
261. 5. Suffusium l.
7. minantibus L.
11. notas L.
lucus L.
12. religione l.
18. Iunone in gremio l.
Iunone in gremio Fortunae sed L.
14. Eodem temp. l. L.
15. tempore illo loco, ubi nunc Fortunae sita aedes est L.
262. 8. factam, in eamque L.
4. *omittit* tolluntur—monitu l.
10. omnia superst. L.
263. 1. sortium retinet L.
9. et in astr. L.
264. 8. Anchialum l.
6. Hoychilax l.
7. excellens astrol. L.
265. 8. in his l.
5. vocentur l.
6. venere l.
7. nascitur L.
9. tempore l.
266. 1. proinde L.
8. qualis l.
12. Proclus L.
Cyristhenes l.
267. 5. cur, ut l.
268. 11. nati sunt L.
270. 1. ut max. l.
8. quaeque temp. l.
8. sentiunt. Hoc l.
271. 4. affingere l.

pag. vers.
271. 5. si haec I.
7. uno eodemque I. L.
9. declarant I. L.
272. 2. aut medic. I.
3. aut quorum I. L.
4. hae sc. I.
273. 1. et Aethiopas Syros I.
3. tractus L.
6. quadringenta sept. I.
(10. qui aut *habent* I. L.)
274. 3. haec I.
4. ceciderint I.
5. astro orti f. I.
6. singulares nati sunt, num L. astro aeque I.
8. nemo similis L.
275. 3. necesse est non in hominibus solum, verum etiam in bestiis, quo I.
8. quum esset in iugo L.
276. 1. cavere I.
9. nisi senect. I. L.
277. 6. indicabam; nam me I.
278. 2. *omittit* inquam L.
3. ita duo I.
6. prius Stoic. I. L.
7. rationis concl. L.
8. *omitt.* enim L.
11. interepe, hominem sc. I.
13. sunt f. I.
279. 5. scierimus I. L.
nec hoc I.
11. nobis vias L.
12. nec, si I.
14. conf. neg. I.
15. his I.
280. 6. id finitum I.
8. Quod habet L.
10. At omne quod I.
11. Omne igitur nihil quum habeat L.
281. 5. efficiatis L.
9. applausu L.
282. 8. scire, quae L.
9. Negant enim id esse maiestatis deorum, scilicet causas (*sic*) I. (*om.* alienum) Negant enim id esse alienum maiestatis deorum scilicet. Casas L.
283. 4. ea sumere ipsos pro I. L.
6. igitur sunt I.
9. Nec id I.
11. non dare v. I. L.

pag. vers.
284. 2. sed ipsi h. L.
3. Nec, si non dant L.
4. divinatio. Sed fac dare, quod abs. (*om.* deos) L.
5. Extremum, Est I. L.
285. 13. in his vis I.
14. div. dixerit I
div. vere dixerit L.
15. existim. est L.
286. 2. *om.* ista I.
nam mihi quidem non L.
10. praesensio I.
praesumptio L.
11. prolepsin I.
πρόληψιν L.
13. dico esse nullam L.
287. 2. quod tam I. L.
4. multa I.
6. naturam esse doc. I. L.
288. 8. quaedam I.
289. 9. versus lit. I.
10. Ennianis, quae Ennius fecit L.
Ennianis, Q. ENNIUS FECIT L.
12. ex primo versu cuiusque sententiae primis literis I. L.
290. 2. adhib. dilig., non fur. L.
9. posthac I. L.
patiantur I.
13. Heu I.
291. 5. Publio I.
292. 10. Verum tandem L.
293. 2. eramus, M. Catonem I. L.
3. respicere I.
6. terrarum certum I. L.
8. Unde haec superst. L.
294. 2. referenda sit ad sortes I. L.
3. referenda I. L.
4. illa sors I.
295. 7. sapientiae potentes I.
8. amphibologiam I.
10. amphibologia I.
12. nec Epic I.
296. 1. sed iamdiu tantummodo iam ut I.
297. 1. *omittunt* autem I. L.
2. e terra I.
298. 2. quod licet I.
299. 9. abstinere I.
301. 7. collimat I.
collimet L.
Totas noctes dormimus, neque ulla fere est, qua non somniemus L.

pag. vers.
301. 9. quod somniamus I. L.
302. 1. aliquando iaciat L.
2. ad tertium I.
3. fieri impulsu L.
8. essent omnes L.
11. est adhibenda I. L.
quod falsa L.
12. qui — — perturbatiores I.
16. canere voce L.
303. 6. *om.* nobis L.
8. etsi sine I.
et si sine L.
9. ceterarumque I. L.
15. fuerunt I.
omittit fuerint L.
304. 5. aut quid sequi I. L.
8. nullam vim somn. I.
16. non modo non cura I.
305. 5. nescit ea I.
6. et horum I.
13. sive qua L.
16. nostri causa I.
secundum qu. dii fac. L.
306. 1. praesertim ut Chr. I.
2. permulta I.
6. vigilanti I.
11. *omittit* nobis I.
307. 9. concitari I.
309. 1. cogitarit I. L.
3. alia vera, alia falsa I. L.
6. habeo I.
310. 2. concurs. ad omn. L.
11. vera coni. I.
12. possunt I.
17. eius esse L.
18. qua mente L.
311. 1. quemadmodum I.
15. explanationem I. L.
16. sine int. loq. L.
19. monebant I. L.
312. 1. ne phys. I.
Ille vero I.
2. Etiam nimis I.
313. 1. dicere I. L.
2. Pacuvius I.
Amphion L.
314. 3. Respondit I. L.
6. argento. Misit coniectori quantulum visum est de argento, Tum I. L.
omittit inquit L.
7. *omittunt* ei I. L.
9. nescio quis. I.

pag. vers.
315. 8. humaverat L.
316. 13. de praesultore L.
17. tu demerso I.
317. 12. omnium ista. Igitur I.
13. Acinatem I.
15. Quid? ergo istae L.
318. 1. non sibi animus possit effingere L.
2. animus non possit I.
(retento *non* v. I.)
3. formata I.
10. illae I. L.
11. vis atque nat. L.
319. 4. *om.* est I.
7. *om.* in I. L.
9. confuse I.
10. earum rerum L.
320. 5. ex fl. L.
12. concurrent I.
13. loqui draco L.
14. non esse mir. I.
321. 18. usquam I. L.
322. 1. Etenim
6. *om.* sunt I.
etiam sunt L.
7. enective I.
324. 4. ante iterum I.
11. quod ips. I.
14. cursu I.
325. 1. Is aut I.
2. At non I.
3. atqui horum I.
7. avis volat I.
8. Antichobaro I.
victum te I.
Huic eidem Antipho, tu vero, inquit, te victum L.
9. alias et agitans L.
12. naturam; ad coniectorem retulit L.
15. *om.* ista I.
326. 9. facile revoc. L.
15. monstrose L.
327. 13. derogant — — confirmant I.
15. societas est ulla L.
329. 1. duci potest L. (non I.)
330. 1. quod et his I.
3. enim nobismet I.
13. cognatione I.
14. eiiciendae sunt. Instat L.
15. — et quo te, Quinte, verteris I.
et quocunque te verteris L.

DE FATO.

I. Iantina. V. Victoriana Venetiis 1536. L. Lambiniana 1566.

Bremi
pag. lin.
3. 1. quos ἤθη I. L.
quod ἦθος V.
4. 1. explicanda I.
6. *omittit* philosophi L.
7. logice. I. V. (λογική L.)
5. 3. his I. V.
7. 5. multa numeravimus I.
11. his I. V. L.
8. 1. solebant I.
2. ad me ille I. V.
3. primo ea I. V.
(cotidiana V.)
9. 1. otio dicta sunt L.
2. quibus acceptis L.
7. enim, quod I. V. L.
recte audire exist. I.
10. 8. voluntas tua meo studio L.
9. mihi nostra sunt nota I.
mihi nostra sat nota V.
quoniam sunt mihi rhetorica vestra sat nota L.
10. in his I. V. L.
12. 2. At mihi I.
13. 2. scripsistis I.
15. 4. naufragio I.
16. 1. Possidonius I.
17. 1. *omittunt* inquam I. V. L.
3. de equo I. L.
18. 3. Quid autem magnum aut naufr. I.
Quid autem aut magnum naufr. V.
19. 3. Nec mehercule ne Icadii quidem L.
8. omnino est I. V.
20. 1. quidem primum I. V.
(*sic*)
2. cogitatione rerum V.
3. prosequemur I.
4. videamus I.
5. *omittit* esse V.
8. differant V.
9. etiam acut. I. V.
15. Disiunge I.
15. Diiunge V. L.
21. 1. porticu I. V. L.
5. pertinet et operatur aliquid ad I.
pertinet, ad quasdam L.

Bremi
pag. lin.
21. 6. astrorum affectio V.
22. 4. Sunt I.
alii a talibus L.
abhorrent I.
14. ita se res V.
23. 2. colligi L.
4. quae res quamque rem L.
7. etiam sedere eos I. V.
10. Megarium I. Megareum V.
(Megaricum L. ut Br.)
24. 3. neque haec I. V.
25. 1. physiognomos I.
26. 7. divinatio quaelibet, nam a praeceptis I.
(*sicque semper* praeceptum *pro* perceptum. I.)
divinatio, quibusnam a perceptis L.
27. 4. Sint V.
10. est verum I. V.
28. 2. Pugnant ergo I. L.
3. et Fabium moriturum in mari esse I.
et Fabium in mari moriturum V.
5. ortum esse I. L.
6. pugnant, esse V.
et in mari esse I. V.
et Fabium esse, et in mari moriturum L.
9. Fabius non morietur I. V.
12. Omne ergo V.
30. 2. gemmam hanc I.
5. edictum V.
6. comprobabis I. V. L.
7. dicentur, I. V. L.
ea in iis habebis L.
in his habemus I. V.
8. ut fieri L.
ut si dicatur, Fabium in mari periturum, et quod vere dicatur de futuro, quodque ita futurum sit, ut Africanum Karthagine potiturum, dices (*sic*) esse necessarium L.
32. 2. Etenim in illud I.
4. moriere I. V.
5. Natus est I. V.
(Natus es Rob. Steph.)

Bremi
pag. lin.

33. 9. converti V. L. (I. habet convertere)
34. 1. *omittit* is I.
2. dicent V. L.
3. in mari non morietur I.
6. loquentur V.
12. habet febrim I. V.
13. is febrem (sic) I. V.
Non et huic venae sic moventur et febrem is L.
35. 1. geometrae non ita dicet (*sic*) I.
2. Si in sphaera maximi orbes sunt, medii L.
8. Si in sphaera maximi orbes sunt, medii L.
9. possum dicere, in I. V.
20. inquirit I.
23. fieri posse, quod L.
36. 3. posse ea I. V.
4. *omittunt* sunt *ante* *v.* quam I. V.
5. immutabilem L.
6. appareret, nec inesse I.
apparent, ne necesse quidem L.
37. 2. dicitur I. V.
dicetur L.
tamen ut id V.
5. vi oppressus Scipio I. V.
7. ex quo, quia V.
(ex *eo* quia Rob. Steph.)
38. 3. mori Scipioni I. V.
nec magis necesse est mori Scipioni L.
39. 5. caussis, e naturae L.
12. Pitharato V. L.
(non Iuntina)
40. 1. cecidisset I. V. L.
4. converti L.
6. Atque introducunt I.
7. hi mentem I. V. (non L.)
17. fato omnia I. V.
19. primum si mihi I. V. L.
Habent omnes ea, quae errore typogr. e Bremii ed. exciderunt: Motus ergo sine c. n. est.
41. 4. habet aliquid V.
42. 5. alterum utrum V.
10. aut falsum omnia fato fieri non possint, et L. (ut Crat. non vero I. V.)
44. 3. ut iam si sit I. V.

Bremi
pag. lin.

44. 3. ut iam sit L.
4. *omittunt* eam I. V. L.
Epicurus rationem V.
45. 1. Hoc Dem. L.
5. *omittit* posse I.
47. 2. dicimus moveri I. V.
4. De ipsa item atomo L.
15. in se ipso L.
48. 2. rei enim V.
49. 1. quod non V.
2. *omittit* sit L.
4. inquit, vera L.
esse possunt I.
7. ita ut cum L.
50. 1. conced. tibi V.
2. aut fato omnia, quae causas habeant, cur fiunt, (*sic*) fieri L.
3. fieri posse L.
51. 1. Antea I. V.
Et si tum I. V. L.
3. quidem vera I. V.
Capiet I. V.
(L. in utraque lectione, ut Br.)
52. 1. fuerint I. L.
fuerunt V.
3. erunt I. V. L.
dicemus L.
9. Cato in sen. veniet I.
Veniet in sen. Cato V.
verum non est I. V.
falsum sit I. V.
Si haec enuntiatio: veniet in Tusculanum Hortensius, vera non est, verum non esse in Tusculanum venturum Hortensium; si verum non est, sequitur ut falsum sit L.
53. 3. nihil est omnino, quod agamus L. qui in huius pag. reliquis facit cum Bremio.
6. sive tu medicum V.
7. si fatum est tibi non convalescere sive medicum V.
(*Iuntina vero errore typogr.; ut videtur* sive medicum adhibueris, sive tu non, non convalesces, et alterutrum, *mediis omissis*)
54. 1. *omittit* adhibueris L.
7. nomen non adi L.
8. sententiam teneas I. V.
10. sive non, convalesces L.
11. falsum hoc V.

Bremi
pag. lin.
54. 11. De isto m. I.
morbo non convalesces V. L.
56. 2. huius generis I. V.
3. hoc totum genus L.
57. 7. ac si omnia L.
9. Hoc arctius I. V.
ratione non I.
58. 8. posse dicere futura V.
59. 5. quidem hoc I. L.
6. causas sicut id I.
12. Oedipo L.
60. 1. propositis I. V. L.
3. huiusmodi L.
4. Quocirca si a Stoicis omnia fato fieri dicuntur, consent. I.
7. his autem, qui quaecunque futura I.
11. angustiis I. V. L.
61. 1. ducatur V. L.
6. quod causa sit, sed ei cuique I.
8. fuisse causa I.
9. fuisse interitus I.
12. vestitus causa foret cur a grassatore spoliaretur I.
62. 1. dicitur V.
4. Caesae cecidissent abiegnae
8. regredi in infinitum I. L. (non V.)
10. Cepisset L. (v. Schaefer ad Medeam v. 1.)
63. 5. hae res I. V.
7. effici aliquid V.
8. eiusmodi, cum quo L.
9. quoniam nullam rem sua vi efficit id, cuius I. (id cuius *etiam* V.)
Nulla igitur earum causa est, quoniam nullam rem sua vi efficit, cuius L.
64. 2. est causa I. V.
9. in insula Lemno L.
10. in falsum poterat I. V. L.
65. 5. Philoctetes L.
14. inscientiam I. L. (non V.)
67. 2. Tenebitur id I. V.
Tenebitur igitur id L.
4. aut veram, aut falsam esse I. V. L.
5. esse vera V.
6. nexa causis I. V. L.
68. 1. ita fato I. V. L.

Bremi
pag. lin.
68. 7. honorarius fertur medium I.
applicat ad deos I.
applicat se ad deos V.
71. 5. antecedente causa L.
11. sita in nobis sunt L.
13. neque laudationes I. V. L.
72. 10. antecedentibus adiuvantibus L.
12. occurri V.
fato fiant V. L.
verum non principalibus et perfectis I. L.
73. 5. *omittit v.* ne ille — — potestate I.
10. dicuntur I.
19. et ad turbinem I. V.
74. 2. putant I. L.
3. igitur, inquit, qui I. V. L.
6. speciem suam I. V.
13. *omittit* quid V.
14. afferri potuit I.
afferri poterit L.
76. 3. assensiones V.
4. esse viso I.
neque eam causam esse ad ass. necessariam concedet I. V.
6. causis fiant V.
77. 5. quum utrique L.
12. autem in rebus, causis I. V. L.
13. potest esse
(14. ut illud aliter *habent iam* I. V. L.)
78. 2. in rebus, quum causae antecesserint, non sit I. V.
79. 1. eas fato V. Rob. Steph. *ea* fato.
2. sunt I.
5. praesidium petere I. L.
7. habeant I.
10. atomum? num L.
11. quae declinet, quae non I. L.
12. declinet interv. V.
12. et 13. declinant L. *ter.*
13. at cur I.
16. et declinari V.
80. 7. videretur I.
81. 6. gravitate deorsum ferantur L.
9. feratur deorsum necesse est L.
11. omnibus tributum esse naturaliter. L.

INDEX.

A.

Ab pro *a* quando scribatur? I. 12. 59. I. 47. 231.
Abdicere et *addicere* verba auguralia I. 17. 85.
Abhorrere aliqua re, de F. 4. 579.
Abiegna trabes, de F. 15. 629.
Ablativi absoluti sine participio II. 67. 535.
Absolutus et perfectus saepius iungit Cicero II. 72. 553.
Ac non ponitur ante vocales I. 34. 171. ante *con* frequens Ciceroni II. 2. 299.
Academiae subtilitas, de F. 2. 567.
Academia: quantitas eius vocabuli I. 13. 63.
Academici divinationem tuentur I. 3. 16.
Academicorum contra propositum disputandi consuetudo, de F. 2. 567.
Accersere an *arcessere?* I. 17. 86. II. 4. 309.
Accidere ad terram an dicatur? de F. 15. 628 sq.
Accipere omen I. 46. 225. *Accipere* i. q. discere II. 3. 306.
Acervalis i. q. sorites II. 4. 308. [cf. Doederlein Lat. Syn. II. p. 119.]
Achilles I. 30. 154.
Acipenser, de F. fragm. p. 652.
Acredula I. 8. 36.
Ad i. q. instar I. 11. 53. eius usus memorabilis I. 39. 190.
Adducere; eius verbi constructio. I. 18. 93.
Adhibere fidem et *habere fidem* distinguenda II. 59. 511.
Adiectiva in *ius* et *ius* II. 5 312.
Adiectiva in *abilis* unde? de F. 1. 561.
Administratio i. q. *administrandi ratio* II. 5. 311.
Adolescens generis communis I. 18. 95. [additur h. l. *filia*, ut de Off. III. 31. 112.]
Aegyptii astrologi I. 1. 9. I. 42. 206.
Aegyptiorum solitudo II. 9. 327 sq.
Aelianus correctus I. 54. 267.
Aeneae somnium I. 21. 109.
Aenigmata somniorum II. 64. 524.
Aeolia et *Aetolia* confusa I. 1. 10.
Aequalis temporum illorum I. 20. 102.
Aequimaelium quid? II. 17. 357.
Aequor de planitie terrestri I. 42. 206.
Aerumnas ferre, non *gerere* I. 20. 105.
Aesculapius II. 59. 512.
Aesopus histrio I. 37. 184.
Aestuare, de F. 8. 592. 669 sq.
Aeternus i. q. divinus I. 49. 241.
Aethiopes II. 46. 466.
Affectio astrorum, quid? de F. 4. 565.
Afferre sine accusativo I. 30. 153.
Afflatus ex terra i. q. anhelitus terrae II. 57. 503.
Affluere i. q. *abundare* I. 29. 148.
Agathocles Cyzicenus I. 24. 124 sq.
Agere augurium I. 17. 87. *Agere cum aliquo*, quid? II. 20. 369. *Agere rem* pro *rem gerere* II. 36. 431.
Agrestis immanitas I. 29. 145.
Ain' et *an* confusa II. 71. 545 sq.
Aio opponitur verbo *nego*. de F. 16. 633
Aius Loquens I. 45. 220 sq. II. 32. 415.
Ἀχροστιχίς quid? II. 54. 489. sqq.
Alacer et *acer* confusa II. 2. 298.
Albae virgines quae? I. 37. 185 sq.
Albanus lacus I. 44. 217 sq.
Alexander Macedo II. 66. 529.
Alexandri Aphrodisiensis de Fato liber. de F. 5. 583.
Alexander Babylone mortuus I. 23. 120.
Alexander Pherarum tyrannus I. 25. 129.
Aliae Genitivus II. 13. 344. [Ita Cic. pr. Tullio §. 36. p. 153. ed. Huschk. *unae rei.*]
Alienus aliqua re I. 38. 188. II. 51. 480. [add. de Off. I. 13. 41. ib. C. Beier.]

Aliquanto et *paullo* distinguuntur I. 5. 23.
Aliquantum et *aliquantulum* I. 33. 170.
Aliquis talis II. 7. 318 sq.
Alites I. 53. 264.
Allicere et attrahere ad se I. 39. 192.
Alligare pro *obligare* I. 54. 269.
Ammianus Marcellinus emendatus I. 30. 151.
Amphiaraus I. 40. 195.
Amphibolia II. 56. 501.
Amphibologia vox nihili II. 56. 501.
Amphilochus I. 40. 195.
Amphilogia II. 56. 500.
Amphio II. 64. 525.
Ampsanctus I. 37. 182.
An urget I. 14. 68. pro *an non* II. 13. 344.
ἀναδίπλωσις I. 8. 36.
ἀνακολουθία I. 29. 147. II. 9. 329.
Anaxagoras II. 27. 395.
Anaximander I. 50. 246.
ἀνδρόγυνος I. 43. 214.
Angiportus I. 32. 168.
Anhelitus terrae II. 57. 502.
Anilis superstitio II. 7. 321.
Animi τριχοτομία Platonica I. 29. 145.
Animi vigilantes I. 49. 242.
Animum advertere et *animadvertere* I. 46. 225.
Antecedentes causae quid Graecis? de F. 5. 579. 665.
Ante multo I. 50. 250.
Antipater Stoicus I. 3. 19. I. 20. 101. II. 49. 474. II. 70. 543. de F. 3. 660.
Antipho I. 20. 101. I. 39 189. I. 51. 254. II. 70. 542. sq.
ἅπαξ λεγόμενα non statim extrudenda I. 1. 7 sq. plura laudantur. de F. 5. 582.
Apollinis operta I. 50. 252. II. 55. 494.
Apollo Pythius I. 19. 98. I. 43. 210.
Apollo *sanctus* II. 56. 496 sq.
Appius augur I. 16. 78. II. 35. 427.
Appositio sententiae II. 1. 296. [*magnus locus* etc. sc. *disputatio de rep.*]
Appulsus deorum I. 30. 153.
Apulia I. 43. 214.
Arabes I. 42. 208.
Aratus emendatur I. 9. 37.
Arcesilas, de F. 4. 577. 664.
Areopagus, Ariopagus, Arius pagus I. 25. 132.
Ἀργὸς λόγος de F. 12. 617. 678. 688.
Arietare I. 22. 113.
Aristolochia quid? I. 10. 44 sq.
Aristoteles I. 26. 129. I. 38. 186. II. 62. 520.
Aristoteleus et *Aristotelicus* differunt. de F. 5. 582.
Arretium I. 35. 174.
Arripere pro *accipere* II. 11. 336.
Ars varias habet significationes II. 1. 293.
Artius an *arctius?* de F. 14. 623.
Arx i. q. argumentum praecipuum I. 6. 25.
Aspergere, non *adspergere* I. 13. 66.
Aspernari, de F. 20. 649. [jam vide de hoc verbo disputantem Doederlein. Lat. Synon. II. p. 180. sq.]
Assensiones i. q. συγκαταθέσεις. de F. 17. 683.
Assumere, vox philosophorum II. 51. 482.
Assumtio II. 53. 486.
Assyrii divinationis auctores I. 1. 6.
Assyrii et *Syrii* confusi I. 1. 6.
Astrologi de circo I. 58. 286. II. 71. 546.
Astrum i. q. constellatio II. 47. 469.
Astyages I. 49. 245.
ΑΘΗΝΑ ΥΓΙΕΙΑ II. 59. 513.
At continuat orationem I. 36. 178.
At omissum intelligitur sono I. 39. 192.
Ateius Capito I. 16. 78 sq.
Atellanius versus II. 10. 334. [Adde *Schoberi* libello ibi laudato: *Munckii* libellum de Pomponio Atellanarum poeta. 8. Glogav. 1826.]
Atinas campus II. 67. 533
Atomi de via declinantes, de F. 20. 646. 672.
Atomorum auctor quis? de F. 10. p. 676.
Atque etiam habet augendi vim II. 9. 330 sq.
Atque repetitum, poetarum est II. 55. 495
Atratus an fluvii nomen? I. 43. 214 sq.
Attici acutiores propter tenue caelum, de F. 4. 576.
Attii Brutus I. 22. 111.
Attius Navius augur I. 17. 85. II. 38. 436 sq.
Attractio II. 38. 436. II. 42. 454. II. 50. 476.

Auctoritatem adiungere II. 55. 494.
Audire cum Dativo I. 57. 284.
Audire ad aliquid, de F. 2. 568 sq. 659.
Augurium ius an Cic. dixerit? II. 33. 418.
Augurium Salutis I. 47. 227 sq.
Auspicia ex acuminibus II. 36. 430.
Auspicium et *hospitium* confusa II. 37. 435.
Auspicia habebant soli patricii II. 33. 417.
Austro ablat. temporalis II. 27. 395.
Autem quarto et quinto loco positum II. 57. 503. II. 62. 518.
Aventinus mons I. 48. 215 I. 48. 234.
Aveo et *habeo* confusa I. 6. 28.
Avis adversa I. 16. 78. *secunda* I. 48. 234. laeva I. 48. 238. praepes I. 48. 237. sq.
Avium διςσυλλάβως I. 48. 238.
ἀξιώματα, de F. I. 561. 10. 604. 658. [conf. Facciolati Inst. Log. Peripat. p. 99.]

B.

B et *v* permutantur I. 31. 161.
Babylonii I. 19. 96. I. 42. 206.
Bacis Boeotius I. 18. 90.
Balbutire quid? I. 3. 16.
Barbarae gentes, non exterae, sed humanitatis cultu carentes I. 23. 118 sq.
Bardus de F. 5. 666.
Baro II. 70. 543.
Bellipotens II. 56. 501.
Bellum Marsicum i. q. sociale II. 27. 397.
Belua non *bellua* II. 20. 369.
Boeotii augures I. 34. 172.
Boëthus Stoicus I. 8. 33 sq.
Bona gratia, de F. 4. 663.
Brenni duo I. 37. 185.
Breviloquentiae exemplum insigne II. 31. 411. II. 69 541.
Bruma i. q. dies brumalis II. 14. 348.
Brumalis dies, de F. 3. 570 sq. 660.

C.

Cachinnum tollere. de F. 5. 584.
Cadere de sortibus et talis proprie dicitur I. 32. 166.
Caecilia, Balearici filia I. 2. 14. I. 44. 216. II. 66. 531.
Caelius historicus I. 24. 121. I. 26. 138. I. 26. 126.
Caelum tenue, o. crassum, de F. 4. 664.
Caelum discedere visum I. 43. 213.
Caesar, C. J., II. 9. 329 sq. II. 47. 471.
Calanus Indus I. 23. 119. I. 30. 154.
Calchas I. 33. 168. I. 40. 194.
Callisthenes I. 34. 171.
Campus i. q. campus Martius. de F. 4. 665. cf. p. 680.
Canere i. q. portendere vel vaticinari I. 11. 52 sq.
Canicula, de F. 6. 586.
Cannensis pugna II. 47. 468.
Capere calamitatem pro *accipere calamitatem* defenditur I. 16. 80.
Capere omen I. 46. 225.
Capere tabernaculum I. 17. 88.
Capitolium I. 43. 215.
Capua I. 43. 214.
Capulus, de F. 3. 573.
Caput pro *re primaria* II. 57. 501.
Carceres I. 48. 236.
Cardiaci qui? I. 38. 186.
Caria divinationi dedita I. 42. 208.
Carneades I. 4 21. *Carneade* casu Vocativo I. 13. 64. — I. 30. 149. I. 48. 239. II. 3. 304. II. 21. 376. II 47. 468. de F. 11. 609. 14. 622. 624.
Casa et *causa* permutantur II. 51. 480 sq.
Cassander, astrologus II. 42. 452.
Cassandra I. 31. 160. I. 39. 191. II. 55. 493.
Castor et Pollux I. 34. 173. I. 43. 215.
Castra florentissima I. 33. 169.
Cato, M. I. 32. 168. II. 55. 496.
Cauneas II. 40. 444 sq.
Caupo et *copo* I. 27. 138.
Causa causam serens, de F. 12. 613.
Causae antecedentes. de F. 5 665.
Causae principales, de F 5. 665.
Causam afferre, quid? de F. 15. 630.
Causarum genera, de F. 13. 683.
Cautio i. q. cavendi ratio II. 25. 388.
Cei I. 57. 282.
Celsus emendatur I. 22. 118.
Censeo et *sentio* quid differant? I. 39. 193.
Centaurus i. e. ei. simulacrum I. 43. 215.

Certus i. q. apertus I. 26. 136.
Cervice micare I. 47. 230.
Chaldaei non artis, sed gentis nomen I. 1. 8 sq. I. 41. 201. II. 42. 451. de F. 3. 592. 670.
Chaldaicae rationes i. e. astrologia II. 47. 470.
χιαστὸν s. διάλληλον I. 27. 137 sq.
Chiorum lapicidinae II. 21. 376.
Chrysippus I. 3. 18. oracula collegit I. 19. 99. I. 39. 189. II. 49. 474. II. 56. 498. II. 60. 516. II. 63. 522. II. 65. 527. II. 70. 543. de F. 4. 575. 6. 586. 7. 588. 590. 8. 592. 3. 595. 10. 603. 17. 639. 668. 669.
Cicero amat additamenta explicandi causa addita II. 50. 478.
Cicero carmen scripsit de Consulatu suo I. 11. 49.
Cicero carpit linguam Graecam I. 1. 5.
Cicero in iis, quae e Graecis vertit, saepe utitur ἅπαξ λεγομένοις I. 29. 146.
Cicero memoria lapsus I. 17. 87. II. 30. 404. II. 39. 439.
Ciere, de sono, poeticum I. 8. 36.
Cilices divinationi dediti I. 1. 10. I. 15. 72. I. 42. 208. II. 58. 437.
Circuitio II. 17. 359.
Clarare i. q. ostendere I. 12. 61. [Doederlein. Lat. Synon. II. p. 108. ibi coniicit legendum esse: *Iupiter ex celsa clarabat sceptra columna.*]
Classium dux Calchas I. 40. 194 sq.
Cleanthes I. 3. 18. de F. 7. 591.
Claudius, App., augur I. 47. 227. P. consul II 33. 418.
Clemens Alex. emendatus I. 49. 242 sq.
Clytaemnestra. de F. 15. 627.
Clytidae I. 41. 201. [De eiusmodi familiis vid. nunc Ilgen de Tribubus Atticis (Lips. 1826. 8.) p. 11.]
Cochlea II. 64. 525.
Coelius historicus, vel potius Caelius I. 35. 176.
Coenare an *cenare?* I. 24. 125.
Coeptus sum, cum Inf. Pass. II. 2. 302.
Cogere, sensu logico, de F. 5. 580. 16. 634. 665.
Cogitare sensu minus trito II. 21. 374.
Cognatio divinorum animorum I. 49. 242.
Cohibere i. q. *complecti,* de F. 9. 601.
Collecta et *Coniecta* confusa I. 54. 270.
Collineare an *collimare?* II. 59. 508 sq.
Collocare in matrimonium I. 46. 225.
Cometae i. q. aurora borealis I. 11. 52.
Comminus non cominus II. 10. 335.
Communis vita quid? I. 39. 192 sq.
Comparativi oppositi II. 61. 516 sq.
Comparativus deminutivus I. 9. 41.
Concedere duplici sensu in eadem re. I. 46. 226.
Concubia nocte I. 27. 138 sq.
Concupio I. 48. 232.
Concursare II. 63. 521.
Concursatio somniorum II. 71. 546.
Condemnare et *contemnere* confusa I. 19. 97.
Conditio a *condiendo* et a *condendo* I. 51. 255.
Conducere de aliquo II. 21. 374.
Conduplicantur tenebrae I. 14. 69.
Confatalis, de F. 13. 621. 679.
Conficere i. q. delere II. 57. 503.
Confusus cum abl. loci I 52. 250.
Coniector somniorum II. 59. 512.
Coniectura trahitur aliquid ex etc. II. 59. 508.
Coniectura somnii I. 28. 141. *coniectura* in causis iudicialibus quid? II. 26. 389. in haruspicina II. 35. 426.
Coniecturam ducere II. 70. 545.
Coniugatio periphrastica I. 25. 126 sq.
Coniunctiones cum ellipsi verbi substantivi, de F. 2. 567.
Coniunctio, Stoicis συμπεπλεγμένον. de F. 6. 668. 8. 670.
Coniunctivus post relativa quando locum non habeat? I. 1. 3. Coniunctivus urbanitatis II. 52. 485.
Connexum, Graecis συνημμένον. de F. 7. 669.
Connumerare non dixit Cicero II. 1. 296.
Consectio an *confectio materiae?* I. 51. 256.
Constructionis immutatio II. 43. 457. II. 66. 529.
Consulere aliquem Cicero rarius dixit II. 4. 307.
Contactus et *contractus* confusa II. 16. 354.

Contagio et *cognatio* II. 14. 347 sq.
Contemnere et *condemnare* confusa I. 19. 97.
Conterminus pro *finitimus* non est Ciceronianum I. 1. 10.
Contorquere, quid? II. 51. 481.
Contortiones. de F. 8. 671.
Contrahitur animus II. 58. 506.
Convenire uno in loco an *unum in locum?* II. 25. 385.
Convertere pro *se convertere*, de F. 7. 591. 9. 598. 602. 16. 632 sq.
C. Coponius I. 32. 161. II. 55. 494. et 496.
Cornelius, A., consul I. 24. 126.
Cornelius Culleolus I. 2. 13.
Cornua disputationis commovere II. 10. 335.
Corona herbae pro *ex herba* II. 32. 412.
Corrigia II. 40. 445.
Corrosus an *derosus?* I. 44. 217.
Crassus, M., I. 16. 48. II. 8. 326. II. 40. 444. II. 47. 471.
Cratippi de divinatione sententia I. 3. 18. I. 32. 164 sq. I. 50. 249. II. 48. 472 et 474. II. 53. 486 sq.
Credo ironice positum I. 4. 25. et serio ib. — urbane I. 40. 194.
Crito, Socratis familiaris I. 54. 269.
Croesus I. 19. 98. I. 53. 265. II. 56. 499.
Cum pro *si* II. 6. 314. II. 8. 324.
Cum pro *postquam* II. 56. 499.
Cum — tum et *tum — tum* differunt. I. 36. 181.
Cum primis pro *imprimis* I. 32. 162.
Cumae I. 43. 214.
Cunabula et *incunabula* I. 36. 179.
Cur post aliquot verba interiecta in eadem interrogatione repetitur I. 57. 285.
Curae vigilantes I. 43. 210. [Ovid. Metam. II. 779. *vigilacibus excita curis*. Noster de Div. II. 68. 140. *vigilantium cogitationum vestigia*. Mihi quidem prior nostri locus non de divinatione solum, quae fit ὕπαρ, intelligendus videtur, sed de omni cura, quam magistratus rei publicae invigilantes impendunt: ut sit sententia loci: *non vigilando* v. *vigilantes solum curabant rem publicam, sed etiam* etc. Parad. II. 17. est: *evigilaverunt curae meae*.]
Curia Saliorum I. 17. 84.
Cylindrus, de F. 18, 641.
Cypselus, de F. 7, 589. 669.
Cyrus minor I. 25. 128. I. 54. 268.
Cyrus Persarum rex I. 23. 117 sq. II. 66. 531.

D.

D litera paragogica I. 31. 159.
Δαιμόνιον Socratis I. 54. 267.
Daphitas, de F. 3. 572. 660 sq.
Dari ad casum I. 22. 113.
Darius I. 53. 265.
De sententia pro *ex sententia* v. *auctoritate* alicuius I. 2. 14.
Decantare augurium I. 47. 228.
Decemviri libris (Sibyllinis) inspiciendis I. 2. 13.
Decii, pater, filius et nepos I. 24. 125 sq. II. 66. 531.
Declinare atomum, de F. 20. 647.
Declinatio atomi, de F. 10. 606.
Decoloratio ἅπαξ λεγόμενον II. 27. 395.
Defendere i. q. affirmare, contendere I. 19. 99.
Deflagratio mundi Stoica I. 49. 244.
Defluit imber non effluit I. 43. 215.
Deiotarus rex Ciceronis hospes I. 15. 72. II. 36. 432. [cf. Mureti in Cic. pro Deiot. Schol. Opp. T. III. p. 859 sq. ed. Ruhnk.]
Delabi in difficultates. de F. 17. 637.
Deliciae I. 36. 179.
Delirare in extis I. 18. 93.
Delium I. 54. 270.
Delphi I. 34. 172. II. 57. 501.
Demetrius Phalereus II. 46. 465.
Democritus divinationem probat I. 3. 17. I. 37. 184. I. 57. 283.
Democritus II. 58. 507. II. 64. 525. de F. 10. 608 17. 635.
Demosthenes II. 46. 465. II. 57. 503.
Derosus an *corrosus?* I. 44. 217.
Deserere se ipsum quid? II. 2. 301.
Devertere non *divertere* I. 27. 138.
Dialectici iidem qui Stoici, de F. 10. p. 674.
Dianae Ephesiae templum I. 23. 121.
Dicaearchus Peripateticus I. 3. 17 sq. I. 50. 249. II. 48. 472. II. 51. 479 sq.
Dicere et *ducere* permutantur I. 32. 164.
Dicere i. q. pronunciare II. 46. 465.

Didere non dixit Cicero II. 26. 392.
Diducere et *deducere* confusa. II. 26. 388.
Dies i. e. temporis longinquitas I. 57. 283.
Dilectus et *delectus* I. 45. 223.
Dinonis Persica I. 22. 117 sq.
Diodorus, valens dialecticus, de F. 6. 586. 7. 588. 591. 8. 595 sq. eius περὶ δυνατῶν sententia, de F. 9. 596. [conf. F. Deycks de Megaricor. Doctr. p. 69 — 76.] 668.
Diogenes Babylonius I. 3. 19. I. 39. 189. II. 49. 474.
Dionysii mater I. 20. 101. II. 66. 531.
Dionysius Halic. emendatus I. 17. 84 sq.
Dionysius I. 33. 170.
Dirae I. 16. 30 sq.
Dirigere i. q. ducere I. 14. 71. verbum augurale pro *determinare* I. 17. 82.
Dirimere tempus I. 39. 190.
Disceptare causam, de F. 20. 646.
Discidere an *discindere?* I. 17. 87.
Disparilis I. 37. 182.
Dissidere verbis, non re, de F. 19. 645.
Distortius, de F. 8. 671.
Distribuere, verb. augurale I. 17. 86.
Divinatio, Graecis *Μαντικὴ* I. 1. 3. est etiam interpretum I. 18. 92. qui ex veteribus de ea scripserint II. 3. 303.
Divinitas i. q. divinatio II. 38. 437. divinitas mentis II. 505.
Divinus i. q. *divinans* I. 28. 140. I. 43. 209.
Divitissimus I. 36. 178.
Dodonaeum oraculum I. 43. 210.
Domiporta II. 64. 525.
Domum itio I. 32. 162 sq.
Druidae in Gallia I. 41. 199.
Dubitare varia significatione ponitur I. 3. 20.
Ducere et *dicere* permutantur. I. 32. 164. de F. 15. 627.
Duo pro *duos* scripsit Cicero I. 3. 19.
δυνατά de F. I. 562.
Dyrrhachium I. 32. 161.

E.

E caelo ictus an *de caelo ictus?* I. 10. 48 sq.
E regione i. e. ad perpendiculum. de F. 9. p. 673.
E regione fieri II. 6. 316.
Ea et *illa* quomodo iungantur? de F. 1, 563.
Edere intransitive, pro *edere oraculum*, in poeta ferendum I. 21. 108 sq. — *Edere clamorem* Ciceroni minus usitatum II. 23. 381.
Effari antique *ecfari* I. 37. 185.
Efficientia i. q. efficacitas. de F. 9. p. 673.
Effingere, usu rariore. II. 45. 463.
Eiicere, an *elidere*, an *elicere*, stirpes superstitionis? II. 72. 550.
εἱμαρμένη quid Ciceroni? I. 55. 273.
Eius pro *ipsius* II. 9. 330.
ἔκστασις quid? I. 1. 5.
ἐλάχιστον quid? de F. 10. 606.
Elegans, de acumine disserendi I. 30. 149.
Elis I. 41. 201.
Eloqui et *loqui* confusa. de F. 16. 634.
Eluviones aquarum I. 49. 243.
Ementiri pro *mentiri* I. 9. 38.
Empedocles. de F. 17. 635.
ἓν διὰ δυοῖν I. 1. 7. [De hac figura iam vide C. L. Roth. Taciti Synonyma et per figuram ἓν δ. δ. dicta. Nor. 1826. 8.] II. 67. 535.
Enectus quid? II. 69. 540.
Enim pro *scilicet* I. 6. 29. inservit continuandae orationi I. 31. 155. II. 63. 520. an habeat sententiam adversativam? II. 14. 346 sq. II. 16. 354. non semper rationi reddendae inservit II. 25. 387.
Enim et *etiam* facile confunduntur. I. 31. 155.
Enim in oratione elliptica I. 54. 269.
Ennius I. 48. 233. I. 58. 288. II. 50. 478. II. 54. 490. II. 56. 500. II. 61. 518. de F. 15. 628.
Enunciationes de F. 1. 561.
Eodem revolvi II. 5. 312.
Epicurus sustulit divinationem I. 2. 15. I. 48. 239. eum hebetem et rudem dicere solent Stoici II. 50. 476. II. 56. 501. — de F. 9. 600. 10. 604. 10. 606. 608.
Epimenides Cres I. 18. 90.
Equus, montis pars. de F. 3. 661.
Eripere a in bonam et in malam partem dicitur II. 10. 338.
Erraticae stellae non dixit Cicero II. 3. 306.

Error et *terror* confusa II. 28. 399.
Erumna scribi volebat Ennius gramm. I. 20. 105.
Esse minore gloria pro *in min. gloria* I. 19. 99. *Esse* quando omittatur I. 1. 296. *Esse* alicui in auspicio II. 34. 419 sq.
Est dicens I. 25. 126 sq.
Et, omisso ἀνακολούθως altero *et.* I. 20. 103. I. 53. 264. I. 55. 275. de F. 3. 574.
Et et *que* transitioni inserviunt I. 3. 18.
Et pro *etiam* aliquoties apud Ciceronem I. 18. 91. I. 53. 264.
Et pro *et quidem* I. 18. 93.
Et et *etiam* confusa I. 54. 269.
Et quidem II. 44. 559.
Et is pro *et is quidem* II. 72. 549 sq.
Et pro *sane*, de F. 12. 614.
Etruria haruspicinae patria I. 2. 12. delirat in extis I 18. 93. I. 41. 202.
Eudemus Cyprius I. 25. 129.
Eudoxus II. 42. 451.
Euphorion II. 64. 524 sq.
Euphratem an *Euphraten* II. 9. 327.
Eurysthenes et Procles II. 43. 455 sq.
Evadere i. q. evenire II. 59. 510.
Eventus somniorum non *exitus* I. 25. 129.
Exanclare et *exantlare* II. 30. 407.
Excors, duplici sensu II. 16. 355.
Exempla grandiora an *graviora?* I. 20. 101.
Exitiûm pro *exitiorum* I. 31. 161.
Existere pro extollere se I. 28. 141. I. 33. 170. I. 34. 172.
Experiri, *si* II. 10. 335.
Explanator II. 64. 523 sq.
Explicare pro *expedire* II. 17. 361.
Explodere divinationem II. 72. 548.
Exsacrificare i. e. expiare per sacrificia I. 21. 107 sq.
Exta I. 16. 76.
Exterebrare I. 24. 123.
Extimescere, de F. 9. 599.
Extra pondus et plagam, quid? de F. 10. p. 675 sq.

F.

Fabii nomen in exemplis hominum liberorum usurpare solebant veteres. de F. 6. 668.
Fabius historicus I. 26. 133.
Facere universe respicit ad actionem, de qua sermo fuit I. 56. 276 sq.
Facere pro *intermittere* I. 24. 124.
Faciendum est, ut — circumlocutioni inservit I. 4. 21.
Falsum est, ut — II. 31. 409.
Falsum videri, rariore sensu II. 58. 507 sq.
Fanum quid? I. 41. 201.
Fati nomen anile II. 7. 321.
Fauces pictae I. 48. 236.
Fauni auditi I. 45. 219.
Favere linguis I. 45. 222. faucibus II. 26. 392. II. 40. 443.
Fax Phoebi quid? I. 11. 53.
Fecundus non *foecundus* I. 13. 63.
Ferias imperare I. 45. 222.
Ferire medium de F. 17. 635.
Ferre opem non *referre opem* I. 31. 160.
Festus emendatur I. 31. 155.
Figulus consul II. 35. 425.
Firmare vox auguralis I. 47. 232.
Fissum quid? I. 10. 46. I. 51 258.
Flaccus, L., flamen Martialis I. 46. 225.
Flaminius, C., consul I. 35. 174. II. 8 324. II. 31. 410.
Flectere promontoria II. 45. 461.
Flexanimus I. 36. 183.
Flexiloquus II. 56. 498.
Fors et *sors* confusa II. 6. 314.
Fortassis Ciceroni raro usurpatum I. 57. 281.
Forte fortuna II. 7. 319.
Fortuito et *fortuitu* II. 7. 319. II. 17. 357. II. 28. 400. de F. 9. 601.
Fortuna fortunata II. 41. 450 sq.
Fratres gemini an Cicero dixerit? II. 43. 455.
Fraus quid? I. 4. 22.
Frequentativa verba amat Cicero I 1. 7. non semper actionem iteratam significant I. 24. 122.
Frequentissimo theatro I. 28. 144.
Fulgores et *fulgura* permutantur II. 19. 366. [cf. Doederlein Lat. Synon. II. p. 78.]
Fulguratores II. 53. 487.
Fulix quid? I. 8. 35.
Fulmen sinistrum auspicium optimum II. 35. 424
Fundere de rebus ad oracula et divinationem pertinentibus II. 11. 336.

DE FATO.

I. Iuntina. V. Victoriana Venetiis 1536. L. Lambiniana 1566.

Bremi
pag. lin.
3. 1. quos 'ἤϑη I. L.
quod 'ἦϑος V.
4. 1. explicanda I.
6. *omittit* philosophi L.
7. logice. I. V. (λογική L.)
5. 3. his I. V.
7. 5. multa numeravimus I.
11. his I. V. L.
8. 1. solebant I.
2. ad me ille I. V.
3. primo ea I. V.
(cotidiana V.)
9. 1. otio dicta sunt L.
2. quibus acceptis L.
7. enim, quod I. V. L.
recte audire exist. I.
10. 8. voluntas tua meo studio L.
9. mihi nostra sunt nota I.
mihi nostra sat nota V.
quoniam sunt mihi rhetorica
vestra sat nota L.
10. in his I. V. L.
12. 2. At mihi I.
13. 2. scripsistis I.
15. 4. naufragio I.
16. 1. Possidonius I.
17. 1. *omittunt* inquam I. V. L.
3. de equo I. L.
18. 3. Quid autem magnum aut
naufr. I.
Quid autem aut magnum
naufr. V.
19. 3. Nec mehercule ne Icadii
quidem L.
8. omnino est I. V.
20. 1. quidem primum I. V.
(*sic*)
2. cogitatione rerum V.
3. prosequemur I.
4. videamus I.
5. *omittit* esse V.
8. differant V.
9. etiam acut. I. V.
15. Disiunge I.
15. Diiunge V. L.
21. 1. porticu I. V. L.
5. pertinet et operatur aliquid
ad I.
pertinet, ad quasdam L.

Bremi
pag. lin.
21. 6. astrorum affectio V.
22. 4. Sunt I.
alii a talibus L.
abhorrent I.
14. ita se res V.
23. 2. colligi L.
4. quae res quamque rem L.
7. etiam sedere eos I. V.
10. Megarium I. Megareum V.
(Megaricum L. ut Br.)
24. 3. neque haec I. V.
25. 1. physiognomos I.
26. 7. divinatio quaelibet, nam a
praeceptis I.
(*sicque semper* praeceptum
pro perceptum. I.)
divinatio, quibusnam a per-
ceptis L.
27. 4. Sint V.
10. est verum I. V.
28. 2. Pugnant ergo I. L.
3. et Fabium moriturum in mari
esse I.
et Fabium in mari moritu-
rum V.
5. ortum esse I. L.
6. pugnant, esse V.
et in mari esse I. V.
et Fabium esse, et in mari
moriturum L.
9. Fabius non morietur I. V.
12. Omne ergo V.
30. 2. gemmam hanc I.
5. edictum V.
6. comprobabis I. V. L.
7. dicentur, I. V. L.
ea in iis habebis L.
in his habemus I. V.
8. ut fieri L.
ut si dicatur, Fabium in mari
periturum, et quod vere dica-
tur de futuro, quodque ita futu-
rum sit, ut Africanum Kartha-
gine potiturum, dices (*sic*) esse
necessarium L.
32. 2. Etenim in illud I.
4. moriere I. V.
5. Natus est I. V.
(Natus es Rob. Steph.)

Bremi
pag. lin.
33. 9. converti V. L. (I. habet convertere)
34. 1. *omittit* is I.
2. dicent V. L.
3. in mari non morietur I.
6. loquentur V.
12. habet febrim I. V.
13. is febrem (sic) I. V.
Non et huic venae sic moventur et febrem is L.
35. 1. geometrae non ita dicet (*sic*) I.
2. Si in sphaera maximi orbes sunt, medii L.
8. Si in sphaera maximi orbes sunt, medii L.
9. possum dicere, in I. V.
20. inquirit I.
23. fieri posse, quod L.
36. 3. posse ea I. V.
4. *omittunt* sunt *ante* *v.* quam I. V.
5. immutabilem L.
6. appareret, nec inesse I.
apparent, ne necesse quidem L.
37. 2. dicitur I. V.
dicetur L.
tamen ut id V.
5. vi oppressus Scipio I. V.
7. ex quo, quia V.
(ex *eo* quia Rob. Steph.)
38. 3. mori Scipioni I. V.
nec magis necesse est mori Scipioni L.
39. 5. caussis, e naturae L.
12. Pitharato V. L.
(non Iuntina)
40. 1. cecidisset I. V. L.
4. converti L.
6. Atque introducunt I.
7. hi mentem I. V. (non L.)
17. fato omnia I. V.
19. primum si mihi I. V. L.
Habent omnes ea, quae errore typogr. e Bremii ed. exciderunt: Motus ergo sine c. n. est.
41. 4. habet aliquid V.
42. 5. alterum utrum V.
10. aut falsum omnia fato fieri non possint, et L. (ut Crat. non vero I. V.)
44. 3. ut iam si sit I. V.

Bremi
pag. lin.
44. 3. ut iam sit L.
4. *omittunt* eam I. V. L.
Epicurus rationem V.
45. 1. Hoc Dem. L.
5. *omittit* posse I.
47. 2. dicimus moveri I. V.
4. De ipsa item atomo L.
15. in se ipso L.
48. 2. rei enim V.
49. 1. quod non V.
2. *omittit* sit L.
4. inquit, vera L.
esse possunt I.
7. ita ut cum L.
50. 1. conced. tibi V.
2. aut fato omnia, quae causas habeant, cur fiunt, (*sic*) fieri L.
3. fieri posse L.
51. 1. Antea I. V.
Et si tum I. V. L.
3. quidem vera I. V.
Capiet I. V.
(L. in utraque lectione, ut Br.)
52. 1. fuerint I. L.
fuerunt V.
3. erunt I. V. L.
dicemus L.
9. Cato in sen. veniet I.
Veniet in sen. Cato V.
verum non est I. V.
falsum sit I. V.
Si haec enuntiatio: veniet in Tusculanum Hortensius, vera non est, verum non esse in Tusculanum venturum Hortensium; si verum non est, sequitur ut falsum sit L.
53. 3. nihil est omnino, quod agamus L. qui in huius pag. reliquis facit cum Bremio.
6. sive tu medicum V.
7. si fatum est tibi non convalescere sive medicum V.
(*Iuntina vero errore typogr.; ut videtur* sive medicum adhibueris, sive tu non, non convalesces, et alterutrum, *mediis omissis*)
54. 1. *omittit* adhibueris L.
7. nomen non adi L.
8. sententiam teneas I. V.
10. sive non, convalesces L.
11. falsum hoc V.

K.

Karthaginiensis non *Carthaginensis* I. 24. 125.

L.

Labes i. q. *terrae lapsus* I. 25. 117. I. 43. 214.
Labienus I. 32. 163.
Labor longius, quid? II. 37. 435.
Laches I. 54. 270.
Lacrimari an *lacrymari?* I. 20. 104.
Lanuvium I. 36. 179. I. 44. 217.
Lapsus vetustus quid? I. 11. 55.
Latinae (feriae) I 11. 52.
Lebadia I. 34. 171.
Λήμματα II. 53. 486.
Lemnus insula de F. 16. 632.
Lentiscus I. 9. 42.
Leontinus ager I. 33. 170.
Leviter et *leniter* confusa I. 17. 82. [cf. C. Beier. in Iahnii Annall. Philoll. 1827. I. 3. p. 16 sq.]
Leuctrica calamitas I. 34. 170. 172.
Libati animi I. 49. 241.
Libri haruspicini, fulgurales, tonitruales I. 33. 166 sq.
Ligures I. 35. 176.
Linquere de terra v. patria dictum I. 50. 246.
Liquier i. q. delabi, defluere I. 22. 113.
Literis et *libris* confusa II. 2. 300.
Lituus, eius ἔτυμον I. 17. 82.
Locus i. q. quaestio, materia I. 4. 22. cf. II. 4. 309. (ubi *locus* et *materia* differunt.)
λογική de F. 1. 562.
Loligines exultantes II. 70. 545.
Longinquitas temporum quid? I. 1. 9 sq.
Loqui et *eloqui* distinguuntur. de F. 16. 634.
Lucellum II. 14. 350.
L. Iulius I. 2. 14.
L. Iunius I. 16. 77.
Luculente et *luculenter* differunt I. 57. 284.
Ludi instaurativi I. 26. 133.
Ludo i. q. *fallo* II. 25. 385.
Lumen pro candela accensa I. 36. 179.
Lunae tractus an *tactus?* II. 46. 466 sq.
Lupa Martia I. 12. 58.
Lustrare coloniam I. 45. 222. populum ib.
Lux i. q. aether I. 23. 119 sq.
Lyceum nitidum I. 13. 63.
Lyceum, gymnasium in villa Tusculana I. 5. 23.
Lycīum et Lycēum I. 5. 23.
Lyciorum auspicia I. 15. 72.
Lycurgus I. 43. 210.
Lydius haruspex quid? I. 12. 55.
Lysander I. 43. 210.
Lysandri statua I. 34. 172.

M.

Macrobius emend. I. 49. 243.
Mactare Latinas (ferias) I. 11. 51 sq.
Magi Persarum I. 23. 118. I. 41. 290.
Manat sudore simulacrum I. 34. 170 sq.
Manere, de hospitiis et stationibus proprie dicitur I. 15. 72. I. 28. 141.
Μαντική quid? I. 1. 3. conf. 5. a *μανία* dicitur Graecis I. 1. 5.
Μάντεις I. 43. 210.
M. Marcellus II. 5. 313.
C. Marcellus II. 35. 427. de F. 14. 624 sq. 680.
Marcii fratres I. 40. 197.
Marcius I. 50. 252. II. 55. 494.
Mare influit in amnes I. 35. 177. [cf. Doederlein. Lat. Synon. II. p. 8.]
Marius, C., I. 28. 143. eius nomine poema Ciceronis epicum inscriptum I. 47. 230. II. 66. 532 sq. II. 67. 537.
Marsicum bellum I. 44. 216.
Marsus augur I. 58. 286.
Martis stella I. 39. 190.
Maturum an *maturam oppetere mortem?* I. 18. 95.
Maximus Tyrius emend. I. 49. 243.
Medea. de F. 15. 630.
Meditatio quid? II. 46. 465.
Medium ferire. de F. 17. 635 sq. 682.
Megara I. 27. 138. II. 66. 529.
Megareus et *Megaricus* quid differant. de F. 5. 581.
Meme et *tete* rariora II. 6. 315.
Mentiens, ψευδόμενος, quid? II. 4. 308.
Mercurius, deorum pincerna I. 23. 117.
Meridiationes II. 68. 538.
Meridies quid in re augurali? I. 17. 86.
Meta noctis II. 6. 316 sq.
Micare quid? II. 41. 446.
Midas Phrygius I. 36. 178. II. 31. 409.
Migrare iure an *iura?* I. 5. 28 sq.
Milo, non *Milon*, Ciceronis est. de F. 13. 621.

Minerva ll. 59. 518.
Minitari i. q. minari l. 24. 122.
Minuti philosophi l. 30. 150.
Mirum est, ut ll. 31. 409.
Mitifico ἅπαξ λεγόμενον ll. 26. 392.
Mittere signum l. 48. 236.
Mobiliter agitari ll. 63. 521.
Modo, de tempore positum l. 44. 216.
Modorum varietas in eadem constructione ll. 72. 553. de F. 7. 590.
Modus i. q. sapientia l. 13. 62.
Mollipedes, εἰλίποδες l. 9. 42.
Monstra quid? l. 2. 12.
Monstruosus de moribus, non de forma positum ll. 32. 414.
Mopsus l. 40. 195.
Moralis de F. 1. 561.
Moratum poëma l. 31. 159.
Mori i. q. esse in mortis articulo ll. 66. 529.
Mortifer morbus de F. 9. 597.
Multus et *inultus* confusa l. 2.
Musae ll. 59. 513.

N.

Nam continuandae orationi inservit ll. 1. 296.
Nattae nobiles l. 12. 56. statua ll. 20. 369.
Natura ut Gr. φύσις, corporis pars secretior ll. 70. 544.
Naturae contagio. de F. 3. 660.
Nauci habere l. 58. 287.
Ne non. de F. 15. 626.
Nec — neque ll. 64. 523.
Nec — que l. 32. 163.
Nec ullus an *non ullus?* de F. 15. 629.
Nec — quidem et *ne — quidem* quid differant? l. 9. 42. l. 35. 175. l. 50. 243.
Negligentia orationis l. 33. 166. l. 33. 168. l. 39. 189. l. 53. 267. ll. 7. 321. ll. 14. 349. ll. 15. 353. ll. 18. 364. de F. 1. 563.
Nego est *ne aio,* de F. 7. 589.
Nemea, de F. 4. 577.
Nemo philosophus l. 39. 193. *nemo poeta,* nemo physicus ll. 64. 524.
Neptunus ll. 59. 512.
Nescio quomodo l. 26. 133. (pro eo Cic. nunquam *nescio qui* ll. 3. 305.) inter duas distinctiones ll. 57. 504. ll. 58. 507.
Nescio quid, inservit rei extenuandae ll. 45. 462.
Neutrum post femininum l. 52. 262.
Nigror noctis l. 14. 69.
Nihil est in auspiciis l. 47. 229 sq.
Nihil est scientia, an ita dicatur? l. 14. 70.
Nihil est enim an *nihil enim est?* ll. 67. 535.
Nisi forte de F. 16. 633.
Nocturno impetu i. q. nocte ingruente l. 22. 112.
Nolanus ager l. 33. 169.
Nomen bonum quid? l. 45. 223.
Non post Pronom. rel. longe a verbo remotum l. 7. 31 sq.
Non modo pro *non modo non* l. 55. 272. ll. 9. 330. [ibi laudatis adde: Io. Ker. Selectarum de L. L. Observation. LL. II. (Lond. 1709. 8.) s. h. v. et Schuppii hac de re disputationes vernaculas Hanov. 1825 et 1826. 8. itemque E. Antonii Excursum ad Cic. Cat. l. 3. 8. p. 76—78. qui tangit locum nostrorum librorum l. 55.] ll. 55. 494. ll. 60. 515.
Non est, ut — sit l. 56. 277 sq.
Non ullus an *nec ullus?* de F. 15. 629.
Nostrâ causâ Cicero praefert locutioni *nostri causa* ll. 60. 514. 516.
Nova loca i. e. incognita l. 20. 104.
Nullus i. q. absurdus ll. 67. 533.
Numeris persequi l. 19. 96. ll. 6. 316.
Numerius Suffucius ll. 41. 447.
Numerius Fabius Pictor l. 21. 109 sq.
Nundinari ll. 31. 410.
Nuper, de re dudum praeterita l. 39. 192. [cf. etiam O. M. Müller. ad Cic. pro Sext. 5. 13. p. 31.]
Nuptiarum auspices l. 16. 75 sq.

O.

Obiicere signum l. 35. 175.
Obligare quid? l. 4. 22 sq.
Obliqua oratio in rectam transiens, de F. 20. 648.
Obnuntiare l. 16. 80.
Observitare an *observare?* l. 1. 7 sq.
Obstipui, forma Terentiana ll. 30. 407.
Obterere i. q. obtrectare l. 16. 77 sq.
Obtumefacere et *obtumescere* voces nihili l. 29. 146.
Obturatus ἅπαξ λεγόμενον, de F. 5. 583 sq.
Obtutus explicatur ll. 58. 507.
Occipere Cicero non dixit, de F. 2. 566.

Octavianum bellum I. 2. 13.
Oedipus, de huius nominis declinatione. de F. 14. 626 sq.
Offa quid? I. 15. 73 sq.
Olympia II. 70. 542.
Olympias Alexandri mater I. 23. 121. II. 66. 530.
Omina et *omnia* confusa I. 46. 223. II. 11. 336.
Omne i. q. Graecorum *τὸ πᾶν* II. 50. 476.
Omnis cura I. 48. 235 sq.
Ὁμοιοτέλευτα II. 2. 298.
Operari non est Ciceronianum, de F. 4. 578.
Opinabilis explicatur I. 14. 68 et 71.
Optare et *disputare* opponuntur sibi invicem, de F. 20. 648. 685.
Optime per ironiam respondet I. 23. 120.
Ora tenere rebus I. 43. 237.
Oraculis confidebat Graecia I. 1. 10.
Oraculum an *oraclum?* I. 19. 99.
Oraculum Delphis quomodo dici possit? I. 19. 99.
Oratio anceps an *ratio anceps?* II. 26. 389.
Origenes correctus I. 53. 263 sq.
Oscines I. 53. 264.
Ostentum et *ostensum* permutantur I. 22. 115. [De significatione verborum *ostentum, monstrum, prodigium, portentum* v. Herzog. ad Sall. Catil. 47. p. 288 sq.]

P.

P. R. et *R. P.* confusa II. 37. 433.
Pacem petere, formula in sacrificiis solennis I. 21. 108.
Pacuvius I. 14. 68. I. 57. 283. II. 64. 525.
Palatium I. 45 220.
Palilia II. 47. 470.
Pamphylia divinationi dedita I. 1. 10. I. 15. 72.
Panaetius Stoicus I. 3. 19. II. 42. 451. II 47. 468.
Paniscus I. 13. 67.
Parilia II. 47. 470.
Paris et Helena I. 50. 251.
Paronomasia Ciceroni haud inusitata. I. 18. 94.
Pars familiaris et *inimica* II. 12. 339.
Partim — alia pro *partim — partim* I. 42. 207.
Partus mulae partus malorum I. 18. 94.
Pasci pro *pascere se* I. 15. 74.
Pasiteles et *Praxiteles* confusi I. 36. 180.
Pasiphaae fanum I. 43. 210 sq.
Paullo et *aliquanto* distinguuntur I. 5. 28.
Paullus, L., consul I. 46. 223 sq.
Pecuniam facere I. 49. 245
Pelium nemus. de F. 15. 628.
Pellere animum I. 37. 182. II. 67. 534.
Perbrevi I. 25. 130.
Percepta Graecis *θεωρήματα*, de F. 6. 585. 8. 598. 667.
Percunctari an *percontari?* II. 36. 427.
Percussus fulmine, non *perculsus* I. 11. 54.
Peremne auspicium II. 36. 429.
Perfecti et *imperfecti* differentia II. 37. 438.
Perfectum de rebus, quae fieri solent I. 8. 37. I. 13. 64. *ἀορίστως* positum II. 19 367 sq. II. 35. 423.
Perfectus et absolutus saepius iungit Cicero II. 72. 553.
Perfungi militia I. 25. 128.
Pergere protinus I. 24. 124.
Perinde, utcunque II. 42. 454.
Perinde et *proinde* confusa II. 42. 452. [De eorum differentia v. Herzog. ad Sall. Catil. 13. p. 62.]
Peripatetici divinationem non tollunt I. 3. 16. II. 48. 472.
Perlucidus I. 57. 288. [Distinguitur a *pellucidus* a Doederleinio Lat. Synon. II. p. 82.]
Permulto, adv. *ἅπαξ λεγόμενον* Ciceroni II. 61. 516.
Perpropinquus I. 22. 115.
Persa rex I. 46. 224.
Persae II. 46. 466.
Persequi numeris I. 19. 96.
Perspectum i. q. perceptum. de F. 8. 670.
Perterebrare I. 24. 121.
Pertinere i. q. pertingere de F. 4. 578.
Petissere et *petessere* I. 11. 50. et 58 sq.
Phalaris I. 23. 116. II. 66. 531.
Pharsalica fuga I. 32. 168.
Pherae urbs et oppidum dictae I. 25. 129.

Pherecydes Pythagorae magister I. 50. 247.
Philistus historicus l. 20. 101 sq. l. 33. 170.
Philo emendatur l. 1. 5. l. 41. 201.
Philoctetes. de F. 16. 631 sq.
Phrenetici l. 38. 187.
Phryges l. 42. 208. ll. 38. 437.
Phrygii cantus l. 50. 250.
Physiologia i. q. nostris physica l. 41. 200.
Pietatis aedes l. 43. 215.
Pisidae divinationi dediti l. 1. 10. l. 15. 72. l. 42. 208. l. 47. 228. ll. 38. 437.
Pituitosi, de F. 4. 576.
Placere ad actionem intellectus translatum l. 49. 241.
Plaga i. q. impulsio, de F. 20. 647. cf. p. 675 sq.
Plagam accipere, de F. 10. 604.
Planetarum ordo ll. 43. 457.
Plato quomodo μαντικῆς vocabulum explicet? l. 1. 5.
Platonis Politia l. 29. 144.
Platonis Phaedrus l. 37. 184.
Platonis de somniis sententia ll. 58. 506.
Plenus enecto opponitur ll. 69. 540 sq.
Plotinus emendatur l. 2. 12.
Plutonia l. 37. 182.
Poëma moratum l. 31. 159.
Poeni ll. 64. 524.
Polyidus Corinthius l. 40. 197 sq.
Pompeius, Cn., ll. 9. 327. ll. 47. 471.
Pompeii porticus, de F. 4. 578. 664 sq.
Ponere, quid? de F. 2. 568.
Porphyrius correctus l. 3. 17.
Posidonius Stoicus l. 3. 19. l. 55. 278. de F. 3. 572.
Positum Cicero non substantive posuit, de F. 2. 568.
Posse et urbane et pleonastice ponitur l. 18. 92.
Postumius haruspex l. 33. 169.
Potiri cum Accusativo et Ablativo, de F. 7. 590 sq.
Praefari l. 45. 222.
Praecursio, vox insolentior, de F. 19. 644.
Praedicere est monentis et vetantis l. 24. 122.
Praepetes pinnae l. 47. 231. de avibus et de locis dictum l. 48. 237 sq.
Praeponere et *proponere* confusa. de F. 14. 626.
Praepostere ll. 71. 546.
Praerogativa l. 45. 223. ll. 35. 425. ll. 40. 443 sq.
Praesagire l. 31. 155.
Praesagitio l. 31. 155. l. 54. 269.
Praescientia non est Ciceronianum l. 1. 3.
Praesensio artificiosa et divina l. 49. 239.
Praesignificare I. 38. 187.
Praesto esse i. q. praestolare l. 27. 139.
Praestringere aciem mentis l. 29. 148.
Praesul ludis l. 26. 133 sq.
Praetexere et *pertexere* confusa ll. 54. 491 sq.
Praevaricatio ll. 43. 456.
Praevertere pro *praeferre* rarum nostro l. 6. 27.
Praevidere absolute positum l. 30. 153. *praevidere* et *providere* permutantur l. 36. 179.
Praevisio est vox nihili ll. 3. 301.
Priamus l. 39. 191. ll. 9 326.
Primum — deinde — deinde l. 55. 273. ll. 38. 436.
Principales causae, quid Graecis? de F. 5. 579.
Principium, quid? ll. 49. 473.
Privernas ager l. 43. 214.
Pro certo i. q. certo ll. 8. 326.
Procles et Eurysthenes ll. 43. 455.
Procuratio l. 45. 221.
Productio brevis syllabae in caesura l. 48. 236.
Prognostica Ciceronis l. 8. 33. ll. 20. 371.
Pro insolenter positum ll. 58. 507.
Pronomen personale eleganter abundat, de F. 1. 564.
Pronomini additur enuntiatio, quae intelligi debebat. de F. 10. 608 sq.
Pronuntiata ἀξιώματα, de F. 11. 612.
Propositum, de F. 2. 659.
Propria et *propiora* confusa l. 22. 111.
Πρόςληψις ll. 53. 486.
Prosternere cum Abl. l. 22. 113.
Provehi navi aut equo l. 28. 140 sq.
Prudentia quid? ll. 4. 307 sq.
Prudentes i. e. *providentes* l. 49. 244.
Prusias rex ll. 24. 383.
Psychomantia l. 58. 286.

φενδόμενος quid? II. 4. 208. [Iam vid. de eo F. Deycks de Megaricorum doctrina. Bonnae 1827. p. 52 sq.]
Ptolemaeus II. 66. 529.
P. Rutilius I. 2. 14.
P. Claudius, Appii Caeci filius I. 16. 77.
Publicius II. 55. 494. I. 50. 252.
Pudet meum factum I. 31. 159. [de his verbis iam v. H. Meyer ad Cic. Orat. 46 155. p. 95.]
Pugna in Leuctris Graecismus II. 25. 386.
Pulcer non *pulcher* apud Ennium I. 20. 104.
Puleium et *pulegium* II. 14. 348.
Pullarius I. 35. 175. II. 34. 421.
Pulsa pro *impulsa*, de F. 18. 641.
Pulsari visione II. 58. 507.
Puteal I. 17. 88.
Puteolanum, de F. 1. 564. 658.
Pyrrhus Aeacida II. 56. 500.
Pythagoras divinationem tuetur I. 3. 17. II. 58. 506.
Pythagorei I. 45. 221. faba abstinebant II. 58 506.
Pythagorici I. 30. 150.
Pytharatus Archon, de F. 9. 601 sq. 674.
Pythia Delphica I. 19. 100 I. 36. 181. II. 57. 502. *φιλιππίζει* II. 57. 504

Q.

Quadrata II. 42. 453.
Quadrigulae, de F. 3. 578 661 sqq.
Quae pro *aliqua* post *nisi* II. 2. 298.
Quaerere de aliquo I. 24. 124.
Quaestionem adhibere de tormentis dicitur. I. 25. 132.
Quam pro *quantum* I. 26. 136.
Quando pro *tum, quum* II. 32. 415.
Quanto minus et *quo minus* confusa, de F. 14. 625.
Quatuor non *quattuor*. I. 48. 238. [*quătŭor* legendum esse contendit L. Ramshorn. in Iahn. Iahrbb. 1827. I. 4. p. 98.]
-que et *et* transitioni inserviunt I. 3. 18. I. 30. 154.
-que pro *autem* I. 29. 148
Queo sine negatione rarum I. 39. 191.
Quia, seq. subiunctivo II. 52. 484.
Quicquam, non *quidquam* I. 13. 65. I. 35. 175.
Quid ergo? cum ironia ponitur II. 32. 415. transeundo inservit, de F. 2. 566.
Quid? interrogatio elliptica I. 13. 64. I. 27. 137.
Quid causae est? I. 39. 191.
Quid ex somniis pro *quae pars somniorum* II. 60. 514.
Quidam *αὐξητικῶς* ponitur I. 1. 3 sq. I. 49. 242.
Quidem omissum sono intelligitur II. 53. 485.
Quidem et *quaedam* confusa I. 1. 3.
Quidem — autem i. q. *quamquam — tamen* I. 36. 181.
Quidem: eius positio variat sententiam I. 51. 258.
Qui prope et *quippe* confusa II. 72. 553.
Quis est autem et *quis autem est* I. 40. 194.
Quo i. q. ex quo, unde II. 57. 504
Quo minus et *quanto minus* differunt. de F. 14. 625.
Quod et *quid* confusa I. 5. 24.
Quod per pleonasmum positum II. 41. 450 sq. cum vi mere relativa II. 62. 519.
Quotusquisque in designanda paucitate ponitur II. 24. 382.

R.

R. P. et P. R. confusa II. 37. 432.
Rabere I. 31. 156.
Rapere in rebus malis et laudabilibus I. 49. 243.
Ratio et scientia quid? I. 2. 12.
Ratio i. q. *θεωρία* I. 2. 15.
Ratio i. q. ratiocinatio I. 38. 187. de F. 12. 618.
Ratio cogit, quid? de F. 16. 634.
Ravus de colore et de voce I. 8. 34 sq.
Reciprocari I. 6. 26.
Recumbere i. q. rursus cubitum ire I. 27. 139.
Referre ad augurem de rebus suis I. 17. 88.
Regio, vox auguralis I. 17. 86.
Relativum κατὰ σύνεσιν constructum II. 13. 344. ad sequens substantivum relatum de F. 1. 559—561.
Relinquere i. q. non tollere I. 3. 18. i. q. praeterire I. 19. 99.
Remus I. 48. 234.

Reperire progeniem l. 31. 159.
Rerum contagio, de F. 4. 663 sq.
Resistere i. q. resurgere l. 20. 106.
Rex augur l. 40. 199.
Rhetorica, neutro genere, de F. 2. 659.
Rhodiorum classis l. 32. 162.
Rimari ἄπαξ λεγόμενον l. 57. 282.
Rogare consules l. 17. 89.
Rogator comitiorum l. 17. 89. ll. 35. 426.
Romanus homo pro *minus erudito* de F. 2. 569.
Roma a Gallis capta l. 44. 219.
Romae nomen l. 48. 235. urbis Romae natalis ll. 47. 470.
Romulus l. 47. 229. augur l. 47. 232. cum Remo ll. 38. 437.
Roscius comoedus l. 36. 179.
Rudens l. 56. 277.
Rumor, quid? l. 16. 78.

S.

Saecula an *secla?* l. 19. 101.
Saepes an *Sepes?* l. 7. 38.
Sagire l. 31. 155.
Saliorum curia l. 17. 84.
Salsamentum ll. 57. 503.
Salustius non *Sallustius* l. 28. 141.
Samnitium non *Samnitum* l. 33. 169.
Sanguinem an *sanguine pluit?* ll. 27. 394.
Sapiens de virginali pudore l. 31. 156.
Sapiens furenti opponitur l. 39. 191.
Sapienti potens ll. 56. 501.
Sarpedon, Iovis filius, ll. 10. 323.
Satias pro *satietas* l. 14. 68 sq.
Saturni stella l. 39. 190.
Satyriscus l. 20. 102.
Scammonea quid? l. 10. 44.
Scipio. de F. 9. 672.
Scopas l. 13. 67.
Scylax Halicarnasseus ll. 42. 452.
Se in acc. c. inf. omissum l. 54. 271.
Secunde non dixit Cicero l. 15. 73.
Secundum quietem pro *per quietem* l. 24. 123.
Seiugare ἄπαξ λεγόμενον l. 32. 164.
Semianimus quadrisyllabum l. 47. 228.
Senes, Lacedaemoniorum γερουσία l. 43. 210.
Sensibus accipere ll. 3. 305 sq.
Serapis ll. 59. 512.
Serenans lux l. 11. 54.
Series i. q. continuatio
Servare verbum augurale l. 19. 96. l. 48. 234.
Servius Tullius l. 53. 266.
Si in interrogatione ll. 34. 421.
Si quid et *si aliquid* differunt ll. 3. 304.
Sibylla Erythraea l. 18. 90 sq. l. 36. 181. Sibyllae interpretes ll. 54. 480. [vid. Herzog. ad Sall. Catil. 47. p. 237 sq.]
Signifer primi hastati l. 35. 175.
Signum praepotens i. q. sol l. 22. 116.
Silentium in auspiciis, quid? ll. 34. 420.
Silenus historicus l. 24. 123.
Similes sunt —, *tanquam* etc. ll. 64. 523.
Simonides l. 27. 137. ll. 66. 529.
Singularis numerus praedicati ad duas personas referendus ll. 38. 437.
Sinistra auspicia l. 16. 77. ll. 36. 427. ll. 39. 440 sqq.
Sisenna historicus l. 33. 168 sq. l. 44. 217.
Socrates stupidus et bardus, de F. 5. 583. et mulierosus p. 584. 666.
Socratis epistola correcta l. 54. 270.
Socrates divinationem tuetur l. 3. 16. l. 25. 127 sq.
Sol albus quid? l. 48. 237.
Solon l. 49. 144.
Solonium l. 36. 179.
Solus i. q. *solitarius* l. 28. 143.
Somniorum sortes quid? l. 21. 108.
Somno solutus l. 57. 278.
Somnus laborum perfugium ll. 72. 552.
Sophocles l. 25. 131.
Soranus augur l. 47. 228.
Sorites quid? ll. 4. 308. [Iam v. etiam F. Deycks de Megaric. doctr. p. 54.]
Sortes l. 6. 29 sq. aequatae l. 18. 91. Praenestinae ll. 41. 447. sors ad sortes referenda ll. 56. 499.
Sortilegi l. 58. 286.
Species i. q. statua l. 12. 61.
Statua generata an dici possit, dubitatur. l. 12. 56 sq.
Sternumenta an *sternutamenta?* ll. 40. 445 sq.
Stilpo Megaricus philos. de F. 5. 581. 666.
Stoici defendunt divinationem l. 3. 18. ll. 48. 472. ll. 63. 522 sq. quanam in re eos secutus sit Cicero? ll. 17. 358. dialectici, de F. 10. 603.

Strepere i. q. tumultuari I. 16. 77.
Subamarus, de F. 4. 578.
Sublime fixus II. 31. 412. [cf. Doederlein. Lat. Synom. II. p. 100.]
Subscribere I. 16. 79.
Substantivorum repetitionem amat Cicero I. 3. 20. II. 1. 295. II. 41. 450.
Suidas correctus I. 1. 6.
Sulla I. 33. 168.
Sumere pro *consumere* I. 21. 107.
Summa columna non *summum columnae* I. 24. 123.
Summanus I. 10. 47 sq.
Summum consilium i. q. senatus I. 2. 14.
Summus haruspex quid? II. 24. 384.
Sumptio quid? II. 53. 486.
Superlativos in *-sumus* amat Cicero I. 3. 20.
Superstitiosus sensu minus frequenti. I. 31. 157 sq. II. 56. 497.
Sus plena I. 45. 221.
Suscipere i. q. assensu comprobare. I. 4. 22.
Suscitare fictas sententias poeticum. I. 40. 195.
Syllepsis generis II. 17. 358.
Syri II. 46. 466.
Συμπάθεια II. 60. 514. II. 69. 539.
Σύνεσις s. constructio ad *σύνεσιν* s. ad sensum II. 61. 516 sq.

T.

Tabernaculum vitio capere I. 17. 88.
Tactus an *tractus* lunae? II. 46. 466.
Taetre non *tetre* I. 29. 146.
Tages deus II. 23. 378 sqq.
Talorum iactus II. 59. 510.
Tam — que pro *tam — quam* II. 30. 406.
Tardigrada quadrupes II. 64. 526.
Tarquinii Superbi somnium I. 22. 111.
Tarquinius Priscus I. 17. 85.
Tarutius Firmanus II. 47. 470. [Iam vid. de eo nomine G. Roetherus, vir clariss. nobisque amicissimus, in Ed. Io. Laur. Lydi De Mensibus. Darmst. 1827. p. 14 — 16.]
Taygetus mons I. 50. 246.
Tegeatae I. 19. 98.
Telmessus I. 41. 201. I. 42. 208.
Temperare pro *sibi cavere* I. 21. 109.
Templa caeli caerula I. 20. 106.
Temporum permutatio I. 26. 131. temporum ratio explicatur II. 59. 511.
Tenere de philosophis dictum pro *obtinere*, de F. 10. 605.
Tenere dominatu I. 26. 129.
Terrigena II. 64. 525.
Testatus passiva sign. frequens I. 40. 194.
Testudo II. 64. 526 sq.
Tete et *meme* rariora II. 6. 315.
Texitur classis I. 31. 160.
Thales Milesius I. 49. 244 sq.
Thebae I. 34. 171. I. 34. 172.
Thebani pingues propter crassum caelum, de F. 576. 664.
Theophrastus II. 1. 296 sq. de F. 4. 577.
Θεωρήματα Latinis *percepta*, de F. 6. 585.
Ti. Gracchus augur I. 17. 88 sq.
Tiresias I. 40. 195. II. 3. 305.
Tmesis II. 2. 302.
Tollere puerum I. 21. 109.
Tortuosus i. q. *ἑλικτός* II. 63. 521.
Tractatio i. q. tractandi ratio II. 3. 306.
Traiectiones stellarum, quid? I. 1. 7.
Transitus ex oratione recta in obliquam I. 34. 172.
Trasimenus an *Thrasimenus?* II. 8. 324.
Triangula II. 42. 453.
Tripudio auspicari I. 35. 175.
Tripudium sollistimum quid? I. 15. 74 sq. II. 34. 422. II. 36. 429.
Trogmi, populus II. 37. 434 sq.
Tum et *tunc* differunt I. 16. 76. I. 24. 126. II. 1. 296.
Tumefactus ἅπαξ λεγόμενον I. 29. 146.
Turbo, de F. 18. 641.
Tusculanae *disputationes*, de F. 2. 568. non quaestiones. 659.
Tusculum I. 43. 215.
Tyndareus. de F. 15. 627.

U.

Ubi pro *cum;* eius constructio I. 23. 121.
Ulceratus. de F. 16. 631.
Ultimi i. q. antiquissimi I. 1. 6.
Umbilicus terrarum II. 56. 496 sq.
Unus pro *unus tantum* I 2. 10.
Usurpare, de omni vitae usu et experientia I. 22. 113 sq.

Ut repetitum post interiectam enuntiationem, de F. 9. 598.
Ut omissum in exemplis afferendis II. 67. 534.
Ut pro *ita etiam* II. 6. 315.
Ut pro *etiamsi* I. 6. 26. I. 30. 150. II. 33. 419.
Ut pro *igitur* I. 39. 192.
Ut post *Ex quo intelligitur* I. 55. 274.
Ut pro *quod* II. 2. 299.
Utrum — ne —, an Constructio paullo rarior, sed Ciceroniana II. 58. 507. II. 63. 521.

V.

V et *b* permutantur I 31. 161.
Vacare cum Dat. et Abl. diversa significatione I. 6. 27 sq.
Valere pro *dici posse* II. 22. 377.
Valerius, M., consul I. 24. 126.
Valetudo non *valitudo* I. 38. 186. II. 59. 513.
Varro, M. I. 32. 163. II. 55. 496.
Veiens bellum I. 44. 217.
Velivolantes naves I. 31. 161.
Veneris stella I. 39. 190.
Venerius iactus quid? I. 13. 65. II. 59. 510.
Venustas et *vetustas* confusa II. 41. 450.
Venus Coa I. 13. 66.
Verba i. q. oratio soluta I. 50. 252.
Verbis, non re, dissidere, de F. 19. 645.
Veritas futura I. 47. 229. I. 55. 274.
Vero, ab initio positum, affirmat I. 46. 226. i. q. certo II. 8. 322.
Verruncare I. 22. 115 sq.
Versus hexameter iusta caesura carens I. 20. 105.
Vesper et *vespera* I. 46. 224 sq.
Vestae lucus I. 45. 220.
Victoria i. e. ei. simulacrum I. 43. 214.
Vide, ne non. de F. 15. 626.
Vide ne et *vereor ut* differunt II. 4. 310.
Videre, sensu minus proprio II. 20. 271.
Videri cum acc. c. Inf. I. 22. 111 sq.
Videtur i. q. *utile videtur* II. 25. 386.
Virtutum moles I. 13. 63.
Vis i. q. facultas et natura I. 1. 4. i. q. natura II. 44. 451.
Visio adventicia II. 58. 507.
Vita communis II. 41. 450.
Vitellus ovi II. 65. 528.
Vitium, sensu augurali I. 16. 77. I. 17. 88.
Vitium naturae II. 46. 465.
Vox patria pro *lingua patria* vel *sermo patrius*. I. 13. 68 sq.

X.

Xenophanes Colophonius I. 3. 15 sq. I. 39. 193.
Xenophon Socraticus I. 25. 128.

Z.

Zeno divinationem tuetur I. 3. 16. et 18. II. 58. 506. — de F. 4. 577.
Ζεῦγμα constructionis I. 43. 209. II. 20. 371.
Ζωδιακός II. 42. 452.
Zopyrus physiognomon, de F. 5. 583. 666.

CORRIGENDA.

p. 10. l. 10. est! [universe moneo, plura interrogandi signa loco exclamandi signorum me invito in contextis esse relicta.]
p. 14. a. l. 19. del. *cum*
p. 26. b. l. 4. posse."
p. 37. b. l. 6. ab ult. del. *et nunquam*
p. 44. l. 1. *iis* (pro *his*)
p. 53. b. l. 21. ab ult. 25 (pro 8.)
p. 68. b. l. ult. satjetas
p. 70. b. l. ult. add. *Mr.*
p. 82. b. l. 8. ab ult. indicaram, operae
p. 87. a. l. 18. *idque. K.*
p. 88. b. l. 19 et 20. del.
p. 173. in marg. 76
p. 176. in contextu l. 4. *Caelius*
p. 187. b. 17. Vocem *quidem*
p. 205. a. הֲרוּגָה
p. 210. a. l. 15. ab ult. fano
p. 236. b. l. 21. pict*ae*
p. 279. Columna inscribenda c. 56.
p. 333. a. l. 19. *Il.* XVI.
p. 419. l. 5. TE MIHI
p. 429. l. 5. *non habent!*
p. 435. b. 3. tetrarchia
p. 442. l. 4. *est!*
p. 463. a. l. ult. Vict. *haec.* Quod.
p. 511. b. 10. deber*i*
p. 512. a. l. 4. post Sylb. add. *Quid.*
p. 528. l. 7. admonentur*!*
p. 545. l. 6. explicar*i*
p. 566. l. 6. *incendi* sine dist.
p. 572. b. 21. nosti*s*
p. 572. b. 15. ab ult. Po*ss*idonius
p. 584. a. 13. ab ult. *cum*